MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS XII

CASSIODORI SENATORIS VARIAE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCIV

CASSIODORI SENATORIS
VARIAE

RECENSVIT

THEODORVS MOMMSEN

ACCEDVNT

I. EPISTVLAE THEODERICIANAE VARIAE
EDIDIT TH. MOMMSEN.

II. ACTA SYNHODORVM HABITARVM ROMAE
A. CCCCXCVIIII. DI. DII.
EDIDIT TH. MOMMSEN.

III. CASSIODORI ORATIONVM RELIQVIAE
EDIDIT LVD. TRAVBE.

ACCEDVNT TABVLAE DVAE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCIV

Ex officina aulae Vimariensis typographica.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Brevi enarrationi de Cassiodori vita, quam ab hac editione variarum noluimus abesse, praemisimus quae supersunt ex libello ipsius de ordine generis Cassiodororum, inter excerpta diversa Cassiodori institutionum humanarum rerum codici Augiensi n. CVI hodie Carolsruhensi f. 53′ saec. X subiuncta[1]) ante aliquot annos feliciter inventa ab Alfredo Holder, edita ab optimo amico Hermanno Usener *(Festschrift zur Begrüssung der XXXII. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner. Anecdoton Holderi. Ein Beitrag zur Geschichte Roms in ostgothischer Zeit.* Lipsiae 1877 pp. 80) et instructa ab eo commentario ut solet luculento. recognovit ea mea causa idem Holder.

Excepta ex libello Cassiodori Senatoris [monachi servi dei ex patricio et cons. ordinario, quaestore et magistro officiorum], quem scripsit ad Rufium Petronium Nicomachum ex consule ordinario patricium et magistrum officiorum.

Ordo generis Cassiodororum qui scriptores extiterint ex eorum progenie vel ex quibus eruditis.

Symmachus patricius et cons. ordinarius vir philosophus, qui antiqui Catonis fuit novellus imitator, sed virtutes veterum sanctissima religione transcendit. dixit

1 excerpta *Usener* casiodori *cod.* *quae uncis conclusi male perturbata ab epitomatore videntur addita esse ex iis quae infra sequuntur.* 3 Cethegum *post* Nicomachum *addendum; intellegitur consul a.* 504 *iisdem quattuor nominibus appellatus in papyro Ravennati Marin. n.* 113 et coñs ordinarium *cod.* offociorum *cod.* 4 casiodorum *cod.*, Cassiodoriorum *Usener.* 5 ex civibus eruditis *Usener; fortasse post* eruditis *excidit* profecerint

1) Reliqui institutionum earum libri scripti excerpta haec non habent. auctorem commentariorum ineditorum in consolationem Boethii (servant eos cod. Mettensis 377 et Sangallensis 845 aliique) hoc tractatu usum esse demonstravit G. Schepps Wirzeburgensis *(neues Archiv* 11, 123 *seq.)*, neque tamen ad nostras res inde quicquam profecimus.

sententiam pro allecticiis in senatu parentesque suos imitatus historiam quoque Romanam septem libris edidit.

Boethius dignitatibus summis excelluit utraque lingua peritissimus orator fuit. qui regem Theodericum in senatu pro consulatu filiorum luculenta oratione laudavit. scripsit librum de sancta trinitate et capita quaedam dogmatica et librum contra Nestorium. condidit et carmen bucolicum. sed in opere artis logicae, id est dialecticae, transferendo ac mathematicis disciplinis talis fuit, ut antiquos auctores aut aequiperaret aut vinceret.

Cassiodorus Senator vir eruditissimus et multis dignitatibus pollens iuvenis adeo, dum patris Cassiodori patricii et praefecti praetorii consiliarius fieret et laudes Theoderici regis Gothorum facundissime recitasset, ab eo quaestor est factus, patricius et consul ordinarius, postmodum dehinc magister officiorum et praefectus praetorio. suggessit formulas dictionum, quas in duodecim libris ordinavit et variarum titulum superposuit. scripsit praecipiente Theoderico rege historiam Gothicam originem eorum et loca mores in libris enuntians.

Nomina auctoris variarum codices et familiae primae agmen ducente Montispessulano et in secunda solus, sed omnium optimus Leidensis et in quarta cum alii tum Bruxellensis longe primarius testantur fuisse *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris*, neque differunt qui chronica eiusdem (chron. vol. 2 p. 108—161) servaverunt libri scripti. accedit *Flavius* ex epistula Symmachi papae data *III id. Iun. Flavio Senatore v. c. cos.*[1]) in subscriptionibus operum ecclesiasticorum, scilicet institutionum,[2]) orthographiae, commentarii in psalmos, complexionum, etiam historiae tripartitae, non appellatur nisi *Cassiodorus Senator.* fasti consulares eius aetatis omnes tam Occidentis quam Orientis, item chartae titulique qui eum tamquam eponymum a. 514 nominant,[3]) denique variae ipsae cum in libris duobus extremis, quibus epistulae continentur ipsius nomine inscriptae, tum ubi in epistulis regiis nomen auctoris enuntiatur,[4]) uno nomine utuntur *Senatoris*: scilicet secundum usum eius aetatis et remanet vestusta polyonymia et obtinet nominis legitima breviatio uno eo posito, quod extremum est in ordine pleno.[5]) solo Cassiodori vocabulo non invenio qui

8 alecticiis *cod.* 10 botius *cod.* 11 theodorichum *cod.* 12 cap̄ *cod.* 13 bocholicum *cod.* loicae *cod.* 14 talis fuit fuit *cod.* 15 equeperaret *cod.* 17 praecorii consilianus *cod.* et *om. cod.* 18 theodorichi *cod.* 19 offociorum *cod., sed a m. 1. emendatum est.* praef. praet. suggessit] *proposui ego in praef. ad Iordanem p. XL, coniectura ad sententiam solummodo certa;* praefuisset *cod.; Usener verba* praefuisset *ad* 21 superposuit *insiticia iudicat.* theodoricho *cod.* 22 moresque XII libris *Usener. post* enuntians *erasi versus septendecim.*

1) Thiel epist. pontif. I p. 729. 2) Exceptionem facit codex Cantabrigiensis saec. XII (catalogus codd. Cantabrig. 3 p. 645) cuius Usener meminit anecd. p. 76; ibi appellatur Magnus Aurelius Cassiodorus Senator. 3) Praeter epistulam Symmachi modo citatam altera imp. Anastasii ad Hormisdam papam data est *V kal. Ian. Senatore v. c. consule* (Thiel l. c. p. 741); codicis Burgundionum lex tit. 79 data est *sub d. k. Mart. Lugduno p. c. Senatoris v. c. c.;* epitaphia posita sunt unum urbanum *[c]ons. Senato[ris] v. c.* (Rossi I n. 959), duo eruderata in agro Vocontiorum alterum .... *Iunias Senato[re v. c. c.] indc. VIII* (C. I. L. XII, 1692), alterum *Senatoris post cingula* (l. c. n. 1439). *Duodecim Senatoris volumina de origine actusque Getarum* citat in praefatione Geticorum Iordanes. 4) IX 24. 25. X 26. 27. 28. *Cassiodorus* ubi nominatur, pater intellegitur. 5) Propterea si *ὄνομα κύριον* in ordine nominum legitimo locum anteriorem obtinet, in fine repetitur; ita consul a. 517 in diptychis suis appellatur *Fl. Anastasius Paulus Probus Sabinianus Pompeius Anastasius* (C. I. L. V, 8120, 2), consul a. 525 *Fl. Theodorus Filoxenus Sotericus Filoxenus* (l. c. n. 4).

eum appellarit ante Paulum Diaconum auctorem saeculi octavi,[1]) neque recte ita nominatur; sed quod longo usu invaluit vocabulum nos quoque retinuimus. fuit igitur plene *Flavius Magnus Aurelius Cassiodorus Senator,* breviter *Senator,* aetate labente demum *Cassiodorus.* Cassiodorium qui scribunt, si quid video errant.[2])

Cassiodoros — *quod vocabulum,* ut scribit ipse Senator suorum originem et actus enarrans ep. I 4, *etsi per alios videatur currere, proprium tamen eius constat esse familiae* — ex Syria originem traxisse nomen significat derivatum omnino a numine notissimo Syriaco et meliore aetate non usitatum nisi in hominibus Antiochenis[3]). quocum poterit coniungi, quod in illa epistula etiam in partibus Orientis Cassiodororum parentes dicuntur floruisse: *Heliodorus enim,* ait ibi Theodericus rex, qui *in illa re publica nobis videntibus praefecturam bis novenis annis gessit eximie, eorum consanguinitati probabatur adiungi.* Theodericus cum natus sit c. a. demum 454, vix videtur intellegi is de quo Gothofredus cogitavit Heliodorus praefectus urbis Constantinopolis a. 432[4]), quem praeterea constat paucis tantum annis eum locum obtinuisse; magis quadrat Heliodorus is qui a. 468 comitivam sacrarum largitionum gessit[5]) quique inter a. 454 et 488, quo Theodericus Orientem reliquit, praefecturas diversis temporibus plures in Oriente administrare potuit; nam ita verba illa accipienda videntur, cum magis verisimile sit paulo inflatius auctorem hoc loco locutum esse versantem in laudibus suorum quam vestigium nullum ad nos pervenisse praefecturae praeter consuetudinem per annos duodeviginti continuatae. — In Occidente Cassiodori certe inde a medio saeculo quinto primarium locum obtinuerunt in Bruttiis sedem habentes Scyllacei[6]); nam

---

1) hist. Langob. 1, 25: *huius* (Iustiniani) *temporibus Cassiodorus apud urbem Romam tam saeculari quam divina scientia claruit, qui inter cetera quae nobiliter scripsit psalmorum praecipue occulta potentissime* (*patentissime* corrigit O. Hirschfeld) *reseravit. hic primitus consul, deinde senator, ad postremum vero monachus extitit.* non ignoravit igitur vocabulum Senatoris, sed male intellexit. 2) Codex Veronensis n. 39 complexionum scriptus saec. VII (Reifferscheid bibl. patrum Lat. Italica 1 p. 49), Montecassinensis n. 302 historiae tripartitae (Reifferscheid l. c. 2 p. 355), Bambergensis institutionum rerum humanarum n. 398 Iaeckii saec. VIII duobus locis (Usener anecd. Holderi p. 16), fortasse etiam Bernensis n. 330 saec. X orthographiae a manu prima (Usener l. c.), quod in genetivo duplicem vocalem exhibent, quaestionem non dirimit; nam cum antiqua consuetudine substantiva in *ius* finientia et omnium maxime nomina propria genetivum in *i* forment, librarii autem posteriores aetatis duplicem vocalem substituere soleant modo recte, modo perperam, sed temere semper, in eiusmodi formis a licentia eorum pendemus neque quicquam inde de vera nominativi forma efficitur, quod librarii quidam genetivum pro contracto habuerunt, cum praesertim longe maior pars librorum scriptorum omnis generis genetivum in *i* habeat. contra ubicumque nominativus traditur vel accusativus, formantur ratione contraria. ita variarum libri in ea re sibi constant maxime in ep. IV 1; nam temere omnino opponit Maffeius (*osservazioni lett.* vol. 2 a. 1738 p. 324) ep. I 4 p. 15, 4 in Venetis duobus pro *Cassiodoros* editionum legi *cassiodorus* (id quod vere ibi habent libri omnes praeter optimus duos *LR*), et in ea corruptela latere *Cassiodoriis.* item anecdoto Holderi inscriptum est *ordo generis Cassiodorum* pro *Cassiodororum* nominaturque deinde *Cassiodorus Senator.* apud Paulum quoque hist. Lang. 1, 25 in nominativo *Cassiodorus* libri omnes consentiunt. denique vocabulum rarum admodum ubi reperitur in titulis Graecis (Latini quod sciam adhuc id non dederunt), scilicet in epigrammate reperto Antiochiae ad Daphnen C. I. Gr. 4466: *κεῖμαι . . . εἴκοσ[ι τ]έσσαρ' ἔχων Κασσιόδωρος ἔτη* et in altero Attico C. I. Att. 3, 2325: *Ἡρακῶν Κασιοδώρου Ἀντιοχεύ[ς],* item in tertio Deliaco C. I. Gr. 2322 *b* 32 *Κοίντου . . . δίου Κασιοδώρου,* eam formam solam agnoscunt. etymologia denique eam flagitat; neque enim dubium est a Iove Casio sive Cassio, sic appellato a montibus cognominibus Syriae et Aegypti, id derivari similiter atque ab Helio derivatus est Heliodorus. quam ob rem reicienda est forma Cassiodorius, quae defensa primum a Scipione Maffeio, cum ad Veronensem librum illum complexiones ederet (Florentiae a. 1721 praef. p. XLV et in commentatione *osservazioni letterarie* vol. 2 a. 1738 p. 299 seq.), hodie auctoribus Ioh. Bapt. Rossio (inscr. christ. I p. 431) et Usenero (anecd. Holderi p. 16) fere obtinet quamque ipse quoque aliquando probavi (praef. ad Iordanem p. XL), et retinenda quam libri solam agnoscunt vulgaris. 3) Supra not. 2. Usener anecd. p. 67. 4) Cod. Th. 6, 24, 11. 5) Cod. Iust. 10, 23, 3. 4. 6) Scyllaceum (de vocabuli formis variis dixi C. I. L. X p. 12) auctor XII 15 non solum ait *primam urbium Brut-*

abavo suo scriptor primatum ibi adscribit[1]) seque ipsum ait illis praefuisse *ab avis atavisque*[2]). omnino sicubi in eam regionem eiusque incolas sermo incidit, studium in eos auctoris luculenter apparet. — De maioribus eius haec accepimus. abavum Cassiodorum scribit illustratus honorem accepisse propter natalium splendorem et cum rex Wandalorum Geisiricus ante quam Romam caperet a. 455 Bruttiis Siciliaeque immineret, eas regiones ab invasione illum feliciter defendisse[3]). — Avus, cuius nomen diserte non enuntiatur, tribunus et notarius factus est imperante Valentiniano III (a. 425—455); amicus Aetii († a. 454) una cum filio eius Carpilione legatus missus est ad Attilam, quam legationem probabile est aliquanto ante a. 448 eum suscepisse[4]). haec officia cum adulescenti conveniant, non absimile veri est eum c. a. 430 natum esse. honores illustris ordinis cum ei offerrentur, non admisit et domi vitam reliquam exegit. — Pater dictus Cassiodorus, ad quem directae sunt regiae epistulae duae I 3 III 28 et de quo rex agit cum senatu in ep. I 4, credi potest natus esse c. a. 460. secundum hanc sub rege Odovacre (476—488) summi ordinis primos gradus adscendit factus comes privatarum et mox sacrarum largitionum. cum Theodericus in Italiam ingressus est a. 489 consularis Siciliam administrabat et, ut ait ep. I 3, eius statim partes secutus animos Siculorum novo domino conciliavit; cuius opitulationis ut gratiam referret, Theodericus ei obtulit correcturam provinciae patriae Lucaniae et Bruttiorum: honore singulari, nam hac quoque aetate nulli licebat patriam administrare sine speciali permissu principis[5]). at quod post honores duos ordinis primi suscepit consularitatem dignitatis inferioris et correcturam etiam consularitate minorem, quomodo expliccm nescio nisi ex ordine administrationis per ea tempora turbato[6]). epistula de re ut videtur Scyllacena scripta ad Cassiodorum aliquem ab episcopo Romano Gelasio (492—496) c. a. 495[7]) fieri potest, ut ad eum directa sit provinciam eam administrantem.

---

tiorum, sed etiam id sese *patriotica affectione contingere;* fecisse se prope id ad pedem Moscii montis in litore piscium vivaria narrat ibidem, quae fortasse nomen dederunt monasterio Vivariensi ad fluvium Pellenam (inst. div. litt. c. 29) sive Castelliensi (Gregorius magnus ep. VIII 31. 34), ubi post publica negotia relicta Cassiodorus reliquos vitae annos exegit. familiae suae originem ex Bruttiis passim significat (I 3. 4. XI 39. XII 12. 14).

1) I 4: *ut merito primatum in illis provinciis haberet* quae sunt Bruttii et Sicilia. 2) XI 39. 3) I 4. 4) At legatis a. 448 a Theodosio imperatore Orientis ad Attilam missis cum is postulet transfugas sibi reddi quotquot essent apud Romanos *ἀπὸ τῶν Καρπιλεόνος χρόνων, ὃς ὁμήρευσε παρ' αὐτῷ παῖς ὢν Ἀετίου τοῦ ἐν ἑσπέρᾳ Ῥωμαίων στρατηγοῦ* (Priscus fr. 8 p. 81 Muell.), probabile est ad eundem tractatum utramque narrationem spectare, regem cum ab imperatore Occidentis post pacem inter ipsos factam postulasset, ut transfugae sibi redderentur, de ea re ad eum missos esse Carpilionem Aetii filium et Cassiodorum nomine legatos, re obsides iisque successisse, ut regem placarent. 5) Cod. Iust. 1, 41. 9, 29, 3: *ne quis sine sacrilegii crimine desiderandum intellegat gerendae ac suscipiendae administrationis officium intra eam provinciam, in qua provincialis et civis habetur, nisi hoc cuidam ultronea liberalitate per divinos adfatus imperator indulgeat.* 6) Conferri potuit Iustiniani constitutio cod. 7, 62, 38: *sive inter spectabiles dux connumeretur sive illustri dignitate decoratur sive etiam maiore, cum etiam magisteriae potestatis homines nec non consulares saepe utilitate publica poscente ad huiusmodi curam perveniunt.* 7) Epistulam (Jaffé-Loewenfeld n. 708; Thiel ep. pont. n. 38 vol. I, 452) servarunt cum constitutionum pontificalium sylloge Britannica (cod. mus. Brit. n. 8873, quem ipse contuli) n. 32 tum Ivonis decretum X, 12; inscripta est secundum illam *Cassiodoro,* secundum hoc *Philippo et Cassiodoro* (illud ex *filio* natum existimat Useuer anecd. p. 69 probabiliter) et sic concepta: *Caelestini causa talis est, quam vos quoque non arbitror ignorare. si quidem hic conscius convictus in nece (caede* Ivo*) parentis et episcopi, quemadmodum gestorum tenore monstratur, cunctorum iudicio nullatenus aestimatus est officio dignus altaris, eique pro tam detestando facinore unius anni interdicta communio est, quatenus paenitudine competenti tanti facinoris curaret abruptum. quod etiamsi a nobis iuberetur, ipse, magis cogitans divini corporis sacramentum, debuit ad hoc mente purgatiori remeare. quod tamen tempus aut expletum aut prope iam putamus exactum. post quod ei communionis facultatem patere non*

deinde a Theoderico rege creatus est praefectus praetorio[1]) non ante a. 500. nam cum inter huius anni gesta Anonymus Valesianus c. 68 sic scribat: *Liberium praefectum praetorii, quem fecerat in initio regni sui, fecit patricium et dedit ei successorem in administratione praefecturae* (cf. var. II 16), ad hunc annum Liberius eum locum tenuit. ei num Cassiodorus statim successerit necne, determinari non potest; sed videtur deposuisse praefecturam c. a. 507. nam epistulae duae[2]), quibus propter praefecturam bene administratam remuneratur collata patricii dignitate, scriptae sunt a filio quaestore, quod officium infra ostendemus eum obtinuisse inter a. 507 et 511, et ut videtur initio quaesturae, cum plures extent epistulae datae ad eorum annorum praefectos praetorio, sed ad patrem nulla. ceterum ex his intellegitur parum accurate in anecdoto Holderiano auctorem variarum dici *patris Cassiodori patricii et praefecti praetorii consiliarium.* praeterea per epistulam III 28 per eosdem annos scripta rex patrem ad comitatum evocat.

Qui scripsit varias praeter Cassiodori hereditarium nomen quibus aliis usus est Flavii et Magni et Aurelii et Senatoris hac aetate obviis omnibus[3]), ea unde adsciverit ignoratur, nec memorantur praeter maiores modo recensitos parentes affinesve[4]), nec magis de uxore quicquam traditum habemus. Boethio et Symmacho quod locum dedit in ordine generis Cassiodororum, inde cave colligas aliquam inter eos et ipsum parentelam intercessisse; certe ne in epistulis quidem quas ad eos sub regis nomine direxit ullum eius necessitudinis indicium reperitur.

Cursum honorum auctoris subscriptio variarum pariter atque nomina eius, de quibus supra dixi, in libris optimis quibusque tanto consensu etiam in honorum compendiis tradidit, ut certo constet eum recte et plene ad nos pervenisse. ibi sic appellatur: *v(ir) c(larissimus)* (*consularis* Bruxellensis errore) *et inl(ustris), ex quaest(ore) pal(atii), ex cons(ule) ord(inario), ex mag(istro) off(iciorum), p(raefectus) p(raetori)o atque pat(ricius).* eadem plane subscriptio in libris scriptis chronicorum inventa est, nisi quod ibi est *quaestor sacri palatii* ex interpolatione, nam ut alibi ostendi (*neues Archiv* 14, 522), sacrum ut secundum huius aetatis consuetudinem de imperatore legitimum est, ita pro regio non ponitur nisi abusive. sed ipsa illa subscriptio ut variis apta est editis ab auctore in praefectura, ita nequaquam convenit chronicis absolutis a. 519 aliquanto ante eam adeptam, neque dubium est in exemplari antiquissimo nostrorum omnium parente et varias et chronica simul complexo eam ab illis ad haec perperam translatam esse[5]). — Praeter dignitates in subscriptione enuntiatas illustres omnes duarum aliarum memoria superest. *iuvenis adeo,* scribitur in anecdoto, *dum patris Cassiodori . . . praefecti praetorii consiliarius fieret et laudes Theoderici regis Gothorum facundissime recitasset, ab*

---

dubium est, ut et sententia synodalis possit (prosit ep., sed em. m. 1*) abrumpi et ut (ut* om. ep.*) illi magis prosit, valeat (ualeatque* ep.*) maiore satisfactione mundari.* Agi videtur de caede duorum pontificum Scyllacenorum, quo pertinent item epistulae Gelasii n. 36 et 37 Thielii.

1) I 3. 4. IX 24. 2) I 3. 4, maxime in hac p. 14, 22: *vobis recentium rerum memoria ministratur, qua moderatione praetoriano culmini locatus insederit.* 3) Ut mittam reliqua vulgaria, Senator nominatur et praefectus praetorio Italiae a. 407 (C. Th. 16, 5, 40; cf. Symmachus ep. 2, 91) et consul a. 436 ordinarius in Oriente creatus (Tillemont *hist. des emp.* vol. 6 p. 72) et episcopus Mediolanensis amicus Ennodii (n. 66 = epist. 3, 1 et n. 205 = carm. 2, 87). 4) Probam parentem suam monialem nominat inst. div. litt. c. 23. 5) Possis item, ut in Boethianis proposuit Usener (anecd. p. 41), chronicorum exemplar nostrorum archetypum suspicari eo tempore, quo auctori honores illi recte convenirent, a librario eorum guaro exaratam esse et ab eo subscriptionem interpolatam. sed explicatio supra proposita praeferenda est, cum subscriptiones duae non differant.

eo quaestor est factus. ipse in ep. XI 39 ait provinciam, a qua originem duceret, iudicem se sensisse, id est correcturam Lucaniae et Bruttiorum ipsum quoque ad exemplum patris administrasse.

Quando natus sit Senator, certa ratione determinari nequit[1]); sed cum quaestor factus sit iuvenis admodum et ut ipse ait primaevus cum propter natalium splendorem tum quod facundia regi placuerat[2]), recte sumemus honorum illustrium cursum eum iniisse annos natum fere viginti[3]). iam cum epistulae, quas scripsit quaestor, comprehendi videantur annis c. 507/511, natus credendus erit c. a. 490, sed ut citra hunc terminum natales eius nullo modo figi queant, facile autem aliquot annis ante nasci potuerit. quocum convenit, quod per universam variarum syllogen nusquam ad senectutis privilegia excusationesve adspirat, id quod eiusmodi indolis scriptor certe fecisset, si potuisset per aetatem, et propterea verisimile est quo tempore varias edidit, id est a. 537, eum fuisse aetatis maturae magis quam senilis.

Consiliarius patris praefecti praetorio, a quo honore ex anecdoto iam scimus Cassiodorum vitam publicam inchoasse, factus est non ante a. 501, cum patris praefecturam supra viderimus a. 500 posteriorem esse.

Propter laudes Theoderici regis ab eo recitatas eum quaestorem creatum esse cum in anecdoto narretur, parum liquet quo loco constitutus eiusmodi orationem habere potuerit nondum adscitus in senatum. postea saepe, ut ait in praefatione variarum, *reginas et reges* publice laudavit[4]), et supersunt quaedam orationum fragmenta tradita sine nomine auctoris, sed probabiliter relata ad Cassiodorum, quae nos variis subiunximus. tempus quaesturae inde determinatur, quod ut infra monstrabitur, quattuor primorum librorum syllogae huius epistulae a Cassiodoro scriptae sunt in quaestura, earum autem nulla certis argumentis probari potest aut prior esse a. 507 aut posterior a. 511. inter hos terminos igitur officium concludemus fortasse etiam magis restringendos; nam officium iure annuum per quinquennium continuatum esse parum verisimile est.

Intervallo satis amplo, quod intercedit inter quaesturam auctoris et magisterium, probabiliter attribuetur supra memorata correctura eius Lucaniae et Bruttiorum, quam ita ad exemplum patris post honores illustres administraverit.

---

1) Erroribus antiquis dudum explosis non immoramur. computum quendam paschalem scriptum a. 562 editum una cum chronicis Cassiodori (opp. vol. 1 p. 396 Garet.) qui ipsi tribuebant, cum eum non reperirent inter scripta quae ipse enumeravit agens annum nonagensimum tertium, inde effecerunt Cassiodorum eum post hunc scripsisse itaque anno 562 fuisse annis XCIII maiorem sive natum esse ante a. 470; sed ut alia mittam, computum eum libri nulli Cassiodoro tribuunt et casu solo inter opera eius se insinuavit. unicus qui hodie notus sit huiusce libelli codex musei Britannici Cottonianus Calig. A XV saec. VIII (Zangemeister in actis acad. Vindobonensis vol. 84 a. 1876 p. 488) eum praeponit inscriptum 'de compoto paschali' sine nomine auctoris (Krusch *neues Archiv* vol. 9 p. 113). Trithemius autem in catalogo scriptorum ecclesiasticorum (Basileae 1494 f. 35) quod posuit: *claruit temporibus Iustini senioris et usque ad imperii Iustini iunioris paene finem, annos habens aetatis plus quam XCV anno domini DLXXV,* id quod ducit ad annum 480 anterioremve, eandem fidem habet, scilicet nullam, quam reliqua Trithemiana, cancellarium eum fuisse Theoderici regis, senatorem Ravennatem, abbatem denique coenobii apud urbem Ravennatensem, scripsisse eum 'epistolarum ad diversos li. XXVIII'. 2) Praeter anecdotum (p. VI v. 16) in variis quoque rex ait IX 24 recepisse se eum ad quaestoris officium *primaevum.* 3) Confert Thorbeckius (*Cassiodorus Senator.* Heidelbergae 1867 p. 9) apte quod in variis X 3 Athalaricus, qui obiit annum agens XVII, dicitur ereptus *primaevus.* Petronius Maximus secundum titulum a. 421 (C. I. L. VI, 1749) *primaevus in consistorio sacro meruit nono decim(o) aetatis anno, sacrarum remunerationum per triennium comes* cet. 4) Praef. p. 4, 27 cf. IX 25: *aures dominantium luculenta saepius praedicatione complevit .... purpuratas auditori suo fenerat laudes ... patrem quoque clementiae nostrae* (scilicet Eutharicum) *in ipsa curia Libertatis qua discretitudine devotus asseruit.*

Consul ordinarius Senator factus est a. 514. quod in anecdoto legitur patriciatum eum obtinuisse aut ante consulatum aut simul cum eo 1), potest in dubium vocari, non tam quod culmen illud honorum parum convenit homini primos administrationum gradus non supergresso, sed quod in variarum opere nusquam ne in inscriptionibus quidem epistularum ad Senatorem vel a Senatore datarum patriciatus mentio fit, cum is in aliis hominibus saepenumero ita enuntietur. eius honoris cum praeter anecdoton solus variarum index mentionem faciat, possis conicere patricium eum factum esse sub finem praefecturae.

Chronica publici iuris fecit a. 519.

Magister officiorum secundum disertum ipsius testimonium tum fuit cum obiit Theodericus rex a. 526 die Aug. 30 mansitque sub Athalarico. officium quando et inierit et deposuerit, aliquatenus inde determinatur, quod, ut mox videbimus, eo fungens epistulas dedit et libri quinti scriptas nomine Theoderici et libri octavi et ex parte noni Athalaricianas. epistulas eas infra videbimus comprehendi inter annos 523 et 527.

Historiae Gothicae libros XII a Cassiodoro editos videri inter a. 526, quo Theodericus obiit, et 533, quo eorum meminit in variis, ad Iordanem 2) ostendi. eorum epitome extat conscripta a Iordane a. 551 superstite Cassiodoro.

Praefectus praetorio creatus est ab Amalasuintha regnante nomine tenus filio Athalarico a. 533 mansitque cum sub Theodahatho, qui a. 534 Athalarico successit, tum caeso eo autumno a. 536 sub Witige, quo regnante edidit variarum syllogen exeunte a. 537.

Librum de anima, quem tertium decimum variis addidit, infra ostendemus ad eas additum esse post captum Witigem a. 540.

Posterior item variis est libellus de ordine generis Cassiodororum, quippe in quo variae commemorentur; neque enim adsentior Usenero libellum adiudicanti a. 523. nam principium epitomae perturbatum totum et breviatoris magis quam auctoris quod praefecturam non habet, nequaquam ostendit libellum ante susceptam eam scriptum esse: in sequentibus autem mihi dubium non est mentionem eius latere in corrupto vocabulo *praefuisset* et abstinendum esse a violento remedio, quo usus est Usenerus locum, quo tractatur de variis, insiticium esse totum. denique Cethegum, ad quem liber directus est, constat advixisse ad a. 546 et ultra.

Libros quos edidit Cassiodorus argumenti ecclesiastici aut certe destinatos ecclesiasticis erudiendis ipse enumerat in exordio orthographiae, in qua enumeratione quae commentarios in psalmos subsequuntur institutiones divinarum et humanarum lectionum, ea edidit sub papa Vigilio inter a. 543 et 555 3). ad orthographiam discutiendam ibidem ait pervenisse se anno aetatis nonagesimo tertio. nos haec ulterius non persequimur: vides auctorem relicto saeculo ad ecclesiam se contulisse ante a. 555 et, si recte posuimus eum natum esse a. 490, advixisse ad a. c. 583.

De titulo variarum et de numero librorum cum ipse auctor multis verbis in praefationibus disserat et libri in summa re cum his conspirent, non opus est pluribus ex-

1) *Ex patricio* quod ibidem in ipso principio appellatur, non recte componetur cum similibus, de quibus egi *Neues Archiv* XIV, 484, sed ortum est omnino ex perturbatione hoc loco in anecdoto obvia. 2) Praef. ad Iordanem p. XLI. 3) Inst. div. litt. c. 1: *hunc* (Origenem) *licet tot patrum impugnet auctoribus, praesenti tamen tempore et a Vigilio papa viro beatissimo denuo constat esse damnatum.* damnavit Origenem iubente Iustiniano synodus Constantinopoli habita praeside Mena non ante a. 543 (Mansi coll. concil. vol. IX p. 124; Hefele *Conciliengeschichte* 2^2 p. 789).

ponere. *formulas* libris sexto et septimo comprehendi cum auctor dicat, eum indicem ad hos libros pro variis codices quidam substituunt, in his primarius Leidensis, vix recte, cum operis tenor ita interrumpatur. extremo libro quod Bruxellensis ceteroquin huius partis princeps formularum vocabulum subscribit, non dubius error est. ad numerationem librorum redeundum erit in tractatu de codicum generibus: veram ut in prioribus septem libri meliores omnes retinuerunt, ita in quinque posterioribus a reliquis avulsis fere oblitterata est: scilicet praeter codices classis sextae, ubi restituta magis est quam antiquitus tradita, soli epitomati classis quintae vestigia certe verorum numerorum servaverunt.

Superest ut subiciamus codicum a nobis adhibitorum inscriptiones et subscriptiones, quas utilius visum est in praefatione coniunctas proponere quam in apparatu exhibere disseminatas. elegi ex ordine primo (l. I—IV, 39) libros *OMX* (adiectis in *M* item inscriptionibus l. VIII—XII eodem volumine comprehensis pertinentibus ad classem quartam), ex ordine secundo (l. I—VII, 41) libros *LRPDK* (in hoc adhaerent inscriptiones l. VIII—XII pertinentium ad classem quartam), ex ordine quarto (l. VII, 42—XII) libros *BZN* (adhaerent in hoc inscriptiones l. I—IV pertinentium ad ordinem primum), ex ordine sexto (l. I—XII) libros *EF*. ordinis tertii (l. VI—VIII, 10) libri inscriptionibus carent; quinti (l. VIII—XII epitomati) quaenam earum vestigia retineant, ostendit codicum descriptio.

O = Romanus Angelicanus V. 4. 7 saec. XII.

l. I variarum Thodarici (*sic*) regis incipit liber primus
(*praefatio*)
(*laterculus*)
(*epistulae*).

l. II ut supra explicit liber primus incipit ii
(*laterculus*)
(*epistulae*).

l. III (*praescriptio nulla*)
(*laterculus*)
(*epistulae*).

l. IIII (*praescriptio nulla*)
(*laterculus*)
explicit tituli libri quarti
(*epistulae ad* 20).

M = Montispessulanus n. 294 saec. XII.

(*praescriptio nulla*)
(*praefatio*).

l. I (*laterculus*)
Magni Aurelii Cassiodori Senatoris (senatori *l. II*) u̅c̅ (u̅o̅ *l. II*) et inl exques̅t̅ (exqaes̅t̅ *l. III*) pal (*sic l. II*, palacii *praeterea*) excon̅s̅. (ex consul *inser. l. I*) or̅d̅ (o̅r̅o̅ *l. II. III*, ordinarii *praeterea*) exma̅g̅ (exmagist *inser. l. I*) o̅f̅f̅ (*sic l. III*, o̅f̅f̅o̅ *l. II*, officii *inser. et subscr. l. I*) p̅p̅o̅ (*sic subscr. l. I et l. II. III*, praepositi *inser. l. I*) atque pa̅t̅ (*sic l. III*, patricio *l. II*, patricii *praeterea*) uariarum liber primus incipit
(*epistulae*)
Magni .... uariarum liber primus explicit.

l. II incipit secundus
(*laterculus*)
Magni .... expl. uariarum liber ii

l. III incipit liber iii.
incipit tituli libri tercii
(*laterculus*)
explic. tituli libri iii

(*epistulae*)
Magni .... uariarum liber iii explicit.

l. IIII incipit eiusdem liber iiii
(*latereulus*)
explič tituli libri quarti
(*epistulae*).

l. VIII incipiunt capitula epistolarum Cassiodori
(*latereulus*)
expliciunt capitula
incipit liber primus uariarum cassiodori Senatoris uiri clarissimi
(*epistulae*)
expič (*sic*) liber primus Cassiodori Senatoris.

l. IX (*latereulus*)
incipit liber secundus
(*epistulae*)
explicit liber secundus uariarum Cassiodori Senatoris.

l. X (*latereulus*)
incipit liber tercius
(*epistulae*)
explicit liber tercius uariarum Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi atque patricii.

l. XI (*latereulus*)
prefatio cartharum prefecture
(*praefatio*)
Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii pposíti (*sic*) atque patricii liber quartus incipit
(*epistulae*)
Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officialis prefecti primi ordinis atque patricii liber quartus uariarum explicit.

l. XII (*latereulus*)
incipit liber quintus uariarum
(*epistulae*)
Magni Aurelii Casiodori Senatoris uiri clarissimi et illustris ex questoribus palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii prepositi officiorum atque patricii liber quintus uariarum formularum (M^3, *incert.* M^1) explicit feliciter. amen.

X = Montispessulanus n. 4 saec. $\frac{\text{XII.}}{\text{XIII.}}$

incipit prologus Cassiodori in libro uariarum formularum
(*praefatio*)
explicit prologus.

l. I incipiunt capitula
(*latereulus*)
expliciunt capitula
Magni Aurelii Cassiodori Senatoris (*post* ill. *l. II*) uiri clarissimi (consulis *l. IV*) et (*om. l. I*) illustris ex equestris (costris *l. I*) palacii exconsulis ordinarii (ordine *l. IV*) exmagistri officii praepositi (papae *l. IV*) atque patricii uariarum formularum (*om. l. IV*) liber primus incipit.
(*epistulae*)
explicit liber primus.

l. II incipiunt capitula
(*latereulus*)
expliciunt capitula
Magni ... liber II^us^ incipit
(*epistulae*)
explicit liber secundus

l. III inc. capitula libri iii
(*laterculus*)
explic. capitula
Magni A. C. Senatoris .... liber IIIus incipit
(*epistulae*)
Magni .... liber IIIus explicit.
l. IIII incipit iiiius
(*laterculus*)
(*epistulae*).

L = Leidensis Vulcan. n. 46 saec. XII.

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uariarum libri numero duodecim. ex quibus in hoc uolumine sex et semis continentur
iure Senator — placent
incipit praefatio tocius operis
(*praefatio*)
explicit prefatio libri uariarum.
l. I incipiunt tituli libri primi uariarum
(*laterculus*)
expliciunt tituli libri primi uariarum
incipit uariarum liber primus
(*epistulae*)
explicit uariarum liber primus.
l. II incipiunt capitula secundi
(*laterculus*)
(*epistulae*)
explicit variarum liber secundus.
l. III incipiunt capitula tercii
(*laterculus*)
expliciunt capitula
incipit liber iii
(*epistulae*)
explicit uariarum liber tercius.
l. IIII incipiunt capitula quarti
(*laterculus*)
expliciunt capitula
incipit liber quartus
(*epistulae*)
explicit uariarum liber quartus.
l. V incipiunt tituli libri quinti
(*laterculus*)
expliciunt tituli libri quinti
incipit eiusdem liber V.
(*epistulae*)
explicit uariarum liber .V.
l. VI incipit formularum liber sextus
(*laterculus*)
(*epistulae*)
explicit uariarum liber .VI.
l. VII incipiunt tituli in eiusdem librum septimum
(*laterculus*)
incipit eiusdem liber .VII.
(*epistulae*)
finiunt epistolae theoderici regis numero trecentae et una
reliquarum exemplaria longe lateque requisita reperire non potuimus.

R = Monacensis 13072 saec. XII.

incipit praefatio totius operis
(*praefatio*)
explicit praefacio libri uariarum.
l. I incipiunt tituli libri primi uariarum (uariaru*m *R*[1])
(*laterculus*)
expliciunt tituli libri primi uariarum
incipit liber uariarum primus
(*epistulae*)
l. II explicit liber primus uariarum
incipiunt capitula libri secundi
(*laterculus*)
explicieiunt (*sic*) capitula
liber secundus
(*epistulae*)
finit liber secundus uariarum.
l. III incip cap libri secundi (*sic*)
(*laterculus*)
expliciunt capitula
incipit liber tercius
(*epistulae*)
explicit liber uariarum tercius.

l. IIII incipiunt capitula libri quarti
(*laterculus*)
expliciunt capitula
incipit liber quartus uar.
(*epistulae*)
explicit liber uariarum liber quartus.

l. V incipiunt capitula libri quinti
(*laterculus*)
fin cap
incipit liber quintus
(*epistulae*)
finit liber uariarum quintus.

l. VI incipiunt capla (*sic*) formularum libri sexti
(*laterculus*)
incipit liber sextus
(*epistulae*)
explicit uariarum liber sextus.

l. VII incipiunt tituli in eiusdem librum septimum
(*laterculus*)
incipit eiusdem liber uii
(*epistulae*).

P = Palatinus n. 273 saec. XII.

l. I incipiunt epistole theoderici regis
(*praefatio*)
incipiunt capitula in librum primum epistolarum theoderici regis
(*laterculus*)
(*epistulae*).

l. II incipiunt capitula
(*laterculus*)
(*epistulae*).

l. III incipiunt capitula
(*laterculus*)
(*epistulae*)
explicit liber iii[us]

l. IV incipit quartus
(*laterculus*)
(*epistulae*).

l. V incipit liber quartus (*sic*)
(*laterculus*)
(*epistulae*)
explicit liber quintus

l. VI incipit sextus
(*laterculus*)
(*epistulae*)
explicit liber sextus.

l. VII incipit septimus
(*laterculus*)
(*epistulae*).

D = Berolinensis Diezianus C. quart. n. 69 saec. XIII.

incipiunt epistolae theoderici regis. cap̄. I.
(*praefatio*)
(*epistulae libri primi*)
explicit liber primus.

l. II incipiunt cap̄ libri secundi
Magni Aurelii Cassiodorii Senatoris uc̄ et im̄ et quesunt palatii ex conopiario ex pp̄o atque patricio io uariarum liber explicit
incipit eiusdem liber II
incipiunt tituli libri secundi
(*laterculus*)
(*ep. II*, 1—19. *V*, 9—34)
explicit liber secundus
incipit liber tertius
(*ep. V*, 35—37. *III*, 4—31)
explicit.

K = Florentinus Laurentianus 89, 23 saec. XIII.

(*principium deficit*)

(*praefationis pars extrema*)

l. I (*laterculus*)

explicunt capitula libri i

incipit liber ius

(*epistulae*).

explicit lib. ius

l. II incipiunt capitula ii libri

(*laterculus*)

incipit liber ii

(*epistulae*)

explicit liber secundus

l. III incipiunt capitula libri tercii

(*laterculus*).

incipit lib. iii

(*epistulae*)

explicit lib. iii

l. IIII incipiunt capitula libri quarti

(*laterculus*)

expliciunt.

incipit lib. iiii.

(*epistulae*)

explicit lib. iiiius

l. V (*laterculus*)

incip. lib. uus

(*epistulae*)

explicit uariarum lib. quintus.

l. VI incipit formularum lib. uius

(*laterculus*)

(*epistulae*)

explicit uiarum [*sic*] lib. uius.

l. VII incipiunt tituli libri uii qui formule nuncupantur

(*laterculus*)

incipit lib. uiius

(*epistulae*).

l. VIII Magni Aurelii Cassiodori Senatoris (sanatoris *l. XII*) viri clarissimi et illustris exquestor. (sacri *ins. l. VIII ex. I*) palacii exconsulis (et consulis *l. VIII ex. I et l. XII*) ordinarii exmagistri officii (officialis *l. XI*) praepositi officiorum (*sic l. VIII et l. XII*, praefecti primi ordinis *l. XI*) atque patricii liber uariarum ius

incipiunt capitula

(*finit quaternio; ima pars paginae vacat*)

Magni .... uariarum liber ius

(*ut supra*)

incipiunt capitula libri primi

(*laterculus*)

(*epistulae*)

incipit lib. ius uariarum Cassiodorum [*sic*] Sen̄.

l. IX incipiunt capitula libri secundi

(*laterculus*)

incipit lib. iius

(*epistulae*)

(*laterculus*).

l. X incipit liber iiius

(*epistulae*)

explicit lib. iiius Cass. Sen̄.

l. XI incipiunt capitula libri iiiiti

(*laterculus*)

(*epistulae*)

Magni .... lib. iiii uariarum

explicit lib. iiiius.

l. XII lib. uus incipit

(*laterculus*)

incipit lib. uus uariarum

Magni ... lib. uus uariarum explicit.

B = Bruxellensis 10018 saec. XII.

Libri VII—XI subscriptionibus carent spatio vacuo relicto.

l. XII fin.:

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri consularis et illustris exquest. palatii excons. ord. exmag̃. off̃. p̄p̄o atque pat expl liber formularum.

Z = Parisinus 2185 A. saec. XIII.

l. VIII Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri (uiris Z^a) clarissimi et illustrissimi exquaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officialis praepositi primi officii atque patricii libri uariarum epistolarum incipiunt transmissarum Romanis imperatoribus, senatui, populo, quaestoribus, patriciis, episcopis a regibus Gothorum

incipiunt capitula libri primi

(*laterculus*)

expliciunt capitula

incipit liber primus uariarum Cassiodori Senatoris

(*epistulae*)

explicit liber primus uariarum Cassiodori Senatoris.

l. IX incipiunt capitula libri secundi

(*laterculus*)

expliciunt tituli

incipit liber secundus

(*epistulae*)

explicit liber secundus uariarum Magni Aurelii Cassiodori Senatoris (m. c. a. s. Z^a).

l. X incipiunt tituli libri tertii

(*laterculus*)

expliciunt tituli

incipit liber tertius

(*epistulae*)

explicit liber tertius uariarum Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uc et illū exquestoris palatii atque patricii.

l. XI incipiunt tituli libri quarti

(*laterculus*)

expliciunt tituli

prefatio cartarum prefecture

(*praefatio*)

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris liber quartus uariarum incipit

(*epistulae*)

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustrissimi exquaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officialis atque patricii liber quintus (*sic*) uariarum explicit.

l. XII incipiunt tituli libri quinti

(*laterculus*)

incipit liber quintus uariarum

(*epistulae*)

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustrissimi exquaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officialis praepositi officiorum atque patricii lib. V variarum explicit.

N = Neapolitanus IV. B. 41 saec. XIII.

deficit praefatio

l. I (*laterculus deficit*)

(*epistulae*).

l. II Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uc et illustris exequestris palatii exconsulis ordinarii exmagistri offiti praepositi atque patricii uariarum lib. i explicit.

l. II incipit secundus

(*laterculus*)

(*epistulae*)

(*subscriptio nulla deficiente rubricatore*).

l. III (*laterculus*)

(*epistulae*)

(*subscriptio nulla*).

l. IIII (*laterculus*)

expliciunt tituli

(*epistulae*)

(*subscriptio nulla*).

l. VIII incipiunt capitula primi libri

(*laterculus*)

incipit liber primus uariarum epistolarum Cassiodori Senatoris

(*epistulae*)

explicit liber primus epistolarum Cassiodori Senatoris.

l. VIIII incipiunt capitula libri secundi

(*laterculus*)

incipit liber ii

(*epistulae*)

explicit liber ii uariarum epistolarum Magni Cassiodori Senatoris.

l. X incipiunt tituli libri tercii

(*laterculus*)

(*epistulae*).

l. XI incipiunt capitula libri quarti

(*laterculus*)

prefatio cartarum prefecture

(*praefatio*)

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris liber quartus uariarum incipit

(*epistulae*).

l. XII incipit liber u uariarum Cassiodori

incipiunt cap̄ libri u Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustrissimi exquaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri of officialis (*sic*) atque patritii

(*laterculus*)

expliciunt tituli

incip̄ lib. u.

(*epistulae*)

Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustrissimi exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri offitialis praepositi offitii atque patricii

lib. //// uariarum ī expl̄ (?)

E = Florentinus Laurentianus 16 sin., 11 saec. XIV.

incipit liber uariarum Magni Aurelii Cathiodori Senatoris uiri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi offitiorum atque patricii

incipit prologus

(*praefatio*).

l. I hec sunt capitula siue rubrice primi libri

(*laterculus*)

incipit liber primus

(*epistulae*).

explicit liber primus

l. II hec sunt capitula sive rubrice secundi libri

(*laterculus*)

incipit liber secundus

(*epistulae*).

l. III hec sunt capitula sive rubrice tertii libri

(*laterculus*)

incipit liber tercius

(*epistulae*).

explicit liber tertius

l. IIII hec sunt rubrice sive capitula quarti libri

(*laterculus*)

incipit liber quartus

(*epistulae*).

l. V hec sunt capitula libri quinti

(*laterculus*)

incipit liber quintus

(*epistulae*).

explicit liber quintus

l. VI hec sunt capitula sive rubrice libri sexti

(*laterculus*)

incipit liber sextus

(*epistulae*)

explicit liber sextus.

l. VII hec sunt capitula libri septimi

(*laterculus*)

incipit liber septimus

(*epistulae*)

explicit liber septimus.

l. VIII hec sunt capitula libri octavi
(*laterculus*)
incipit liber octavus
(*epistulae*)
explicit liber octavus.

l. VIIII hec sunt capitula noni libri
(*laterculus*)
incipit liber nonus
(*epistulae*)
explicit liber nonus.

l. X hec sunt capitula decimi libri
(*laterculus*)
incipit liber decimus
(*epistulae*)
explicit liber decimus.

l. XI hec sunt capitula libri undecimi
(*laterculus*)
incipit liber undecimus
(*epistulae*)
explicit liber undecimus.

l. XII hec sunt capitula libri duodecimi
(*laterculus*)
incipit liber duodecimus
(*epistulae*)
explicit liber nariarum Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii prepositi offitiorum atque patricii

---

F = Florentinus Laurentianus 45, 11 saec. XIV.

(*praescriptio nulla*)
(*praefatio*).

l. I rubrice primi libri
(*laterculus*)
incipit liber primus
(*epistulae*).
explicit liber primus

l. II rubrice secundi libri
(*laterculus*)
incipit liber secundus
(*epistulae*)
explicit liber secundus.

l. III incipiunt rubrice tertii libri
(*laterculus*)
incipit liber tertius
(*epistulae*)
explicit liber tertius.

l. IIII rubrice quarti libri
(*laterculus*)
incipit liber quartus.
(*epistulae*)
explicit liber quartus

l. V rubrice libri quinti
(*laterculus*)
incipit liber quintus
(*epistulae*)
explicit liber quintus

l. VI rubrice sexti libri
(*laterculus*).
incipit liber sextus
(*epistulae*)
explicit liber sextus

l. VII rubrice libri septimi
(*laterculus*).
incipit liber septimus
(*epistulae*)
explicit liber septimus.

l. VIII rubrice sive capitula octavi libri
(*laterculus*)
incipit liber octavus
(*epistulae*)
explicit liber octavus.

l. VIIII rubrice noni libri
(*laterculus*)
incipit liber nonus
(*epistulae*).

l. X rubrice decimi libri
(*laterculus*)
incipit liber decimus
(*epistulae*)
explicit liber decimus.

l. XI incipit liber undecimus
rubrice undecimi libri
(*laterculus*)
(*epistulae*)
explicit liber undecimus.

l. XII incipit liber duodecimus
rubrice duodecimi libri
(*laterculus*)
(*epistulae*).

Inscriptiones epistularum codices meliores plerique exhibent duplicatas, scilicet et ante singulos libros in laterculi formam compositas et singulis epistulis praescriptas. duplicatio ea annon afuerit ab auctoris archetypo laterculis solis contento, infra disputabitur in tractatu de libris scriptis: at si in eo codice laterculi soli adfuerunt, repetivit inscriptiones ad epistulas singulas librarius antiquissimus pendentque libri nostri omnes a codice, qui inscriptiones eas haberet duplicatas. nos quoque sic eas exhibuimus et ante libros coniunctas et ante epistulas suas. sed cum ad textum constituendum et laterculi et textus varia lectio simul adhibenda sit, eam ex apparatu ad textum spectante semovimus coniunctamque utramque proposuimus ad laterculos ita, ut ad singulas epistulas, ubi libri lectiones binae consentirent, nuda libri nota poneretur, ubi dissentirent, adiectis litterulis $^{1\,t}$ laterculi et textus lectio distingueretur, exempli causa *L* significaret ita legi in Leidensi loco utroque, L^1 in Leidensis laterculo, L^t in textu eiusdem.

Compendia, quibus honores sollemni consuetudine in epistularum praesertim inscriptionibus significantur, in textum ut fieri debuit admisimus: hoc autem loco ratio reddenda est, quatenus tradita in apparatum inseruerimus. ipsas litteras singulares, quibus ea aetas honorum et dignitatum gradus indicare solebat, quatenus in codicibus vel apud Accursium invenimus, enuntiavimus omnes nominatim: exempli causa ep. I 2 *viro spectabili* qui libri habent compendiata more sollemni *v. s.*, eos enumeravimus. a notis his ubi libri discedunt modo recte solventes modo perperam, quid habeant apparebit ex tabula subiecta, cuius a regulis ubi libri discedunt, id in apparatum rettulimus. saepenumero enim certus librorum ordo in eiusmodi compendio male solvendo cum sibi constet, exempli causa pro *v. s.* ponatur *vir senator* vel *vir sublimis*, item *praepositus* pro $\overline{ppo}$, utilius visum est eum errorem hic coniunctim indicare quam singillatim de eo referre. sunt autem compendia haec numero quinque, quorum quattuor constanter ponuntur, una praefecti urbi dignitas modo notatur, modo perscribitur. similia quae inveniuntur, ut *viro venerabili* de episcopis, in archetypo videntur omnia perscripta fuisse.

$\overline{\text{PPO}}$ est *p(raefectus) p(raetori)o.* cl. I optimi compendio utuntur; *praeposito* passim deteriores ($N^t EF$ cet.). — Ex cl. II *LRK* compendium saepe retinent, saepe solvunt *praeposito*, semel VII 19 *populum; PD* et Accursius plerumque compendio utuntur, ubi solvunt (ut II 30. 37. 38), item solvunt *praeposito*. — Cl. IV solvit plerumque *populo* (ut VIII 6 Z^t), raro *praeposito* (ut VIII 20 Z^t).

P. V. est *p(raefectus) u(rbi)*. cl. I saepe solvit *pontifici*, id quod in apparatu indicatur; *patricio* substituit *N*. — Cl. II ubi compendium non ponit, solvit recte.

V. C. est *v(ir) c(larissimus)*. cl. I *M* semper, reliqui fere compendio utuntur (cf. ad I 7. III 25). — Cl. II *LRK* solvunt plerumque *viro comiti* (I 7. III 25. V 7^1 et sic I 7. V 7 *E*), raro *viro consulari* (V 7^t et sic III 25 *E*).

$\overline{V}$. $\overline{I}$. est *v(ir) i(nlustris)* vel plurali numero $\overline{VV}$. $\overline{II}$. *v(iri) i(nlustres)*. cl. I aut compendium retinet aut solvit recte (sic ad I 3. 6. 39. 42. III, 52. 53 liber *M*, praeterea compendio usus). — Cl. II raro ponit compendium, plerumque aut recte solvit aut ponit solum vocabulum *viro*, id quod indicatur in apparatu. — Cl. IV (*ZM cet.*) ubi non utitur compendio, semper ponit *viro iusto* (*sic* VIII, 13 Z^1 et passim deinceps).

$\overline{V}$. $\overline{S}$. est *v(ir) s(pectabilis)* vel plurali numero $\overline{VV}$. $\overline{SS}$. *v(iri) s(pectabiles)*. cl. I codex optimus *M* solvit *viro senatori* ad solas ep. I 2. 5. 36; eadem interpretatio in deterioribus huius ordinis passim invenitur. — Cl. II codices *LRK* raro compendium ponunt (III 27. IV 12), plerumque solvunt *viro sublimi* (substituunt *uiro illustri* I 38. IV 15 cet.). codices *PD* et in primis septem libris Accursius *uiro sublimi* non habent nisi V, 30 (Acc.; deficit *P*). 36 (P^1D^1, us P^1 *Acc*.). — Cl. VI codex *E* contaminatus habet I 5^1 *uiro senatori sublimi*, deinde per libros I—IV ex cl. I derivatos fere *viro senatori*, in posterioribus *viro sublimi*; ab ea lege quae recedunt, relata sunt in apparatum. — Cl. IV cum secunda aut compendium ponit aut solvit *viro sublimi* (ut VIII 25 Z^1).

Scribentis nomen cum apud Cassiodorum inscriptionem finire soleat, et ipsum passim per compendium scribitur vel etiam omittitur (ut in latereulis facit *P* semper, inde ab I 4 *K*), id quod raro adnotavi.

Numeri, quos editores priores secuti nos quoque epistulis adscripsimus, in libris passim deficiunt, aliquoties perperam adiciuntur; ipse *L* in libro II inscriptionem pro prima epistula numerat et ita primam pro secunda, contra *P* in primo libro secundam numerat quasi esset prima. adfuisse numeros in codice archetypo librorum quinque postremorum ostendit folium quod ex eo superest Halense et possunt adfuisse in ipso auctoris archetypo; sane si in eo inscriptiones nullae singulis epistulis praescriptae fuerunt, id quod probabilitate non caret, in latereulo compositae parum commode ad epistulas referri potuerunt nisi numeris utroque loco adscriptis. nos librariorum in numeris errores in apparatum non rettulimus nec magis attendimus ad vocabula *capitulum* vel *titulus* in quibusdam libris, ut *PD*, ad latereulum epistulasve adscripta.

Auctores quamquam ad epistulas has conscribendas Cassiodorus proprie adhibere non potuit, ex iis, quae pro re in usum convertit a scriptoribus tradita sive memoriter retenta sive libris inspectis adsumpta, ne hic quidem praetereunda sunt excerpta ex capitibus duobus fabularum Hygini 274 'quis quid invenerit' et altero olim eidem ut videtur subiuncto 277 'rerum inventores primi', de quibus nuper exposuit Georgius Knaack in Hermae vol. 16 (1881) p. 584. eum secutus composui infra qui Cassiodorianis respondent locos apud Hyginum superstites; alios de purpura (I 2, 7. VI 21, 2), de cithara (II 40, 14; cf. Hygin. 277), de geometria (III 52, 3), de triremi (V 17, 2), de pane (VI 18, 6), de fabricis (VII 5, 2), de statuis (VII 15, 3), de pecunia (VII 32, 3) ad eandem originem, cum dubium non sit Hyginiana a Cassiodoro lecta esse longe pleniora, coniectura revocatos a Knaackio omisi nec recepi nisi quae extant in Hyginianis nostris.

Cassiodorus:	Hyginus:
I 30, 5: (a pugnis) pugna nomen accepit: postea Belus ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum placuit nominari.	c. 274: Afri et Aegyptii primum fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum.
III 31, 4: aes enim Ionos (Ion *corr. Wilamowitz*) Thessaliae rex,	c. 274: ... aes Thebis primus inventum condidit.
plumbum Mida regnator Phrygiae repperernnt.	c. 274: Midas rex Cybeles filius Phryx plumbum album et nigrum primus invenit (*cf. Plinius h. n. 7, 56, 197*).
III 51, 3: (spectaculum curruum) primus .. apud Elidem Asiae civitatem Oenomaus fertur edidisse.	c. 274: Elide, quae urbs est in Peloponneso, certamina quadrigarum primum instituta sunt.
IV 34, 3: primi dicuntur aurum Aeacus, argentum Indus rex Scythiae repperisse.	c. 274: Sacus Iovis filius in Panchaia in monte Taso aurum primus invenit, Indus rex in Scythia argentum primus invenit (*cf. Plinius h. n. 7, 56, 197*).
V 17, 4: (velum) Isis rati prima suspendit, cum per maria Harpocran filium suum .. perquireret.	c. 275: Velificia primum invenit Isis, nam dum quaerit Harpocraten filium suum, rate velificavit.
VI 18, 6: Ceres frumenta dicitur invenisse.	c. 274: in Sicilia frumentum Ceres prima invenit.
VII 18, 2: (arma) primum Phoroneus Iunoni dicitur obtulisse, ut inventum suum numinis ... auspicio consecraret.	c. 274: Phoroneus Inachi filius arma Iunoni primus fecit, qui ob eam causam regnandi potestatem habuit.
VIII 12, 5: (litteras) primum, ut frequentior tradit opinio, Mercurius volatu Strymoniarum avium collegisse memoratur: nam et hodie grues, qui classe consociant, alphabeti formas natura inbuente describunt. *citatur deinde Helenus (cf. p. 243 not. 1).*	c. 277: Parcae ... invenerunt litteras Graecas septem ... alii dicunt Mercurium ex gruum volatu, quae cum volant litteras exprimunt.

Praeter epistulas librorum duorum sexti et septimi, quas auctor ipse formulas appellat neque certis personis inscripsit, sed honoribus in futurum dandis ita destinavit, ut quicumque crearentur iis recte convenirent nomine inserto,[1]) reliquas vere missas esse ad eos quibus inscriptae sunt et auctor ait nec facile quisquam in dubitationem vocabit. sed tamen epistulae scriptae publico nomine per tempora turbulentissima a summo magistratu et in rerum fluctibus collocato admirationem movent exilitate sua et vaniloquentia. sylloge Cassiodorana in ipso de imperio Italiae Gothorum Byzantiorumque conflictu bello furente propemodum interneciνo edita quod nullum verbum habet, quo aut Germani offendantur aut Iustinianus, ingenium auctoris testatur et pavidum et callidum et ita umbra-

1) Prope ad has accedunt epistulae pluribus exemplis datae adeoque singulis annis repetitae, quales sunt XI 7. XII 1. 2. 16; his quoque nomina propria nulla inserta esse consentaneum est.

tile, ut ne ii quidem laudare queant qui imitantur. hoc certe auctor adsecutus est calamistris suis, ne ruente imperio ipse una caderet licet ditissimus et summo loco constitutus. sed experimentum antea fecerat ob provectum ab Amalasuintha impetratum laudibus eam magnificis extollens, deinde caesa ea interfectori eius Theodahatho non minorem verborum copiam subministrans itemque mox successori huius Witigi regi, denique praestigias has omnes sibi contrarias uno volumine coniunctas palam proponens, quasi adulationis scholam exemplorum varietate commendaturus. severo delectu ex sylloge epistularum ab eiusmodi homine instituta sublata esse ea potissimum, quae hodie utilissima forent, non mirabimur nec magis quod epistulae ab eo selectae, quamquam non plane desunt vituperationes,[1]) versantur fere in rerum hominumque laudibus. auxisse eum cum ederentur epistularum mala lenocinia qui suspicatus est, ad aetatis consuetudinem parum attendit:[2]) constitutiones aetatis labentis quaecumque integrae ad nos pervenerunt, ut Diocletiana de pretiis rerum venalium, exordiis suis eandem eruditionem prae se ferunt et per se vilem et a rerum tractatione alienam eundemque stilum tumidum et contortum, ut quid significent quae narrantur saepe haereas, cur narrentur, plerumque frustra quaeras. ita eae quoque epistulae, quas vere missas esse satis constat, aliquatenus certe ad formularum condicionem prope accedunt non solum eo nomine, quod propria et utilia pleraque auctor subinde resecuit, sed etiam certis proprietatibus. dies consulesque perpetuo scriptor suppressit verborum magis quam rerum studiosus. nomina quoque personarum locorumque non raro aut sublata sunt aut in exemplaribus his sumptis sine dubio ex auctoris periculis remanserunt non expleta. eorum nomina, ad quos epistulae datae sunt, cum in hominibus humilioribus[3]) vel extra Italiam constitutis[4]) non raro deficiant, praeterea plerumque adsunt[5]): scilicet augent nomina illa nobilia et nota honorem etiam scriptoris. contra in epistularum tenore passim substituitur vocabulum *ille*, maxime in legatis missis a rege Italiae[6]) vel ad eum,[7]) item in mandatariis regiis praefectoriisve,[8]) sed alibi quoque praesertim ubi agitur de ignobilibus.[9]) simili ratione praediorum quoque nomina[10]) vel indictionum numeri[11]) saepe repraesentantur eodem vocabulo. imo adeo loco (IV 53) cum requirantur nomina duo aquilegum illustrium et Latini et Graeci, adest illud nomen scilicet Marcelli, pro Graeco quod responderet, cum eruditio

---

1) Ita senatus acerbe reprehenditur propter moras in recipiendo viro quodam admisso a rege ad honorem senatorii ordinis IV, 29. 2) Levem hanc suspicionem a Schirreno potissimum defensam recte refutavit Thorbeckius p. 54. querimonias contra reges Wandalorum Thrasamundum (V 43) et Hildericum (IX 1), quarum tamen prior statim temperatur litteris reconciliatoriis V 44, auctor admisit librum edens post Carthaginem factam Byzantiorum. 3) Ita XII 4. 7 directae ad canonicarium Venetiarum. 4) Ita epistulae duae X 33 data ad magistrum officiorum Orientis scilicet et X 35 data ad praefectum Thessalonicensem nominibus carent. 5) Nomine eius ad quem datae sunt praeterea carent epistulae tres II 12 *comiti siliquatariorum et curas portus agenti* — V 7 *regi Warnorum* — XII 8 *consulari provinciae Liguriae*. 6) I 1. 46. II 41. III 1. 2. 3. 4. IV 2. V 1. 43. VIII 1 (ubi sequitur *per supra scriptos legatos*) IX 1. X 32. 33. 35. cf. Priscus fr. 8 p. 77 Müll.: *ἐνεγέγραπτο δὲ* (in mandatis a Theodosio II legatis ad Attilam datis) *τῶν πρεσβευομένων ἀνδρῶν ἕνεκα, ὡς ὁ μὲν Βιγίλας ἑρμηνεὺς, ὁ δὲ Μαξιμῖνος μείζονος ἤπερ ὁ Βιγίλας ἀξίας, γένους τε περιφανοῦς καὶ ἐπιτήδειος ἐς τὰ μάλιστα βασιλεῖ.* 7) V 2. 44. 8) VIII 5. X 8. 13. 16. 17. XI 7. 15. 34. 38. XII 19. 27. 9) I 10: *ab illo arcario praefectorum.* III 15: *illum quem dudum ad viri illustris Sonae iudicium decrevimus convenire.* IX 17: *cognovimus illum et illum Romanos ... custodiae poena maceratos.* XII 7: *illi vel illi Sueborum incursione vastatis.* XII 8: *ille casarum suarum fiscum in illa provincia constitutarum, quas brevis subter conscriptus eloquitur, exactorum suggerit enormitate vexari.* 10) III 29: *horrea ... quibus illud atque illud vocabulum praefixit antiquitas .. concedimus* IV 34. 39. V 6. 7. XII 8. 11) V 7. IX 7. XII 8. 11.

deficeret, impudenti inertia auctoris item *ille* vocabulum remansit. cave in his recondita quaeras: immo vides inanium verborum admiratorem sui similibus lectoribus syllogen destinavisse, neque hi ei defuerunt.

De statu rerum Romanarum sub regibus Gothis in praefatione exponere nolui, ne iusto longius a mandato officio recederem et pro editore rerum scriptorem agere indicarer. itaque de eius aetatis rerum administratione nuper alibi egi (*ostgothische Studien* in eph. nostra *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* vol. 14 a. 1889 p. 223—249. 451—544). sed quo tempore epistulae scriptae sint, quatenus fieri potest in hac praefatione exponendum est, cum praesertim errent qui de ea re in hanc vel illam epistulam inquirunt nullo universae syllogae respectu habito. dicendum erit primum de indictione, scilicet cum ad annum designandum ea sola fere Cassiodorus utatur, quemnam terminum ita significet: deinde exquiremus, quatenus epistulae ad temporis ordinem dispositae sint et ad quosnam terminos syllogae partes et epistulae singulae revocari queant.

Indictionem Occidens certe ad finem saeculi sexti nullam novit nisi quae inciperet a mense Septembri. nam quam Marinius pap. dipl. p. 306 et post eum Rossius inscr. chr. I p. C in contrarium adlegant inscriptionem urbanam relatam apud Lupium epit. S. Severae p. 25: *hic requiescit Theodorus v.c. Grecus Vizanteus .... depositus die quinta decima m̄. Augusti ind. septima et filius eius Theodoraci quii bixit m̄. VII depositus idus Octoris* [sic] *impp. dd. nn. piissimis Augg. Heraclio anno nono, p.c. eiusdem d̄. n̄. anno octabo atq. Heraclio Constantino novo filio ipsius anno septimo indict. septima, qui vixit annos plus minus LXXV*, ea nequaquam dies duos XV. Aug. et id. Oct. eidem indictioni septimae attribuit, sed ut extrema verba *qui vixit a. pl. m. LXXV* ad patrem pertinent, ita etiam quae praecedit temporis determinatio ad eundem referenda est, et vere incidit dies Aug. 15 in indictionem septimam 1 Sept. 618 — 31 Aug. 619. solita igitur huius aetatis perturbatione verba *indictione septima* bis posita sunt et verba *et filius ... idus Octoris* interpolata loco non suo. sane non desunt inter titulos sexti saeculi a fossoribus omni genere errorum inquinatos, qui in indictionum numeris errant; sed rari ii sunt prae iis qui regulam sequuntur. exempli causa inter Ravennates Iustino II anteriores, quos examinavi utpote in tali quaestione prae reliquis fide dignos, nullus est consulatum item habens, qui ab ea recedat, duo (C. I. L. XI, 298. 308), qui non conveniunt nisi indictioni autumnali. itaque Cassiodorus, qui in iis numeris errare non potuit, hanc ubivis secutus sit necesse est. — Sed etsi de ipsis indictionis Cassiodoranae terminis satis constat, alia rursus surgit quaestio ad tempora epistularum recte constituenda magni momenti, utrum ubi indictionis mentio fit, annus ille Sept. 1/Aug. 31 perpetuo intellegendus sit an vocabuli interpretatio paullo diversa admitti possit. temporis spatium illud ibi significari, ubi de praestandis secundum indictiones tributis agitur, inde colligitur, quod ab iis locutio haec originem cepit: ita remittuntur tributa *per tertiam indictionem* (IV 36) et *augmenti nomine* quaedam flagitantur *per quartam indictionem* (IX 9), id quod alibi (IX 11 cf. 10. 12) sic enuntiatur: *ut quicquid possessoribus — videtur adiectum de quarta indictione non exigant.* item VII 32 cum moneta committitur *ab illa indictione per iuge quinquennium* indictio posita est quodammodo pro die a quo incipit et significatur committi negotium per indictionem proximam et quattuor sequentes. sed magis dubium est quid significent formulae in dignitatibus conferendis sollemnes *per indictionem illam* et *ab indictione illa.*

	per illam indictionem:	ab illa indictione:
consulis	VI 1. IX 22.	
patricii		VI 2
praefecti praetorio	VIII 20	VI 3. IX 24. 25
praefecti urbi	I 42. III 11. VI 4. IX 7	
quaestoris	VI 5. VIII 18. X 6. 7	V 3
magistri officiorum	VI 6	
comitis sacrarum largitionum	V 40. VI 7	VIII 16
comitis privatarum	VI 8	
comitis patrimonii	IV 3. VI 9	
comitis domesticorum vacantis		VI 10
comitis primi ordinis		VI 12
notarii		VI 16
praefecti annonae	VI 18	
consularis provinciae	VI 20. 21. VII 2	
comitis civitatis	VI 22. 23. VII 13. 14. 16. 26	
comitis provinciae	VII 1	
ducis provinciae	VII 4	
curae palatii		VII 5
comitis formarum	VII 6	
praefecti vigilum	VII 7. 8	
comitis Portus	VII 9	
defensoris civitatis	VII 11	
curatoris civitatis		VII 12
architecti urbis Romae		VII 15
praepositi calcis		VII 17
vicarii Portus	VII 23	
rectoris decuriarum		V 22
erogatoris opsoniorum		XII 11
domestici		X 11
cancellarii provinciae	XI 1	

proprie duae formulae ita differunt, ut altera eaque rarior *ab indictione illa* terminum quodammodo excludat et quod fieri iubetur significet in perpetuum obtinere, neque diversitas ea plane oblitterata est apud Cassiodorum, cum inveniatur potissimum in honoribus perpetuis, ut sunt patriciatus et comitiva primi ordinis: quamquam non anxie eum hoc secutum esse ostendunt alii loci, ubi invenitur applicata ad honores datos non ad diem vitae. formula frequentior *per illam indictionem* usurpatur ratione duplici: aut significatur ita temporis spatium aequiparatum rei continuae de qua agitur, ut ait Suetonius Caes. 88: *stella crinita per septem dies continuos fulsit*, aut in re non continua, sed momento temporis comprehensa significat momentum id incidere in spatium id quod significatur, ut ait Livius 2, 18: *cum per ludos ab Sabinorum inventute scorta raperentur* et 36, 14: *per eos forte dies . . consul . . . pedestres copias Larisam ducere tribunos militum iussit.* illa

interpretatio etsi in magistratibus daudis arridet utpote propria magis, quaeritur, num munera ea, ad quae refertur, ita annua fuerint, ut a k. Sept. inciperent. de administratione provinciarum id recte admittetur; ea enim cum antiquiore aetate in provinciis senatoriis annua esset[1]), id hac aetate ad provincias omnes translatum est[2]) ita, ut annus inciperet a principio indictionis[3]). neque aliter fieri potuit, cum praesidum officium vel maxime contineretur in tributis exigendis et singulae indictiones a singulis praesidibus tractandae essent; cum res tributaria tota reformata est sub Diocletiano et Constantino, id quoque inductum crediderim una cum ipsis indictionibus. at reliquae dignitates maxime maiores hac quoque aetate ut anteriore certis terminis nullis videntur conclusae fuisse, sed ab imperatore ad placitum mutatae. certe de praefectis urbi id declarat Chronographus a. 354 neque apud Cassiodorum de termino legitimo dignitatis ullius indicium superest quapropter cum in universum parum probabile sit officia supra recensita per illam vel illam indictionem tributa eius indictionis terminis legitime concludi[4]), in quibusdam eorum eam interpretationem admitti non posse constat. ita cum quis *per illam indictionem decoratur consulatus insignibus* (VI 1) vel *insignia consulatus sumit* (IX, 22), eum dubium non est fasces nequaquam gerere per annum indictionis[5]). Athalaricus cum *quaesturae insignia concedit per quintam feliciter indictionem* (VIII, 15), significare non potuit annum 526 Sept. 1 ad 527 Aug. 31, quoniam regnare coepit die demum Aug. 30 anni illius. princeps officii cum nominetur *per illam indictionem* (VII 24. 28), vix dubium est eum quoque ut reliquos officiales ea aetate locum mutavisse natali domini (XI 17). confugiemus

1) *Staatsrecht* 2³ p. 754. 2) VII 2 *formula praesidatus: inspexit antiquitas provinciarum dignitates annua successione reparari, ut nec diutina potestate usus insolesceret et multorum provectus gaudia reperirent . . sit in vestro proposito administrationem unius anni suscipere: nostrum est merentibus tempus augere.* VI 25: *iudicibus annua successione reparatis . .* VII 12: *rectores provinciarum anni actione laudatos.* IX 20 in. XI 9: *annus vester.* XII 2: *annuo sermone.* 3) Formula praesidatus cum ita pergat: *idcirco . . per illam indictionem praesidatum tibi in illa provincia . . . concedimus, ut sic debeas agere, quemadmodum nobis possessor gratias cum tributis videatur exolvere*, hic cogitandum est omnino de spatio annuo a k. Sept. incipiente, eademque interpretatio pervenit item ad formulas pariles VI 20. 21. 4) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3, 35 ex formulis Cassiodorianis collegit ea aetate dignitates omnes excepta praefectura praetorii annuas fuisse. 5) Anni consulares et indictiones quamquam re differunt, interdum ita iuxta ponuntur, quasi alterum vocabulum pro altero admitti posset: constitutio Honorii a. 401 (C. Th. 11, 28, 3) sic ait: *omnium titulorum . . . usque in consulatum primum clementiae nostrae* (a. 386), *id est usque indictionem quintam decimam quae proxima fuerit* (a. 386 Sept. 1 — 387 Aug. 31) *reliqua universa concedimus . . . . post consulatum vero mansuetudinis nostrae, id est a prima indictione* (a. 387 Sept. 1 — 388 Aug. 31) *in consulatum Olybrii et Probini* (a. 395) *omnium reli- quorum exactionem suspendi oportere censemus . . . ex consulatu sane Olybrii et Probini, id est ex nona indictione* (a. 395 Sept. 1 — 396 Aug. 31) *in praesentem diem accelerari solutionem omnium conveniet debitorum* et Theodosii II. a. 414 (C. Th. 11, 28, 9): *ex indictione undecima Valentiaca* (a. 367 Sept. 1 —368 Aug. 31) *in quintam usque nuper transactam indictionem* (a. 406 Sept. 1 — 407 Aug. 31) *annorum scilicet quadraginta, id est ex consulatu divorum Valentiniani et Valentis iterum Augustorum* (a. 368) *usque ad consulatum . . Honorii . . septies et meum iterum* (a. 407) *omnium . . titulorum . . concessimus reliqua.* eiusmodi indulgentiae cum semper ad indictiones aptentur, ut Marcianus a. 450 (nov. 2) diserte reliqua remittere se ait *a sextae indictionis initio usque ad finem quintae decimae nuper elapsae*, indictiones eae in his legibus enuntiantur item per consules sic, ut annus consularis 368 aequetur indictioni XI, a. 386 ind. XV, a. 387 ind. I, a. 395 ind. IX. a. 407 ind. V. at ne inde efficias abusive certe indictionem etiam per consules efferri potuisse, vides hic consules respondere modo indictionis quattuor primis mensibus (ut a. 368. 407) modo octo postremis (a. 386. 387. 395). omnino eiusmodi aequiparatio neglegenter facta ibi tantum locum habet, ubi ex adiectis de termino dubitatio tollitur et propterea certam legem nullam sequitur. sed tamen errores frequenter commissi in lapidibus ibi, ubi indictiones consulatusque iuxta ponuntur, ab hoc loquendi usu aliquam excusationem recipiunt.

igitur in his similibusque locis ad interpretationem alteram et exempli causa locos de consulatu ita interpretabimur, ut fasces consul iubeatur sumere die kalendarum Ianuariarum eo qui incidit in indictionem eam de qua agitur. similiter alii quoque magistratus ubi mandantur per indictionem illam, statuemus eum qui nominatur iuberi officium inire die aliquo inter eius indictionis terminos comprehenso. sane ad iussum exequendum ubi de termino non constabat lege, dies enuntiandus erat, a quo officium sumendum esset; sed pro harum epistularum indole (p. XXIII) talia scriptor aut librariis reliquit addenda aut si addita essent sustulit.

Quibus temporibus epistulae scriptae esse videantur, pendet cum ex universa syllogae ordinatione tum ex rerum memoria in epistulis tractatarum. nos primum de ipsa ordinatione disputabimus, deinde secundum ordinem epistularum momenta chronologica potiora explicabimus.

Accurate et plene Cassiodorum in epistulis disponendis temporis ordinem non magis secutum esse quam Plinium et inde intellegitur, quod, ut infra particulatim demonstrabitur, quae ad certum annum revocari potuerunt nequaquam eiusmodi dispositioni sese accommodant et ex praecipuo loco, quem auctor, sicut primus opinor observavit Thorbeckius p. 59, epistulis tribuit scriptis ad reges et imperatores. eae praeter ep. XI 13 a senatu datam ad Iustinianum nescio quo errore auctoris ipsius inter praefectorias collocatam sunt hae:

I 1. 46 ult. II 1. 41 ult. III 1—4. IV 1. 43. 44 ult.
V 1. 43. 44 ult. VIII 1. IX 1. X 1. 2. 8—10. 15. 19—26.

neque casu accidit, ut praeter libros duos formularum in reliquis octo omnibus primum locum teneant, in quattuor etiam extremum et solus decimus plurimas earum habens eas scriptis ad privatos interponat.

Nihilominus etsi a temporis ordine in sylloge disponenda auctor aliquoties recessit, nequaquam eum insuper habitum esse vel inde apparet, quod epistulas sub Theoderico scriptas separavit a scriptis post mortem eius, Theodericianis quinque primos libros dans, Athalaricianis octavum et nonum, scriptis ab Amalasuintha Theodahatho Witigi decimum, interponens denique inter Theodericianas et posteriores duos libros formularum. sed item cum per tres dignitates epistulis regiis scribendis vacasset, scriptas in quaestura per annos, ut videbimus, 507 ad 511 quattuor primis libris composuit; scriptas in magisterio sub Theoderico per a. 523—526 quintus liber exhibet, sub Athalarico octavus et prior pars noni; denique quas scripsit imperatorum nomine praefectus praetorio exhibentur in libri noni parte altera et in decimo, quibus accedunt praefectoriae litterae et edicta praefectoria comprehensa libris duobus postremis. id ita se habere iam demonstrabimus.

In libris quattuor primis anni enuntiantur per consulatum duo 509 (consulis Importuni: I 27) et 511 (consulis Felicis: II 1.2.3. III 39), per indictionem tres a. 508—510; memorantur enim prima (1 Sept. 507/8) praeterita I 16 — tertia (1 Sept. 509/10) (I 42. IV 3. 36) una cum prima et secunda praeterita (III 25) — quarta (1 Sept. 510/1) futura (II 2. III 11. 32. 40). hi temporum termini, qui fallere nequeunt, indiciis ex epistularum argumento petitis eatenus tantummodo extenduntur, quod libri tertii epistulae quattuor primae, maxime prima earum anno aut 507 eoque incipiente aut anteriore scriptae sint

necesse est; contra nulla epistula in his quattuor libris legitur, quam demonstrare possis aut ante annum 507 scriptam esse aut post anni 511 initium. accedit, quod cum ex praefatione constet in varias non receptas esse nisi epistulas per magistratus tempora ab auctore conceptas, quaesturam, de qua sola in his cogitari potest, Cassiodorus secundum haec administravit per quadriennium et amplius, neque eius saeculi consuetudini convenit, ut monuimus supra p. X, multo diutius eum in eodem officio perseveravisse. denique per hos libros perpetuo versamur in iisdem argumentis, maxime in expeditione Gallicana anni 508 cum iis quae eam praecesserunt vel secuta sunt; magistratus quoque in iisdem nominati recte ad quadriennium vel quinquennium unum rediguntur. scilicet eo tempore, quo epistulae hae scriptae sunt, maioribus officiis fungentes inveniuntur hi:

praefectus praetorio
- Faustus (a. 509/510 IV 36, sed per plures annos praefecturam continuavit) I 14. 26. 34. 35. II 5. 9. 26. 30. 37. 38. III 20. 47. 51. IV 36. 38. 50.

vicarius praefectorum per Gallias
- Gemellus III 16. 17. 18. 32. 41. IV, 12. 19. 21.

praefectus urbis
- Agapitus I 6. 32. 33. 41 cf. II 6.
- Artemidorus (ind. III I 42) I 42. 43. 44. II 34.
- Argolicus (ind. IV III 11) III 11. 12. 29. 30. 33. IV 22. 25. 29. 42.

magister officiorum
- Eugenites I 12.

comes privatarum
- Apronianus III 53.

comes patrimonii
- Iulianus I 16.
- Senarius (ind. III IV 3) IV 3. 7. 11. 13.

consularis Campaniae
- Iohannes III 27. IV 10.

corrector Lucaniae et Bruttiorum
- Venantius III 8. 46.

comes Dalmatiarum
- Oswin I 40. III 26. IV 9.

praepositus Pannoniae Sirmiensi
- Colosseus III 23. IV 13.

praepositus Massiliae
- Marabadus III 34. IV 12. 46.

Itaque rerum scriptoribus cavendum est a levibus coniecturis iis, quibus fines a corpore litterarum requisiti exceduntur, nec tam de singulis epistulis quaerendum, sed de sylloge universa.

At in libris quinto et octavo et noni parte priore ad ep. 14 reperiuntur dignitates hae omnino diversae:

praefectus praetorio (Italiae)
Abundantius V 16. 17. 18. 19. 20. 23. 34. IX 4.
Avienus VIII 20.
praefectus praetorio Galliae
Liberius VIII 6.
praefectus urbi
Reparatus IX 7.
quaestor
Honoratus V 3.
Ambrosius VIII 13.
Fidelis VIII 18.
comes sacrarum largitionum
Cyprianus V 40.
Opilio VIII 16.
comes patrimonii
Wilia V 18. 19. 20. IX 13.
Bergantinus VIII 23. IX 3.
comes Dalmatiarum et Saviae
Oswin IX 8.
comes Syracusarum
Gildila IX 11. 14.
consularis Dalmatiae
Epiphanius V 24.

Unus qui exceptionem facit Oswin regulam firmat; nam in ipsa epistula et senex dicitur et regimen Dalmatiarum iterum ei confertur. quintus liber cum epistulas habeat sub Theoderico scriptas, octavus et nonus scriptas sub Athalarico, nihilominus ad idem fere temporis spatium pertinere non solum inde colligitur, quod magisterio officiorum, quo loco constitutum has epistulas Cassiodorum dictasse existimamus, auctor fungebatur moriente Theoderico (p. XI), sed reperiuntur quoque ad praefectum praetorii Abundantium et ad Wiliam comitem patrimonii epistulae et in quinto libro et in nono. quibus addi poterit Severinus missus ad rationes putandas in Saviam cum a Theoderico c. a. 525 (V 14) tum ab Athalarico in regni initio (IX 9); nam duae missiones ut re diversae ita quodammodo continuatae fuerunt.

Temporum indicia per quintum librum ubi exploramus, praeter epistulas duas ultimas scriptas c. a. 511, sed utpote datas ad regem Wandalorum a temporis lege exemptas reliquae omnes recte conveniunt extremis annis regis Theoderici a 523 fere ad 526. consul a. 523 Maximus nominatur ep. 42, indictio tertia (1 Sept. 524—525) ep. 3 et 40 et quidquid praeterea in his epistulis deprehensum est, apte quadrat.

Similiter quae continentur libro VIII et libri IX parte priore epistulae egregie respondent primordiis regis Athalarici, ad quae ipsa pertinent ep. VIII 1—12 et quorum mentio fit postea quoque passim (VIII 26. 27. IX 9. 10. 11). indictionis quartae (1 Sept. 525—526) utpote praeteritae et currentis quintae (1 Sept. 526—527) meminerunt rescripta, quibus remittuntur superindicta IX 9—12, item quintae ep. VIII 13 (cum 14) et IX 13, sextae (1 Sept. 526/7) epp. VIII 16 (cum 17). 18 (cum 19). 20; ad electionem papae a. 526 factam respicit ep. VIII 15. quatenus perveniant epistulae magistrianae, aliquatenus inde determinatur, quod non solum ad ep. IX 14 nulla invenitur, quae huic tempori non apta sit, sed quarta decima quoque utpote data ad eundem Gildilam, ad quem directa est undecima, certe pertinet ad initia regni Athalariciani. contrarium obtinere in ep. 15 sequentibusque mox demonstrabitur.

Denique epistulae libri noni a decima quinta ad vicesimam quintam et omnes trium postremorum librorum conceptae sunt a Cassiodoro in praefectura praetorii. creatus est praefectus instante indictione duodecima (XI 7) sive ante a. 533 Sept. 1 regnante Athalarico, qui cum defunctus sit a. 534 vere ut videtur, iis terminis concluduntur epistulae libri noni partis posterioris scriptae a Cassiodoro praefecto sub eius regis nomine. ex his epistulae

duae 24. 25 scriptae de ipso Cassiodoro praefecto creato reliquas tempore praecedunt. epistula 15, quacum cohaeret 16, data est ad papam Iohannem II, qui sedit a 532 Dec. 31 ad 535 Mai. 27. ep. 17 meminit eiusdem papae Iohannis. ep. 22 consulatum dat Paulino, qui iniit k. Ian. a. 534. ex epistulis libri decimi scriptae sunt eodem anno regnantibus Amalasuintha mox occisa et Theodahatho decem primae, quarum sexta et septima meminerunt indictionis XIII (Sept. 1 534/5). sequuntur ab undecima et duodecima, quibus Maximus domesticus creatur ab ind. XIV (Sept. 1 535/6), ad tricesimam scriptae imperante Theodahatho solo, id est ab a. 534 extremo ad a. 536 autumnum; nam teste libro pontificali interemptus est post menses duos quam papa Silverius die ut videtur Iun. 7 a. 536 ordinatus est. reliquae 31—35 scriptae sunt sub successore eius Witige per eius primordia, nam creationem is nuntiat ep. 31 Gothis suis, ep. 32 imperatori Iustiniano per legatos, quibus apparet simul traditas esse epistulas tres reliquas directas 33 ad magistrum officiorum Constantinopolitanum, 34 ad episcopos fidei Arianae regni Orientis, 35 ad praefectum Thessalonicensem. accuratius haec persequi nolui, ne explanatio syllogae Cassiodorianae ad rerum gestarum enarrationem delaberetur.

Dignitates in hac parte variarum memorantur non multae; potiores hae sunt:

praefectus praetorio
 Senator IX 24. X 27. 28.
praefectus urbi
 Salventius IX 16. 17.
 Honorius X 30.
quaestor
 Patricius X 6.

Praefectoriae chartae, quas sistunt libri duo postremi, comprehenduntur terminis a. 533 medii, quo Cassiodorus praefecturam iniit ante Sept. 1, et a. 537 quo emisit varias sive indictionibus ab XI (1 Sept. 532/3) ad I (1 Sept. 537/8). tres harum epistularum canonicariae iudices provinciarum tributa annua exigere iubent, indictionum duodecimae ep. XI 7 et tertiae decimae ep. XII 2 et primae XII 16; praeterea mentio fit indictionum XII l. XI 7, XIII l. XI 33. 38, XV l. XII 7, I l. XII 22. indicia temporum alia habent ep. XII 5 scripta postquam bello coepto adversus Iustinianum exercitus missus est in Italiam inferiorem itaque aut a. 535, postquam Belisarius ad Siciliam appulit, aut a. 536 postquam in Italiam ingressus Neapolim obsedit; ep. XII 19, quae cum tractet de regis adventu Romam, scripta est ante a. 536 extremum, quo tempore Belisarius Roma potitus est; XII 20, quae est anni 536, cum papae Agapiti ad regem Iustinianum missi a rege Theodahatho a. 536 incipiente ita meminit, ut appareat scriptam esse regnante eodem; XII 27. 28, quae respiciunt ad iussa regis Theodahathi servata X 27. nos haec, ut supra dixi, accurate non persequemur; hoc apparet, cum libri decimi epistulae non perveniant ultra a. 536 extremum, duodecimi aliquot (ep. 16. 22. 23. 24) datas esse anno demum sequente. itaque universum corpus probabile est prodiisse autumno anni 537, quo tempore Belisarius post captas Neapolim et Romam in hac urbe a Gothis obsidebatur neque erat cur hi de regno Italico desperarent. earum epistularum perscriptionem editio syllogae aperte statim secuta est; nam auctor et teste subscriptione eam edidit praefectus etiamtum praetorio adeoque in praefatione scribit his formulis suis officii

munera sibi adlevatum iri, quod retinuisse non potest post a. 540 ineuntem, cum capto rege et expugnata Ravenna Gothorum dominatio sublata est. praefationes duas cum universi operis tum praemissam epistulis praefectoriis, quae libris duobus postremis continentur, probabiliter attribuemus ipsi a. 537 extremo vel certe sequenti. libros duodecim simul omnes prodiisse non solum inde colligitur, quod eum numerum in utraque praefatione auctor posuit, sed etiam propter studium auctori proprium divisionis duodenariae etiam in libro de anima et in historia tripertita observatae. quod si partem librorum duodecim antea publici iuris fecisset, id quod nonnulli suspicati sunt, de editione ea priore sine dubio verba fecisset in praefatione secundae. neque video, cur Thorbeckius p. 53 praefationem secundam indicet scriptam esse post priorem. sed librum de anima, quem variarum tertium decimum auctor esse voluit, et locum de eo secundae variarum praefationi insertum adiectos esse post intervallum et per se verisimile et quae sunt verba libri de anima praefationis *praecepta regum quae nuper agebantur,* sic ponere non potuit auctor nisi munere deposito. confirmant id verba orationis qua liber clauditur *invidit* (*diabolus*) *pro dolor tam magnis populis, cum duo essent* alludentia ad Gothos devictos.

Subiunxi huic disputationi de epistularum Cassiodorianarum chronologia observationes varias ad quasdam earum, ut forte habui in schedas coniectas.

I 1. Anastasio imperatori Orientis scribens quod rex vota facit, ut pax causis emergentibus vitiata detersis contentionibus in sua firmitate remaneat, cum ad quaesturae Cassiodoranae terminos restringendum sit, recte referetur ad amicitiam turbatam per bellum Sirmiense: id cum a. 504 susceptum esset, teste Marcellino a. 508 classis Graecorum litora Italiae vastavit.

I 16. Apulis quod propter *inimicorum subreptiones* remittitur pars reliquorum primae indictionis, quae finit autumno a. 508, aperte spectat ad litora Italiae ea aestate a Byzantiis vastata (vide ad I 1). eodem respicit omnino remissio facta negotiatoribus Sipontinis II 38 propter hostium depopulationem.

I 17. III 48. Castellorum aedificationes iuxta Dertonam (I 17) et Verrucarum ad Athesim (III 48) ut ad certum annum referri nequeunt, ita hisce temporibus optime conveniunt. in panegyrico recitato inter a. 504 et 508 c. 11, 59 Ennodius *otia nostra* inquit *magni regis sollicitudo custodit, nec tamen desistis castella propagare, curas tuas in longum producere.* quamquam etiam posteriore tempore similia reperiuntur, ut aedificatio in territorio Tridentino V 9.

I 18. Respicit rex ad praedia inter Gothos et Romanos divisa postquam in Italiam ingressus est a. 489.

I 24. Expeditio Theoderici in Galliam suscepta post proelium Vogladense, in quo cecidit Alaricus a. 507 (vide ad III 1), quando facta sit, firmat diserto testimonio Cassiodorus in chronicis ad a. 508: *his consulibus contra Francos a domno nostro destinatur exercitus, qui Gallias Francorum depraedatione confusas victis hostibus ac fugatis suo adquisivit imperio.* ex epistulis regiis ad eam expeditionem pertinent hae. I 24 ad Gothos universos, qua Gothorum exercitus iubetur convenire ad expeditionem in Gallias suscipiendam ante diem Iun. 24. II 8 ad Severum episcopum propter resarcienda damna subiectis

illata ab exercitu transeunte, quae utpote *praesenti anno* scripta anni est et ipsa 508. III 43 ad Unigis spatharium, in qua exercitus dicitur Gallias intravisse. III 16 et 17 datae altera ad Gemellum, qui mittitur praefectorum vicarius in Gallias regi subiectas, altera ad provinciales eos. III 41 et 42 ad eundem Gemellum et eosdem provinciales, quibus rex commutans ordinationem anteriorem nuntiat annonam victori exercitu se ex Italia missurum esse. III 38 ad Wandilem praepositum ut videtur Gothorum Avenione collocatorum, commemorans recentem vastationem et initia regni. hae omnes recte tribuentur ipsi occupationis anno. epistula III 44, quae de Arelatensium moenibus restituendis praecipit et navigatione aperta frumentum eo ait missum iri, hieme a. 508/9 videtur scripta esse. quibuscum conveniunt epistulae IV 5. 7 tractantes de frumento ex Tuscia Campania Lucania Sicilia mittendo missove in Gallias, quarum posterior agens de frumento antea misso data est ad Senarium comitem patrimonii ind. III sive a. 509/510. tributa anni post occupationem primi, scilicet indictionis tertiae epistula IV 36 remittit Alpium Cottiarum incolis per expeditionem illam vexatis, itaque data est aestate a. 509. Arelatensibus quae propter obsidionem perpessam tributa quartae indictionis remittit ep. III 32, scripta est aestate a. 510. simile privilegium eodemque fortasse tempore obtinent Massilienses ep. IV 26. idem adeo conceditur Gallis, quicumque eorum per bellum aliquo modo laesi essent, ep. III 40. etiam epistulae duae altera III 24, per quam Massiliae civitati praeficitur comes Marabadus, altera IV 17, qua Ibba expeditionis Gallicanae dux summus de ecclesia Narbonensi praecepta Alarici regis observare iubetur, his annis recte adiudicabuntur.

I 45. 46. Gundobado regi Burgundionum, qui diem obiit a. 516 ineunte, amicitia fuit cum Theoderico tam ante a. 508, quo cum Burgundiones Francis sociis Alaricum devicissent, Theodericus contra utrosque expeditionem Gallicam suscepit, quam probabiliter post bellum illud finitum per extremos Gundobadi annos; nam quamquam quibus condicionibus inter reges tres pax tum stabilita sit, parum traditum habemus, factam esse aliquo modo extra dubium est. Boethium autem recte Usener (anecd. p. 40) statuit natum esse c. a. 482; quapropter cum quo tempore epistulae hae scriptae sunt iam et in litteris clarus esset et patricius factus, id est honore aliquo illustri functus, recte scribi potuerunt c. a. 507, ut statuit Usener (anecd. p. 39), quamquam item fieri potest, ut scriptae sint per annos bellum illud proxime secutos.

II 6. Agapetus cum praefectus urbis fuerit inter a. 507/9, post eam dignitatem depositam in Orientem missus est.

II 8 vide ad I 24.

II 34 definit tempus epistula altera ad eundem praefectum data I 42.

II 38 vide ad I 16.

II 40. 41. Epistula prior, quae secum trahit alteram, scripta est ad Luduin sive Chlodovechum regem Francorum Theoderici adfinem; eius enim sororem Audofledam hic uxorem duxerat primis ut videtur annis regni Italici (Iordanes Get. 57, 295). quando

scripta sit post plures de hac re propositas nuper disputationes Useneri in anecdoto p. 39. 70, Schuberti (*die Unterwerfung der Alamannen* 1884 p. 37), Vogelii (Sybel *historische Zeitschrift* vol. 56 a. 1886 p. 385 seq.), Kruschii (*Neues Archiv* vol. 12 a. 1887 p. 289 seq.) nobis quoque tractandum est, quoniam quaestio haec ad chronologiam Cassiodoranam momentum non exiguum habet. omnino separandae sunt duae res, victoria illa Francorum et receptio Alamannorum intra fines regni Theodericiani. proelium illud quando acciderit, unus nobis testis tradidit neque aequalis quamquam supparis aetatis, sive Gregorius Turonensis is est sive alius nescio qui ad narrationem Gregorii de victoria Chlodovechi Alamannica et caede regis l. II c. 30 adscripsit haec: *actum anno XV regni sui.* sed etsi haec indicatio, quae ducit ad a. 495, omissa in altero codicum ordine, sed inventa iam in libris saeculi septimi, pro interpolatione haberi potest, antiqua ea est et fortasse perita; deinde cum sequatur apud Gregorium proelium inter Francos et Burgundiones commissum ad Divionem anno, ut Marii testimonio firmatus, post Christum 500, hoc certe constat victoriam illam a Francis reportatam esse ante a. 500. non debuit igitur Vogelius reiecto loco illo suspecto proelium ad primos annos saeculi sequentis revocare. eandem victoriam et quae eam secuta est Chlodovechi conversionem ad fidem Christianam tangit Avitus episcopus Viennensis in epistula 46 [41], sed quae tempus non definiat. haec ut pertinent ad Alamannos devictos, eos in fines regni Theodericiani receptos esse praeter Cassiodorum testatur Ennodius in panegyrico Theoderici recitato inter a. 504 et 508 c. 15, 72 sic: *a te Alamanniae generalitas intra Italiae terminos sine detrimento Romanae possessionis inclusa est: cui evenit habere regem postquam meruit perdidisse: facta est Latiaris custos imperii semper nostrorum populatione grassata: cui feliciter cessit fugisse patriam suam, nam sic adepta est soli nostri opulentiam: adquisistis quae noverit ligonibus tellus adquiescere, quamvis nos contigerit damna nescire: . . . ulvis liberata gratulatur terra, incolensque* (sic scripsi, *terram incolens quae* libri) *hactenus dehiscentibus domiciliis solidioris caeni emergebat beneficio.* intellegi id ipsum proelium, quod vidimus ante a. 500, fortasse a. 495 commissum esse, quamquam Usener negavit, recte admiserunt qui postea scripserunt, cum praesertim regis caesi et Gregorius mentionem faciat et Cassiodorus Ennodiusque. sed Ennodium cum in rebus Theoderici enarrandis temporum ordinem retinuisse optime Vogelius demonstrarit,[1]) narratio illa de Alamannis ibi locum tenet post expeditionem Sirmiensem a. 504 et extrema est in universa hac enarratione. apud Cassiodorum autem plura indicia ad eadem tempora ducunt. Boethio, ut recte monuit Usener p. 39, nato c. a. 482 locus is, quem hae epistulae ei tribuunt, ipso anno 495 nullo modo tribui potuit. similiter quaesturam Cassiodori, in qua hanc epistulam dictavit, supra vidimus et monuit quoque Usener p. 70 nullo modo retrahi posse ante a. 501,

1) l. c. p. 388. neque exceptionem facit narratio de Vandalis c. 13, quamquam et Vogelius id admisit et Kruschius (l. c. p. 294) propterea universam Vogelii ordinationem reiecit. nam verba Ennodii: *quid castigatas Wandalorum ventis parentibus eloquar depraedationes, quibus pro annua pensione satis est amicitia tua? evagari ultra possibilitatem nesciunt duce sapientia: adfines esse meruerunt, quia oboedire non abnuunt* quamquam respicere videntur ad pacem cum Wandalis factam a. 491 (Cassiodorus chron. ad. h. a.: *Wandali pace suppliciter postulata a Siciliae solita depraedatione cessarunt*) et respiciunt certe ad matrimonium Thrasamundi et Amalafredae factum ut videtur a. 500, proprie trahenda sunt ad annuam pensionem propter tutelam litorum per aliquot annos Wandalis a Theoderico praestitam, postea autem abolitam, neque quicquam impedit, quominus is tractatus anno 504 vel paullo postea habitus sit.

neque quicquam obstat, ut Kruschius l. c. p. 292 post Waitzium recte monuit, quominus aliquot anni intercesserint inter Alamannorum ex antiqua patria expulsionem et receptionem eorum intra fines regni Italici, cum praesertim non gratulandi causa epistula scripta sit ob victoriam adeptam, sed ordinata fugitivorum Alamannorum condicione ad iram victoris mitigandam. quid quod verisimile admodum est eos ex patria profugos et per aliquod tempus per Raetias errabundos sedem stabilem a Theoderico accepisse in Pannonia post expeditionem demum Sirmiensem. eo enim ducunt et quod Ennodius innuit agros eos ita accepisse, ut possessores nulli propterea expellerentur *(nos contigit damna nescire)*, quod in ipsa Italia fieri non potuit, potuit in agro hostibus nuper adempto per se opulento, sed a raris incolis adhuc habitato ideoque ulvis obsito. eodem traxerim quod ep. III 50 scripta et ipsa a Cassiodoro quaestore provinciales Norici iubentur boves commutare cum transeuntibus Alamannis; nam Alamanni per Noricum transeuntes quo tetenderint nisi in Pannoniam non perspicio. possis adeo huc referre quod legitur in chronicis Fredegarianis quae dicuntur l. 3 c. 21 post narrationem de victoria Chlovodechi ex Gregorio desumptam: *cum regem suum cernerent interemptum, novem ann. exules a sedibus eorum nec ullam potuerunt gentem comperire, qui eis contra Francos auxiliaret,* quamquam horum additamentorum et auctoritas exigua est et quod statim additur eos post novennium se tradidisse Chlodovecho coniecturae illi refragatur. utut est, si Alamanni a Theoderico sedes acceperunt in Pannonia, admodum verisimile est hanc epistulam scriptam post bellum, quod coepit a. 504, ad finem perductum, post errabundos in confiniis Italiae ibi collocatos, post conquestiones de ea re a victoribus Francis Ravennae motas dictatam esse anno demum 507.

III 1—4 scriptae sunt ad reges Wisigothorum Francorum Burgundionum Herulorum Varnorum Thoringorum, antequam erupit bellum inter Wisigothos ab una parte et ex altera Francos et Burgundiones, quo rex illorum Alaricus in proelio Vogladensi regnum vitamque amisit. accidisse id a. 507 testes omnes consentiunt. scilicet Isidorus in historia Gothorum regnum Alarici deducit ad a. 507, Gesalici successoris annos numerans a quingentesimo octavo; Gregorius Turonensis Chlodovechum, qui mortuus est a. 511, ait obiisse quinto anno post Vogladense bellum; adnotationes denique ad Victorem Tonnennensem id proelium referunt sub eius anni consulibus. ipsae hae epistulae, quibus Theodericus reges illos exhortatur ad concordiam retinendam, evidenter scriptae sunt imminente bello et optime conveniunt a. 507 incipienti.

III 5. 6. Importunus patricius creatur post depositos fasces consulares, quos gessit a. 509.

III 8. 46. 47. Cautionum fortasse fiscalium, quas continet papyrus Mariniana n. 138, cum pleraeque adscriptos habeant sine certo ordine consules a. 487 (?). 499. 503. 504. 506. 507. 508. 510, una indictionem III = a. 510, media inter eas legitur haec: *cautio Valeri schol(aris?) inl(ustris) p(raefecti?) ad nomen Petri, per quem suscepit Venantio correctore Lucaniae et Brittiorum sol(idos)* $\bar{n}$. . . ., unde intellegitur per eos annos Venantium provincias eas rexisse. etiam quae in eadem cautione leguntur: *pittacium Verecundi ad*

nom(en) Rustici v.c. de titulis tertiarum sol. n. CCLVIS1 adscripto a. 503, aliquo modo coniuncta videntur esse cum argumento ep. 8.

III 16. 17. 32. 34. 38. 40. 41. 42. 43. 44. vide ad I 24.

III 50 vide ad II 40. 41.

IV 1. Herminafrido Thoringorum regi quando Theodericus sororis Amalasuenthae filiam Amalabergam in matrimonium dederit, disceptatur. rem tradit Iordanes Get. 58, 299, sed ut de tempore inde non constet. Procopius b. Goth. 1, 12 de matrimoniis duobus Alarici Wisigothorum regis cum filia Theoderici et hoc Herminafridi eum sororis filia refert ante narrationem de bello Francorum et Burgundionum cum Alarico suscepto a. 507; sed male interponit narrationem de societate inter Francos et Theodericum inita contra Burgundiones et omnino ita perturbatus est apud eum rerum ordo, ut inde de hac re nihil definias. maiorem auctoritatem sibi vindicant excerpta ex annalibus Italicis Anonymi Valesiani c. 69: *deinde* (post acta Romae a. 500) *sexto mense revertens Ravennam aliam germanam suam* (sic auctor errore) *Amalabirgam tradens in matrimonio Herminifredo regi Turingorum,* pergens deinde ad aedificationes Theodericianas, inter quas primus est aquaeductus Ravennae restitutus teste Cassiodoro in chronicis a. 502. sed matrimonium illud ne propterea referamus ad a. c. 501, obstat quod aedificia complura per Italiam facta a Theoderico auctor coniungit deflectens ita a temporum ordine. quam ob rem cum quae sequuntur pertineant ad extremos annos Anastasii et obitum eius a. 518, nuptiae Amalabergae secundum auctorem evenerunt intra a. 500 et 518 poterimusque eas ut reliquas res in quaestura a Cassiodoro tractatas recte referre ad a. 507—511.

IV 10. Edictum, quod omissum esse rex queritur (nam pro *misso* scribendum esse *omisso* monui in adnotatione monuitque ante me Gloeden *ostgoth. Edict.* p. 15) et quod Iohannem iubet additis quibusdam iterum proponere, ipsum est Theoderici id quod habemus cavens c. 123. 124: *capiendorum pro suo arbitrio pignerum unicuique licentiam denegamus, ita ut, si probabile fuerit, hoc agendi iudicis praestet auctoritas. creditor si debitori suo res sibi non obligatas violenter rapiat, intra annum criminis admissi conventus sub poena quadrupli praesumpta restituat, post annum vero in simplum debet exolvere;* id quod vidit Gaudenzius (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, germ. Abth.* 7, 52). nulla autem idonea causa idem (l. c. p. 37 seq.) existimat edictum emissum esse aliquot annis post bellum Francicum a. 510, propterea quod c. 148 cavetur de servis aut colonis ab hostibus captis et reversis, quasi hic cogitarit scriptor non solum de bello aliquo certo, sed adeo de certo post id bellum intervallo. mihi videtur emissum mox postquam Theodericus Italia potitus est, significari autem ab Anonymo Valesiano c. 60 verbis his: *et a Gothis secundum edictum suum quo ius* (vel *quem eis:* cod. *quem eius*) *constituit, rex fortissimus in omnibus* (id est non in proeliis solis) *iudicaretur.*

IV 16. Arigernus ex Gallica expeditione reversus urbi Romae rursus praeficitur, certe non ante a. 509.

V 10. 11. De Gallicana hac expeditione vide ad VIII 10.

V 16. 17. 18. 19. 20. De classe paranda quae hic ordinantur, componenda erunt cum narratione Procopii bell. Vand. I, 9 Theodericum nuntio adlato de obitu regis Vandalorum Trasamundi, qui evenit a. 523, et de caede uxoris eius, sororis suae Amalafredae ab ultione destitisse, cum classe se destitui sentiret: *ἐπεὶ ἀδύνατος ἐνόμισεν εἶναι στόλῳ μεγάλῳ ἐς Λιβύην στρατεῦσαι.* quo alludere videntur verba epistulae: *non habet quod nobis aut Graecus imputet aut Afer insultet.*

V 33. Propter expeditionem Gallicanam vide ad VIII 10.

V 35. 39. Hispania Theodosio parere coepit a. 511.

V 43. 44. Trasamundus apud Vandalos regnavit ab a. 496 ad a. 523. sororem Theoderici Amalafredam uxorem duxit a. 500, cum inter eius anni gesta nuptiae eae referantur apud Anonymum Valesianum c. 68, et convenit, quod Ennodius adfinitatis eius meminit in panegyrico 13, 70 recitato inter a. 504 et 508. Gesalecus secundum Isidorum chr. Goth. c. 37 Alarici regis ex concubina filius post patris mortem Narbone rex creatus, sed expulsus ex Gallia a Burgundionibus cum in Hispaniam se contulisset, inde eiectus est a Theoderici ducibus: *inde profectus ad Africam Wandalorum suffragium poscit, quo in regnum posset restitui: qui dum non impetrasset auxilium mox de Africa rediens ob metum Theuderici Aquitaniam petiit ibique anno uno delitescens Hispaniam revertitur atque ab Ebbane Theuderici regis duce duodecimo a Barcinona urbe miliario commisso proelio in fugam vertitur captusque trans fluvium Druentiam Galliarum interiit . . . Theudericus . . . extincto Gisaleico rege Gothorum Hispaniae regnum XV annis obtinuit.* haec secundum eum auctorem pertinent ad a. 508—511, quoniam Alaricus obiit a. 507. Theodericus qui obiit a. 526 annos regni Hispaniae in actis suis ita numerat, ut 511 eius regni primus sit (*neues Archiv* 14, 241). his convenienter in laterculo regum Wisigothorum inter Alaricum et Theodericum perscribitur *Gesaleicus reg. an. III et in latebra reg. an. I.* denique in additamentis ad Victorem Tonnennensem adscriptum est ad a. 510: *his consulibus Gesalecus Goericum Barcinone in palatio interfecit: quo anno idem Gesalicus ab Helbane* (sic) *Theoderici Italiae regis duce ab Hispania fugatus Africam petit;* quae sequuntur: *his cons. Gesalicus de Africa rediens ob metum Helbanis Aquitaniam petiit ibique latuit annum unum* errore, ut videtur, cum pertineant ad a. 511, adscripta sunt ad a. 513. itaque epistulae hae duae tractantes de Gesaleci reditu ex Africa in Hispaniam egregie conveniunt a. 511.

VIII 1. Tempore mortis Theoderici a. 526 Aug. 30 in Oriente imperabat solus Iustinus, eique recte laterculus epistulam inscribit, cum in textu detur Iustiniano. nam ei soli convenit principis *longaevi* appellatio, cum eo tempore esset septuagenario maior,

eiusque creatus est per arma filius Eutharicus sine dubio eodem fere tempore quo consul processit a. 519 Iustini secundo. quod Iustinus et Eutharicus hic dicuntur *paene aequaevi,* quamquam hunc probabile est illo triginta circiter annis minorem fuisse, solitae huius stili exaggerationi acceptum referemus.

VIII 10. Tuluin quae gessit, ipse rex ait eum gessisse regnante Theoderico. expeditio Sirmiensis, quae prima ponitur, est anni 504 (v. ad II, 40) et pertinent ad eandem, ut monstrant praesertim verba *rediit veteranus egressus primaevus,* victoriae de Hunnis et de Vulgaribus, quorum hos constat eidem bello interfuisse, illorum certe novimus partem in iis regionibus degere (*cf.* Zeuss *die Deutschen p.* 709). Gallicana quae sequitur expeditio contra Francos suscepta anni est 510. Gallicana altera, qua Francis et Burgundionibus certantibus fines Gothorum Tuluin non solum tutatus esse dicitur, sed etiam protulisse, evenit a. 523 et 524. Gothorum quaenam in eo bello partes fuerint, aliunde parum constat. a Francis et Gothis coniunctis Burgundiones ad Vescrontiam devictos esse ait Gregorius hist. Franc. 3, 6; spectat praeterea ad eam expeditionem Gepidarum in Gallias custodiae causa profectio V 10, item expeditio Gallica V 32. 33. Procopii narratio b. Goth. 6, 12 collocata loco non suo si huc pertinet, ut videtur pertinere, societatem cum Francis Gothi inierunt et quamquam callida machinatione proelio, quo Burgundiones devicti sunt, non interfuerunt, parte praedae potiti sunt, id quod non male convenit cum Cassiodoranis.

VIII 15 senatum collaudat rex Athalaricus, quod episcopum urbis Romae omisso eo de quo antea cogitabatur candidato elegisset quem Theodericus commendasset. episcopus a Theoderico nominatus etiamtum vivo, confirmatus post obitum eius, neque Bonifatius esse potest creatus a. 530 neque, quae opinio est Useneri (comm. Mommsen. p. 761), Iohannes creatus a. 532, quippe quorum neutrum Theodericus quadriennio vel sexennio antea mortuus designare potuerit, sed omnino intellegitur Felix IV creatus ipso eo anno, quo rex obiit, et quidem, ut ait diserte liber pontificalis (scilicet secundum epitomen Cononianam, quam hoc loco antiquam formam servavisse demonstravit Duchesnius in praef. p. LXII), *ordinatus ex iusso Theoderici regis.* sane quae de utriusque mortis diebus tradita habemus, ab hac epistula paullum recedunt. scilicet rex, secundum testimonium fide dignum chronicorum Italicorum c. 94. 95, cum quarta feria VII k. Sept., id est die Aug. 26 praecepisset, ut die dominico sequente, id est Aug. 30, Ariani invaderent ecclesias catholicas, post triduanum morbum eo ipso die extinctus est. contra pontificum catalogus Iohannem episcopum scribit obiisse eo anno die XV k. Iun. (= Mai. 18), Theodericum post eum die XCVIII (= Aug. 14); cessavisse episcopatum per dies LVIII (= Mai. 19 — Iul. 15); Felicem ordinatum esse die IIII id. Iul. (= Iul. 12); sedisse eum a. IIII m. II d. XIII, id est ab a. 526 Iul. 12 ad a. 530 Sept. 24; obiisse eum a. 530 die IIII id. Oct = Sept. 10; cessavisse episcopatum dies III (Sept. 25—27 vel Sept. 11—13); Bonifatium et Dioscorum per schisma electos esse diebus XXVIII ante huius mortem, quae accidit prid. id. Oct. (Oct. 14), id est die Sept. 17[1]); illum sedisse a. II d. XXVI, id est ab a. 530 Sept. 18

[1]) Subscriptio igitur epistulae eius (Mansi 8, 951 = Jaffé n. 881) *VIII k. Febr. Lampadio et Oreste vv. cc. cons.* recte iudicatur corrupta esse.

vel 28 ad a. 532 Oct. 15 vel 25. in his numeris confirmatis a libris quos habemus omnibus quamquam hic illic minores computantium scribentiumve errores deprehenduntur, eos non longe a veris aberrare ostendit epitaphium Bonifatii (Rossi inscr. christ. I n. 1029), sedis annos et dies confirmans, diem depositionis habens a. 532 XVI k. Nov. (Oct. 17). recte igitur Duchesnius (praef. p. CCLXI) numeros restituit sic:

Iohannes	13 Aug. 523 — 18 Mai. 526	a. II	m. VIIII	d. XVI
Felix IIII	12 Iul. 526 — 22 Sept. 530	a. IIII	m. II	d. XII
Bonifatius II	22 Sept. 530 — 17 Oct. 532	a. II		d. XXVI

quam ob rem statuendum est Felicem vere a fautoribus suis creatum esse eo fere die quem liber pontificalis indicat mense Iulio; resistente factione adversa senatum de eo confirmando dubitavisse; regem paullo ante mortem ut id facerent senatui imperavisse et eo interim mortuo senatum ei iussioni obtemperavisse et de ea re scripsisse ad Athalaricum.

IX 1. Ildiricum filium Hunerici regis successisse Trasamundo Victor Tonnennensis ait a. 523, addens marito Trasamundo defuncto Amalafredam fugientem ad barbaros congressione facta Capsae captam et in custodia privata mortuam esse. id ipsum quo anno acciderit, ignoratur, sed videtur eius rei nuntius in Italiam adlatus esse non multum ante obitum Theoderici, quem Procopius bell. Vand. 1, 9 scribit caedem Amalafredae inultam transmisisse, cum classe idonea se carere sentiret (v. supra ad V, 16). ipsum de ea re ad Ildiricum litteras nullas dedisse et Athalaricum de ea scribere tamquam recens comperta epistula ostendit.

IX 15. 16. Iohannem episcopum Romae, ad quem prior epistula data est, non multo ante quam scripta est ordinatum esse ex ea intellegitur; antistes enim apostolicae sedi petitus, in cuius electione nefarias promissiones factas esse rex scribit, ipse ille sit necesse est successor Bonifatii eius cuius epistula meminit. ordinatus est Iohannes extremo anno 532; nam teste libro pontificali post obitum Bonifatii cessavit episcopatus per menses II dies XV, quod intervallum iusto longius Duchesnius (liber pontificalis I p. 283 n. 15) probabiliter refert ad moras natas ex ambitu a rege reprehenso.

IX 18 dedit Athalaricus tum cum *hostibus rei publicae resistebat.* Amalasuentha XI 1 dicitur *in ipsis primordiis contra Orientis principis votum Romanum fecisse Danuvium;* illum ne offendat, non explanat Cassiodorus, *quae pertulerint invasores.*

XII 28 ut caput praecedens spectat ad famem caeli intemperie per Liguriam et Aemiliam obortam, cui rex ut subveniret, ex horreis publicis XXV modios panici singulis solidis vendi iussit, *dum possessori venire* (sic scr.) *non possit ad denos,* id est dum possessores ne denos quidem modios pro solido distrahere parati essent. quae de proeliis Gothorum contra Burgundiones et Alamannos narrantur, ea, ut verba indicant *sicut vos retinetis,* spectant ad tempora satis remota; cave ortum praesentis imperii referas ad Athalaricum. immo intelleguntur initia regni Theodericiani. ante ea Burgundiones Liguria ita

potitos, ut vel tributa Ligures regi eorum Gundobado solverent (Ennodius c. 160. 161), inde per Alpem Poeninam homines multos in servitutem abduxisse narrat Ennodius in vita Epiphanii c. 138. ad Aemiliam usque Burgundiones excurrisse ex hac epistula addiscimus. eadem innuit Burgundiones non tam victos esse a Theoderico quam Odoacris victori sponte cessisse, redeuntes autem clade aliqua afflictos esse. mox pace facta secutas esse nuptias Sigismundi regis Gundobadi filii natu maximi et Ostrogotho filiae Theoderici comperimus ex Ennodio (c. 163). item tum de remittendis Italis in Burgundia degentibus sive captivis sive fugitivis ab Epiphanio episcopo Ticinensi ad Gundobadum iussu Theoderici legatio suscepta est, quam anno 494 adsignat epistula Gelasii pontificis (n. 13 ed. Thiel; cf. Binding *Gesch. des burgund. Königreichs* p. 108). — Alamannorum subreptio quae dicitur ut posterior, ita et ipsa Theodericiano regno adsignanda est.

Venimus ad recensendos libros scriptos.

Codex archetypus.

Varias Cassiodori quas nos legimus in universum credibile est propius aliquanto ab auctoris autographo abesse quam scripta Varronis et Ciceronis per saecula multo plura librariorum iniuriis exposita. excepta tamen brevi sententia VII 7 p. 206, 31—207, 1, quam habemus lapidi incisam in Africa reperto, et fortasse parte ea, quae communis est ordini tertio et quarto VII 42—VIII 10, exemplaria quae extant scripta editaque omnia redeunt ad archetypum unicum nequaquam vetustum et erroribus inquinatum non paucis, quales sunt hi:

60, 9 prouidere *LMON*, pondere *PXEF coniectura proba*, aere *RK aut coniectura falsa aut vocabulo mutilo primis litteris in archetypo oblitteratis.*
89, 11 excauendis LR^1O^a, excauandis *reliqui coniectura.*
95, 19 perscriptione *LRPMN*, praescriptione *KOXE coniectura.*
122, 6 occupata] $LRKM^a$, occupatae *reliqui coniectura.*
123, 6 incurserint LR^1PMON, incurrerint R^2XE, incursarint *K*.
163, 1 simile *LRKP*, similiter *EF*, mille *Cuiacius coniectura.*
175, 25 unitatum *reliqui*, uni tantum UF^2 *coniectura.*
244, 10 cominens cuenit *similive corruptela libri reliqui, om. in sp. vacuo B.*
290, 29 uetera *libri*, utere *ego coniectura.*
307, 25 tundere *BZN*, intendere *KEF*, studere *ego coniectura.*
374, 4 sistere cernitur *male repetunt post* votivum *omnes.*
378, 14 matribus *omnes*, a tribus *edd. coniectura.*

Exceptionem aliquatenus faciunt epistularum inscriptiones; has enim cum meliores libri exhibeant et coniunctas in laterculis, qui singulis libris praescripti sunt, et ante suam quamque epistulam, dupliciter traditas habemus, et inveniuntur aliquoties, quamquam raro, discrepantiae inter laterculos et textus, ut I 39 *Fausto* laterculus perperam, *Festo* recte epistula secundum libros meliores; II 26 *Festo* laterculus perperam, *Fausto* recte epistula; II 41 a laterculis librorum bonorum tam primae quam secundae classis abest, adest in textu eorundem librorum; V 14 *Severino* recte laterculus, *Severiano* epistula male. inscriptiones

ita ut in nostris libris bis repetitas lectas esse etiam in iis qui eos aetate praecesserunt inde praesertim colligitur, quod et boni libri primae classis, quae deficit versus finem libri quarti, et boni secundae, quae deficit versus finem septimi, eorundem librorum laterculos integros praescribunt. attamen probabile est archetypum auctoris exemplar inscriptiones semel tantum exhibuisse in laterculis et quod repetuntur ante ipsas epistulas, cura factum esse librariorum aetatis posterioris; nam non uno loco errores in laterculis describendis commissi ad textum sese propagaverunt. in libro sexto codicis *F* librarius inscriptiones epistulis praescripsit ex parte sumptas ex numeri eiusdem libri septimi, itaque cum haberet exemplum laterculis solis instructum, epistulis inscriptiones addens errore septimi laterculum adhibuit pro sexti. in libro septimo librarius codicis *P* omissa in laterculo ep. 34 praescripsit in textu epp. 34—41 (in qua desinit) inscriptiones vere pertinentes ad epp. 35—42, itaque archetypo usus est eum laterculo similiter carente ep. 34 et ex eo laterculo, non ex ipso archetypo epistulis singulis inscriptiones praescripsit. denique in libro decimo vera inscriptio ep. 20 servata est in sola epitome Britannica; plenorum codicum meliores *(BZN)* in laterculis ea carent, ipsis epistulis inscribentes inscriptiones epistulae proxime sequentis, paenultimae autem ultimaeque eandem; deteriores *(EFK)* errore animadverso ep. 20 inscriptionem suam, sed male excogitatam adscribunt, ut manifesto appareat ex defectu laterculi hic quoque epistularum inscriptiones pessumdatas esse. eodem rettulerim quod epistula IV, 47 in laterculo libri Leidensis inscripta *Gudisal saioni* in textu eiusdem libri et in Palatino tam in laterculo quam in textu inscripta est *G(u)odiscalco saioni;* scilicet qui inscriptiones epistulis praescripsit homo Germanus vocabulum Gothicum suae linguae aptavit. neque obstat quod in libris nostris inscriptiones epistularum aliquotics in textu leguntur emendatius traditae quam in laterculis, uno loco (II 41) adeo inscriptio in laterculo omissa in textu adest: nec magis obstat quod III 20 inscriptio in laterculo recte tradita *Triuuilae* in laterculis tam primae quam secundae classis eandem corruptalem *Griuuilae* subiit. translatio enim inscriptionum ex laterculis ad ipsas epistulas ante coepta est fieri quam scripti sunt libri nostri. nihilo minus nos magis ad commodum lectoris attendentes quam ad formam operis primitivam singulis epistulis suas inscriptiones reliquimus.

Laterculi cum ipsis epistulis ita concordant, ut inde intellegatur librum plene nobis traditum esse neque ullam epistulam excidisse. sed praeter errores commissos culpa librariorum posteriorum alii in iis deprehenduntur commissi ab ipso auctore sive, quod eodem redit, a librario eo qui archetypum exemplar conscripsit auctore moderante. Senarius cum comes patrimonii fuerit teste et epistula quarta libri quarti et ipsius quod superest epitaphio, in quattuor epistulis ad eum datis (IV 3. 7. 11. 13) appellatur *comes privatarum,* errore aperto, sed omnino eius qui syllogen ipsam curavit. similiter epistulam quadragesimam quartam libri primi cum evidenter appareat directam esse non ad senatum, sed ad populum Romanum, item quadragesimam tertiam libri quarti non magis ad senatum, sed ad praefectum urbis, item undecimam libri octavi ad senatum datam esse a Tuluin patricio, non ab Athalarico rege, hos errores omnibus libris communes probabile est redire ad ipsum operis curatorem, quem parum probabile est syllogae epistularum regiarum inserere voluisse scriptam a Cassiodoro sub nomine privati.

Sed licet variarum quae extant exemplaria omnia redire videantur ad unum exaratum non multum ante saeculum undecimum, ordines eorum constitui potuerunt ita inter se diversi, ut non a codicibus, sed a codicum generibus crisis pendeat, maxime in parte prima l. I—IV, 39 servata duobus librum ordinibus nobis primo et secundo, sed item in quinque libris extremis quatenus leguntur tam in exemplaribus plenis quam in epitome Britannica, fortasse etiam in l. VI—VIII, 10, quorum codices duo qui extant tertiae classis ex parte secundae, ex parte quartae videntur posse aequiparari. loquimur scilicet de libris probis et bonis: nam in variis quoque deteriorum propria est classium diversarum contaminatio ut verae crisis optimum subsidium, ita inscite facta omnia perturbans. quamquam consensus in falsis, quo in separandis ordinibus praecipue innitimur, non semper ad archetypum commune referendus est, sed errores minores persaepe inde oriuntur, quod ab iis idoneus librarius caveat, neglegens quisque eos committat. ita in Cassiodoranis 3, 7 *insubidum* vocabulum rarum servarunt boni libri ordinis utriusque, substituunt *insipidum* utriusque deteriores; similiter 10, 11 *suspiciunt* abiit in *suscipiunt*. 13, 16 *grauanter* in *grauiter*, et confunduntur ita *dilatatio* et *dilatio* (87, 17. 207, 32. 226, 3), *genius* et *genus* (13, 7), *libertas* et *liberalitas* (180, 30), *commendare* et *commodare* (217, 9). talia ut distinguunt scribam curiosum et doctum ab imperito et socorde, ita eiusmodi consensus ad propagationem librorum non pertinet.

Classis prima l. I—IV, 39.

Classem primam eam nuncupavimus, quae ultra IV, 39 non procedit, in aliquot libris adeo iisque bonis neque mutilatis paullo antea finit, scilicet Angelicanus finit IV, 20, Phillippsianus n. 1685 IV, 39 in verbis 131, 28 *esse purpuratum*. laterculus quarti libri cum in optimis libris huius familiae Montispessulano nobis *M* et Angelicano nobis *O* et Neapolitano nobis *N*, quos in apparatum rettulimus, item in aliis et melioribus fere, Montispessulano altero nobis *X* et Parisinis 2185 A. 2187. 2192. 2193 et Rotomagensi et Londiniensi 10098 integer adsit, commune archetypum mutilum fuerit necesse est. primam hanc classem collocavimus, non quod optima sit, quod longe secus se habet, sed quod tum, cum variae denuo describi coeptae sunt, haec pars prima quodammodo prodiit et in codicibus longe plerisque Cassiodorana reliqua ad haec inveniuntur adiuncta et horum textus ad secundi ordinis libros emendatus neque tamen prorsus abiectus. eminere inter codices numero multos duos eos, quos supra primo loco nominavimus, lectiones eorum ostendunt exactae ad secundam classem, sed ut Angelicano longe praestet Montispessulanus. hunc multis locis solum ex hac classe veram veraeve propiorem scripturam aut habere aut certe habuisse videri, cum secunda manus eiusdem libri et reliqui eiusdem ordinis omnes consentiant in interpolata, elenchus qui sequitur ostendit.

5, 3 inpolitas] inpositas M^aE^2F, inpostas M^bZOX

5, 7 conueniunt] conueni* M^a, conuenientes M^bZOXEF

11, 17 sauciatis] sauciu*bis M^a, sauciis bis M^bZN, sauciatis bis *O*

11, 6 declararentur] *M*, declarentur *ZNOEF*

15, 22 honorem] M^a, honore M^bZNOXE

20, 22 enim aduocationis officio] MZ^1, enim adu. off. digni *N*, enim adu. off. dignum Z^2, enim as dignitas adu. off. *O*, enim dignius adu. off. *X*, est dignius adu. off. *E*

ornatius quod] ornatus quod M^a, ornatus qui M^bZNOEF

47, 22 uiuacitatis] uicitatis M^a, uicinitatis M^bZNXE, in ciuitatis *OF*

47, 30 uestigium] M^a, uestigia M^bZNOEF

48, 25 occupatis] occupatris M^a, otio patris M^bNOXEF

49, 5 uenit] ueni * M^a, ueniens M^bO^2N

51, 9 quamuis histrio] q * * * * strio M^a, quoniam (h)istrio M^bNOE

52, 9 resipiens] ME^1, respiciens *NO*, resipiscens XE^2

56, 14 butilani M^a, butilano M^bNX, butisano *O*, butalano E

63, 12 huius] ius M^a, illius M^bNO

67, 27 circumducto] cumducto *M*, conducto *NOXEF*

78, 4 in aleam] M^a, in bella M^bZN, in bella in aliam *O*

80, 26 illis] M^a(?), illos M^b(?)*NOXE*

uos] uosmet M^a *solus, recte fortasse*

87, 15 sonae] *M*, personae *NO*

89, 21 pro ementibus] prementibus M^a(?), promentibus OE^1, promerentibus M^bNE^2

91, 14 laudum medio] laudum M^a, laudem M^bZNOX, laude *EF*

91, 17 perire] p * * * re M^a, prore M^bNO

91, 30 parientiam] *M*, patientiam *NOF*

94, 11 illud atque illud] illud atque M^a, illud aque M^bN, illud aque atque *OE*, illud *X*

94, 23 quae] M^a, quam M^bNE, qua in *O*

94, 27 ingentia signina] ingentia signi * M^a, ingentia signim^{na} M^b, ingentia sagimina *Z*, ingentia signimina *N*, insigermina *O*, ingentia signa *XEF*

101, 11 samareae] samare M^a, amare M^bNOXEF

115, 20 qualemque] *M*, qualem *NO*, qualemcumque *XEF*

128, 19 intentata] inte * tata M^a, intestata M^bNXE

Sed tamen non ex hoc ipso libro eiusdem familiae reliqui pendent; habet propria sua bona quamvis non multa Angelicanus:

16, 1 quaeuis] *O*, quae *MZN*

53, 18 seruit origini] *O*, seruitori gignit *MZNX*

60, 10 fructum] OX^vE^2F, functum MX^tNE^1

68, 27 auctoris sui] *O*, actoris sui *MXF*, actionis sue *N*

89, 11 exeauendis] O^a, excauandis *reliqui cl. I (vide supra p. XXXIX)*

Ex his tabellis simul apparet, quanta licentia qui singulos codices scripserunt officio functi sint, neque fere, ubi differunt, de archetypi scriptura constare nisi adsumpto textu classis secundae. unde vel in non contaminatis et in suo genere bonis huius ordinis libris dittographiae et variae lectiones abundant, quarum etsi fieri potest ut quaedam ex ipso

archetypo descendant, pleraeque certe natae sunt exemplaribus primae classis inter se conlatis. praeter supra adlatas addo has.

53, 21 pro] *M,* quod *N*, quod pro *O*
62, 11 pretium] *M,* praemium (*suprascr.* uel precium) *N,* praemium *OXF*
69, 12 reconstitui] *suprascr.* uel strui *N*
87, 20 relinquitur] committitur *suprascr. m. 1* uel relinquitur *N*

Sed horum scribae si tradita corruperunt, continuarunt operam eius qui archetypum exaraverat; nam vix ullum genus corruptelae cogitari potest a quo is abstinuerit. minusculis is quoque liber scriptus fuit (exempli causa 20, 26 *omne* in exemplaribus huius classis omnibus factum est *esse* permutatis compendiis *oē* et *ēe*) neque aetate multo superasse videtur inde descriptos quos habemus vetustiores. hiatus plurium verborum omnibus libris non contaminatis insident locis his: 19, 10. 33, 3. 60, 31. 62, 18. 114, 15. 116, 24. corruptelas huius ordinis libris communes et ex parte gravissimas quaevis pagina apparatus nostri proponit. ex interpolationibus quasdam adscripsi.

18, 21 cuius est et probitatem moribus talibus imponere et districtionem ecclesiasticam custodire] cuius est aequitatem moribus talibus imponere quem (*vel* quam) novimus traditionem ecclesiasticam custodire *cl. I*
84, 15 ad ornatum debent resurgere redivivum quam dolorem monstrare] *pro* quam *cl. I* antequam
85, 3 munificentia principalis] m. regalis M^a*NO* (principalis M^b *adscripsit*)
90, 5 cuius] cuius facinoris *cl. I*
131, 27 Hamali sanguinis virum] amare sanguinis virum *cl. I*

Nihilominus inter omnis generis sordes classis haec non solum saepenumero ubi inter se differunt melioris notae ordines duo *LR* et *P* calculo suo quaestionem dirimit, qua de re infra disputabitur, sed adeo locis non multis, quibusdam tamen contra *LRP* verum servavit, ex quibus adscripsi hos.

	cl. I	*LRP*
4, 29	eventus	evectus
5, 24	probamus	prodamur
23, 11	detrahatis	trahatis
29, 23	illic a	illic *vel* ilico
31, 11	de cive quae	decusque *vel* de cuiusque
34, 12	hastam qua	hastam quam *LRP,* hastam quae *K*
68, 24	solium	solum
94, 27	signia *similiterre*	signa

Denique operis inscriptionem auctoris honores enumerantem exhibet Montispessulanus liber classis huius princeps (supra p. XII), cum absit a libris non contaminatis secundae.

Recensio haec denuo inquinata est a correctore eo, cuius sunt lectiones propriae Montispessulano alteri n. 4, nobis *X*, similibusque libris permultis. sane aliquoties is pro corrupta lectione librorum meliorum *MON* veram restituit, ut 87, 17 *dilatato* pro *dilato,*

sed id et si quid simile invenitur, casui dandum est coniecturaeve. secundae classis librorum copia ei emendatori nulla fuit, plurimis locis tradita temere in deterius mutavit, quales sunt hi:

cl. I meliores	
12, 29. 13, 5 Siculorum	(si) clericorum
22, 23 conuenit	*om.* *X*
65, 15 (g)nauanter *vel* grauantur	gratanter *XEF*
68, 23 suscipiente (*om.* saxo)	a suscipiente *XEF*
101, 11 superstitionis	superstitionis populum XEK^2
108, 8 pura	plura XE^1F
119, 4 per uim litigia terminentur	per iura litigia non terminentur XE^1F

Invitus talia in apparatum rettuli, sed de textu, qualem exhibent *KEF*, recte iudicari non potest nisi hac recensione cognita.

Propria sunt huic ordini scholia rebus explicandis destinata, quorum specimen subieci, sicut leguntur in libro primario *M.* adsunt item aut omnia aut ex parte in *NZK*(ad ep. III 51)*E* Florentino Strozz. 23 aliis.

ad praef., p. 3, 8 Id est Quinti Horacii Venusini, qui dicit [*ep. I, 18, 71*]: et semel emissum uolat inrevocabile uerbum

ad praef., p. 3, 18 Alimonia pluraliter id est alendi curae

ad praef., p. 3, 23 Pretores dicuntur quasi preceptores civitatis et principes. idem et questores quasi quesitores, eo quod questionibus presunt. consilium enim apud eos est et cura. inde questura honor eorum dignitatis

ad I 2, p. 11, 6 supera] Id est equali uel maiore

ad I 2, p. 11, 28 comitiua] Id est nomen honoris comitis

ad I 2, p. 12, 5 blatta] Blatta uermis est lucifuga, quia lucem videre non potest, unde per noctem ambulat. a colore nuncupata, que conprehensa manum tingit, unde et blatteum colorem dicimus, et inde blatta uestis talis coloris

ad I 2, p. 12, 8 conchylia] Murex coclea est maris, id est concha, dicta murex ab acumine et asperitate, quae alio nomine chonchilium nominatur, ideoque circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittat, ex quibus purpura tinguitur et inde ostrum appellatum, quod haec tinctura ex teste humore elicitur. testa enim Latine Grece ostra dicitur

ad I 3, p. 13, 7 Brutii et Lucani populi sunt vicini Apuliae, unde illud [*Persii 6, 27*]: Brutia saxa, et Horatius [*sat. II, 1, 34*]: Lucanus an Apulus anceps

ad I 10, p. 19, 18 Denarium dictum, quia pro decem nummis imputatur

ad I 10, p. 19, 18 Solidum dictum, quia nichil sibi deesse videtur

ad I 10, p. 19, 20 Uncia dicta est, quod uniuersitatem omnium minorum ponderum sua unitate conprehendat

ad I 10, p. 19, 21 Libra duodecim unciis perficitur, tot constans unciis quot mensibus annus. dicta autem libra quod sit libera et cuncta alia pondera intra se contineat

ad I 19, p. 25, 2 Multa dampnum potest esse in pecunia sine sanguine, et quandoque in utroque pena est et in pecunia et in sanguine

ad I 31, p. 31, 29 Panthomimus, id est historicus, qui omnia genera facere et repraesentare scit ludorum

ad I 35, p. 34, 3 Echinais parvus et semipedalis pisciculus nomen sumpsit, quod navem adherendo retineat, ruant licet venti, seviant procelle, navis tamen quasi radicata in mare stare videtur nec moveri, non retinendo sed tantummodo adherendo, hunc Latini moram appellaverunt eo quod cogat stare navigia [*Plinius h. n. 32, 1, 2*]

ad I 35, p. 34, 4 Narrat Plinius Secundus in naturali hystoria [*32, 1, 7*], quod torpedo, id est concha ex Indico mari etiam procul et ex longinquo, quamuis praeualidos lacertos faciat torpescere, uel si asta virgaque attingatur, quamlibet ad cursum veloces pedes faciat alligari. tanta enim vis eius est, ut etiam aura corporis sui afficiat membra

ad I 39, p. 36, 22 Unde Homerus sic dicit [*Horat. art. poet. 141*]:

dic mihi musa virum capte post menia Troie
qui mores hominum multorum vidit et urbes

ad I 45, p. 40, 18 mathesis] id est doctrinalis scientiae

ad I 45, p. 41, 22 Mechanisma est cum humanis artibus aliquod miraculum artificiale efficitur, quod quasi diuinum et nequaquam humanum esse videatur

ad II 3, p. 48, 15 Aonii] id est Thebani

ad II 3, p. 48, 21 Cecropii] Atheniensis

ad II 4, p. 49, 17 Siliquaticum rebus omnibus nundinandis, id est vino et oleo et aliis, prudens definiuit antiquitas

ad II 4, p. 49, 17 monopolii] id est pigmentarii *supra versum. in margine:* monopolialum [*sic*] dicitur statio, ubi una res uenditur, inde monopolium, id est pigmentarium

ad II 4, p. 49, 19 Saio dicitur ille apud quem pignora deponuntur (pro actione aliqua terminanda *add. Flor. Strozz. 23 et E*) et dicitur saio ab exigendo. ab eo enim exiguntur, apud quem deponuntur

ad II 20, p. 57, 25 alimonia, id est nutritura: alimonium, alimonii, id est alendi cura, unde dicit alimonia publica

ad II 21, p. 58, 7 terrenam gratiam] id est terrenam utilitatem

ad III 19, p. 89, 17 Si a uenditoribus contigerit dignum precium extimari, ut nobiles honeste marmoreis sarcophagis sepelliantur, non est iniquitas et ideo subiungit: sit modus in voluntate poscentium *(sic N,* posc*ntium *M*[a], possidentium *M*[b]*)*, id est venditorum

ad III 19, p. 89, 17 taxo, taxas, id est extimo, extimas, ad venditores et emptores pertinet, qui mercibus precium extimant

ad III 38, p. 98, 25 Avinio civitas est in Provincia

ad III 41, p. 99, 27 Druentia fluvius est, qui influit per Provinciam

ad III 47, p. 103, 6 Salamandra vocata, quod circa incendia valeat, cuius inter omnia venenata vis maxima est. cetera enim singulos feriunt, haec plurimos pariter interimit. nam si arbori irrepserit, omnia poma venenis inficit et eos qui ex his comederint occidit. quod etiam si vel in puteo cadat, vis veneni eius potantes

interficit. ista contra incendia repugnans ignes sola animalium extinguit. vivit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione et non solum quia non uritur, sed extinguit incendium [*Plinius h. n. 29, 4, 74*]

ad III 51, p. 105, 28 hermula, id est statua sine manibus

ad III 51, p. 105, 30 Roseos equos Soli, id est igni, albos aeri, prasinos id est uirides terre, uenetos id est ceruleos mari assimilauerunt antiqui. vel aliter. roseos Marti sacrauerunt, a quo Romani originem habuerunt, albos zephiris et serenis tempestatibus, prasinos flore et terrae, uenetos aquis uel aeri, ut dictum est

ad III 51, p. 105, 33 Bigam lunae iungunt, quia gemino cursu cum sole contendit, siue quia nocte ac die uidetur

ad III 51, p. 105, 34 Quadrigam soli iungunt propter quattuor tempora anni, uel quia quadrifido limite spacium diei metiatur. nam mane rubet, tertia splendet, meridie ardet, uespere tepet

ad III 51, p. 105, 34 Equi desultorii dicti sunt, quia desultores inde saliebant, prout quisque ad finem cursus ueniebat

ad III 51, p. 106, 1 Septem spaciis currunt referentes hoc ad cursum septem planetarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum septem dierum praesentium, quibus peractis uite terminus consumitur

ad III 51, p. 106, 7 Eurippus, id est pavimentum vel tabula, ubi fervor maris depictus est, unde Eurippus feruor maris dicitur, et quidam Athenis sic est dictus, qui in feruore maris natus est

ad III 51, p. 106, 8 Oboliscus id est sagitta et ponebatur in medio circo ad honorem solis, quia per medium mundum sol discurrit. oboliscum autem Menfres rex Egyptiorum primus reperisse dicitur hac de causa. nam quodam tempore, dum Nilus solito more inundaret et palacii sui tecta repleret, indignatus idem rex in fluuium, quasi eum lederet, sagittam traxit. quo facto dicitur oculum unum amisisse. tandem auream sagittam ad honorem solis composuit et hoc facto lumen recuperavit. hac ex causa oboliscus in (*sic N, id M*) circo ponebatur [*Isidorus etym. 18, 31*]

ad III 51, p. 106, 21 Ovum in circo positum consecratur Castori et Polluci geminis fratribus filiis Lede et Iovis, unde idem geniti sunt

ad IV 4, p. 116, 20 Esse colloquia intelligimus, quando plures conveniunt ad loquendum aperte in cetum pro consultatione alicuius magni negotii

ad IV 4, p. 116, 20 Exceptiones autem fiunt, quando de multis eliguntur pauci ad secretiora consilia

ad IV 15, p. 121, 6 Dromones longe naves sunt a decurrendo dicte. dromos enim Grece cursus dicitur Latine. inde dromonarii dicti sunt, qui dromonibus praesunt vel eas remis impellunt.

Haec cum non superent saeculi undecimi vel duodecimi doctrinam haustam fere ex Plinianis et Isidorianis, quae ibi leguntur de Avenione et Druentia indicare videntur hanc variarum recensionem oriundam esse ex Gallia meridionali ubi item videbimus scriptum esse videri librum huius ordinis primarium Montispessulanum. habent praeterea scholia haec eam utilitatem, quod ubi adsunt omnia vel ex parte, ibi dubitari non potest de adhibito libro aliquo classis primae.

Classis secunda I—VII, 41.

Classis secundae codices, scilicet qui finiunt VII, 41 fin. deficientibus eius libri epistulis sex postremis, proficisci apparet ex archetypo eodem, idque mutilum fuisse pariter atque archetypum classis primae inde potissimum efficitur, quod eius ordinis exempla meliora *LRP* laterculum septimi libri plenum habent. exempla alia pura sunt, scilicet eadem quae habent laterculum plenum, alia et numero multo plura contaminata cum exemplaribus classis primae eademque excepto unico Breslaviensi 61 (infra n. 50) laterculum aut non porrigunt ad epistulas ab ipsis non relatas aut omittunt totum. nos de huius ordinis libris in apparatum relatis ex ordine disputabimus, scilicet de Leidensi *L*, Monacensi *R*, Florentino *K*, Palatino *P*, Berolinensi *D*.

Leidensis liber *L* scriptus saec. XII ut aetate inter huius classis exemplaria primum locum sibi vindicat, ita plane egregiae est simplicitatis et puritatis. epigramma dedicatorium *iure Senator* cet. hic liber solus fere servavit; certe abest a reliquis libris melioribus omnibus, quique habent praeter Leidensem codices Florentinus Laur. 23, 9 saec. XII/XIII, Matritensis Escur. D. III 21, Venetus II 22, Vindobonensis 3112, hi quattuor classis secundae, Leidensis publ. 93 unicus classis primae, denique ex classe quinta Londiniensis 12022, Vaticani Ottoboniani duo 174 et 335, Venetus II 20 cum apographo Mediol. Ambros. J 114, excepto primo recentissimi omnes aut pendent ex ipso Leidensi aut certe ex libro gemello deperdito. a dittographiis et adscriptis variis lectionibus codex Leidensis a manu prima solus fere ex Cassiodoranis immunis mansit, archetypum quod expressit unicum fideliter repraesentans et si quid errasset, id quod raro accidit, errorem cum cura emendans, ut ita supplevit vocabula omissa 17, 21. 19, 3. 93, 1. 102, 10. nihilo minus erroribus non caret sibi propriis neque ab ipso emendatis:

5, 16 tenuatur] teneatur
12, 14 tam *om.*
12, 29 suspicantium] suspicatium
13, 22 impulisti] repulisti
14, 7 euolauit *om.*
15, 27 illustratus] illustatus
17, 29 neoterium] neothericum
18, 19 uolumus] uoluimus
24, 28 praecipimus] praecepimus
28, 21 nostra] nostrae
36, 19 iterum decernamus] dec. it. (iterum *om. R*)
40, 11 astronomus] astronomius
40, 28 bucinat] bucinant
41, 14 uenientium] uiuentium
46, 10 lege] longe
50, 11 uindicandus] indicandus
55, 26 sensimus] sensibus
56, 17 dictu] dictum
59, 30 parem] pare
61, 10 iniquum est] est in.
63, 19 coerceatur] coarceatur
64, 18 cultisque] cultusque
66, 20 promereri] promemeri
67, 17 de credita] decreta
69, 13 nascentia] nascenti
70, 33 terris] terraenis
71, 6 collecta] collata
90, 19 quod] quia
98, 12 romanae] romeçnę L^a: *ubi vides archetypum Leidensis scriptum fuisse minusculis et cum littera* a *formae apertae*
100, 28 festinemus] festimemus

102, 6 oraculi] oraculis
102, 13 temptauerit] temptauerint
104, 7 anchorarum] anachorarum
108, 16 habitari] habitare
117, 4 angustiore] augustiore
117, 33 sicilia] silicia
119, 4 distabit] distabat
120, 10 possint] possunt
129, 33 liberos] libros
131, 27 hamali] hamalis
144, 10 aliqua] alia
145, 13 uocabaris] uocaberis
148, 31 paruitas] prauitas
151, 21 discursus] discursos
165, 27 occulatur] occultatur
167, 5 coae] co ae
177, 5 delictis] dilectis
177, 25 singulare] singulere
183, 21 petitur] patitur
183, 32 rarissimum] carissimum
183, 33 abundantiam] abundantium
183, 38 tibi *om.*
185, 3 sic] sit
187, 14 curiam *om.*
187, 20 conserat] conferat
196, 17 ratio] oratio *(cum TU)*
201, 13 facies] facis
203, 3 discingere] disiungere
203, 13 constat] constet
205, 10 ut] aut
205, 30 ad auentini] aduentini
206, 30 uigilibus] uigili
208, 2 odiosissimum] odiodissimum
208, 30 laudabilem] laudabiliter
213, 22 et *om.*
213, 23 praefecimus] perfecimus
214, 8 inueniri] inuenire

qui cum non redeant ne in libris quidem huic proxime coniunctis *RK*, ostendunt eos non ex *L* descriptos esse, sed ex archetypo eius; nam quamquam multi eorum ex eo genere sunt quos quivis librarius inter scribendum emendet, aliis locis, maxime ubi verba omissa sunt, medella nequaquam in promptu fuit et omnino, si illi ab ipso Leidensi penderent, earum lectionum vestigia certa non deficerent. sed *RK* etsi Leidensis non filii sunt, sed fratres magis, fratres esse admodum degeneres ex errorum ipsis propriorum specimine infra proposito apparebit cum hoc nostro collato. omnium maxime libri bonitas eo apparet, quod vix usquam tradita mutavisse invenitur coniectura sive felici sive infelici; unico loco 62, 25 vocabulum *tibi* ita videtur adiecisse ab ipso primum omissum et omissum item in libris classis primae.

Emendatus est Leidensis eodem quo scriptus est saeculo a librariis duobus, quorum tamen cum manus certo distingui nequeant, eadem nota (L^2) significantur. codice adhibito emendationem factam esse inde efficitur, quod plerisque locis modo scripta recte mutavit (ut 19, 4. 21, 19. 68, 3. 69, 31. 84, 3. 90, 19. lat. IV, 14. 115, 8. 119, 3. 190, 16. 209, 16. 216, 3. 217, 7), modo et etiam saepius omissa supplevit, ut plura addidit 72, 16. 152, 28. 181, 1. 190, 31, singula vocabula 5, 3. 46, 12. 62, 30. 71, 10. 73, 15. 19. 85, 16. 96, 30. 100, 17. 102, 7. 104, 24. 108, 29. 132, 17. 155, 21. 183, 29. 185, 7. 192, 32. 204, 2. 209, 21. eodem codice et emendatorem usum esse et librarium per se probabile est neque quicquam refragatur; quod ille 159, 28 ex *pithiae* fecit *pitziae*, 160, 26 *patzenis* ex *pathenis*, suadet ut libro usi sint ita scripto ut littera formae a saeculo inde XI passim obviae *z* (Wattenbach *lat. Palaeographie* ed. 4 p. 65) vere *z* etiam pro *h* accipi posset. itaque praestantia codicis non librario soli accepta ferenda est, sed item correctori. at ut fit is ut pleraque ad archetypum formavit, ita aliis locis a coniecturis non abstinuit et dittographias quoque quasdam intulit; qui loci plus minusve suspecti subnotantur.

17, 20 celebratam L^1 *et reliqui*, cel. esse L^2

34, 6 complere L^1 *et reliqui*, conpellere *R*, uel conpellere *add.* L^2, *ex coniectura recta*

52, 9 resipiens L^1RM, resipiscens *P et plerique*, uel resipiscens *add.* L^2, *ex coniectura ut uidetur*

63, 12 *inc.* L^1, huius *P recte ut uidetur*, iuris L^2R, *ex coniectura falsa*

84, 2 emendatur L^1PDN, non emendatur L^2R *ex coniectura falsa*

97, 3 flectere L^1 *et plerique*, plectere *P*, uel plectere *add.* L^2 *certe non ex coniectura*

137, 17 agnoscitur L^1, non agnoscitur L^2 *ex coniectura falsa*

165, 27 occultatur (*pro* occulatur) L^1, occultetur L^2 *ex coniectura falsa*

185, 15 habiturus L^1, habiturus es L^2 *ex coniectura falsa*

188, 23 fuerit moribus L^1P *recte ut uidetur*, moribus fueris *U*, fuerit moribus forte *RKEF*, mor. fuer. forte *T*, fuerit forte moribus L^2

191, 26 lasciuae L^1 *et reliqui*, lasciuiae L^2R *male*

221, 4 quis L^1R, quisque L^2 *coniectura ut uidetur, sed recta, et reliqui*

Horum pleraque cum ex coniectura posita esse uideantur, pauca, ut *plectere* 97, 3 et *forte* 188, 23 fortasse ex margine archetypi sumpta sunt vel aliunde adscita; certe non sufficiunt, ut emendationem statuamus factam esse duobus exemplaribus adhibitis.

Monacensis liber *R* ut proxime accedit ad Leidensem descriptus, ut diximus, ex archetypo eodem, ubi ab eo recedit, raro, ut supra vidimus, meliorem lectionem praebet, plerumque errat. errorum quamquam nullum genus alienum est ab huius librarii incuria, frequentissime peccat (ut vidit Kruschius) vocabulum aliquod paulo ante scriptum repetens loco non suo nec raro propter id expellens alterum similiter formatum:

16, 8 accepit *repetitum ante* custodit (*em.* R^b)

20, 8 mancipia eius *repetitum ante* breones (*em.* R^2)

24, 12 uidetur *repetitum ante* probatur (*em.* R^b)

41, 3 *ex* reparabilem *petitum* reparauit *ante* monstrauit (*em.* R^b)

52, 24 uideatur *repetitum pro* praebeatur (*em.* R^2)

69, 25 dissolui *repetitum pro* definiri (*em.* R^2)

71, 8 *propter* labore *substitutum* laboris *pro* perfectionis (*em.* R^2)

81, 26 amor *repetitum pro* gloria (*em.* R^2)

123, 11 defendi *repetitum ante* largiri (*em.* R^b)

136, 14 amoenitate *repetitum v. 15 pro* suauitate (*em.* R^2)

139, 4 *propter* chori *repetitum* choris *ante* organis (*em.* R^2)

161, 25 praesumptione coniuncti] coniunctione praesumptione coniuncti (*em.* R^2)

165, 32 *ante* quem *anticipatum quod est v. 33* intolerabilis

168, 27 gaudebat *repetitum v. 28 pro* placabatur (*em.* R^2)

176, 11 distribuit *repetitum pro* largitur (*em.* R^2)

185, 20 *propter* honorem *substitutum v. 21* honores *pro* labores (*em.* R^2)

215, 24 *meliora* repetitum *pro* potiora (*em.* R^2)

Sed hi errores, quorum partem ipse sustulit, cum neglegentiam tantummodo prodant, aliis locis iisque multis textum interpolavit aut glossa substituta aut vocabulo male intruso aut alio genere corruptelae, quae vitia praeter hunc librum et inde descriptum Admontensem in alio nullo comparent.

14, 12 laude] honore
20, 26 igitur] ergo; *item* 31, 4. 165, 17. 185, 26
23, 26 decernimus] praecipimus
24, 7 ne] ut
41, 29 maturabis] curabis
46, 12 festinare] properare
49, 5 praestate] prebete
52, 14 repetimus] praecipimus
53, 22 altera] altera adhuc
55, 3 benignitatis] pietatis
56, 24 postremam] extremam
65, 26 dilatione] dubitatione (*em.* R^2)
66, 24 stultitie] iusticie
67, 15 releuasse] recreasse
67, 27 labio] labore
70, 5 quae] *que enim
70, 28 commentum] commercium (*em.* R^2)
71, 31 cantabilis] laudabilis cantabilis (l. et c. R^2)
81, 8 dilatione probabili] dignatione laudabili
87, 5 laicorum] a laicorum
97, 1 dubio] iudicio
104, 27 gratia] gloria
106, 6 summitates] dignitates (*em.* R^2)
114, 4 sociamus] coniungimus
120, 17 pannoniam] coloniam
130, 12 radit] redit R^a, uel rodit *add.* R^b
135, 3 cognoscant] gaudeant (*em.* R^2)
135, 27 quam] ad quam
141, 3 auri pretio] auro
145, 18 culmen] ordinem (*em.* R^2)
145, 26 secura] pura (*em.* R^2)
148, 2 commisisse] constituto
151, 18 parere] pendere (*em.* R^2)
155, 13 praesumantur] praeparentur
165, 3 scelus] genus
167, 16 tibi gratiae nostrae] gratie tue
170, 2 inuitauit] uocauit
177, 20 consides] consides etiam
182, 22 amittit] perdit
187, 19 feturas] profuturas
194, 19 iudex] uindex (*em.* R^2)
201, 10 salute] remedio
214, 6 expedire] explicare (*em.* R^2)

A dittographiis et variis lectionibus paucis locis exceptis (71, 31. 130, 12) librarius abstinuit, neque ulla apud eum vestigia reperiuntur contaminationis classis secundae cum prima. at cum primae classis nostrae exemplum non haberet, habuit quod accederet ad librum nostrum *E* vel potius fuit eiusmodi codex inter subsidia eius viri docti, cuius est recensio libro *E* proposita, nam ipsum *E* vel gemellum si habuisset Monacensis librarius, certe non substitisset in libro septimo mutilo. eo ducunt lectiones hae:

105, 31 nubilae] nubilo (*E*)
166, 25 expromere] exprimere (*E*)
183, 34 quae *LP*, copiae *EF recte ut videtur*, copie que *R*
187, 16 satiare] sociare (E^1)
209, 29 permota] permoti (*E*)

Ex his reliquas similitudines insuper haberemus utpote casu effectas, nisi esset tertius locus coniungens lectionem duarum familiarum.

Hic quoque codex emendationem subiit et in universum corrector eum meliorem fecit multis locis omissa vocabula recte supplens, aliis non paucis, quorum partem supra

indicavimus, mendas tollens. sed ut loco supra citato 71, 31 interpolationem auxit, ita aliis quibusdam lectiones adscripsit falsas, quarum quasdam subieci praescripta lectione manus prioris:

13, 27 genus] genius (*PKME*[2])
59, 8 nauanter] gnaniter
106, 19 missibus] missilibus (*MOX*[2])
107, 7 casarum] causarum (*XE*)
123, 6 incurserint] incurrerint (*XE*)
146, 10 fertura] latura
170, 16 propter] causa (*Paris. 2191*)
175, 5 non] quam (*EF*)
184, 21 conscientia] conscia (*E*[1]*F*)
187, 2 *voc. omissum a R*[1] *in spatio vacante supplevit* indultis (*KE*)
207, 28 unum] cum unum

Ita cum probabile sit emendatorem usum esse eo ipso exemplo quod descripsit librarius, confirmatur inde quod supra ex loco 183, 34 effecimus ad archetypi marginem quasdam lectiones adscriptas fuisse ad familiam *EF* referendas. reliquae inter glossas coniecturasve referri poterunt, quarum non paucas in verborum ordinem a scriptore receptas esse supra vidimus.

Florentinus Laurentianus 89, 23, nobis *K*, est ex genere contaminatorum, sed inter eos longe optimus; scilicet qui eum scripsit, ei copia fuit praeter codicem, quo quinque ultimi libri variarum continebantur, duorum aliorum classis primae alterius, alterius secundae. utriusque certa vestigia apparent in dittographiis a librario *K* in ipsum verborum ordinem receptis:

	I	*II*	*K*
37, 18	designauit	dictauit	designauit uel dictauit
41, 25	bibere	uiuere	uiuere uel bibere
41, 27	putetur	aestimetur	extimetur uel putetur
46, 5	dicatus annus	dicatum tempus	dicatum uel dicatus annus

Item lectiones, quae primae classis aut sint aut certe esse possint (nam ubi *K* in vera lectione tam cum prima classe consentit quam cum Palatino secundae, dubium est ad utram sese applicaverit), observavi has:

14, 11 largitionum] *I et PK*, largionum *LR*
17, 28 subducunt *I et PK*, subdicunt *LR*
19, 27 angustius *I et PDK*, augustius *LR*
19, 31 cuncta *I et K*, contra *II*
22, 22 desultatione *I et K*, de resultatione *II*
22, 23 conuenit *I et K*, uicinam *II*
23, 1 utilitate *OEK*, uilitate *II et plerique cl. I*
23, 26 praedicto *I et PK*, supra dicto *LR*

38, 1 congeminata *I et K*, congeniata *II*
46, 20 merita *O*, munera *II et plerique cl. I*
46, 22 gratia *I et PK*, gramina *LR*
47, 30 uestigia *I(praeter M*[a]) *et K*, uestigium *II et M*[a]
48, 14 libris *I et K et ex cl. II R*[1], labris *II* (*praeter R*[1])
49, 31 quae emolumentorum *I et PK*, quaemolumentorum *LR*
64, 23 adgressurum *I et PK*, adgressum *LR*
84, 2 non datur *I(plerique*, tantum emendatur *O*) *et K*, emendatur *II et M*[a]
99, 15 (a)egrescentibus *I et PK*, egressentibus *LR*
101, 20 pietas *I et K*, pietatis *II*
106, 2 utrumque *I et PK*, utrum *LR*
119, 7 multo *I et PK*, multos *LR*

Accedunt scholia classi primae propria in Florentino libro relata certe ad l. III ep. 51 (supra p. XLVI). sed quamquam inde certo colligitur primi ordinis librum Angelicano simillimum a librario Florentini adhibitum esse, lectiones inde petitae in principio solo reperiuntur, deinceps rarescunt et adeo evanescunt; scilicet intellexit scriba secundi ordinis codicem non solum pleniorem esse, sed etiam emendatiorem et alterum mox abiecit. potest igitur codex Florentinus cum aliqua cautela ita tractari, quasi esset classis secundae.

In secunda classe ubi differunt *L* et *R* neque suam viam ingreditur *K*, medium quodammodo locum inter eos tenet. scilicet in erroribus aliquoties ad *L* accedit:

138, 25 luci] lucis *LK*
138, 26 pastoribus] postoribus *L*[a], posterioribus *K*
162, 33 naucleri] nauclerii *LK*
215, 13 commonitionis] commotionis *LK*

saepius autem errat una cum libro *R*:

58, 22 commodet] commendet *RK* (*cum X*)
60, 9 pondere] prouidere *L*, aere *RK*
IV, 31 *inscr.* uiro uenerabili] uenerabili *R*[1]*K*
108, 2 tantum] tamen *RK*
117, 31 inputet] imputetur *RK*[2] (*cum XD*)
126, 2 est quidem] quidem est *RK* (*cum X*)
134, 4 seditionum] seditionem *R*[b]*K*
143, 7 conludit] concludit *RK*
156, 9 clausarum] causarum *R*[2]*K*
165, 37 igitur] ergo *RK*
169, 30 largitate] largate *RK*
188, 23 fuerit moribus] fuerit forte moribus *L*[2], fuerit moribus forte *RK*
213, 23 perfecimus] praeficimus *RK*
219, 19 redire] redigi *RK*

Uno loco ex his 60, 9 commune archetypum probabile est hiasse et cum superesset fere *p ** dere*, Leidensem inde effecisse *prouidere*, alium scribam non admisisse nisi tres litteras postremas. veram lectionem *K* non solum passim retinet, ubi *L* et *R* dissentiunt faciens

cum textu meliore et saepius quidem cum *L* quam cum *R*, sed etiam contra utrumque aliquoties verum servavit. in parte ea, ubi classis primae codicis librario copia fuit et cum hac *K* veram lectionem tradit, consensus is ad contaminationem referri potest. sed etiam in sequentibus IV, 40—VII, 41, quae absunt a classe prima, quibusdam locis licet raris nec magni momenti praestat tam Leidensi quam Monacensi:

136, 3 parhippum *KP*, pahippum *LR*
136, 24 metus *KP*, motus *LR*
137, 23 uastauerunt *KP*, uastauerat *L*¹*R*
155, 17 ausere *K*, ansere *LRP*
156, 9 causarum *KR*²*P*, clausarum *LR*¹
159, 29 infirmitatis *KP*, infirmitati *LR*
163, 29 praescriptio *KP*, perscriptio *LR*
168, 29 finxerunt *KP*, fixerunt *LR*
169, 20 in speram *KP*, in feram *LR*
176, 10 praescriptione] *P*, proscriptione *K*, perscriptione *LR*
178, 32 regalem genium] *K*, regule regale genium *P*, regale ingenium *LR*
183, 27 probatur] *KP*, probantur *LR*
208, 22 dispendiosa] *KP*, dispensiosa *LR*¹
212, 13 regina *KP*, regia *LR*
221, 4 quisque *KP*, quis *L*¹*R*

In inscriptionibus quoque epistularum compendia sollemnia cum libri *LR* plerumque solvant, *K* in laterculis praesertim plerumque ea recte repraesentat. itaque qui hunc scripsit, aut codice usus est his locis emendatiore quam sunt *LR* aut, quod item fieri potest, in hac quoque parte pariter atque in primo libro codices duos habuit, alterum conspirantem cum *LR*, alterum indolis diversae. hoc fortasse praeferendum, quoniam 159, 20 pro nomine *Anduit* in *LRP* traditum in Florentino libro legitur alterum *Occri* certe non coniectura excogitatum et rediens in libris *EF*. — Sed obscurantur hae libri Florentini virtutes permultis interpolationibus ab hoc scriba magna cum licentia in textum adscitis. quarum exempla cum quaevis apparatus pagina exhibeat, hoc loco sufficiet attulisse et dittographias aliquot non repetitas ex classium primae et secundae differentiis et locorum duorum mutilorum supplementa falsa:

34, 28 deuotione] fide *EF*, deuotione uel fide *K*
40, 23 calamos complet] calamos complet uel in calamos complere *K*
41, 25 mechanicus] mechanicus vel mathematicus *K*
48, 8 uelut] uultum uel uelud *K*
180, 7 nesciat habere *P*, habere *LR*, habere non debeat *K*
214, 12 excusatio uictualium tollitur *E*, ex victualium tollitur *LR*, ex uictualium summa tollitur *K*

item substituitur in hoc libro numerus finitus *decem* 187, 9. 220, 25, ubi in libris non corruptis legitur *tot* et ep. I, 39 inseritur locus *non ergo . . . praestatur* petitus ex ep. IV, 6.

Emendationes post tempus ad librum Florentinum adscriptas insuper habuimus; adhibitum esse a correctore primae classis librum aliquem ostendit inter alios locus 106, 32.

Vaticanus Palatinus 273, nobis *P*, saeculo XII descriptus est ex codice scripto iisdem, quibus apographi scriptor utebatur, compendiis, ut mendae quaedam ostendunt:

69, 26 natura (= ña)] materia P^a
102, 29 naturae (= ñe)] nec *P*
106, 24 romani] rationabili *P*

quique hic illic variam lectionem adscriptam haberet, propter quam in apographo reperiuntur locis quibusdam aut variae lectiones adscriptae aut dittographiae in textum admissae:

55, 29 uicinitate] P^v *et reliqui*, ciuitate *P*
82, 14 connascitur] coniungitur et connascitur *PD*
86, 13 praecipuus] conspicuus et praecipuus *P*
88, 24 prodantur] producantur vel prodantur *P*
97, 10 securitatem] P^v *et rel.*, seueritatem P
120, 28 initiis] initiis et primordiis

Librarius cum quae scribebat intellegeret, in locis corruptis vel hiantibus aliquoties spatium vacuum reliquit, ut 100, 3. 158, 23. 181, 7. 187, 21. 190, 5. 217, 17, saepius tradita coniectura emendavit aut perscripta iam, quibus locis cum res ei vix umquam successerit, secunda scriptura longius a vera distat quam primitiva:

58, 9 meruerat] P^a, non meruerat P^b
68, 15 mox] P^a, mox ut P^b
98, 29 consuetudinem] P^a, et consuetudinem P^b
114, 21 quidem quae] quod quae P^a, quidquid P^b
117, 7 uictualibus] uictualus P^a, uictualum P^b
129, 16 abditis] P^a, in abditis P^b
132, 4 destinare] destinase P^a, destinasse P^b
164, 8 neglegantur] P^a, non neglegantur P^b
165, 15 solaria] P^a, solacia P^b
184, 31 cedimus] P^a, concedimus P^b
189, 6 vultu proditur quod tacetur] P^a, vultu proditur quod lingua tacetur P^b
219, 16 uendebantur] uidebantur P^a, uidebantur obnoxii P^b

aut antequam verba exararet:

14, 12 crevit conservationis laude quantum profecerat dignitate] cr. cons. l. meritorum profecerat dignitate *P* (*offendit omissum* tantum)
60, 9 prouidere] pondere *P coniectura proba*
72, 18. 165, 23. 191, 15 utillim-] utilissim- *P*
79, 12. 80, 19 Alaric-] Inalaric- *P*
98, 25 nulla fieri uiolenta] nullam fieri uiolentiam *P*
100, 6 alimonia reperta] alimoniam repertam *P*
102, 30 crementi] incrementi *P*
107, 19 architectis] architecticis *P*

128, 20 minus ne] si quo minus *P*
182, 31 non] non tam *P* (*offendit omissum* magis)
219, 15 penso] tam penso *P* (*ex eadem causa*)

Quamquam in hac interpolatione modeste scriptor se gessit, caute utendum est libro ab eiusmodi homine profecto et maxime in grammaticis differentiis et minoribus omnibus magis standum est testibus veracitatis simplicioris. praeter interpolationes has et huius generis alias Palatinus inquinatus est compluribus mendis, quarum partem certe ad archetypum eius redire efficitur ex consensu libri Berolinensis *D*. exempla infra p. LVI proposita ad demonstrandum consensum libri Breslaviensis n. 62 cum Palatino cum ita proponantur, ut lectiones Palatino propriae et mendosae a bonis distinguantur, satis sufficient ad demonstranda eius libri vitia; pauca alia subieci:

82, 21 difficile prouenit] raro contigit (contingit *D*) *PD*
166, 27 ori tuo — placuisti *om. P*

In universum quamquam libri ordinis prioris *LRK* Palatino emendatiores sunt, propria utilitas huic quoque tribuenda est. opitulatur Palatinus saepissime Cassiodoranis non solum eo, quod, ut supra p. LIII vidimus, aliquoties consentit contra *LR* in lectione vera cum *K*, sed item plurimis corruptelis, quas libri tres illi communes habent, recte medendo. et prima quidem classis quatenus pervenit, dissensum inter eam et secundam saepenumero decidit liber *P* accedente aliquatenus Berolinensi:

5, 9 nomine] *PD et I, om. LR* (*deficit K*)
11, 10 adorandi] *PD et I*, adornandi *LRK*
12, 17 generat] *I*, generant *PD*, gerat *LRK*
13, 9 quo] *PD et I*, quod *LRK*
13, 12 necesse est] *PD et I*, necesse est ut *LRK*
15, 7 togatis cleri] togati solari *LRK*[1]
16, 8 et] *PD et I*, ut *LRK*
18, 3 ideoque] *PD et I*, ideo *LRK ex correctione*
19, 11 inflexis] *PD et I, om. LRK*[a]
21, 7 sacrum] *PD et I*, sacrarium *LRK*
21, 22 artes] *PD et I*, arte *LR*, artem *K*
54, 28 studia] *PD et I, om. LRK*[1]
59, 9 uos] *P et I, om. LRK*
60, 19 superbia] *P et I*, superna *LRK*
64, 4 largitionum] *P et I*, largionum *LRK*
68, 15 mox] *P*[a] *et I*, mox ut *LRKP*[b]
68, 34 haec] *P et I*, haec supra dicta *LRK*
69, 21 in] *P et I*, quae in *LRK*
l. III ep. 3 inscr. ad Thoringorum regem *om. in laterculo LRK*
ep. 5 inscr. patricio *om. in laterculo LRK*
81, 1 sunt] *P et I*, sunt inter uos *LRK*
85, 12 tuis] *P et I, om. LRK*
90, 1 ei] *I*, ei et *P*, ut *LRK*
94, 2 retulisse] *I et P*, contulisse *LRK*
95, 26 est] *I et P, om. LRK*
97, 6 publica] *I et P, om. LRK*[1]
98, 4 motu] *I et P*, motus *LRK*
98, 25 qua resides] *P*, qua residis *I*, quam regis *LRK*
103, 8 lubricis] *P*, lumbricis *LRK*, lubricis lumbricis *I*
103, 32 tractanda] *P et I*, coaptanda *LRK*
105, 7 histrionibus] *P et I*, in histrionibus *LRK*
106, 32 raros] *P et I*, aut *LRK*[1]
108, 29 quod per] *P et I*, quidquid *LRK*
109, 1 subterraneis] *P et I*, terraneis *LRK*
l. IV ep. 35 inscr. albini *om. in textu LRK*
115, 34 elatus] *P et I*, elata sunt *LRK*
128, 7 copiosos] *P et I*, copiosas *LRK*

A lectionibus manifesto falsis, quales permultae reperiuntur in classis primae libris, *PD* perpetuo abstinent excepto loco uno 89, 17, ubi *P* et classis prima pro vera lectione servata in *LRK iniqua sub* habent *iniquitas ab*, casu opinor; nam evidenter apparet non adhibitum esse a scriptore libri *P* exemplar aliquod primi ordinis, sed consentire classis primae libros et *PD* locis supra recensitis propter archetypum commune. — Deinceps quoque in parte IV, 40 — VII, 41 similiter *P* passim praestat libris supra enarratis:

143, 13 per] *P, om. LRK*
144, 15 eant] *P*, fiant *LRK*
146, 4 suo] *P, om. LRK*
150, 4 extantibus] *P*, excitantibus *LRK*
154, 6 arno] *P*, ano *LRK*
155, 29 saeua] *P, om. LRK*
159, 10 expectet] *P*, expetitet *LR*, expediret *K*
165, 15 solaria] P^{a}, salaria *LRK*, solacia P^{b}
167, 31 releuare] *P*, reuelare *LRK*
174, 8 felix] *P, om. LRK*[1]
177, 7 est] *P, om. LRK*
177, 27 etiam] *P, om. LRK*
180, 7 nesciat habere] *P*, habere *LR*, habere non debeat *K explens*
185, 23 nelle] *P, om. LRK*
196, 1 optimum] *P*, opimum *LRK*
202, 15 in illa prouincia] *P*, in aliam prouinciam *K*, illam prouinciam *LR*
217, 26 conscientiae] *P*, scientiae *LRK*

Secunda manus libri Palatini, si quidem est secunda (neque enim facile distinguas inter P^{b} et P^{2}) similia intulit, ut

102, 31 inadiunata] ea inadiunata uis

aliaque similia offendes 103, 2. 3.

Aut Palatini libri gemellum aut, quod magis probabile est, cum nonnumquam (139, 17. 166, 7) Palatini libri lectiones habeat ab emendatore excogitatas, ipsum eum adhibuit is qui scripsit librum Breslaviensem 62 (infra n. 51); nam complures lectiones in nullo alio codice inventas is exhibet alias in textum receptas, alias et longe plures postea adscriptas manu eadem. earum, hunc librum *A* nota notantes, specimen subiecimus diligenter confectum ab eo qui codicem illum excussit Kruschio nostro.

14, 23 celsum] excelsum PDA^{b}*Acc.*
40, 14 facunda] fecunda PA^{b}*Acc.*
41, 10 per] qui per PA^{b}
48, 7 antiquas] antiquitas *PA*
60, 22 factum] factum est PA^{b}*Acc.*
64, 19 horrore] honore PA^{b}
65, 17 instituti] constituti PA^{a}
73, 10 gentis] gentis suae PA^{b}*Acc.*
92, 15 praeclara] perclara *PA*, per praeclara *Acc.*
93, 27 te etiam] etiam te PA^{b}*Acc.*
97, 10 seneritatem] securitatem PA^{b}*Acc.*
97, 27 firminus] firmius $P^{a}A^{b}$*Acc.*
105, 8 adfectus] effectus PA^{b}*Acc.*
106, 19 missibus] mensibus PA^{a}*Acc.*
132, 12 potiores] potentiores PA^{a}
132, 18 ocius] socios *PA*
134, 25 decet] licet *PA*
135, 11 eligunt] negliget *P*, negligit *A*
135, 12 sit forte] forte sit *PA*
135, 19 praetorio] praetorii $P^{b}A$
136, 30 promeritus] pro meritis *PA*
l. V cp. 11 inscr. destinatis] constitutis PA^{t}
139, 17 inutiliter] utiliter $P^{2}A^{b}$*Acc.*
143, 11 sui] sua *PA*
144, 15 eant] *PA*, fiant *LRKEF*, eant al. fiant A^{a}
147, 18 itaque cl.] cl. itaque *PA*
150, 5 uitium] initium *PD*, inicium al. uicium *A*

152, 32 seruus] cum seruus *PD*[1]*A*[a]
157, 6 terrentior] torrentior *PDA Acc.*
157, 15 maioris] maiores *PDA*
163, 28 attrectare] attractare *PA*
165, 23 utillimum] utilissimum *PA*
166, 7 querela] querimonia *P*[2]*A*
166, 31 geniatissimum] geminatissimum *PA Acc.*
169, 6 collegerat] col(l)igeret *PA*
176, 35 dignitas] dignitates *P*[a]*A*[a]
177, 17 nos] non *PAE*[2] *Acc.*
177, 20 consides] consideres *TPA*
177, 23 tot mer. lum.] mer. lumine (liminā *A*, limina *Acc.*) tot *TPA Acc.*
177, 33 et tacere] conticere *PA Acc.*
180, 7 nesciat habere] *TPA Acc.*
180, 20 audienti] audiendi *P*[b]*A*
180, 30 obsequio] officio *PA*
181, 35 ingemorum] ingeniorum *TPA Acc.*
tibi] ibi *PA*[a]
182, 7 iura] iura in *TPA*[a]
182, 22 approbetur] *P*, approbatur *A*

Accursius cum adhibuerit librum Breslaviensi simillimum, id quod infra in codicum recensu n. 51 demonstrabitur, lectiones pleraeque Palatinae apud eum redeuntes etiam in Breslaviensi libro comparent neque tamen omnes:

l. IV ep. 26 inscr. uniuersis massiliae constitutis] massiliensibus *P*[t] *Acc. (non A)*
168, 30 dominam] dianam *P*[b] *Acc. (non A)*

In codicibus infimae aetatis et omni genere variarum lectionum refertis subinde apparent lectiones in meliore libro nullo praeter Palatinum repertae; exempli gratia verum supplementum loci 180, 7 servatum a Palatino et a libris classis tertiae praeter eos et supra memoratum Breslaviensem adest in Florentino Laur. 89, 26, Mediolanensi Ambros. C 19, Olmuetzensi, Vaticanis tribus 3863 et Ottoboniano 174 et reginae 64, Veneto Marc. II, 20. alias lectiones eiusdem originis deprehendimus in libris aliis, ut sunt Breslaviensis I. F. 159, Monacensis 11052, Parisini 2187. 2190. 2191. 2790, Guelferbytanus Aug. 4, Venetus II, 22. sed talia persequi operae pretium non est.

Berolinensis Diezianus (infra n. 43), nobis *D*, inter eos qui hodie supersunt libros solus est, qui descendat ex eodem archetypo atque Palatinus, utilitatis tamen longe minoris. nam et imperfectus est non continens nisi librum primum integrum et partes secundi tertii quinti et locis paucis, sed certis contaminatus adsumpto exemplo aliquo classis primae:

1, 7 insubidum] in subsidium *B cum O*
38, 1 congeniata] congeminata *B et cl. I*

ex quo inscriptionem quoque traxit cum plenis auctoris honoribus (supra p. XV) a codicibus secundae classis melioribus alienam. sed tamen quatenus pervenit aliquam utilitatem habet, scilicet ubi cum Palatino consentit, eius lectionem ostendens ex archetypo eius proficisci, ubi discedit ab eo consentiens cum *LRK*, id quod facit non raro, Palatini lectionem infirmans; quam ob rem in apparatu ei locum dedimus.

Classis tertia l. VI—VIII, 10.

Tertii ordinis duo hodie quod sciam exempla supersunt Breslaviense n. 63 (infra n. 92) nobis *T* et Caesenas 13, 3 (infra c. 92 *A*), nobis *U*, et utrumque quidem et recens scriptum et vitiatum non solum erroribus plurimis, sed etiam interpolationibus non raris,

ut sunt 194, 27 *cum vendunt aliena crimina sua faciunt esse peccata* loco parum intellecto post *vendunt* additur *iustitiam* et 233, 28 *heres imperii* factus est *heres Italici imperii.* nihilominus quatenus porriguntur (neque enim continent nisi l. VI integrum et l. VII duobus locis hiantem, Breslaviense solum praeterea octavi epistulas decem primas) utilissima sunt ad emendanda Cassiodorana. ad contaminationem quamquam eo ducimur, quod 239, 18 ad *domini* in margine *T* adscriptum est *al(ii) et plures domni,* in textu eius vestigia tantum abest ut deprehendantur, ut is a forma vulgari classis secundae, qualem repraesentat codex *K*, plane recedat; nam consensum librorum *KTU* in levibus erroribus 205, 31. 207, 25. 214, 7. 217, 9 casus effecit. e contrario aliquot locis consentiunt cum Palatino in erroribus qui absunt a secundae classis ordine priore:

177, 20 considas] consideres *PT (non U)*
181, 35 ingenuorum] ingeniorum *PTU*
182, 7 iura] iura in *PTU*
182, 36 improbus] in quibus *P*ᵃ*T (non U)*
187, 10 percellendum] procellendum *PT (non U)*
190, 4 referte] referre *PTU*
190, 26 maiorum] malorum *PTU*
203, 36 ideo] adeo *PTU*
208, 10 copiosus] *rel. et U,* copiosius *P*[1], copiosum *T*
218, 4 stude] *om. T (non U),* tuum est *P fortasse hiatum archetypi explens coniectura*
218, 12 nobis] a vobis *PT,* a nobis *U*
222, 14 ibi] tibi *PTU*

neque tamen loci hi sufficiunt ad librorum *PTU* communem originem demonstrandam, cum praesertim ei coniecturae refragentur indicia longe graviora. scilicet codices *TU* non solum partem variarum habent quae abest ab utroque ordine classis secundae, sed etiam in lectionibus ubi differunt ordines duo, modo priori, modo posteriori suffragantur, denique quibusdam locis contra utriusque ordinis consensum genuina suppeditant:

174, 8 felix] *TUPEF, om. LRK*[1]
175, 12 optima] *TULRE*[2], optata *P*, felici *KE*[1]*F*
177, 27 etiam] *TPEF,* est *U, om. LRK*
180, 7 nesciat habere] *TUP,* habere *LR,* habere non debeat *KEF*
185, 23 uelle] *TUPEF, om. LRK*
187, 20 hortis suis] *UEF,* oris suis *T,* hortis sue *P,* orti sui *LRK*
192, 25 dominos] *TE*[2], domino *LRPKE*[1]*F*
193, 19 non potest non habere] *TUF,* non potest habere *LRPKE*
202, 15 in illa prouincia] *TPEF,* nulla prouincia *U,* illam prouinciam *LR,* in aliam prouinciam *K*
202, 20 admiratione] *TULREF,* administratione *PK*
204, 24 qui libris veterum probaris eruditus] *TUEF, om. LRPK*
206, 15 illis] *TUEF,* illi *LRPK*
206, 23 mox] *P*[1]*TU,* mox ut *LRKP*[2]*EF*
207, 28 suscipere] *TU,* suscipitur *LRPKEF*
212, 5 sub tanta aequalitate] *TUEF,* substantiae qualitate *LRKP*
213, 1 cui debeatis observare] *TULRK,* cui debeatis obedire *P*
214, 12 excusatio victualium tollitur (excusatio *iterum ins. T*)] *TUEF*[2], ex victualium tollitur *LR,* ex victualium summa tollitur *KF*[1], *deficit P*
220, 21 suaui] *TUE*[2]*F*[2], sua *LRKPE*[1]*F*[1]

Itaque de lectionis fundamento ibi decisum est, ubi *TU* aut cum *L* consentiunt aut cum *P*, idque in universum secutus sum etiam in locis, de quibus dubitari potest (ut 174, 24 *auratus*, 204, 24 *paratissimus*). uno qui offendit 183, 37 aut veram lectionem *curis alienum P* suo Marte repperit aut in falsa *curis alienis* librarii archetyporum duorum casu inciderunt. altero 183, 34, ubi in lectione aperte corrupta *tantae quae* codices *LPT* consentiunt, vera autem *tantae copiae* tam in secunda classe (*R*) apparet contaminata cum corrupta (supra p. L) quam in exemplari adhibito ab archetypo librorum *EF*, fortasse subest antiquissima dittographia. quod ex modo dictis intellegitur librorum *TU* vel potius archetypi eorum aliquanto melioris copiam fuisse ei, qui quintae classis integrarum variarum codicem principem recensuit, id infra confirmabitur.

Classis secundae codicibus deficientibus in fine ep. 41 libri septimi principium ep. VII, 42 ad p. 223, 10 *transtulerunt* per solam tertiam ad nos videtur pervenisse. reliqua pars eius epistulae et quinque quae sequuntur ad finem septimi libri traditae sunt cum per tertiae classis libros tum per classem quartam ita, ut in classe quarta has epistulas solus servet Bruxellensis, in tertia ad codices *TU* accedant codices classis sextae sive variarum integrarum, quorum principem modo observavimus pendere inter alios ex classis nostrae tertiae exemplari. inde explicatur, quod codices *TU* per has epistulas modo cum vulgaribus sextae classis conspirant in erroribus emendatis ex solo Bruxellensi:

224, 11 operibus] *B*, moribus *reliqui*
225, 7 cultore] *B*, *om. reliqui*
225, 8 ruris] *B*, urbis *reliqui*
226, 4 multo] *B*, *om. reliqui*
227, 17 urbium] *B*, *om. reliqui*

modo, raro tamen cum eadem stent contra eundem in lectionibus veris:

225, 8 cui iugis] *TU et vulgares*, coniugis B^1, cum iugis B^2

plerumque autem in lectionibus veris contra vulgares cum Bruxellensi faciant, scilicet 223, 11. 224, 6. 17. 225, 15. 18. 226, 20. 227, 1 (*nec aegri* contra vulgatorum *nec igitur*, confusis scilicet compendiis $e\overset{i}{g}$ et $\overset{i}{g}$), 227, 8. 14, item 223, 9, ubi deficit Bruxellensis, genuinum *crevitque* soli suppeditent, cum vulgares libri fere consentiant in corruptela *credendumque*.

Decem primas epistulas libri octavi, quas exhibet solus codex *T*, praeterea traditas habemus, sicut infra ostendetur, et per quartae classis libros integros *BZ* et per epitomatos classis quintae *HGI*. trium igitur archetyporum hic nobis exemplaria praesto sunt inter se affinitate propria nulla coniunctorum, itaque in his consensus non solet inveniri nisi in lectionibus veris. exempla subiecimus.

231, 14 qui annis] *TEF*, quia unis *BZ*, qui *HGI*
232, 9 uestris] *TEFHGI*, *om. BZ*
238, 6 aucta] *TF*, augta E^1, tota *B*, nota *Z*, uita E^1*HGI*
238, 11 suras eius] *TE*, sura seris *Z*, suras seris *B*, sura sericis *HI*, suras sericis *G*

238, 18 diligunt (diligit *E*) crementi sui prouecti (prouectus *E*) semper auctorem] *TE*, diligunt ore mens sui prouectis (prouectus *B*²) s. a. *B*, diligit more mens sui prouectus s. a. *Z*, diligunt omnes (isti *ins. H*) sui prouectus auctorem *GHI*

240, 10 locum merito] *TE*ᵇ*F*, locum inito (inicio *I*) *HI*, merito locum *E*ᵃ*G*, locus merito *BZ*

Classis quarta l. VII, 42 — XII fin.

Classis quarta fortasse origine sua coniuncta est cum secunda; nam cum vix casu illa ibi fere incipiat ubi haec desinit, verisimile est codicem integri operis casu consiliove ita divulsum esse, ut prior pars archetypum evaderet classis secundae, posterior quartae. nos iam agemus singillatim de subsidiis quorum nobis in hac parte copia facta est, quae sunt folium unum Halense nobis *D* et libri tres Bruxellensis 10018 nobis *B*, Parisinus 2185 *A* nobis *Z*, Laurentianus 89, 23 nobis *K*.

Halense folium pertinet ad libri noni epp. 17 et 18 (p. 282, 15—283, 29; ipsum expressum est in recensu codicum infra n. 84). codex is cuius pars fuit si integer superesset, fortasse reliquis quibus iam utendum est sine damno careremus; nam cum miro casu (ad quem advertit G. Meyer) acciderit, ut *deportationis* vocabulum 283, 6, ab eius librario in transitu a pagina ad paginam mutilatum omissa syllaba tertia, similiter imperfectum redeat in optimis nostris *BZ*, item in aliis *EN*, nec plenum legatur nisi in deterioribus *FK* suppletum ibi coniectura facillima, sine dubio superest ex communi omnium illorum librorum archetypo. quod ipsum undecimo saeculo scriptum esse sese ostendit, rem vel magis confirmat; nam libri nostri non superant duodecimum videnturque exscripti esse ex archetypo exarato minusculis et cum compendiis eius aetatis. quam prope a se distent libri classis huius, ostendit cum locus 244, 10, ubi verba *eminens evenit*, si quidem sic recte scripsimus nos, in hiatu omittit Bruxellensis, *cominens* (*commens M*, *cum mens K*) *evenit* scribunt libri alii *ZKM*, tum alter 310, 31, ubi hiant inter *mores* et *cui* tam Bruxellensis a manu prima quam epitomae liber Londiniensis item a prima manu, *de re* ibi interponit Parisinus spatio vacuo relicto quattuor litterarum, *dere* Florentinus, *dare* epitomae emendatores, *deligere* (id quod requiritur) vel *diligere* emendator libri Bruxellensis, adsecutus id sive ex ductibus archetypi evanidis attentius observatis sive coniectura.

Bruxellensis liber, nobis *B*, huius ordinis longe primarius cum infra in codicum recensu n. 85 satis enarretur, paucis hoc loco de eo agi potest. unicus ex hoc ordine habet libri septimi epistulas sex postremas. librorum numeros veros, quos servat epitome Britannica, fortasse evitare voluit huius scriptor imperfectam operis condicionem celaturus, certe in unica quam miniator addidit subscriptione (supra p. XVI) ad finem operis auctoris nomen et operis titulum neque tamen libri librorumve numerum posuit, abstinens ita a numeratione falsa ea de qua mox dicetur. inscriptiones quod epistulis non praescripsit, ad vetustam operis formam (supra p. XL) revocari non potest, cum in folio Halensi non desiderentur; immo omisit eas sive librarius sive rubricator, ut item omissi sunt ex quin-

que laterculis quattuor ne spatio quidem relicto et omissum est ipsum operis principium perscribendum in pagina prima, quae remansit non scripta. item modo vidimus quibusdam locis verba in archetypo evanida facta spatiis relictis omissa esse. librarius officio functus est egregia diligentia et simplicitate et multis locis huius libri beneficio in hac editione vera restitui potuerunt: perpaucis quaedam praetermisit culpa sua, ut 381, 16, et raro quoque errores ei proprii deprehenduntur, ut sunt hi:

292, 11 implevit] *reliqui*, replevit *B*

366, 7 compleas] *GZ*, suppleas *BK*

Ab interpolatione librarius abstinet; nam quod 346, 13. 21 ex *scriniario* effecit *crismarium* et locum corruptum 238, 6 correxit addita perperam copula *que*, eiusmodi errores librarius nullus evitat. emendatorem quoque libri infra exposui plerumque fidem merere usum ipso quod descripsit librarius exemplari, raro verba interpolavisse.

Reliqua quae extant horum librorum exemplaria plena quamquam non pendere ab ipso Bruxellensi vel solae inscriptiones epistularum demonstrant in codice illo servatae ad unum decimum librum, proficisci ex archetypo eius praeter lectionum consensum colligitur ex defectu inscriptionis ep. 20 libri decimi, qua caret tam Bruxellensis laterculus quam huius ordinis libri omnes et in laterculo et in textu, nisi quod deterrimi quique hiatu animadverso falsam inscriptionem ei epistulae praescripserunt; vera servata est in sola epitome Britannica. sed ex archetypo Bruxellensis libri qui id exemplum confecit, a quo pendent tam *Z* quam *K* et similia eorum omnia, non simpliciter id expressit, ut fecit Bruxellensis librarius, sed opus imperfectum quodammodo reconcinnavit abiecto libro septimo mutilo et mutata integrorum numeratione et admissa praeter alias minores interpolatione una admodum gravi. scilicet huius classis libri reliqui omnes carent parte septimi libri ea quam in principio habet Bruxellensis neque exhibent nisi quinque libros integros. eos optimi quique numerant a primo ad quintum, ut integri operis speciem volumen prae se ferat, quamquam verum numerum ipse auctor enuntiat in undecimi praefatione. posteriore tempore numeri hi rursus mutati sunt; scilicet quattuor primis libris adiunctis his saepe praescribuntur numeri a quinto ad nonum; rursus adiunctis libris septem vera numeratio recuperata est ex coniectura, ut factum in libro nostro *K*, ut mittamus numerationes alias ex mera partium operis perturbatione ortas et in codicum descriptione suis locis relatas. ex corruptelis et interpolationibus, quae item in omnibus huius ordinis codicibus reperiuntur, non affero minores, qualis est 329, 14 vera lectio *praecipiti saltu* servata in epitome Britannica, in Bruxellensi levi errore deformata in *praecipitis saltu*, in huius ordinis libris mutata in *praecipitis* vel *praecipitibus saltibus*. gravis autem ea, de qua supra dixi, admissa est in ipso principio libri decimi 297, 1; scilicet quod ibi legitur *ideo* (vel *adeo*) *vobis, clementissime principum, distulimus hactenus indicare filii occasum* firmatum et Bruxellensi libro et epitome Britannica praeterea ita legitur amplificatum: *adeo cl. princ. vobis amore inhaesimus ut distulerimus hactenus* cet. hac tamquam nota signati sunt libri qui iam sequuntur *ZK* et reliqua quae supersunt Cassiodorana exempla ad unum omnia. ceterum ea ubi consentiunt, auctoritate non cedere Bruxellensi libro ex supra dictis apparet; repraesentant enim pariter exemplar ex quo descriptus est deperditum. ubi ita dissentiunt, ut aut *Z* aut *K* cum Bruxellensi faciat, lectio archetypi ea fere est quam testes duo testantur; ut sine dubio 240, 25 in eo fuit corruptum *repluit* testatum et a *T* et a *BZ*,

emendatum male in *reppulit* in *K*. ubi tres libri totidem lectiones proponunt, id quod raro accidit, electio libera est:

238, 6 aucta] *T recte*, tota *B*, uota *Z*, deuota *KM*

373, 21 uicturis] *EF recte*, uicturi *B*, victure *KM*, iuncture *Z*

Extant praeter *K* alii libri non tam ex ipso illo archetypo descripti quam ex exemplari, unde derivata sunt *ZK*; ita codex Montispessulanus *M*, ut in codicum recensu n. 86 dictum est, libris *ZK* in plerisque longe inferior, tamen 338, 17 formam *loquebitur* sine dubio Cassiodoranam cum Bruxellensi servavit oblitteratam tam in *Z* quam in *K*. neque tamen operae pretium visum est propterea eum quoque in apparatum recipere inutilibus erroribus iam nimis onustum.

Parisinus liber 2185 *A*, nobis *Z*. inter affines primatum obtinet scriptus egregie ab homine perito, paucis locis correctus ab eodem, ab emendatione posteriore fere immunis. bonitas libri inde maxime intellegitur, quod quibusdam locis soli ei convenit cum Bruxellensi:

250, 3 repererimus *BZ*, reperimus *reliqui*

312, 28 credidimus *BZ*, credimus *reliqui*

382, 21 quod] *BZ*^{a}, quo *Z*^{b} *et reliqui*

Errores non pauci in hoc libro admissi ex eo, ut videtur, sive recta via sive per interpositos alios in plures codices propagati sunt, quorum placuit ex multis in apparatum relatis quosdam hoc loco componere:

238, 21 belli] bella	267, 12 hasdingorum] has dignorum
250, 9 exercitata] excitata	341, 8 posse] debet
253, 14 a nobis *om.*	368, 1 indulgentia] intelligentia

Florentinus Laurentianus 89, 23, nobis *K*. is ipse de quo supra p. LI egimus in classe secunda, in quinque postremis libris, quos ad septem priores adiungit, huius generis codicem expressit, minus diligenter operatus quam Parisini librarius, sed cum errores multos committeret ab hoc evitatos, eos quos supra posuimus in Parisino libro repertos Florentinus non habet itaque nisi adsumpto eo recte de communis archetypi lectione iudicari non potest. errores et interpolationes qui magno numero in hoc libro reperiuntur, alii ipsi proprii sunt, ut sunt hi:

l. VIII ep. 18 fideli] felici *K*^{t}*M*^{t}

240, 25 repluit] reppulit *KM*

alii communes ei cum Neapolitano, repetiti opinor ex libro antiquiore parente tam Florentini quam Neapolitani. ipsum Neapolitanum adhibitum esse ab eo qui Florentinum scripsit non crediderim, cum inter alia 277, 22 omissio vocabuli *siculis* communis sit libris *NK*, corruptum *cos* in *robis* inde pendens huic proprium. codices deteriores pendent etiam in his libris fere ex *K*, ut 305, 11. 12 quae omisit K [1], absunt item a Veneto II 22, aliis locis, id quod specimen ostendit ad 335, 9 multisque similibus confirmatur, error huius libri ad complures aetatis recentioris translatus est.

Neapolitanus IV B 41, nobis *N*, is de quo supra egimus p. XLI (in codicum recensu n. 26 + 86A) in hisce quinque libris descriptus videtur non ex ipso Parisino 2185A, sed per alios ex eo ductus; inscriptionem certe operis quam rettulimus p. XVII cum hoc communem habet et verisimile est similiter inscriptos omnes ex Parisino pendere. accedit quod locum 315, 4 in *Z* omisso vocabulo mutilum *N* falso supplemento explevit. neque obstant loci quidam emendatius scripti in *N* quam in *Z* (240, 2. 244, 32), cum librarius ex pluribus exemplis suam lectionem formaverit. inveniuntur scilicet lectiones multae in Neapolitano aliae in textum admissae, aliae pro emendatione vel varia lectione adscriptae petitae eae, ut infra ostendetur, aliunde, eamque ob causam eum in apparatum recepimus. sed praeter inde adscita ex parte egregia alios locos ex coniectura interpolavit, ut sunt hi

272, 3 familiae suae retineat] *BGZK*, f. s. domus retineat *NEF*
331, 5 offici] *G*, efficii *H*, effici *BZK*, efficaci *NE*
332, 13 laetum] *BZ*, late *NEF*

Classis quinta l. VIII—XII epitomatorum.

Epitoma quae continentur epistulae numero centum (numerantur sic in solo codice Oxoniensi ratione non habita frustulorum minorum) hae sunt quae sequuntur; earum, quae uncis inclusae sunt, non adsunt nisi particulae minutae inscriptionibus destitutae.

VIII 1—30. 31 (deest finis). 32. 33; secundum Oxoniensem epp. 63—95.
IX 1—3. 5. 7. 8. [9. 10. 13. 14. 15.] 16 (deest finis). 17 (deest finis). 18 (deest finis). 19. [20. 21.] 22—25; secundum Oxoniensem epp. 1. 2. 3. 5. 7 numerantur epp. 96—100, epp. 8. 16. 17. 18. 19. 22—25 epp. 1—9.
X 1—7. [10.] 11. [12. 13. 14.] 15. 16. 18 (desunt extrema). [19.] 20 (deest finis). 21. 24. 25. 29. 30. [33.]; secundum Oxoniensem epp. 10—26.
XI praef. 1—9. [14.] 17—22. 26. [32.] 33. 34. [35.] 36. 27. 28. 38. 40; secundum Oxoniensem epp. 27—48.
XII 1—3. [4. 5.] 6. 7. [8. 10.] 11 (deest finis). [12.] 13. 14. 15 (deest finis). 17. [18. 19. 23. 24.] 25. 26. 27 (desunt extrema). 28; secundum Oxoniensem epp. 49—62.

Praeter tres libros Bernensem (infra n. 49), Cantabrigiensem S. Petri (infra n. 52), Romanum Angelicanum n. 1855 (infra n. 34), qui epitomae huiusce partem exhibent contaminatam cum exemplari integro neque utilitatem habent, plena epitomae exemplaria repperi quattuor. discedunt ea in duas familias discretas et lectionibus compluribus et ordine diverso, scilicet recte ordinatam eam exhibent libri Pragensis (I^p; infra n. 91A) et Vindobonensis 407 (I^w; infra n. 92), quorum consensum significat littera *I* nuda, transpositis partibus ita, ut post IX 8—XII sequantur VIII 1—IX 7, Oxoniensis Magd. 166 (*H*; infra n. 91) et Londiniensis reg. 8 *B* XIX (*G*; infra n. 90). quaenam ratio inter hos libros intercedat, iam demonstrabitur.

Libri duo Pragensis et Vindobonensis cum simillimi sint, ille praeferendus est; nam Vindobonensis, quem qui scripsit etiam exemplar integrum novit, interdum, licet raro ex hoc epitomam correxit (307, 29. 326, 13; secunda manu explet hiatus 248, 21. 254, 25) et aliquoties suo ingenio tradita emendavit:

260, 29 pasturarum] I^p, pascuarum I^w
268, 7 loci] *om.* GHI^p, membri I^w
269, 9 nouerunt exercere] exercere I^p, exercent I^w

quamquam aliis locis non paucis, ubi errat Pragensis, veram scripturam Vindobonensis retinet. archetypum eorum quamquam utroque longe emendatius scriptum fuit, nihilominus erroribus abundabat, quorum cum compluribus in apparatu locum dederimus propterea quod redeunt in libris *NEF*, ex suppressis paucos allegabimus:

245, 10 loquimur] loquimur uera esse noscuntur *I*
289, 2 consulares] curie consulares quod edidit familie iuuenes *I*

Ad alteram familiam ut veniamus, Londiniensis liber pessimus est obsitus multis erroribus interpolationibusque sibi propriis et quae saepe superstruantur erroribus libri proxime coniuncti *H*:

254, 29 nauanter] gnauit (= generauerit) *H*, generaliter *G*, gratanter *I*
268, 5 ad uniuersa] aduersa *H*, contra aduersa *G*, ad diuersa *I*
255, 3 potitur] rei p. potitur *G*
313, 7 eloquium] inpertitur eloquium *G*
313, 13 bona] bonam gratiam *G*
317, 27 nasuta] nasutare *H*, nasus utraque est *I*, nascitur *G*
327, 3 nimis] minus *H*, *om.* *G*
339, 4 morum qualitate] morum opinione *I*, more *H*, ore G^a, morum ymaginatione G^b: *in communi archetypo cum excidisset* qualitate, *trina interpolatione aut substitutum est* more *aut additum modo* opinione, *modo* imaginatione
339, 6 mente nosse] me nosse *H*, me nosse auditu G^t, mente *adscripsit* G^v
346, 2 adoraturus accede] adornatus *H*, adornatus exhiberis *G*, sedeas adhornatus *I*
350, 14 opus suum] post suum *H*, post suum cursum *G*
360, 22 discussorum] discorum G^aH, priscorum G^b, discolorum *I*
371, 18 intiborum] uiriborum *H*, uirorum aquarum *G*

Praeterea passim duplicem lectionem habet sive correcto loco sive altera lectione adscripta vel superscripta, modo locum emendans coniectura, modo adhibito exemplari diverso eoque interdum optimo:

243, 18 comitiis] *B*, comitis *G*, comitiue HI^p
253, 20 coronari] BG^t, ornari G^vHI
326, 21 actioso] BZG^a, *om.* G^bHI
332, 13 laetum] *BZ*, me letum G^b, late *I*, *om.* G^a *et in sp. uacuo H*
332, 16 praestare] BG^vI, spectare G^tH, conferre *Z*

Hiatum communem libris $G^a III$ explet G^b 248, 21. item aliquoties, licet rarius ex epitomatis unus verum servavit:

VIII, 23 *inscr.* u. i.] *G*, uiri *H*, uiro *I*
235, 8 et 242, 12 iudicamus] *G*, iudicauimus *III*
237, 20 enim] *G*, *om.* *III*
243, 21 uniuersitate] *G*, uniuersalitate *III*
243, 25 omne] *G*, esse *III*
287, 11 iudicio] *G*, in iudicio *III*
292, 21 sub] *G*, sine *III*
300, 17 perducere] *G*, proficere *III*
301, 20 defendimus] *G*, offendimus *III*
302, 2 postponimus in illis . . hic] *G*, praeponimus in illa . . hinc *III*

Quam ob rem etsi ipse pessimus est, eum non abiecimus. — Oxoniensis liber cum habeat et ipse naevos non paucos sibi proprios, quantopere praestet et Londiniensi et omnino epitomatis reliquis, tam ex aliis locis multis perspicitur quam ex iis quos supra attulimus ad demonstrandas Londiniensis libri interpolationes saepenumero, ut dixi, enatas ex corruptelis in Oxoniensi servatis. addo in ep. IX 17, cuius clausulam epitomator sustulit, duo prima verba 282, 15 *cito sentiunt* adesse in *H* omissa in reliquis. secunda manus, quae in Oxoniensi raro offenditur et maxime in principio voluminis, deinde c. c. 309, 15. 318, 15. 332, 1. 334, 13. 335, 25, aperte pendet ex exemplari ordinis quarti, nam non raro (274, 26. 281, 11. 12. 16) cum eius textu conspirat contra epitomatos reliquos omnes. sed tamen uno loco, ubi manus prior sola ex epitomatis veram lectionem servavit:

241, 17 parabatur] sperabatur GH^2I

manus altera corruptam epitomatorum lectionem induxit. propter eam Oxoniensis libri praestantiam, scilicet ubi componitur cum epitomatis reliquis, nos eius lectionem integram apparatui inseruimus suppressis erroribus propriis cum Londiniensis libri tum ordinis alterius. — Hos duos libros *HG* venire ex eodem archetypo et hiatus iis communes ostendunt 261, 8. 270, 7, qui non sunt in *I*, et consensus in erroribus plurimis, ubi libri *I* verum exhibent; e contrario *GI* perraro consentiunt contra *H* et ita, ut id casui recte tribuatur vel ad dittographiam antiquam facile revocetur:

238, 29 amalo generi] amalo gratia $G^a I^1$
244, 21 constituta] instituta *GI*
256, 15 ubi et] ut GI^w
305, 29 quae] *om.* *GI*
316, 11 uiuum est] uiuum *H*. uiuit *GI*

Similiter si quando consentiunt in erroribus libri *III* contra *G*, id item effectum est mero casu. eo igitur res redit ut cum tam I^p et I^w quam *H* et *G* invicem sese emendent et rursus sese emendent *I* et *HG*, spretis lectionibus horum quattuor librorum reliquis tum solum eae observatione dignae sint, cum aut omnes consentiunt aut certe, cum inter se non concordent, tamen nullus eorum facit cum libris reliquis. id quod demonstrabitur ex subiecta varia lectione horum quattuor librorum plena ad ep. XI 38, ubi quae horum librorum consensu confirmata sunt, distinguuntur asterisco:

351, 23 quoniam] quando I^p
24 scrinia] negocia *I*
procurata] copulata *GH*
25 indices] iudicis H^a
profutura] profurta $I^{p(a)}$
decernerent] decenterrent $I^{p(a)}$, decenter disponerent $I^{p(b)}$
beneficia *om.* G^a
26 munus *om.* G^a
ne] ut *H*
27 ademptus] adeptus $HI^{p(b)}$
impudentissimus] impudentissimis $I^{p(a)}$, imprudentissimis $I^{p(b)}$
28 locus] locum G^aH
quos] quod *GH*
29 dedit] dederit *I*, *om.* G^aH
pulchrum] pulchrumque *GH*
plane] sane *I*
concipit *GH*
* scrinia] s. nostra $GHI^{p(b)w}$
30 nilotica] inlotica *HI*
32 qua uacuitate] quacuitate *H*
352, 1 fructus] filius fructus *GH*
cultura] scriptura *I*
2 nascetur *G*
* illud *om.* *GHI*
ubi] tibi I^p
hoc] hic *GH*
3 sapientium] sapientum *G*
cogitata] cogitacio I^w
pot. ser.] ser. pot. *GH*
4 corticis] cordis $I^{w(a)}$
* 7 uocitamus] uocamus *GHI*
8 impolitis] impolutis I^p
ueternosis] nernosis I^w
ramalibus] ranalibus *H*
quod] quid I^p
sensualis *om.* I^p
poterat] potuit *I*, repperit *H*, ceperit *G*
9 commonebat] commouebat I^p
10 pagina] pugna *I*
hoc pr. consentaneum] hec pr. consentanea *G*
quando] quoniam I^w
principium] principum *H*
11 commentum] commercium *I*
* quod prouocaret] prouocauit *GHI*
13 tergo] tergore *G*
niueo] niue I^p
14 fiat] fit *H*, sit *I*
habilis] labilis I^w
* 15 continuitas] continuata GHI^p, continuta I^w
18 fidele] fidem fidele *I*
19 et si] si *I*
20 aequaliter] equabiliter G^a
* 21 illi subadiuuac] *H*, illi subadume *G*, *om.* *I*
22 tertiae decimae] tertia de decimae *GH*
imputandam] imputatam I^w
24 nesciens] me sciens *H*
annua] anima I^p
uetusta] cuncta G^tHI

Commune epitomatorum archetypum, ad quod longa hac via et spinis multis obsita aliquatenus pervenitur, tantum abest, ut purum fuerit et emendatum, ut longe vincatur ab exemplari eo, quod repraesentant libri *BZ*, sobrie et simpliciter scripto. hiat textus et verborum quorundam ordine omisso 248, 21. 254, 25. 330, 1. 336, 4. 338, 19 et passim singulis vocabulis. item ex dittographiis, quas ipsas earumve vestigia non raro epitomati exhibent:

247, 31 prosperior] prosperior melior *H*, melior *I*
249, 2 professionem] proconfessionem HG^a
251, 5 et] qui I^w, uel et qui I^p
258, 7 integros] liberos integros *H*, liberos G^a

302, 32 oratores quos] orationes quos *H*, orationes quas *G*
304, 18 fonte] forte *H*, sorte G^t
305, 3 collocatur] *om.* *HI*, commoratur *G*
308, 17 repensare] recompensare (*uel* -ri) *GHI*
326, 5 amplissimus] clarissimus uel amplisimus *I*
331, 16 actus] uel affectus actus *H*, affectus G^v
337, 6 nos] deo iuuante nos *HI*, nos deo iuuante *G*
338, 28 proprius] prius HG^v, pius G^t
338, 29 resultat] exultat *H*, non exultat G^t
372, 3 redire] uenire redire G^aH

probabile est complures ad archetypum redire et bonam partem corruptelarum inde originem trahere. sed nihilominus epitomatorum archetypus et proxime accessit ad omnium optimum Bruxellensem et habuit, quibus vel ipso hoc praestaret. scilicet facit cum Bruxellensi contra reliquos omnes et passim in verborum collocatione (249, 16. 251, 15. 252, 5. 253, 2. 255, 32 cet.; solummodo *HG* 247, 26) et in lectionibus veris (244, 32. 251, 7. 273, 27. 291, 26. 292, 10. 335, 24; solummodo *HG* 262, 14. 282, 22, ubi accedit folium Halense; solummodo *H* 251, 28; solummodo G^vI 332, 16), inter quas eminet principium libri decimi 297, 2 nulla interpolatione corruptum. errores quoque levidenses libri Bruxellensis redeuntes in epitomatis his, maxime in Oxoniensi:

231, 10 proteruis] propteruis B^aH^a
251, 3 reddit] reddidit *BHGI*
256, 7 sedulitate] sed utilitate *BHG*, sed et utilitate *I*
256, 27 domnus] domus *BH*
257, 28 repetitionibus] repetionibus *BH*
258, 15 uestris aedibus] uestris sedibus *BHGI*
316, 14 desidet] desiderat *BH*, desierat *G*, desinit *I*
327, 19 magna] magnae *BH*
329, 19 procinctus] prouinctus *B*, prouinciis *H*, in prouinciis *G*
330, 16 excutere] sentere *BH*, discutere *GI*
331, 5 officii] *G coniectura puto*, effici *B*, efficii *H*, efficaci *I*
332, 21 donet] G^tI, donec BHG^v
335, 10 credi debet] *coniectura*, credideris *BHG*, crederis *I*
338, 17 imperabit] B^2G, imperauit B^1H, imperabat *I*
338, 20 inueniet *GI*, inueniret *BH*
354, 31 tristia] *G*, tristitia *BH*, tristitiam *I*
355, 7 angusto] *GI*, augusto *BH*
360, 24 in ea] *GI*, mea *BH*
362, 7 obuiari] H^bGI, obuiare BH^a
368, 12 sorde] *G coniectura puto*, sorte *BHI*
373, 21 uicturis] *G*, uicturi BHI^w

evidenter declarant archetypum commune proxime accessisse ad Bruxellense exemplum etiam in mendis minoribus a librariis posterioribus facili coniectura correctis. — Sed praeter

consensum cum optimo exemplari sua merita habent epitomati alia communia cum libro *Z* (ut hiatum 244, 10 explent tam *Z* quam epitomati, scribens ille *cominens euenit,* hi secundum cod. *H cummenso uenit*), alia sibi propria. soli ii librorum quinque postremorum antiquam numerationem servaverunt omissam in Bruxellensi, ficticiis numeris expulsam in *Z* similibusque, coniectura demum recuperatam in deterrimis. lectiones Bruxellensi praeferendae quamquam raro offenduntur, id quod requirit arta coniunctio eius libri et epitomatorum archetypi, et cavendum est in his a coniecturis librariorum, maxime libri Londiniensis, non semper, ut modo vidimus, infelicibus (alias eius generis reperies 292, 21 *auctor HG* pro *ductor* — 337, 7 *adiutores G*[t] pro *auditores*), non desunt firmatae consensu epitomatorum omnium

240, 4 cunabula] *HGI,* cubicula *TBZ*
269, 26 commutatione] *HGI,* communione *BZ*
271, 28 recondidere] *HGI,* redigere *BZ*
289, 24 cingens] *HGI,* ungens *BZ*
l. X ep. 20 inscriptio excidit ex archetypo, ex quo descendunt tam Bruxellensis quam libri ZK, servavit eam sola epitome
297, 5 possitis p. e. gaudere] *HGI,* positi p. e. gaudeatis *BZ*
329, 14 praecipiti saltu] *HGI et sic coniectura B*[b], praecipitis saltu *B*[a], praecipitis saltibus *ZNK*[2], praecipitibus saltibus *FK*[1], praecipuis saltibus *E*
335, 24 obsecrantis] *HGIB*[2] *(coniectura opinor),* obserantis *B*[1]*Z*
335, 29 steteris] *HGI,* ceteris *BZ*
337, 7 me] *GI,* uie *H, om. reliqui*
338, 23 prauitatum] *HGI,* probitatum *BZ*
352, 11 pronocauit] *HGI,* quod prouocaret *reliqui*
352, 21 illi subadiuuae] *H,* illi subadume *G,* illi *BZ et plerique, om. I*

Epitome ubi differt ab archetypo classis quartae sive meliora offerens sive deteriora, lectiones illius saepe redeunt in eiusdem quartae classis deterioribus et inde pendentibus classis sextae. quae similitudo qualis sit ut intellegatur, primum proponam exempla selecta ex plurimis quae suppeditat apparatus et ita relata, ut consensus in veris distinguatur a communione errorum

l. VIII ep. 18 inscr. fideli] felici uiro fideli *HI,* felici fideli *GN*[t], felici *K*[t]
231, 8 nemo enim] sic nemo eorum *IN*
238, 6 aucta] uita *HGINE*[2]
239, 15 procinctualis] prouincialis *IE*[2]
239, 21 cubiculi] cubilis *HGIN*
239, 25 has procellas] hos processus *HGIN*[2]*E*[2]*F*
239, 28 gentis] generis *IN*
240, 4 cunabula] *HGINKM*[b]*EF,* cubicula *TBZ*
240, 25 refluit] *scripsi ex coniectura,* repluit *TBZ*[1], respuit *HG*[v], non respuit *INEF,* respicit *G*[t], reppulit *G*[v]*KM*
241, 23 concitari] incitari *HGIE*[2]
243, 8 narratione] ratione *HGIE*[2]*F*

243, 11 terror] terrore *IN*^{v}
243, 16 tullios] tullianos *HGIN*
244, 31 uides] index *G*^{a}*F*
246, 22 declarata] decorata *HGIN*^{b}
247, 6 inter eos] interdum *HGI*, interdum inter eos *N*
247, 30 putetur] uideatur *HGIN*
248, 27 aestimatur] indicatur *HGIN*
249, 6 quod] quo *HG*, a quo *I*, a quo quod *N*
251, 5 et] qui *I*^{w}*N*, uel et qui *I*^{p}
251, 10 professae] profuse *IN*^{1}
252, 17 illum] exercicii *N*, illum exercicum *N*
252, 28 in te] iure *I*, iuste *HG*^{t}, iure in te *N*
253, 20 coronari] *BG*^{t}, ornari *HG*^{v}*IZKMEF*
253, 21 expendunt] extendunt *HGIN*^{v}
253, 30 meruit] inuenit *IE*^{2}*F*
254, 20 gratioso] generoso *IN*^{1}
256, 20 mouere *om.* *IN*
256, 22 tot] tot inferre *I*^{p}*N*, tot inferat *I*^{w}
269, 26 commutatione] *HGINEFK*, communione *BZ*
270, 27 usu] cultu *HGI Guelf.*
270, 34 paucscant] *BK*, paucscat *ZN*, paucscas *HGIEF*
271, 28 recondidere] *HGIE*^{2}*F*, redigere *BZKNE*^{1}
272, 3 retineat] dominus retineat *I*^{p}, domus retineat *NEF*
274, 31 redolere] reddere *INE*^{2}
288, 8 mores] maiores *HGIE*^{2}
289, 24 cingens] *HGIKNE*^{2}*F*^{2}, nugens *BZE*^{1}*F*^{1}
292, 6 regum] *BI*^{w}*EF*, rerum *HGI*^{p}*ZKN*
301, 32 cognoscitur] uidetur *HGIAcc.*
302, 15 constitutis] institutis *HGIN*^{a}*E*^{2}*F*, inconstitutis *K*
305, 8 patientiam] sapientiam *HIE*^{2}
317, 12 nequeunt] nequeunt potius *HN*
l. XI ep. 40 inscr. indulgentia] de indulgeneia *HIN*^{1}
332, 13 laetum] *BZ*, me letum *G*^{b}, late *INEF*, *om.* *G*^{a}*H*
335, 24 obsecrantis] *B*^{2}*HGIEK*^{2}, obserantis *B*^{1}*ZK*^{1}, obseruantis *N*, obsecrationis *F*
335, 29 steteris] *HGIKNEF*, ceteris *BZ*
338, 20 inueniet] *GIK*, inueniret *BZNEF*
338, 23 prauitatum] *HGIE*^{2}*F*, probitatum *BZKNE*^{1}
371, 26 delicatitudine] *plerique*, delicatudine *KF*, delicata teneritudine *HGI Fornerius*

Contaminatione igitur eaque antiqua classis quintae lectiones in quartae codices recentiores translatae sunt. eius in Bruxellensi vestigium nullum reperitur nec magis pervenit ad codicem *Z*; nam 292, 6 *rerum* pro *regum* et 253, 20 glossa *ornari* quod et in epitome

inveniuntur et cum reliquis libris quartae classis deterioribus hunc quoque secundicerium occupaverunt, ea ad contaminationem demonstrandam nequaquam sufficiunt. at iam liber *K* cum alia communia habet cum epitome tum uno certe loco 302, 15 iuxta posuit et suae classis lectionem et quartae; deinde tam *N* quam *EF* cum a prima manu tum etiam magis ab emendatione modo similes dittographias exhibent (247, 6. 249, 6), modo et saepius quidem expulsa suae classis scriptura hanc receperunt. eiusmodi contaminatio non uno actu perfecta videtur esse, sed continuata per longum tempus, ut vel apud infimae aetatis pessimosque testes, quales sunt codex Guelferbytanus et editiones Accursiana et Forneriana, quintae classis lectiones emergant in libris melioribus non inventae. temere autem librarii ad unum omnes in ea re versati sunt secundum consuetudinem eius aetatis, scilicet nullo discrimine aliquot bonas lectiones, plures corruptas ex altero exemplari arripientes et temere ponentes alia, alia praetereuntes. eas lectiones qui admiserunt iis utrum copia fuerit exemplaris epitomae an unus alterve eorum prae epitoma adhibuerit codicem quinque librorum postremorum talem, qualem ipse epitomator usurpavit, non audeo diiudicare: sed propter hanc causam librorum *NEF* lectionem variam et ipsam admisi, cum possint in ea bona quaedam latere in epitomatis non redeuntia.

Classis sexta l. I—XII.

Sextum librorum ordinem eum fecimus, qui continet variarum libros XII integros suis numeris numeratos et in universum recte ordinatos. redire codices eos ad idem exemplar, nobis *Q*, omnes pluribus signis intellegitur. potest eo referri vel ipse librorum numerus antiquus restitutus; nam quamquam is ad secundi ordinis adiunctis quarti libris sponte efficitur, et ita reperitur effectus in libris qualis est ex nostris *K* et sunt alii in classem secundam a nobis relati ut Vaticanus 580 et Venetus II 22 nulla re insignes, librarii ii, de quibus adhuc egimus, raro id adsecuti sunt, cum e contrario sextae classis libri praeter paucos infimi loci plane perturbatos duodecim libros omnes numerent, ut numerationem quoque verisimile sit ex archetypo proficisci.

Deinde huius ordinis codices commune fere habent additamentum epistularum Apollinaris Sidonii trium, scilicet I 8 *Morari me*, inscriptam Eleutherio (quae inscriptio vere pertinet ad eam quae sequitur in Cassiodoranis) — VI 11 *Iudaeum* inscriptam Agricolae (quae inscriptio similiter pertinet ad eam quae in his libris sequitur) — I 2 *Saepenumero* bipertitam, inscriptam in parte priore *epistola de forma Theoderici regis,* in posteriore (a verbis *Si actionem* ib. c. 4 seq.) inscriptam *epistola de actionibus ipsius diurnis.* lectiones, quae proxime accedunt ad Luetjohanni codicem Matritensem *C*, memorabile quicquam non habent. verum est Sidoniana haec comparere etiam in Laurentiano Strozziano 23 saec. XIII (cum adseclis eius Laurent. 53, 22 et Vaticano Urbin. 85), item in Londiniensi n. 10098, Parisino 2191, Romano Angelicano 1855, Vaticano 7301, Veneto II 19; absunt ea e contrario ab huius ordinis libris quibusdam Vaticano reginae n. 148 et Vaticanis Ottobonianis duobus 174. 335 et Vratislaviensi I *F* 159. nihilominus quasi proprium est huiusce ordinis, quod eius libri etiam optimi *EF* Sidonianas epistulas tamquam libri duodecimi ep. 29—32 in ordinem receperunt adeoque in laterculum eas rettulerunt.

Multo certius idem efficitur ex ipso textu; nam quamquam in huius classis libris infimae aetatis omnibus et incuriose fere scriptis summa perturbatio regnat et passim qui ad eam pertinent ad aliquam ex prioribus deflectunt, tam multa modo bona modo mala communia habent, ut ad archetypum commune omnino referendi sint.

Archetypum illud hodie deperditum non tam descriptum fuit ex codice aliquo probae antiquitatis quam descriptum ex vulgari aliquo exemplari et ad codices plures per partes recognitum, ad eam speciem fere quam prae se fert Laurentianus 16, 11, nobis *E*, huius ordinis longe praestantissimus testis. varias lectiones, quae in eo passim comparent, non ab eius scriptore ex codicibus enotatas esse, sed ex archetypo *Q* repetitas inde colligitur, quod uno loco 328, 7 pro *peragitur* librarius in textu scripsit *peragitur vel pie redditur*, deinde tribus his verbis deletis manus ea, quae varias lectiones adscripsit, superscripsit *al pie redditur*. similiter altero loco 95, 27 pro *saeculis* in codice est *seculis sedulis*, superscriptum *l sedulis*. itaque codici *E* quae propria sunt sive bona sive mala pleraque certe in archetypo similiter adfuerunt. id inde confirmatur, quod vocabulum *iubemus* male intrusum 123, 2 in loco casu bis scripto bis similiter redit. qui codicem scripsit cum ita archetypum haberet varia lectione auctum, iussu eius, cui exemplum parabatur, abstinere debuit ab ea in textum recipienda; eam emendator demum, fortasse Colucius Salutatus, in apographum transtulit et, ut modo vidimus, ubi a lege illa librarius recesserat, errorem correxit. minus curiose qui reliquos huius classis libros exararunt in universum apparatu illo ita usi sunt, ut alteram utram lectionem admitterent altera suppressa. carere tamen iis non potest exemplaris *Q* plenam notitiam sibi paraturus; nam tantum abest, ut liber *E* apparatum eius plenum exhibeat, ut non pauca in eo desiderari luculenter ostendat codex proxime coniunctus Florentinus alter Laur. 45, 11, nobis *F*. pendere eum ex archetypo eodem aucto varia lectione cum inde colligitur, quod non paucis eam adscripsit vel priorem ad eam correxit, tum evidentissime ex loco 328, 11, ubi Cassiodorus scripsit *triumphare*, codex *E* habet *tuum probare* in textu, superscriptum pro varia lectione *triumphare*, codex *F* *tuum triumphare*, scilicet varia lectione perperam relata ad solum vocabulum secundum. quid quod ne hi quidem duo apparatum archetypi integrum repraesentant: certe de codice Ambrosiano A 210 inf. (nobis *C*, infra c. 100) ubi disputabitur, praeter alios locos similes videbimus p. 241, 30 in archetypo *Q* fuisse *al re* / *prospicit*, sed tam *E* quam *F* non habere nisi solum *prospicit*, dittographiam servatam esse in corruptela codicis Ambrosiani. sed cum exemplaria reliqua omnia sint pessime perturbata et mendis obsita et si quid traxerunt ex archetypo non relatum in libris paullo melioribus *EF*, id nullo indicio certo inter sordes has dignosci possit, in libris *EF* adsumpto hic illic tertio *C* me continui reliquis spretis. ne Florentino quidem deteriore multum proficimus, nisi quod ubi consentit cum altero *E*, hoc certe efficitur lectionem de qua quaeritur non alterius utrius librarii errori licentiaeve deberi, sed ex communi archetypo eam proficisci.

Exemplar *Q* varias Cassiodori continens adscripta lectionis varietate quemnam usum praebere possit, iam quantum fieri potest ex subsidiis modo recensitis enucleabimus. nequaquam qui apparatum eum collegit, adhibuit per universum opus codicem eundem; immo hic quoque ut in universa variarum crisi partes operis distinguendae sunt. potuit opus integrum restitui ab eo, cui et secundi ordinis liber ad manus esset et quarti ita plenus,

ut est Bruxellensis vel si mavis, cum ab hoc absint et primi versus partis secundae et librorum eorum inscriptiones pleraeque, liber Bruxellensi et gemellus et melior. sed ita res nequaquam evenit; immo recensionem hanc saeculo decimo quarto exeunte doctus quidam vir elaboravit Cassiodoranis exemplaribus pluribus comparatis et inter se collatis. hoc igitur nobis indagandum est, in exemplari suo hodie deperdito quid posuerit et ea quae posuit unde traxerit, ex librisne quales supersunt an ex deperditis an denique ex arbitrio et coniectura. et in ea quidem variarum parte, quam prima classis exhibet, l. I—IV 39 sextae codices tuto abici poterunt, scilicet et descripti et emendati ex solis fere libris classis primae neque propria ulla habentes nisi aut errata aut interpolata. libros *EF* cum in apparatum rettulerimus, is eos in hac parte facere cum prima tam evidenter ostendit, ut exemplis supersedeamus. etiam ubi hiatus explentur, ut 89, 11. 108, 7, addita adsunt in aliis primi ordinis exemplaribus similiterque si quae variae lectiones adscribuntur, utraque lectio ubi in aliis quoque libris reperitur, ii item ad primam classem pertinent.

13, 5 clericorum XE^1, siculorum $MONE^2$
14, 10 uitio $MNXE^1$, initie O, initio E^2
58, 4 nostram $MNXE^1$, misericordiam OE^2 (*confusis notis* $\overline{\text{nram}}$ *et* $\overline{\text{miam}}$)
58, 22 benignitas XE^1F, pietas $MONE^2$
61, 14 saluberrima MXE^1, salubria OE^2
61, 15 officium $MONEF^2$, cofinum XF^1
61, 30 uetustis MXE^1, uetu O^a, uetustatis O^bE^2
67, 14 coemptione MNX, cohertione E^1, commotione O, 'vel commotione vel coemptione' E^2
69, 7 noxia infusione $MNXE^1$, nosciali fusione OE^2
79, 7 quod male $MONF$, qui dum male XE
79, 14 tantosque reges MNF, uiros tantos reges O, tantosque uiros E
89, 21 mentibus OE^1, merentibus NE^2
93, 29 altam MNE^1, alteram OE^2
108, 8 plura XE^1F, pura $MONE^2$

Cuinam libro potissimum qui scripsit classis sextae archetypum *Q* se manciparit et a quo libro rursus ducta sit varia lectio superscripta, quaerere nihil attinet; uno alterove loco *Q* proxime accessit ad primae classis primarium librum *M*, ut 52, 9 *resipiens* — 59, 23 *constat* — 69, 3 *iusta* in *E* redeunt, sed adsunt item lectiones codicis ad *X* prope accedentis. cum supra p. XLI seq. viderimus, quam saepe et quam graviter primae classis libri inter se discordent, vel ex his solis non mirabimur tantam veprium coronam formari potuisse. classis secundae libro is qui apparatum *Q* congessit usus est ad solam primi libri partem priorem; in ea enim aut *EF* aut E^2 cum *LR* consentiunt contra *MNOX* locis sequentibus:

LR	*MNOX*
3, 22 me E	*om.*
4, 22 recorrigis E	rectoris
4, 25 contingit E	contigit
10, 13 aequabiliter E^2	aequaliter E^1F
13, 3 aditum E^2	auditum E^1

LR	*MNOX*
14, 24 prosperorum E^2	prospectorum E^1
14, 26 non reddidit *E*	reddidit *F*
17, 30 nos E^2	*om.* E^1F
18, 11 rumore *E*	ratio more
19, 31 minue *E*	imminue
20, 26 omne E^2	esse E^1
22, 7 genere *E*	gentibus *vel* genus
22, 14 auxilium *E*	auxilio
25, 13 populi E^1	populorum E^2

Postea similia quae inveniuntur, ut 29, 8. 59, 25. 87, 17. 105, 26, sine dubio aut emendationi aut casui attribuenda sunt. etiam in iis paginis ad melioris indolis librum correctis non solum mendae gravissimae remanserunt ex codice secundae familiae facile sanandae, sed hiant adeo 19, 10 codices *EF* pariter atque reliqui libri classis primae. praeter haec ducta ex libris aliunde notis quae in hac variarum portione classis sexta habet, aut erroris speciem prae se ferunt aut coniecturae. errores offenduntur plurimi et saepe gravissimi, ut vocabula interpretationis causa adscripta adsumpta in textum 11, 2 *latores* pro *portitores,* 11, 6 *cognovimus* pro *comperimus,* 12, 10 *liquore* pro *cruore,* 13, 7 *mores* pro *fasces,* 22, 27 *dignior* pro *ditior* et sic deinceps, quae labes deinde in libris deterioribus etiam longius grassata est. coniecturae raro felices sunt, ut 11, 10 ex *auxerunt* factum est *hauserunt,* 82, 32 *quae* ex *quem,* plerumque temerariae et saepe pessimae superstructae lectionibus classis primae. inter exempla ubivis obvia selegi haec:

11, 7 cursum (*cl. 2 recte* cui usum) $MNOX^1$, cultum X^2, tu uero cursum *E*, tu uero cultum *F*

12, 31 poterat emendare] non poterat emendare *EF*

13, 23 diuina perpetua $MNXE^1$, diuina perpetrata *O*, diuino perpetrata auspicio E^2F

57, 11 inhumatam quoque reverentiam] *reliqui et* E^2 *in marg.*, inhumanam q. r. E^1, humanam q. r. E^2 *corrigens.*

59, 8 ovanter] $MNOXE^1F$, letanter E^2

82, 23 communione meritorum] cummunione multorum E^2

86, 32 uno voto] uno indice E^2

98, 5 actor hic poenam suae recepturus audaciae] $MNXE^1$, auctor hic poenam suae audaciae *O*, auctori poenam sue audacie inponentes E^2

106, 23 uolitantes] uoluntates E^2

115, 11 Herulis] herculis E^2

116, 18 meritis maturus] mentis maturus E^2

125, 10 reverenda principis voluntas] reuerentia principis et voluntas E^2

Classis prima ubi desinit, qui librorum *EF* similiumque archetypum exaravit ad codicem aliquem se applicuit *K* nostri similem vel potius codice usus est, quales aliquot adhuc extant, supplente quae absunt a classe prima ex libro secundae. passim enim videbis *EF* etiam in erroribus consentire cum *K* vel certe ex eius lectione suam effecisse.

137, 18 harenarum *LRP*, arenam *KE*, arenal F^1
143, 7 uarietatis umbra conludit *L*, uarietatis umbra concludit *K*, uarietas umbram concludit (includit *F*) *EF*
146, 2 rarum *LRP*, carum *KEF*
152, 7 redemptione *LRP*, ratione *KEF*
165, 15 solacia P^aE^1, salaria $LRKE^2F$
165, 34 cupiditatis sunt ista *L*, cupiditatis ista *K*, cupiditas ista est *EF*
167, 13 fidei est quod bene vivitur *LRP*, fidei est vivitur *K*, fidei est quod vivitur *EF*
176, 25 conspectibus *LRPT*, iussionibus *KEF*
180, 7 nesciat habere *PT*, habere *LR*, habere non debeat *KEF*
187, 9 tot *LRPT*, decem *KEF*
188, 16 ludo sedis (= ludos edis) $LRPF^a$, in ludo sedis *T*, ludo sedes KEF^b

Nec deficiunt errores et interpolationes alibi non redeuntes:

138, 18 cryptas] cristas E^2
139, 7 facit] farit E^1, fatur E^2F
143, 2 timbribus] cymbribus E^2, imbribus E^2F
157, 22 Wiliarium] iulianum *EF*
158, 20 per Picenum] *sic in inscr. LR recte, male in laterculo* per piceum, *idem E utroque loco, F in textu*
162, 12 aliud ibi] aliud ibi atque aliud *EF*
163, 1 mille] simile *boni*, similiter *EF*
164, 32 polypticis] politicis E^2F
179, 7 templum] exemplum E^2
218, 4 scilicet] sit E^1, vel fit (*ex coniectura*) vel scilicet (*ex libro*) E^2

Sed praeterea in ea parte variarum, quam habet classis tertia VI—VIII, 10, eius classis codex adhibitus est ab eo qui apparatum *Q* elaboravit. exempla supra p. LVIII adlata sunt lectionum *TUEF* libris communium facile augenda; hoc loco addo quod 180, 3 vera lectio *indeptae* in *TU* corrupta in *indecepite* vel *inde cepit* originem dedit lectioni librorum *EF* quae est *incepte*. loco quem tenent lectiones ex libro hoc petitae ex parte egregiae discerni nequeunt a sordibus quibus interponuntur; nam licet quas codex *E* in margine habet aliquanto saepius quam in textum receptae ad libros *TU* redeant, aliis locis hae scripturae leguntur in ipso ordine verborum modo in duobus quos adhibuimus libris, modo in altero utro; scilicet qui librum *E* scripsit, ubi duplicem lectionem adnotatam invenit, modo in ordine scriptam, modo superscriptam in textum admisit. verisimile autem est exemplar ad *Q* adhibitum praestitisse hic illic duobus nostris recentissimis et incuriose scriptis et quaedam utilia etiam in iis reperiri, quae *EF* habent non communia cum libris *TU*. ita vera lectio 184, 21 *uirtus conscia* E^1F, ubi in *TU* est *uirtus conscientie*, et pariter vera 191, 16 *auxiliatrix* E^2F, ubi in *T* est *auxiliaris*, fortasse non ex coniecturis originem ducunt, sed ex codice classis tertiae nostris emendatiore. — Ii loci, ubi *EF* in errore consentiunt cum libro *P* non multi nec magni momenti:

177, 17 nos] non PE^2
202, 3 sperare] superare PE^1
203, 23 quibus *om.* P^aE^1
203, 29 uenatio est] uenatione *PE*
219, 16 uendebantur] uidebantur P^aE^2

cum Palatini ipsius copia sine dubio reconcinnatori nulla fuerit, saepius autem in talibus *P* et *TU* conspirent (p. LVIII), possunt iudicari in codice classis tertiae ab eo inventa, in duobus qui supersunt casu oblitterata. sed his non multum dandum esse perspicio; immo quatenus *TU* supersunt, quae habent cum *EF* communia tuto ad tertiam classem revocabuntur, quae discrepant, ei classi abiudicanda erunt.

Sex epistulae postremae libri septimi cum adsint apud reconcinnatorem, cum autem viderimus tertiae classis librum adhibuisse in hac parte plenum, inde eas epistulas adscivit, id quod iam supra p. LIX posuimus confirmavimusque communione in his errorum classis tertiae et sextae. hoc loco addimus, quod in his praesertim apparet, eminere inter classis sextae libros duos adhibitum ab Accursio et codicem *E*. Accursius cum in iis praeterea ubivis cum vulgaribus faciat, uno loco 223, 9 cum codice *T* et fere etiam cum *U* consentit in vera lectione nec invenienda facili coniectura *crevitque*; eam lectionem nos quamquam ad hasce epistulas libros classis sextae quorum nobis copia fuit omnes contulimus, invenimus in nullo. similiter codex *E* unico loco 225, 5, ubi verum *(h)iatus* servavit Bruxellensis, proxime ad verum accedit habens a prima manu *latus* et in ipso manu secunda et apud Accursium et in reliquis libris vulgaribus omnibus male emendatum in *lacus*.

Difficilius est recte iudicare de libris integris in extrema parte quarti libri et toto quinto. fieri potest, ut liber tertiae classis is, quem integrorum reconcinnator adhibuit, nostro *T* l. VI—VIII, 10 complectente non solum emendatior fuerit, sed etiam plenior. sed cum supra demonstraverimus, quatenus prima classis pervenit, integros totos ex ea pendere neque propria bona a libris *EF* in hac quidem parte suppeditari, ad libros tres priores et quarti partem maiorem codex is de quo quaeritur aut non pervenit aut, si pervenit, neglectus totus periit. at in partis IV, 40—V fin. locis iis quos subscripsi reconcinnator textum libri *K* videtur emendavisse adhibito altero libro scripto neque eo classis secundae.

137, 14 fuscatur enim aer E^2, fuscantur enim aera *reliqui*
137, 15 inane EF^2LP, mare KF^1
137, 29 de montis EF^2, montis *reliqui*
138, 20 obtinere E^2LP, habere KE^1F
143, 13 per *EFP*, *om.* *LK*
145, 4 fata *EP*, facta *LKF*
145, 26 sit *EFP*, fit *LK*
146, 4 suo *EFP*, *om.* *LK*
146, 10 fetura (*vel* foetura *vel* fectura) EF^2P, fertura LKF^1
146, 26 hoc E^2, hanc $LPKE^1F$
147, 33 in ratum E^2F^2, ingratum F^1, in tantum $LPKE^1$

150, 4 extantibus *EFP,* excitantibus *LK*
151, 20 unumquodque *FP,* unum quoque *LKE*
154, 6 arno *EFP,* ano *LK*
155, 29 saeva *EFP, om. LK*
157, 13 casuale uotum E^2F, causale uotum $LPKE^1$
161, 33 infamaret *EF,* infirmaret *LPK*
165, 15 solaria E^1P^a. salaria LKE^2F, solacia P^b
167, 31 releuare *FP,* leuare E^2, reuelare E^2
169, 22 in se rabiem EF^2, inserabilem *LPK, inc.* F^1
170, 30 sapientibus EFK^2, *om.* LPK^1

Id quoque quod supra de *P* et *TU* vidimus minores errores iis communes esse, in hac parte ad *P* et *EF* similiter pervenit.

149, 23 condamam] condomam PE^2
156, 6 ibi] tibi *PDEF*
157, 1 electo] electio *PE*
160, 3 deeuerat] docuerat PDE^1
167, 21 honorum] bonorum *PEF*

Videtur igitur qui scripsit codicem *Q* adhibuisse librum classis tertiae a principio nostris pleniorem et ex hoc adscivisse quae habet aut cum secunda classe communia aut propria bona.

De libris quinque postremis pleraque iam occupavimus. textum eorum repraesentant libri integri ex omnis generis libris contaminatum, ut sane mirere eius aetatis philologum tot subsidia sibi comparare potuisse, quamquam quod inde effecit opus perturbatum est et confusum. adsunt interpolationes propriae libro *K,* quem hic quoque pro fundamento operis adhibitum esse credideris:

350, 19 iudicis] *BZNHGI,* principis *KEF*

fortasse etiam codicis *Z,* nisi hic casus communionem effecit

350, 14 principium] principem ZE^1

Interpolationes, quas codex *N* admisit ipsi proprias et gravissimas, redire in *EF* supra p. LXIII notavimus.

Epitomae Britannicae non solum eatenus reconcinnatori copia fuit, quatenus in libros *KN* lectiones inde sumptae transierunt (supra p. LXVIII), sed aliae quoque in hos non receptae passim apud eum inveniuntur:

259, 2 sine agri] si non hoc agitur EHG^a
328, 7 peragitur] $BZNKE^2$, pie regitur *HG,* peragitur uel pie redditur E^1, pie redditur *FI*
335, 24 grauant] BE^2HGI, maculant *reliqui*
384, 19 qui uos] B^2EFHG, que uos B^1, quos *ZKN*

Sed quominus hanc errorum omnis generis turbidam sentinam abiciamus, impedit quod liber similis nostri *T* in primis octavi libri epistulis reconcinnatori non defuit, attulimusque supra p. LIX lectiones aliquot egregias ad hanc partem omnino ex eo derivatas.

et inveniuntur loci licet non multi, in quibus *EF* aut in vera lectione consentiunt cum codice *B*, quem constat usurpatum non esse a reconcinnatore, aut lectiones proponunt a reliquis libris alienas, sed speciem certe verarum prae se ferentes:

244, 2 honor nisi ex te crevisset exiguus quem tu] *EF*, *om. reliqui*
268, 12 arbor enim] *EF*, arborem *BZK*[1]*NHI*, arbor *GK*[2]
340, 28 subvectionemque] *BE*, subiectionemque *ZKN*, *deficiunt HG*
344, 17 descendere] *BE*[a], condescendere *ZKNE*[b]*F*, *deficiunt HG*
361, 11 maioris] *E*[2]*F*, maior *BZKNE*[1]*HGI*

Reliqua si quis ad casum vel coniecturam referet, non contra dico; supplementum autem ad 244, 2 omnino genuinum venit opinor ex codice tertiae classis ut a principio, ita a fine quoque minus mutilo quam qui superest solus Breslaviensis.

Haec habui dicenda de subsidiis veris vel certe ita comparatis, ut eorum condicio et origo explicatione indigere viderentur. quod si in deteriorum inutiliumque librorum propagationem et affinitates mihi inquirendum esset, multa forent addenda. nam inter hos quoque familias constituet cui placebit: inveniet paratam sibi familiam Sidonianam; item alteram late patentem, quae librum septimum in fine mutilum explevit translatis in eum ex libro nono epistulis 4. 6. 9—15 aptis formularum syllogae; familias alias suppeditabit numeratio diversa in Cassiodoranis codicibus modo bipertita, modo ita comparata, ut evadant libri aut novem aut undecim aut duodecim; denique perspicaces homines et indefessi lectiones varias cum diligenter persequentur, egregia inde familiarum seges et affinitatum proprietas pullulabit. nos specimine quod addidimus condicionem etiam deteriorum librorum eatenus declaravimus, quatenus sufficere visum est ad rationes reddendas de opere non facili nostrae curae commisso, ulteriora relinquentes laete florenti philologorum mataeoponiae.

CONSPECTUS CODICUM
ET RELIQUORUM SUBSIDIORUM.

CLASSIS I.

Sectio prior.

1 Arretinum fragmentum.
2 Holkhamensis n. 401.
3 Londiniensis mus. Brit. Harlei. n. 3022.
Z 4 Parisinus 2185 A (pars prior; cf. n. 87).
5 „ 2906.
6 „ 2923.
O 7 Romanus Angelicanus V. 4. 7.
8 Vaticanus Ottob. 1265.
9 Remensis S. Remigii.

Sectio altera.

10 Berolinensis Phillippsianus 1685.
11 Breslaviensis civ. 63 (pars prior; cf. n. 83).
12 Cantabrigiensis Trinitatis.
13 Cheltenhamensis 6666.
14 Florentinus Laurent. Strozz. 23.
15 „ Laurent. 53, 22.
16 Leidensis publ. 93.
17 „ publ. 124.
18 „ Scal. 16.
18A Ashburnhamianus.
19 Londiniensis Lambethianus.
20 „ mus. Brit. regius 10. B. IV.
21 „ mus. Brit. regius 10. B. XV.
22 „ mus. Brit. n. 10098.
X 23 Montispessulanus 4.
M 24 Montispessulanus 294 (pars prior; cf. n. 86).
25 Neapolitanus IV. B. 40.
N 26 „ IV. B. 41 (pars prior; cf. n. 86 A).
27 Oxoniensis Bodl. 96.
28 Parisinus 2170.
29 „ 2189.
30 „ 2192.
31 „ 2193.
32 „ 10609.
33 „ 14464.
34 Romanus Angelicanus 1855.
35 „ Barberinianus.
36 Vaticanus 3392.
37 „ Ottobonianus 17.
38 „ Urbinas 85.
39 40 Rotomagensis.
41 Venetus S. Marci II, 21.

CLASSIS II.

Sectio prior.

42 Admontensis.
D 43 Berolinensis Diezianus.
L 44 Leidensis Vulcanii 46.
45 Mediolanensis Ambrosianus *H* 268 inf.
R 46 Monacensis 13072.
47 Vaticanus 3863.
P 48 „ Palatinus 273.

Sectio altera.

49 Bernensis.
50 Breslaviensis civ. 61.
51 „ civ. 62.
52 Cantabrigiensis S. Petri.
53 Carpentoratensis.
54 Florentinus Laur. 23 dextr. 9.
K 55 „ „ 89, 23.
56 „ „ 89, 26.
57 Genuas.
58 Giessensis.
59 Holkhamensis n. 400.
60 Matritensis Escurialensis D. III. 21.
61 „ „ Q. III. 18.
62 Mediolanensis Ambros. C. 19 inf.
63 Monacensis Lat. 11052.
64 Olmützensis.
65 Parisinus 2187.
66 „ 2188.
67 „ 2190.
68 „ 2191.
69 „ 2790.
70 Romanus Vallicellianus.
71 Vaticanus 570.
72 „ 7301.
73 „ Palatinus 272.

74 Vaticanus reginae 61.
75 Senensis.
76 Tolosanus.
77 Venetus S. Marci II, 19.
78 „ „ „ II, 22.
79 Vindobonensis 365.
80 „ 924.
81 „ 3112.
82 Guelferbytanus Aug. 4.
82A „ Gud. 95.

CLASSIS III.

T 83 Breslaviensis civ. 63 (pars posterior; cf. n. 11).
U 83A Caesenas (pars prior; cf. n. 93A).

CLASSIS IV.

D 84 Halense folium.
B 85 Bruxellensis.
M 86 Montispessulanus 294 (pars posterior; cf. n. 24).
N 86A Neapolitanus IV. B. 41 (pars posterior; cf. n. 26).
Z 87 Parisinus 2185A (pars posterior; cf. n. 4).
88 „ 2186.
88A Pommersfeldensia excerpta.
89 Vaticanus Ottobon. 265 + 418.

CLASSIS V.

G 90 Londiniensis reg. B. XIX.
H 91 Oxoniensis Magd. 166.
*I*p 91A Pragensis univ.
*I*w 92 Vindobonensis 407.

CLASSIS VI.

93 Breslaviensis univ.
93A Caesenas (pars posterior; cf. n. 83A).
E 94 Florentinus Laur. 16, 11.
F 95 „ „ 45, 11.

96 Florentinus Riccardianus.
97 Lipsiensis.
98 Londiniensis mus. Brit. 12022.
99 Matritensis Escurialensis A. II. 16.
C 100 Mediolanensis Ambros. A. 210 inf.
101 „ „ I. 114 sup.
102 Oxoniensis Bodl. 178.
103 Parisinus 16712.
103A Pragensis S. Viti.
104 Romanus Chigianus.
105 Vaticanus 2970.
106 „ Ottobon. 174.
107 „ „ 335.
108 „ reginae 148.
109 „ „ 1822.
110 Venetus S. Marci II, 20.
111 Vindobonensis 79.

ORDINIS INCERTI.

Laureshamensis.
Baiocensis.
Erfordiensis.
Coloniensis.
Patavini duo.
Egii Spoletini.
Hispanus Valentianus.
Excerpta varia.

EDITIONES ET APPARATUS.

Cochlaei.
A Accursii.
Cuiacii.
Iureti.
Fornerii.
Chouetiana.
Gareti.
Hasenstabii.

ORDINIS PRIMI SECTIO PRIOR

CODICES FINIENTES IV, 39 VEL ANTEA.

1. ARRETII quae servat Gamurrinius et inspicienda nobis misit folia duo operculo libri cuiusdam aliquando adglutinata, scripta saec. XIII/XIV particulas continent ex libro secundo epp. 16—18. 20—23. 33—36. 39. lectio primitiva convenit fere cum classe prima, ut 56, 31 *intentibus* cum *MNX*, 59, 10 *cesset* cum *M*b*X*; emendationes prope accedunt ad *E*, ut 58, 11 *ingluuies*, 65, 18 *remuneratione*, 67, 27 *uenti*. omisimus.

2. HOLKHAMENSIS comitis Leicester n. 401, quem nostra causa inspexit Liebermann, scriptus extra Italiam saec. XIV, complectitur l. I—IV, 38 ad verba 131, 9 *summa defi(cit)*. ex laterculis certe adest libri secundi. ex paucis locis inde enotatis efficitur et desiderari in eo quae a classe prima absunt 33, 3. 35, 22. 47, 28. 70, 6. 91, 14. 114, 15. 116, 24 et ex lectione 28, 25 *uersile* (om. *antistitis*) codicem esse ex huius ordinis deterioribus. exciderunt item verba inter 55, 30 *concordiae* et 56, 5 *constitutos*.

3. LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI HARLEIANUS N. 3022 f. 57—67 membr. saec. XIV, mutilus finiens 1, 9 p. 18, 19 *legittima poena percellere*. deperditis multis sequitur liber de anima. praescribitur praefationi: *incipit prologus Cassiodori in libro diversarum formarum*. laterculus nullus.

Z 4. PARISINUS LAT. N. 2185 A continet l. I—IV, 39 Cassiodori (adiunctis a glutinatore libris V postremis, de quibus infra n. 87 dictum est) scriptos manu saec. XII exeuntis. post praefationem et laterculum libri primi praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris vc. et inl. exquest' palacii exconsulis ordinarii exmagist officii praepositi atque patricii variarum liber primus incipit.* laterculi adsunt, etiam quarti integer, item scholia. pendet liber ex *M* ita, ut ubi is correctus est, sequatur fere manum posteriorem, ut 5, 3. 24, 23. 25, paucis locis declinans ad priorem, ut 84, 2; itaque utilitatem non habet. praeter solita specimina in apparatum rettuli variam lectionem l. 1 ep. 1—23; postea quibusdam locis librum extra ordinem memoravi.

5. PARISINUS LAT. N. 2906 saec. XIII f. 58—98, sed transpositis et ordinandis sic: 58—74. 95—98. 91—94. 83—90. 75—82, deficiens III, 44 p. 101, 2 in *promissione*, caret inscriptionibus tam librorum quam epistularum; adsunt laterculi.

6. PARISINUS LAT. N. 2923 membr. saec. XIII f. 51 bis—91 exhibet variarum l. I—IV, 39. praescribitur praefationi: *incipit primus liber variarum Theodorici regis:* post praefationem inscriptio est: *Magni Aurelii Cassiodori vc et ill ex equest' palacii consulis ordinarii ex magist' officii praepositi atque patricii variarum liber primus incipit.* laterculi nulli. in fine adiectus est manu eadem nescio qui tractatus grammaticus inscriptus rubro: *q̄ niuecorodē* (sic) *superaddidit ista Matheus* incipiens sic: *cum autem cuiuslibet doctrine prefatio in hiis constat ut si quid est superfluum resecetur, si quid minus est, consideratione provida suppleatur,* finiens sic: *item al generali al speciale secundum hanc distinctionem sumitur diversis modis exordium de generalibus autem exordiis litterarum secundum stilum romane curie (?) exempla deo favente dicemus alibi compilanda.* ex mediis excerpsi haec: *macrologia longa sententia non necessaria comprehendens: legati non impetrata pace retro unde venerant domum reversi sunt,* quae Isidori sunt etym. 1, 34, 8.

O 7. ROMANUS BIBLIOTHECAE ANGELICAE V. 4. 7 membr. formae quaternariae foll. 48 saec. XII finit f. 43' in ep. 20 libri quarti codice ipso in fine non mutilo; sequitur postea adiectus tractatus incipiens *quoniam de constructione tractaturi sumus.* deficit quaternio secundus quo continebantur 1, 16 a verbis p. 43, 11 *fraus nostris beneficiis* ad 1, 45 verb. p. 41, 11 *sentirent et meatum suum.* laterculi adsunt, etiam quarti libri licet mutili integer; epistulae inscriptionibus carent. praescriptum est praefationi: *variarum Thodarici regis incipit liber primus.* liber neglegenter scriptus multis omissionibus et corruptelis inquinatus est. contuli totum Romae a. 1888. lectiones in apparatum rettulimus; subscriptiones leguntur p. XII.

8. ROMANUS VATICANUS OTTOBONIANUS N. 1265 chart. formae maioris scr. a. 1448 non continet nisi f. 1—31 l. I—III, 15, item f. 96' l. III, 21. 22. 23. desiderantur tam subscriptiones librorum quam epistularum et laterculi et inscriptiones. specimen sumpsit iussu nostro Tschindel.

9. REMENSIS S. REMIGII codex 'antiquissimus', quo usus est Garetius in editione a. 1679, hodie Remis non extat, ut certiorem me fecit Henricus Omont, absumptus scilicet incendio eo, quo d. 15. Ian. 1774 eius bibliothecae pars maior conflagravit. non habuit teste Garetio nisi quattuor primos libros. examinatis locis non multis, ubi nominatim citatur (omisi lectiones quas Garetius affert ex *mss*, scilicet hoc et altero S. Audoeni infra n. 39 40), vidi eum consentire fere cum optimis quibusque ordinis primi, omnium maxime cum *Z;* ita referuntur inde 11, 6 *superiora (supera* Z^b) — 40, 26 *desperatis* (*desperatus* alii omnes) — 80, 26 *illis* (sic ex huius ordinis libris solus M^a) — 111, 20 inscr. *gruuialae* (*gruuile M*) — 94, 27 *sagimina* (sic *Z* solus).

ORDINIS PRIMI SECTIO ALTERA.

CODICES CONTINENTES L. I—IV, 39 ET VIII—XII.

10. BEROLINENSIS PHILLIPPSIANORUM N. 1685 membr. saec. XIII aliquando Claromontanus, postea Meermannianus, ante epistulas Sidonii (cf. Luetjohann praef. ad Sidonium p. X) et Caesares Ausonii et carmina Hildeberti Cenomanni cum aliis, quae magna ex parte redeunt in libro Montispessulano nobis *M*, continet Cassiodorana cum I—IV, 39 usque ad verba p. 131, 28 *esse purpuratum* libro ipso integro tum l. VIII—XII numeratos I—V. laterculi adsunt. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori in libro variarum formularum;* subscribitur: *explicit prologus.* praescribitur libris partis utriusque: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequestris* (*exquaestoris* ante l. XI. XII) *palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii* (*officialis* ante l. XII) *praepositi* (*praefecti primi ordinis* ante l. XII, *prepositi officiorum* ad l. XII fin.) *atque patricii variarum formularum liber I^us.* accurate scriptus est neque tamen utilis.

11. BRESLAVIENSIS BIBL. CIV. N. 63, antea Redigeranus n. 14 (olim n. 3) membr. formae octouariae foll. 112 saec. XIV continet

1) l. I. II. III. IV ad ep. 39 omissis epistulis I, 33. 41. III, 50, quarum secunda tota, tertia ad verba *ydoneos ad* suppletae sunt post ep. VIII, 25.

2) l. VIII 1—25 p. 256, 15 *inquisitione fortassis;* reliqua desunt libro ipso integro.
Desiderantur tam subscriptiones librorum quam epistularum laterculi et inscriptiones. — De codice altero eodem volumine comprehenso infra dicemus sub n. 83.

12. CANTABRIGIENSIS COLLEGII TRINITATIS O. 7. 13 membr. saec. XII, 'ex libris S. Albani ex dono magistri Simonis', quem Simonem abbatis locum ibi obtinuisse per a. 1166 ad 1183 certiorem me fecit vir doctissimus Aldis Wright Cantabrigiensis, deinde in bibliotheca Gale, continet

1) l. I—IV 39. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori Senatoris,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi atque patricii variarum formularum liber primus incipit.*

2) l. VIII—XII numerati V—IX.
Laterculi absunt.

13. CHELTENHAMENSIS Phillippsii n. 6666 membr. saec. XIII, antea 'collegii Paris. soc. Iesu', continet

1) l. I—IV 39. laterculi adsunt et quarto libro qui praefigitur, plenus est. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori in librum variarum formularum,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestris palatii exconsulis ordinarii exmagistri offitii praepositi atque patritii variarum formularum liber primus incipit.* nec differunt fere subscriptiones librorum secundi et tertii.

2) l. VIII—XII item cum laterculis suis. octavus tam in inscriptione quam in subscriptione numeratur pro quinto, sequentibus verus numerus praescribitur. ad principium libri noni adnotatum est: *cunctarum dignitatum formulas VI et VII li. in prologo commemorat Cassiodorus Casiod[or]us s...,* adiectum postea: *expl. l. V, l. VI. VII. VIII desunt.* subscribitur libro ultimo: *explicit lib. XII variarum Cassiodori;* sequitur liber de anima dictus XIII.

14. FLORENTINUS LAURENTIANUS STROZZIANUS N. 23 membr. formae quaternariae saec. XIII foll. 112. adhaeret scripta manu eadem epistula S. Bernhardi ad Eugenium III papam incipiens *Auditum est in terra nostra,* finiens codice mutilato in verbis *omnes qui aderunt.* continet

1) I—IV 39 cum laterculis. praefationi praescribitur: *incipit prologus libri variarum Theodori* [sic] *regis;* post laterculum libri primi: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquester palatii exconsule ordin exmag offitii praepositi atque patritii variarum lib. Ius incipit;* sequuntur praefatio et epistulae. libri in suo genere vetusti enotavi varias lectiones has: 22, 7 *genus* cum *XO* — 47, 22 *uicinitatis* — 53, 18 *scruituris gignit* pro lectione cl. I solita *seruitori gignit* — 67, 27 *conducti tereti labio* — 68, 27 *actoris sui* — *illis gratum] illum tum* lectione insolita — 84, 2 *emendatur* cum optimis cl. I — 85, 3 *principalis,* quae lectio vera in prima classe non invenitur nisi superscripta in optimo *M* — 115, 20 *qualemcumque.* apparet librum ad meliores ordinis sui pertinere, sed plura habere propria magis quam bona.

2) VIII—XII numerati V—IX item cum laterculis. subscriptum est libro XII: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustrissimi exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri offitialis praepositi offitiorum atque patricii liber nonus variarum explicit.* duodecimo libro non insertae sunt, sed adhaerent versiculo uno vacuo relicto epistulae tres Sidonianae I, 8. VI, 11. I, 2 inscriptionibus carentes neque in eius libri laterculum receptae. sequitur pro decimo liber de anima.

15. FLORENTINUS LAURENTIANUS PLUT. 53 N. 22 membr. formae maximae saec. XV elegantissime scriptus, insignitus stemmate Mediceo, descriptus videtur ex Laur. Strozz. 23, quocum concordat; sed abest epistula Bernhardi. continet

1) I—IV 39. praefationi praescribitur: *incipit praefatio Cassiodori Senatori* [sic] *in librum variarum* subscriptio nulla.

2) VIII—XII.

16. LEIDENSIS PUBL. N. 93 membr. formae magnae saec. XIV, antea Iohannis Haveron (f. 109 leguntur haec: *hunc librum emit Iohannes Haveron a Dyonysio Courtilliez magno librario duodecima die mensis Decembris anni MCCCC trigesimi noni et emit presentem librum precio duorum scutorum in auro. Haveron*), deinde Iani Rutgersii (f. 107: *3 flor.*). extremo libro et alia postea adiecta sunt et epistula de rebus ecclesiasticis regnante Phi(lippo) Francorum rege et de parlamento Parisios convocato incipiens *verba delirantis filie,* finiens *inobediencie puniemus.* Continet

1) I—IV 39, quorum quartus legitur post XI, numerati recte omnes. praefationi praemittuntur et epigramma dedicatorium *iure Senator — placeat* et titulus: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris ex questoribus palacii a ... consulis [ordi]narii liber primus incipit.* prima pagina ad p. 4, 23 *edere quod tantis* evanida est.

2) VIII—XII, quorum octavus collocatus est inter undecimum et duodecimum, sed recte numerati omnes. inscriptiones adsunt breviatae, nisi quod ad principium undecimi in margine est: *Magni Aurelii* [sic] *Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii et consulis ordinarii magistri prepositi atque patricii liber undecimus incipit.* ad finem libri duodecimi subscriptio nulla; adnotatur ibi: *sexaginta et VII epistole que dicuntur formule dignitatum,* sed in codice eae non comparent.
Hunc librum probabile est Fornerium adhibuisse in adornanda editione a. 1579 emissa; certe inter-

polationes duae (5, 8 *uideantur] uel uideatur putentur* Leid., *putentur vel videantur* Forn. — 5, 28 *praesumptiones] disputationes vel praesumptiones* Leid. Forn.) codici ei editionique communes sunt neque alibi a nobis repertae, similiaque in specimine nostro passim reperies enotata.

17. LEIDENSIS PUBL. N. 124 membr. formae quaternariae saec. XIII in fine variarum et quasi earum esset, epistulam exhibet eam quam dabimus infra ad n. 33 Parisinum 14464. Continet praeter Solinum (cf. ed. meae p. XC) variarum

1) I—IV 39. principium operis ad I, 3 p. 13, 9 *eo nos* in codice extat bis descriptum; f. 3'. 4 inter utrumque exemplum vacant. laterculi non adsunt nisi libri primi contractus. praescribitur in secundo exemplari libro primo post laterculum: *incipit liber Cassiodori* (*variarum* add. manus aequalis); libro quarto: *Magni Aurelii Cassiodori Sen viri consulis et illustri exquestri paratii* [sic] *exconsulis ord ex mag offi pp atque patricii variarum liber quartus* (*secundus* m. 2) *explicit* ************ (*incipit tercius* m. 2). secundus liber a tertio non separatur nec magis quartus ab octavo.

2) VIII—XII, quorum octavo, ut diximus, ad quartum adiuncto IX—XII numerantur a librario V—VIII, ab emendatore IV—VII.

Adhaeret epistula Burdigalensis de qua diximus ad n. 33.

18. LEIDENSIS SCALIGERI N. 16 formae magnae saec. XIII; in fine subscriptum est: *dans operi metam iam finit penna dietam: Christe tibi gratum sit opus te dante paratum.*

1) I—IV 39. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori in libro variarum formarum*; inscriptio primi et subscriptio secundi tertiique libri haec est: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris* (om. III) *viri clarissimi* (*consulis* III) *et illustris exquestris palatii exconsulis ordinarii exmagistri* (*ex magistris* II) *officii prepositi atque patricii* (*patroni* III) *variarum formularum liber.*

2) VIII—XII, quorum VIII numero caret, IX—XII numerantur V—VIII. in fine est: *explicit liber Magni Cass variarum formularum.*

Varia lectio quae passim adnotatur ex parte redit opinor ad coniecturas Scaligeri.

18A. ASHBURNHAMIANUS BIBLIOTHECAE ms. Barrois n. 117 membr. saec. XII exeuntis foll. 105 continet haec:

1) I. 1—IV 39; sed primus incipit mutilus in inscriptione ep. 20 *illustribus atque patriciis*, quartus finit p. 131, 28 in verbo *purpuratum*, quod extremum est paginae; tria folia quae sequebantur exsecta sunt. libro secundo praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequestris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii prepositi atque patricii variarum formularum liber secundus incipit* similiterque tertio et praescribitur et subscribitur. laterculi adsunt libri et secundi et tertii et quarti quoque integer.

2) l. VIII—XII numeratos I—V, sed ut decimus errore in praescriptione dicatur pro tertio quartus, item cum laterculis suis. libro X subscribuntur eadem fere quae supra rettulimus: *explicit liber III variarum* (*Magni* ins. XI. XII) *Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris ex questoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii* (*officialis* l. XI) *prepositi* (*praefecti primi ordinis* l. XI, *prepositi officiorum* l. XII) *atque patricii;* similis est subscriptio librorum XI et XII, l. VIII et IX breviata.

Specimen sumpsit libro mea causa Londinium a domino transmisso Geo. F. Warner custos musei Britannici.

19. LONDINIENSIS BIBLIOTHECAE LAMBETHIANAE N. 364 membr. formae quaternariae saec. XII; subscriptum est: *finito libro reddatur cena Willelmo an.* continet

1) I—IV 39 cum laterculis, sed quarto non integro. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori Senatoris,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequestris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi atque patricii variarum formularum liber primus incipit,* similiter quarto.

2) VIII—XII item cum laterculis numerati V—IX. inscriptio supra relata redit ante libros X et XI.

20. LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI REG. 10. B. IV membr. saec. XIII, idem opinor qui in catalogo librorum mss. Angliae et Hiberniae edito Oxonii a. 1697 p. 425 dicitur bibliothecae Iacobaeae n. 741, foliis a glutinatore transpositis ita ordinandis, ut f. 127—134 inserantur inter f. 102 et 103, caret tam librorum subscriptionibus quam epistularum laterculis excepto libro primo et passim etiam inscriptionibus earum. continet

1) I—IV 39. praefationi praescribitur: *prologus Cassiodori in libros variarum formularum.* praeter primum librum secundi solius initium indicatur.

2) VIII I—12 p. 242, 22 *indicanda proferre;* deinde tres paginae vacant. Sequuntur libri X. XI. XII ad ep. 10 p. 368, 3 *abstulistis.* libri nec numerantur nec distinguuntur.

21. LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI REG. 10. B. XV membr. saec. XIII, sine dubio is qui in catalogo librorum mss. Angliae et Hiberniae edito Oxonii a. 1697 p. 425 dicitur bibliothecae Iacobaeae n. 745, continet

1) I—IV 39. praefationi et primo libro praescribuntur eadem quae praescribit Cantabrigiensis Trinitatis (supra n. 12).

2) VIII—XII numerati V—IX.

Laterculi absunt.

22. LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI ADD. N. 10098 saec. XIV membr. formae maximae; adiecta est in fine scripta a manu diversa, sed aequali epistula incipiens: *regie maiestati B. de Capua cum inclinatione devota rerereneiam humilem ante pedes. Ad meum auditum cum turbatione perrenit* cet. continet

1) I—IV 39 cum laterculis, in his quarti libri pleno. praefationi praescribitur: *incipit prologus libri rariarum Theodori regis,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequester palatii exconsulis ordin exmag offitii praepositi atque patricii variarum lib. I^us incipit;* similiter ante libros tres qui sequuntur.

2) VIII—XII item cum laterculis, numeratos V—IX. octavo subscribitur: *explicit V^us liber rariarum Cassiodori Senatori* (sic), duodecimo: *Magni Aurelii Cassiodori Sen riri clarissimi et illustrissimi exquaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officialis praepositi offitiorum atque patricii liber nonus rariarum explicit.* duodecimo libro adiectae sunt epistulae tres Sidonianae I, 8. VI, 11. I, 2 inscriptione nulla. post eum librum sequitur pro decimo liber de anima.

23. MONTISPESSULANUS BIBLIOTHECAE SCHOLAE MEDICAE N. 4 membr. formae maximae saec. XII/XIII, antea collegii oratorii Trecensis, deinde Pithoei. praeter alia, quae enumerantur *Catalogue des bibliothèques des départemens* I p. 297 (de Sidonii epistulis, quao et ipsae in codice insunt, conferendum iudicium Luetjohanni ed. eius p. X, de Symmachianis, quas item habet, Seeckii eius ed. p. XXX) continet ex variis Cassiodori f. 1—36: X

1) I—IV 39. laterculi adsunt. secunda manus passim librum emendavit. quamquam liber in hoc ordine sequioris notae est, ut supra p. XLIII declaravimus, lectiones eius potiores a G. Meyero enotatas in apparatum rettulimus. librorum subscriptiones exhibuimus p. XIII.

2) VIII—XII numeris notantur I—V, pagina vacua separati a praecedentibus. hos descriptos esse ex libro Parisino 2186 (infra n. 88) cum lectiones manifesto ostendunt (ita errores 255, 10 *quiuis* pro *saius,* 289, 26 *futurum* pro *uenturum* ex illo transierunt in librum X similiaque passim inveniuntur) tum quidam codicis X naevi ex proprietate archetypi explicandi; scilicet 232, 29 *crederes* cum in Parisino breviatum lineola paullum remota a *d* littera facile accipi possit pro *eredens,* id ipsum reperitur in X, item 259, 16 cum in Parisino scriptum sit *per-* *uacat* *tinct pertinet,* ut adiecto vocabulo *racat* (cum ductu finali) indicetur alterum vocabulum abundare, in X legitur *pertinet uacati* secundo vocabulo postea deleto. sed alterum praeterea exemplum adhibuisse librarium inde efficitur, quod quibusdam locis interpolationes habet non ex Parisino derivatas, ut 234, 4 dittographia ibi est *constantia copia* et 259, 18 *runt* in *requirunt* in litura a m. 1 repositum pro eo quod habet Parisinus *requiescunt.* nos librum quem collatum habuimus a Meyero in apparatum non recepimus.
Hoc libro Cuiacium usum esse videri infra videbimus.

24. MONTISPESSULANUS BIBLIOTHECAE SCHOLAE MEDICAE N. 294 formae maximae, aliquando 'S. Mariae Claraevallis', ut adscriptum est f. 159, praeter alia, quae index enumerat (*Catalogue général des bibliothèques publiques des départemens* vol. I p. 405) continet variarum Cassiodori partes duas, sed scriptas a librariis duobus et a glutinatore demum coniunctas. M

1) I—IV 39 sive codicis f. 1—44 extremo ex parte non scripto exarata sunt (iudice, quem de ea re consulere potui, Leopoldo Delisle) alicubi in Gallia meridionali saec. XII. diximus de libro inter huius ordinis primario fusius in diacriticis p. XLI. emendatio quam subiit aut ab ipso qui eum scripsit librario aut certe ab aequali profecta primitivam scripturam passim oblitteravit. librorum inscriptiones et subscriptiones leguntur p. XII. post Gulielmum Meyerum ego denuo librum contuli a. 1889 missum mea causa Parisios.

2) VIII—XII numeris notati I—V, scripti tempore non multum posteriore, sed notae longe inferioris, abundantes cum erroribus tum lituris, ut explanatum est p. XLIII in diacriticis. laterculi adsunt. subscriptiones librorum compositae sunt p. XIII. omnes libros habui collatos a Meyero, ipse denuo excussi octavum. variam lectionem minoribus suppressis apparatui inserui ad librum octavum, postea subinde attuli.

25. NEAPOLITANUS BIBLIOTHECAE PUBLICAE IV. B. 40, antea 'Antonii Seripandi et amicorum ex Iani Parrhasii testamento', membr. formae magnae saec. XIV exhibet

1) I—IV 39. praeterea ep. III, 50. IV, 5. 6. 7 redeunt in duodecimo libro inter ep. 1 et 2. praefationi praescribitur: *incipit prologus super volumine epistolarum Cassiodori.*

2) VIII—XII, 14 fin. omissis reliquis libro ipso integro; notantur libri numeris V—IX. sequitur liber de anima.

26. NEAPOLITANUS BIBLIOTHECAE PUBLICAE IV. B. 41, antea Farnesianus, membr. formae quaternariae saec. XIII incipit mutilus in ep. I, 1 a verbis p. 10, 4 *deprehenditur imparatus,* desinit item mutilus IV 35 in verbis p. 129, 23 *contractus liberos* folio opinor singulari deperdito. laterculi plene adsunt etiam in libro quarto; inscriptiones epistulis inde a 2, 20 miniator addere omisit. sequuntur scripti manu eadem quinque libri postremi numerati seorsum. inscriptiones et subscriptiones librorum composuimus p. XVII. quattuor primos libros contuli ego Neapoli a. 1888, quinque postremos G. Meyer, recognovit omnes codice Marburgum misso Kruschius. dictum est de codice in apparatum recepto in diacriticis p. XLI. LXX. — Hunc codicem (ut in rem inquirens repperit Kruschius) adhibuit qui primus variarum magnam partem publici iuris N

fecit IOHANNES COCHLAEUS edito a. 1529 libello qui inscribitur 'antiqua regum Italiae Gothicae gentis 'rescripta ex XII libris epistolarum Cassiodori ad Euthâricum per Iohannem Cochlaeum Romae quondam 'excerpta', ubi sic ait: 'quos (libros) ex variis exemplaribus laboriose descriptos, et in unum volumen collectos, 'Romae reliqui, ut cum exemplari, quod in Vaticani secretiori bibliotheca adservabatur integrum, conferrem, 'antequam aederem' (intellegit cod. Vat. 570 infra n. 71), 'quum nullum ex vetustis exemplaribus, quae mihi 'obtigerunt, plene continerent illos XII libros. ex eo autem labore nihil mihi modo reliquum est, quam hoc 'breve compendium. XII namque libros mihi abstulit absenti militaris direptio', anno scilicet 1527 Roma expugnata. Cochlaeus epistulas Cassiodori ordine earum non servato in XIII titulos digessit ita inscriptos: 'De legibus et edictis, de bono principe, de senatu Romano, de populo Romano, de ornatu urbis, de praefecto urbis, de praefecto praetorii, de quaestore iuridico, de bono iudice, de praeside provinciae, de honore cleri, de Romano pontifice, de pace principum'. titulis frustula ex variis ad verbum excerpta insunt, scilicet ex libris I, 1. 3. 4. 6. 9. 12. 13. 16. 18. 21. 25—27. 30. 32. 39. 41—44. II, 2. 7—9. 15. 16. 18. 24. 25. 29. 30. 32. 34. 38. III, 1—4. 6. 7. 11—13. 16. 17. 20. 21. 23. 24. 27. 29—31. 34. 37. 43—45. 53. IV, 6. 10. 12. 16. 17. 20. 29—33. VIII, 1—3. 7. 8. 10. 11. 13—15. 18—20. 23—26. IX, 1. 2. 7. 9. 10. 14—20. 23—25. X, 1—8. 12—14. 16—20. 22. 24. 26. 30—33. XI, praef. 1—3. 5. 7—9. 15. 36. 37. 39. XII, 1. 2. 5. 7. 11. 13. consensum editionis cum Neapolitano libro demonstrant loci hi: 9, 10 *uos estis totius* — *quem* — 10, 22 *principibus* om. — 94, 27 *signimina* — 120, 6 *studia* — 231, 18 *dedistis mihi* — 232, 20 *ciuilitatis* — 232, 24 *hamalis* — 233, 5 *nota uestra* — 241, 23 *debeant studia* — VIII, 13 *uiro* om. — 244, 12 *respondeas* — 244, 20 *nobis* om. — 244, 26 *sui generis* — 251, 19 *pater prouinciarum* om. — 329, 7 *naturalis* om. — XI, 7 *uniuersis* om. — 359, 4 *constat* om. — 364, 24 *geri non* om. — 370, 25 *additur* ad *offerre* om.

27. OXONIENSIS BODLEIANUS N. 96 (n. 1919 catalogi librorum mss. Angliae a. 1697) saec. XIII non continet nisi epitomen horum librorum.

1) I—IV 39; incipit praefatione omissa ab ep. 1. praescribitur: *incipit liber Cassiodori Aurelii de variis formis.*

2) VIII—XII ita numerati, ut primi tres inscribantur V. VI. VII, undecimus verum numerum habeat, item subscribatur duodecimo: *explicit lib. XII variarum Cassiodori.* sequitur pro XIII liber de anima.

28. PARISINUS LAT. 2170 saec. XII, antea Claudii Puteani, praeter Sidonium (cf. Lütjohann in praef. p. XIX) continet variarum et priores libros et posteriores scriptas manu eadem.

1) I—IV 39. post praefationem, cui praescribitur: *incipit liber Th. a Cassiodoro compositus* et laterculum l. I inscribitur: *Maximi* (sic) *Aurelii Cassiodori Senatoris uc et illustris exequestris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii prepositi atque patricii variarum liber primus incipit.* laterculi adsunt, quarti libri finiens in ep. 39. in fine vacat pagina una et dimidia. scholiorum classis primae unum solum invenitur.

2) VIII—XI, fin. (l. XII deest codice abrupto) numerati I—IIII, nisi quod in principio libri VIII et in fine eiusdem numerus omissus est spatio vacuo relicto; qui sequuntur numeros habent. praescriptio eadem atque in *Z.* laterculi adsunt.

29. PARISINUS LAT. 2189 chart. saec. XV, qui fuit 'ex libris cloquentie pul^to^ V ad terram versus curiam', continet Cassiodorana bipertito

1) I—IV 39. praefationi subscribitur a manu posteriore *explicit prologus;* libri epistulaeque inscriptionibus carent neque adsunt laterculi.

2) VIII—X 35 p. 321, 6 *beneficiis applicemus* (foliis sic ordinandis: 1—97. 120—131. 108. 109. 98—107. 110—119); numerantur libri V. VI. VII (mutatum errore in VI). extrema desunt libro mutilo. in hac quoque parte neque libri inscripti sunt neque epistulae et absunt laterculi.

30. PARISINUS LAT. 2192 (antea Colbertinus 692, reg. 3797) membr. scriptus saec. XV in Italia eleganter varias habet bipertito

1) l. I—IV 39. post praefationem et laterculum l. I inscribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequest. palatii exconsulis ordinarii ex magist officii prepositi atque patritii variarum liber primus incipit.* laterculi adsunt, quarti quoque plenus.

2) l. VIII—XII numerati V—IX. in fine l. XII subscriptum: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustrissimi exquestoris palacii exconsulis ordinarii ex magistris officialis prepositi officiorum atque patricii liber nonus variarum explicit.* sequitur pro decimo liber de anima. laterculi hic quoque adsunt.

31. PARISINUS LAT. 2193 (antea Ranchini, deinde Baluzii) chart. saec. XV varias habet bipertito

1) l. I—IV 39. post praefationem, cui praescribitur: *incipit prologus libri variarum Theodo. regis* et laterculum l. I inscribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequest. palacii exconsul ordinarii exmagist officii prepositi atque patricii variarum liber primus incipit.* laterculi adsunt, quarti quoque plenus.

2) l. VIII—XII numerati V—IX. libro XII subscriptum est: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris liber nonus variarum explicit.* sequitur pro decimo liber de anima. laterculi item adsunt.

32. PARISINUS LAT. 10609 (antea suppl. 207[3]; praescriptum est: *iste liber est mon[i] Calcis ordinis Curt. signatus per n. III* et *iste liber est Bencgrandis notarii de Calc. de cap sci Viti*) saec. XIII habet varias bipertito

1) I—IV 35 ad p. 129, 27 *minoribus constitutum;* quae sequebantur folia post 62 perierunt. inter ep. IV 4 et 5 inserta est ep. III 26 *Quamuis prudentiae.* praescribitur praefationi: *incipit prologus Cassiodori in libro diversarum formarum. Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequestris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi atque patricii variarum formularum liber primus incipit.*

2) VIII (incipit foliis aliquot evulsis ep. 18 p. 249, 16 *randum utrumque nimis*). IX—XII numerati V—IX. Liber pessime interpolatus.

33. PARISINUS 14464 f. 162 seq. (antea S. Victoris n. 293) membr. saec. XII varias habet bipertito

1) I—IV 39. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori in libro variarum formularum;* adhaeret ei laterculus libri primi. libro primo praescribitur: *incipit liber Cassiod.*, secundo: *explicit liber primus, incipit secundus;* tertius inscriptione caret; ante quartum scriptum est: *Magni Aurelii Cassiodori Sen viri consulis et illustri equestri palatii exconsulis ordine ex mag off[o]i pp atque patritii variarum liber tertius explicit. incipit IIII[us] feliciter.* laterculi praeter primi libri nulli. varias lectiones praeter specimina solita enotavi ad l. 1 ep. 1—4 has: 10, 2 *ir. caus.* — 10 *omn. regn.* — *quos] qui* — 11 *ceteris* — *suspiciunt* — 12 *uestra] iura* — 13 *aequaliter* — 18 *qui* — 19 *credimus* — 20 *detensis* — 11, 3 *ne* — 4 *pretermisse* — 6 *uestis opera* — *nos] os*[1] — 7 *cui usum] cultum uel cursum* — 10 *lanae] sane* — 13 *reuolutis* — 15 *deum* — 20 *honoris* — *nesciens* — 23 *sericis*[1] — 24 *corp. deb.* — 25 *constiterunt* — *praemissa* [ter] — 28 *comitiu* — 12, 1 *deferendis* — 2 *uidea[r]tis* — 7 *tartandum* — 11 *nob. dec.* — 12 *tyro* — *tulica* — *uastarium* — 13 *antiqua] antequam antiqua* — 16 *desunt* — 19 *qui* om. — 21 *asciuit] actuum* — 23 *ibi] hic* — 24 *sententia] scientia* — 29 *siculorum] si clericorum* — 30 *uehens*[a] — 13, 1 *praecinctus] praesenti* — 3 *auditum* — 5 *clericorum* — 7 *gerendos* — 9 *nos* om. — 13 *exasperant* — 15 *sub* om. — 16 *grauiter* — *quod] qui* — 20 *per remunerationem* — 27 *genus* — *uideatur* — 28 *festina* — 14, 4 *huic* — 5 *praecipue* — 6 *per honorem* — *declarentur* — 9 *priuatorum* — 12 *conu.] susceptiosus* — 13 *momenta* — 17 *gremium* — 20 *formidinem* — 21 *gignasis*[b] — 23 *celsum] celum* — 24 *prospectorum* — *nullo] non illo*[b], inc.[a] — 26 *fec. sib.* — 27 *hic* — *enim* om. — 28 *adipisci* om. — 31 *quod] qui* — 32 *derelinquit* — 33 *mitis] meritis* — 15, 1 *quod non] quidnam* — 2 *inuicti] indigi*[a], *incliti*[b] — 4 *cassiodorus* — 11 *actio] euo* — 19 *sua* om. — 24 *otiosa* — 26 *quem sibi] quem eum* — 27 *cinctus* — 28 *in pror. ill. prim.* — 33 *probatur* — 34 *quod] qui* — *aptatis* — 16, 6 *domando* — 7 *amat* — 8 *quod] quid* — 9 *preueurrit* — 10 *laude.*

2) VIII—XII. octavus liber adhaeret quarto, subscribitur: *explicit liber quartus Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri consulis et illustri equestri palatii ex consulatu ordin exmag officii pp atque patritii variarum incip. lib. iiiii[us].* qui sequuntur nonus ad duodecimum numerantur V—VIII. laterculi nulli. praeter solita specimina subieci v. l. l. VIII, 1. 2. 3. — 231, 1 *iustino* — 2 *possim* — 6 *potens* — *regno] regio*[1] — 9 *exceptam* — *clauduntur*[1] — 11 *delictis* — *affectiosius* — 13 *curilibus* — *palmite* — 14 *quia unis*[1], *quia unus*[2] — 15 *debitis*[1] — 16 *noster* — 18 *protinus*[1] — 232, 5 *amicitia* — 6 *nostro] uestro* — 9 *uestris* om. — 11 *rex] potentissimus rex* — 14 *fit] sit* — 21 *maturos*[1] — 27 *domini* — 233, 13 *que] quod* — 18 *a ceteris* — *benignitatem* — 20 *uestrum* — *quia] que*[2] — 21 *quae p. u. promittimus* om. — 22 *post. cred.* — 27 *senatui urbis romae* — 234, 1 *letatur* — 4 *constantia* — 5 *uersutis*[2] — 7 *domini* — 9 *a diuersis*[1] — 11 *esse* om. — 13 *ostentatione* — 15 *vos] nos.*

Haec quamquam hoc solum ostendunt utramque libri partem pertinere ad exemplaria deteriora, nihilominus apposui, quoniam liber non solum ipse ex antiquioribus est, sed archetypum eius demonstrari potest scriptum esse ante saec. XII medium. adhaeret scilicet et huic libro et duobus huius ordinis aliis Leidensi publ. n. 124 saec. XIII supra n. 17 et Veneto cl. II n. 21 saec. XIII/XIV infra n. 41 epistula quam subieci, scripta in omnibus iis eadem manu eodemque ductu atque Cassiodorana:

Mittit latores praesentium Burdeg *(ita L,* burdig V, burdegund' *P)* ecclesia supplicatum maiestati vestre, ut dominum Petraginum, quem elegit in pastorem et episcopum, a vestra sibi (sibi *om. LV)* concedi misericordia mereatur. Placuit (placent V) in eo persone liberalitas et honestas et quod supra generosi sanguinis excellentiam specialiter in eo locus severe cuiusdam mansuetudinis enitescit. hoc conprovinciales *(ita L,* hoc est prouintiales *P, sed* est *in litura,* hunc prouinciales *V)* univit episcopos, in quos electionis arbitrium ceteri contulerunt; hoc ad nomen eius universos fecit iocundo suffragio conclamare. licet autem ad impetrandum tum vacantis ecclesie necessitas, tum electionis concordia, tum persone merita sufficere potuissent (potuerunt V), voluerunt tamen nostris quoque precibus adiuvari, ut velut ex habundanti nostra commendet (commendat V) oratio, quibus satis conferebat ad gratiam pie postulatio voluntatis. auget etiam supplicandi ausum fidutiamque tribuit impetrandi, quod praedictus vir gratiam vestram dicitur ante felitia apostolatus vestri tempora consecutus. misereatur (miseratur *L)* itaque dominus meus ecclesie pariter et persone, ut alteri quidem diligentia pastorali

(pastori *V*) provideat, alterius vero merita solita benignitate remuneret et attollat. dominus personam vestram ecclesie sue (sancte *add. V*) per tempora multa conservet incolumem.
Docuit me Duchesnius agi hoc loco de Raimondo de Marcueil episcopo primum Petragoricensi (Périgueux), ab a. inde 1158 archiepiscopo Burdigalensi; epistulam datam esse ad papam Hadrianum IV; ei recte convenire praedicationem maiestatis redeuntem in epistula archiepiscopi Viennensis data ad Paschalem II (Watterich epp. Rom. pont. 2 p. 76. 77). inde hoc certe intellegitur variarum formam eam, quam exhibent libri deteriores, antiquiorem esse saec. XII medio.

34. ROMANUS ANGELICAE BIBLIOTHECAE N. 1855 membr. formae maximae foll. 43 saec. XIII, nuper ab homine quodam Reatino in urbem Romam adlatus et in bibliothecam illam inlatus ex Cassiodori variis habet haec:

1) Incipit mutilus a verbis III 12 p. 86, 4: *nam cum omnia celsa mereamini:* desiderantur deinde folio evulso epp. III 36 p. 98, 6 *(even)tum* — III 45 p. 101, 11 *improba.* ipse librarius omisit l. IV epistulas 5. 6. 7. 16, tertii sic ordinavit: 1—13. 17. 19. 21. 18. 20. 14. 15. 16. 22 seq. laterculi absunt et epistularum quoque inscriptiones, neque ullus reperitur operis titulus.

2) Ex quinque ultimis libris excerpta inscripta sic: *incipit de opere variarum epistolarum Cassiodori quod fecit sub Athaliarcho rege mortuo Theodorico patre illius* epitomen (supra p. LXIII) repraesentant non integram. scilicet post VIII 1—30 deficiunt reliqua sumpta ex libro octavo, item quae ibi habentur ex libris nono et decimo et principio undecimi; sequuntur ut in epitomatis epistula XI 9 et frustula duo ex XI 14 et XI 17; deinde omissis quae in epitoma sunt sumpta ex ep. 18—35 adsunt ut in epitoma XI 36. 27. 28. 38. 40. duodecimus liber plane legitur talis, qualis est in epitoma, nisi quod extrema pars ep. 15 (p. 373, 22 *qua de re aequitatis* ad finem) in epitoma omissa hic inserta est in ep. 17 post 374, 27 *gratum non sit audire* et quod plena est ep. 27. speciminis causa adieci variam lectionem ad ep. XI 38: 351, 24 *procurata* om. — 26 *munus] mutuis* — 27 *a largitate] alacritate* — *adeptus* — *impudentissimis accionibus locum* — 28 *a damnis] adapinis* — *propter] cunctos propter* — 29 *dederit pulcrumque sane* — *scrinia nostra* — 352, 1 *cultura] scriptura* (cum *I*) — 7 *uocamus* — *decoctos* — 8 *potuit* — 9 *continebat* mut. in *commonebat* — 11 *quod* om. — *prouocauit* — 13 *tergo] in t.* — 14 *fiat] sit* — *tractibus* — 15 *continuata* — 18 *fidem fidele* (cum *I*) — 19 *et* om. — 21 *subadiuuae] subiecta* — 3 *censemus] iubemus* — 23 *deb. laud.* — 24 *uetusta] cuncta.* prope accedit liber ad *I*, sed habet hic illic meliora.

3) Subiciuntur his quodammodo supplementi loco epistulae tres Sidonianae, quae adhaerere solent libro XII, et libri octavi epistulae 31—33 et liber nonus non epitomatus, sed foliis evulsis mutilus; deficiunt hodie interposita inter ep. 12 p. 277, 16 *a provincialibus* et ep. 15 p. 279, 33 *consulta nobilitatis suae,* item quae leguntur post ep. 25 p. 292, 6 *progenies imperaret,* in quibus codex iam abrumpitur.

35. ROMANUS BARBERINIANUS XIV, 12 (antea n. 1417) membr. formae maximae saec. XIV, foll. 129; subscriptum sic: *explicit liber Cassiodori quem feci* scribi in civitate Neapolis,* aliquando *Benedicti de Sabrano Aquen. dioecesis.* est ex pessimis huius ordinis cum propter interpolationem late grassatam tum propter librarii socordiam. continet

1) I—IV 39, sed foliis aliis transpositis, aliis evulsis, ut hodie desiderentur haec: I 20 a verbis *prasini insinuatione* ad I 23 fin. *uiros litem neglegit* — I 31 a verbis *tantum est ut animis* ad I 39 *quos illustris magni(ficentia)* — II 27 a verbis *interesse ne ergo insultare* ad II 35 *centum aureos si quis* — III 46 a verbis *infamiae quando fas est* ad III 51 *infelicium captiuorum sortem sortem designat, ubi* — IV 2 a verbis *videantur infligi et ideo* ad IV 10 *uxor maritalibus debitis* — IV 25 a verbis *ut dum prorectus quaeritur* ad IV 30 *monentium videntur diligentia sustineri.* in tertio epistulae ita se excipiunt ut in Barberiniano qui praecedit. praefationi praescribitur: *liber uariarum Theodorici regis liber primus incipit,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris variarum liber primus incipit.* laterculi absunt, adsunt inscriptiones.

2) VIII—XII numerati I—V cum laterculis excepto libro octavo. decimo libro subscriptum: *explicit liber tertius variarum Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris, exquestoris Latii* [sic], *exconsulis ordinarii, exmagistri offitii prepositi atque patrini* [sic]; reliquis libris brevius. sequitur sine numero liber de anima.

36. VATICANUS N. 3392 membr. formae quaternariae scriptus saec. XIII diligenter. insunt

1) I—IV 39 cum laterculis. praefationi praescribitur: *incipit liber Cassiodori;* subscriptio nulla. epistulae ipsae inscriptionibus carent.

2) VIII—XII numerati V. VI (quo libro comprehenduntur nonus et decimus). VII. VIII in margine solo; nam hi quoque subscriptionibus destituti sunt.

37. VATICANUS OTTOBONIANUS N. 17 membr. formae octonariae saec. XIII foll. 70. abundat erroribus scriptori propriis vocabulisque temere additis. insunt

1) I—IV 39 sine laterculis. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori Senatoris.*

2) VIII—XII numerati V—VIIII. laterculi hic quoque deficiunt.

38. VATICANUS URBINAS N. 85 membr. formae maximae scriptus Florentiae saec. XV simillimus est Florentino Strozz. 23 et etiam magis Florentino alteri Laur. 53, 22 neque tamen ex eo descriptus (cf. specimen ad p. 35, 13 *adulteri*); adest in fine epistula S. Bernhardi finiens in verbis *oderunt Syon.* praecedunt indices tam in S. Remigii tractatum in psalmos, qui item libro continetur, quam in Cassiodori varias. insunt

1) I—IV 39 cum laterculis. post praefationem et laterculum libri primi sequitur inscriptio: *prologus libri uariarum Theodori* [sic] *regis exit feliciter. liber primus uariarum Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquester palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii prepositi atque patricii incipit feliciter.*

2) VIII—XII numeris notati V—IX item cum laterculis. pro decimo accedit liber de anima.

39, 40. ROTOMAGENSIS A 360 (*catal. gén. des manuscrits des bibl. publiques de France* vol. 1 a. 1886 p. 107 n. 490), olim abbatiae de Lyra ordinis sancti Benedicti Ebroicensis dioecesis, deinde abbatiae St. Ouen, saec. XIII membr. variarum exhibet partes duas scriptas ab eodem librario

1) I—IV 39. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori in libro variarum formarum.* post laterculum l. 1: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequestris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officiorum praepositi atque patricii variarum liber primus incipit.* laterculi adsunt, etiam quarti plenus. in fine adscripsit m. 2: *hic desunt plures epistolae numero duodecim.*

2) l. VIII—XII. libri non numerantur et inscriptionibus carent, ut etiam epistulae pleraeque; adsunt laterculi. sequuntur liber de anima et alter de institutione divinarum litterarum.

Hic est codex S. Audoeni, quo usus est Garetius in editione a. 1679. lectiones quae inde afferuntur adscripto vocabulo (cf. supra ad n. 9) patefecerunt librum similem fuisse deteriorum ordinis primi; ita 17, 14 *incomparandi* cum *XEF* — 25, 15 *ubi* item — 30, 2 *iacentibus* item — 86, 25 *pares* cum *E* — 87, 4 *obsecrandum* cum *XE* — 94, 23 *eligere* cum *XE* — 98, 4 *monitu* cum *XEF* — 99, 6 *inuantur* cum *X* — 118, 7 *pericula* item — 119, 4 *per iura litigia non terminentur* item. propria quae codex habere dicitur, ut 70, 14 *humorem* pro *languore* et 96, 21 *placet* pro *patet*, merae sunt mendae. — Nec dissimilis sui codex invenitur esse in libris quinque postremis, raro stans cum melioribus, ut 282, 18 *exsecari*, declinans fere ad libros *EK*, ut efficitur ex subiectis: VIII 12 inscr. *oratori* cum Scal. — 245, 15 *legalibus* cum *K* — 251, 23 *priuatim introducere* cum *HGI* — 259, 25 *diuitiae* cum *E* — 269, 11 *nullus* cum B^aXEF — 283, 23 *consueta* cum *K* — 290, 32 *sollicitus* cum *E* — 333, 7 *arbitrator* cum Guelf. — 335, 9 *contemnis* cum *K* — 335, 23 *formam* cum E^1K — 351, 5 *actiones* cum *EFK* — 353, 9 *muneribus* cum *EFK* — 380, 29 *fructus* cum E^2F — 385, 17 *saecula* cum *EF*. Propria si qua habet, ut 243, 25 *inexploratum* — 282, 2 *uestros* pro *nos* — 286, 35 *commorantibus* pro *laborantibus* — 318, 20 *horas* (cum miniatore cod. *Z*) pro *moras* — XII, 5 inscr. *ualerio* — XII, 16 inscr. *canonicariae*, ea non sunt indolis melioris. — Quatenus inspexi codicem Rotomagensem Parisios mea causa transmissum, convenit cum lectionibus Garetianis.

41. VENETUS BIBLIOTHECAE S. MARCI CL. II N. 21 membr. formae maximae saec. XIII vel XIV foll. 55 ubi antea adservatus sit, ipse ait: 'librum hunc canonicis regularibus Lateran(ensibus) in monasterio 'divi Iohannis Baptistae de Viridaria Paduae agentibus vir venerabilis ac devotus Christi sacerdos et bonarum 'artium cultor Graece Latine Hebraice aeque peritissimus D. Petrus Montagnana optima fide pietatis studio 'proque salute adscripsit atque donavit, quem quisque legens proficiat, deinde sit gratus. MCCCCLXXVIII.' Maffeius (*osservazioni letterarie* vol. 2 a. 1738 p. 324) quos vidit Venetiis in bibliotheca S. Iohannis et Pauli codices duos variarum, fortasse sunt hic et Marc. cl. II n. 22 (infra n. 78). codex continet epistulas l. I—IV 39. VIII—XII in quattuor ut videtur libros digestas, ut l. I in suo statu remanserit, l. II codicis contineat qui vere sunt secundus et tertius, l. III codicis qui sunt quartus (non plenus) quintus octavus nonus, ultimus denique qui videtur fuisse (numerus enim iam oblitteratus est) tres postremos. secunda manus verum ordinem instauravit. laterculi excepto primo libro, cui praemissus est corruptus, adsunt nulli; deficiunt item praescriptiones librorum et epistularum inscriptiones. — Adhaeret ante clausulam *explicit Cassiodorus* ultimo libro tamquam epistula ultima Burdigalensis ea de qua diximus ad n. 33.

ORDINIS SECUNDI SECTIO PRIOR.

CODICES FINIENTES VII, 41 VEL INTER IV, 39 ET VII, 41.

42. ADMONTENSIS N. 231 formae magnae saec. XII (inscriptum est ei saec. XV: *iste liber est lectus ad mensam LXXX*), cuius partem contulit M. Haupt, reliqua moderante Kruschio Fridericus Küch, descriptus est ex codice Monacensi nobis *R*. saepenumero duplex lectio adest in codice utroque (ita 52, 25 *uideatur* R^1A^a, *praebeatur* R^2A^b — 53, 25 *soboles* R^1, *uita* R^2, *uita soboles A* — 59, 8 *nauanter RA*, *gnauiter* R^vA^v — 136, 14 *amenitate* R^t, *suauitate* R^v, *suauitate amenitate A* — 207, 28 *unum* R^1, *cum* R^2, *cum unum A*). interpolationes ex *R* in *A* translatae sunt, ut 170, 16 *causa;* item adnotationes, ut ad 137, 12 *n(ota) de Vesuvio monte narra-*

tur — 191, 3 *nota unde primum panis vocabulum* — 196, 14 seq. *nota suave lucrum nescire incommodum* et mox *stultum esse facere, unde quisque penas possit incurrere*, quas duas adnotationes Admontensis coniunxit. desunt in Admontensi et epistularum inscriptiones ab miniatore Monacensis praetermissae I 28. II 9. 10. V 15. VI 8. 9 et vocabula in hoc omissa in versu extremo (123, 17 *principum* — 176, 8 *tanta* — 205, 9 *non*) vel in pagina extrema (153, 23 *imputet*) et quae in *R* versum unum efficiunt (27, 28 *quatenus* — *inesse*). rectius quae ponit Admontensis, ut omisit 70, 4 verbum *enim* ab *R* male insertum et evitavit errata miniatoris 87, 20 *pirmum* — 88, 30 *uerentur*, ea facili coniecturae debentur.

D 43. BEROLINENSIS DIEZIANUS C. quart. n. 69 membr. formae octonariae foll. 83 saec. XIII, quando integer fuit, continuit l. primum integrum, secundi partem priorem usque ad ep. 19 p. 57, 16 verb. *persequentem*, tertii partem maiorem inde ab ep. 4 in. ad ep. 31 verb. *minimum* p. 95, 26, denique in hiatu inter librum secundum et tertium insertas libri quinti ep. 9 in. ad 37 verb. *opitulabitur* p. 63, 23, quarum ep. 9—34 hic sunt libri secundi ep. 20—45, 35—37 tertii ep. 1—3. iam desiderantur ablatis exsectisve foliis ex libro tertio ab ep. 9 voc. *usu iacere* p. 84, 14 ad ep. 22 voc. *ut qui longa* p. 90, 31; item ep. 23 a voc. *num si dispendium* p. 91, 21 ad ep. 25 voc. *discussioni indi* p. 92, 12; item ep. 27 a voc. *adserens* p. 93, 10 ad ep. 28 p. 94, 4 *convenit qui;* item ep. 30 a voc. *decurrere* p. 94, 27 ad ep. 31 verb. *postea severissi* p. 95, 22. ex laterculis non adest nisi libri secundi. in extrema pagina, quam primus scriptor vacuam reliquit, postea picta est imago regis sedentis, cui inscriptum est *ego sum Theodericus rex Francie,* subscriptum *anno domini MCCCV.* nos propriis libri erroribus suppressis ibi eum adhibuimus, ubi reliqui dissentiunt et huiusce testimonio Palatini scriptura aut stabilitur aut infirmatur. — Inscriptiones et subscriptiones librorum dedimus p. XV.

L 44. LEIDENSIS ex libris Vulcanii n. 46 formae magnae foll. 186 'e monasterio beatae Mariae virginis extra muros oppidi Fuldensis, iussu Ruggeri', qui antea ei monasterio praefectus a. 1176 abbas Fuldensis creatus est (Schannat hist. Fuldensis I p. 182), ante hunc igitur annum scriptus. eo libro quae contineantur, exposuit Kruschius scr. rer. Meroving. 2 p. 201. imagines variis coloribus depictae libro praepositae sunt Theoderici regis et Cassiodori Senatoris a nobis quoque expressae in tabulis huic volumini adiectis; illi subscriptum est THEODERICVS REX, item in scheda explicata, quam rex manu tenet, legitur locus ex variis I 5: *sic est: nam et medendi peritus inritum frequenter salvat egrotum:* huic subscriptum CASSIODORVS SENATOR, item in libro, quod apertum in gremio tenet, legitur locus indidem: *cogi debet ut sit quietus qui suo vitio renuit esse pacificus.* sequuntur gesta Theoderici regis ex hoc solo libro nota edita scr. Merov. l. c. variis praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris variarum libri numero duodecim, ex quibus in hoc volumine sex et semis continentur,* deinde epigramma dedicatorium *iure Senator — placent.* ipsarum variarum librorum subscriptiones leguntur compositae p. XIV. ad libri septimi laterculum, qui ipse in codice plenus est, librarius aequalis adnotavit: *hae sex epistolae non continentur in isto volumine.* in fine subscribitur: *finiunt epistolae Theoderici regis numero trecentae et una: reliquarum exemplaria longe lateque requisita reperire non potuimus.* — De ipso libro et emendatione eius antiqua supra p. XLVII egimus; praeterea saec. XVI vir doctus quaedam emendavit et adnotavit. — Contulit librum inter Cassiodoranos primarium Ludovicus Tross, qua recognitione iam adservata in bibliotheca regia Monacensi nituntur eiusdem 'in Cassiodori variarum libros sex priores symbolae criticae' editae Hammone a. 1853. nostra causa eum excusserunt a. 1855 M. Haupt, a. 1877/8 G. Meyer, a. 1888 B. Krusch.

45. MEDIOLANENSIS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE H 268 INF. membr. formae maximae saec. XIII/XIV foll. 40 antea fuit Petri Donati episcopi Patavini († a. 1447), ut ait inscriptio: 'liber librarie 'mon(asterii) sancti Ieronimi ordinis Kartusie in dioec(esi) Paduan(a) relictus per r(everendum) d(ominum) 'Petrum Donato olim antistitem Paduan(um). 37 signatum p. 4.' desinit ipso libro integro V, 43 in verbis *qui nostris inimicis* pagina reliqua vacua relicta; deficiunt ep. II 30 inde a verbis *defensores itaque* et 31 tota, item III 28; denique exciso folio dimidio libri IV initium usque ad verba ep. 2 p. 115, 1 *quos iudicia pepererunt.* et laterculi adsunt et inscriptiones epistularum. praefationi praemittitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris sacri palatii exconsulis ordinarii exmagistri (et magistri* post praet.) *offitii prepositi atque patritii operis variarum prologus incipit;* eidem subscribitur rursus *Magni . . . patricii capitula sive rubrice libri primi variarum incipiunt.*

R 46. MONACENSIS Lat. n. 13072 sive Ratisbonensis civitatis n. 72 formae magnae scriptus est inter a. 1163—1168 in monasterio Priflingensi in Bavaria. scilicet subscripta sunt variis Cassiodori I—VII, 41 perscriptis f. 181—316 haec: *iste liber pertinet ad sanctum Georgium P[r]un[in]g[in]* (haec duo vocabula erasa), *quem scripsit frater Sigboto sub abbate Eberhardo* (a. 1163—1168) *pro remedio anime sue. amen,* cum qua adnotatione componenda est altera praemissa libro Augustini de consensu evangelistarum in eodem volumine perscripto: *liber sancti Georgi Pruvingin quem scripsit frater Boto sub abbate Erbone* (abbas fuit Erbo I a. 1121—1162, Erbo II a. 1162—1187): *o lector memento scriptoris* (corr. ex *auctoris*) *et eius laboris.* inscriptiones et subscriptiones codicis compositas invenies p. XIV; egimus de eo p. XLIX. codex neglegenter scriptus est verbis subinde transpositis mutatis omissis; rubricator quoque non omnia posuit sibi relicta explenda. emendavit librum et qui scripsit et librarius alius aequalis. — Codicem contulit G. Meyer, recognovit missum Marburgum a. 1888 B. Krusch.

47. VATICANUS N. 3863 formae octonariae maioris saec. XIV continens varias I—VII 41. post ep. IV 35 insertae sunt ep. XI 9—XII 17. subscriptiones in codice nullae sunt et deficiunt item epistularum tam laterculi quam inscriptiones. — Nostro iussu librum excussit Tschindel.

48. VATICANUS PALATINUS N. 273 membr. formae quadratae foll. 101 saec. XII. praecedunt f. 1′ septem sapientium sententiae (Ausonius ed. Schenkl p. 246—250); sequuntur f. 98′ praecepta quaedam inscripta: *inc(ipiunt) retorici colores* incipientia: *versificaturo quedam tibi.* laterculi adsunt pleni, etiam septimi libri mutili ipsius; adsunt item epistularum inscriptiones. epistulis numeri adscripti sunt in solis laterculis l. I (XLVI) et II (XXXX), ipsis epistulis nulli. desiderantur epistulae VII 18—23 codice integro. hiatus occurrunt 117, 30. 149, 26. 166, 27. librarius non raro inter describendum vocabulum eiusdem significationis ei substitutum, quod in archetypo erat, errore animadverso delevit. — Contuli librum ipse adiutus cum collatione ab Hasenstabio facta et ab ipso benigne submissa tum Huelseni nostri industria et amicitia. — Inscriptiones librorum et subscriptiones leguntur p. XV. — In apparatum lectio recepta est orthographicis praetermissis, ex quibus adnoto non raro usurpari *c* et *sc* pro *s* in vocabulis qualia sunt *scitus* = citus, *cincerus* = sincerus. P

ORDINIS SECUNDI SECTIO ALTERA.

CODICES EXHIBENTES L. I—VII, 41. VIII—XII.

49. BERNENSIS N. 26 saec. XIV formae maximae foll. 53 continuit olim l. I—VII 41 adiectis ad septimum librum translatis ex nono epp. 4. 6. 9—15 numeratisque in codice epp. 43—51, sed ordine perturbato et mutilus. incipit a verbis III 6 p. 82, 17 *complectatur gratia* et hiat rursus excisis inter 12 et 13 foliis duodecim, in quibus scripta fuerunt V 12 p. 150, 8 *ut civiliter* ad VII 2 p. 202, 20 *qui et bene de te.* sequitur, tamquam pars esset ep. VII 51, in eadem pagina scriptus manu eadem tractatus nescio qui, cui inscriptum est a manu recentiore *de laude sacre scripture respectu philosophie naturalis* incipiens *ab egiptiis argentea vasa et aurea sic accipienda sunt,* finiens f. 20r imperfecte *quibus refecta interna ea crassitudine delectantur.* his verbis adhaerent Cassiodorana IV 23 p. 124, 21 *nobis hactenus* — 39 fin., quae desiderantur suo loco; scilicet f. 10 post verba IV 23 p. 124, 20 *sumas nostri iudicii* sequitur ep. 40; numerantur epp. 52—68. monet de transpositione librarius saec. XV ad locum priorem sic: *hic deficiunt XVI epistule et pars precedentis committitur causa minoris, sed alibi sunt valde bene in sequenti libro.* sequuntur l. VIII—XII. octavi epistula 15 legitur ante 8. in nono ep. 23 inter verba p. 288, 18 *corpus est vobis* et *ita in unum* inseritur pars libri decimi ep. 20 p. 311, 7 *sed exire ne* ad 22 p. 311, 29 *retinetis sapientissimi principum.* duodecimi libri epistulae ad formam eam declinant, quam exhibet classis V epitomata; scilicet post ep. 1—14, quae plenae sunt in Bernensi, 15 finit in *voluere,* sequuntur integra 17, frustula ex quattuor epp. 18. 19. 23. 24, integra 25, 27 omissa clausula, 28 integra, omissis epistulis 16. 20—22. 26 integris, quae omnia plane conveniunt cum epitoma, nisi quod in hac adest quae abest a Bernensi ep. 26. specimen lectionis ex hac parte selegi XII 17: inscr. *idem canonicario uenetiarum* — 374, 25 *ueraciter] singulariter* — *enim* om. — *generibus* om. — 27 *audire* — 29 *ingenti ora pandatur* — 30 *e quibus* — 31 *quod uidemi integre quod* — 375, 1 *cum et scientia* — 3 *autem crimini] a certamini* — *occulerit.* propius itaque accedit ad *I* quam ad *II*, quamquam etiam cum hoc aliquoties facit. alia pauca adnotavi ad epistulam variarum extremam. sequuntur in Bernensi epistulae 16. 18. 19 ad verba 376, 13 *casus esset exclusus* in epitomam non receptae. — Librarius quae dedit in novem libros digessit, scilicet adiuncto ad quintum libro quarto (cui sua subscriptio ab emendatore demum restituta est) quinto subscripsit: *explicit liber quartus, incipit liber quintus;* deinceps non attendens ad libros VI, qui adfuit, et septimum, qui adest, libris VIII—XII numeros adscripsit V—IX; quae numeratio profecta est ex exemplari aliquo libris V. VI. VII destituto. laterculi absunt, adsunt inscriptiones epistularum pleraeque. liber IIII dictus in fine dicitur esse *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris exconsulis patricii exquestoris officii,* VIII *M. A. C. S. viri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii, prepositi officiorum atque patricii.* — Nos librum bis missum officiose cum Marburgum tum Berolinum ipsi examinare potuimus.

50. BRESLAVIENSIS REDIGERANUS S. I. 4. 12 sive BIBLIOTHECAE URBANAE N. 61 (antea n. 1) membr. formae maximae saec. XIV continet

1) I—VII 41 cum laterculis suis (quorum primi libri qui est praefationem praecedit), in his septimi libri integro. praefationi praescriptum est: *incipit prologus Cassiodori in libro variarum formarum,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii atque patricii variarum formarum liber primus incipit.*

2) VIII—XII, quorum octavus et nonus recte numerantur, decimus non comprehendit nisi ep. 1—30, undecimus eiusdem libri ep. 31—35, cui praeponitur *tabula libri XI uariarum formarum Cassiodori,* XI et XII hic dicuntur libri primus et secundus *cartarum urbanae praefecturae.* laterculi adsunt. auctoris tituli pleni dantur in praescriptione libri noni.

Varias lectiones duorum codicum qui scripsit librum passim apposuit. examinavit librum missum Marburgum Kruschius.

51. BRESLAVIENSIS REDIGERANUS S. I. 4. 13 sive BIBLIOTHECAE URBANAE N. 62 (antea n. 2) membr. (extrema pars in charta scripta est) formae quaternariae maioris scriptus est ab Ugerio Patavino a. 1358 Avenione, secundum adnotationem l. VII extremo adiectam hanc: *scriptus est liber iste Cassiodori per me Ugerium Manfredi Ugerii civem Paduanum apostolica et imperiali auttoritate notarium ac magnifici domini dominique potentis domini Francisci militis de Carraria Padue etc. domini et vicarii generalis pro sacro imperio Romano notarium et familiarem existentem Avinione pro serviciis et arduis negociis eiusdem domini mei in Romana curia pertractandis anno domini nostri Yesu Christi millesimo tricentesimo quinquagesimo octavo indictione undecima die XXVI Ianuarii;* mox addidit: *feliciterque expeditis, deo gratias amen.* codex exceptis ep. VII 42—47 Cassiodorana omnia exhibet, sed perturbata tota sic:

praefatio, cui praescribitur: *incipit liber variarum Cassiodori, cuius libri prologus sequitur in haec verba.*

laterculus libri I.

l. I—III 1. praescribitur libro primo: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exequtoris palacii exconsulis ordin et magistri offic praepositi atque patricii variarum liber primus incipit.*

VI 2 (integra) — 7 usque ad v. p. 180, 21 *comitivam;* adnotat Ugerius ep. 2. 3. 5. 6 esse de sexto libro, adscribens ad septimam: *omnes suprascripte formule sunt de libro priscorum.*

III 10 p. 84, 24 *cum sit* ad v. 29 *detrimenta sentiret* (adsunt ea iterum loco suo).

III 3—IV fin.

Sidonii ep. I 8 cum adscriptione *epistola prima de ultimis.*

Sidonii ep. I 2 *si actionem — efficere curavi.*

V 1—36. Ep. 22 legitur bipertita et numeratur pro duabus.

VI 19—24.

V 42—VI 2 usque ad verba p. 175, 10 *primarium pos;* sequitur litura quattuor versuum. adnotatur: *require superius in III° ubi est cum sequentibus usque ad cap^m 'grata sunt'* (VI 7).

III 2 (permutavit igitur haec epistula locum cum ep. VI 2—7). pergit adnotatio: *in quo libro* (scilicet in tertio) *deficit cap. sequens quod debet esse secundus ibidem, 'Gundibaldo regi Burgundionum T. rex'.*

VI 7 (integra) — 18.

V 37, ad quam adnotatur: *'et est de quinto'.*

Sidonii ep. VI 11.

V 38—41.

VI 25—VII 34. adnotat scriptor: *'for^a evocatoria magnum testimonium est conscientie bone'* (id est ep. 35) *invenies I in libro octavo quod sequitur 'iuste possim'* (id est ep. VIII 1) *ultra principium per unam cartam et incipit ibi ipsum capitulum 'manifestum' et alibi vidi dicere 'manifestatio'. Deinde sequuntur alia capitula videlicet* (enumerat deinde principia epp. VII 36—41). *Explicit liber 7 variarum Cassiodori.*

Sidonii ep. I 2. *Sepenumero postulanti — pes modicus.* adnotat scriptor: *epistola sequens non habetur communiter et erat penultima. hec est penultima epistola 12 libri. Explicit VII. amen.* post eam quam supra rettulimus librarii attestationem pergitur: *Finis huius epistole est supra in fine quarti libri in modum epistole et incipit 'si actionem' immediate ante principium quinti libri.*

VIII 1.

VII 35—41, ut supra monuit Ugerius.

VIII 2—XII; ex laterculis non adest nisi libri noni.

de anima (in charta scriptus).

laterculi libri de anima et variarum libri secundi et partis tertii.

Codex cum ab ipso Ugerio tum ab aliis aequalibus mox emendatus est, quas emendationes in sequentibus distinguuntur praemisso asterisco, et auctus lectionis varietate, quae lectiones distinguuntur praemissa cruce; lectiones correctae additaeve cum ex eodem codice fluxisse videantur, quem descripsit Ugerius, simul omnia tractabuntur. — Liber conspirat fere cum deterrimis eorum quos nos in apparatum admisimus, maxime cum *EF* vel *E* solo, ut in his: 134, 2 *resecatum] reseratum* — 136, 20 *digna] * condigna* — 139, 7 *facit] * fatur* — 144, 16 *similitudinis] solicitudinis* — 146, 32 *resecare] * reserare* — 147, 13 *degenies] * deneges* — 161, 33 *infirmaret] infamaret* — 163, 1 *simile] similiter* — V 44 inscr. *transimundo — rex] idem eidem* aliisque similibus infra adlatis, item cum *K* et etiam magis cum libro a nobis praetermisso Guelferbytano Augustano. contaminationem prodit dittographiis compluribus in textum admissis:

14, 14 institueret *reliqui*, instrueret *E*, institueret aliter instrueret *Br.*
67, 13 uestra] nostra *X*, tua *K*, tua nostra *Br.*
144, 15 fiant] *rel.*, eant *P*, eant al. fiant *Br.*
150, 5 nitium] *rel.*, initium *PD*, inicium al. uicium *Br.*
156, 3 decuriarum] *reliqui*, decimarum al. decuriarum *Br.* (decumanarum *Acc.*).
165, 18 attonite] *reliqui*, attente *Cuiacius ex dett.*, attente al. attonice *Br.*
176, 25 conspectibus] *rel.*, iussionibus *EFK*, conspectibus al. iussionibus *Br.*

Glossemata quoque quaedam ex margine in textum inserta sunt, ut 103, 7 post *inflixit: quatuor in puris vitam ducunt elementis samaleon, talpa, maris alec et salamandra* et 327, 13 post *reparetur: Seneca. lectio alit ingenium et studio fatigatum non sine studio reficit.* haec cum ipsa et facile explicentur et crisin non adiuvent, memorabilis est codex eo uno nomine, quod non ipse, sed similis Accursio praesto fuerit necesse est et quem editio princeps repraesentat textus ex parte formatus est ad hunc librum. id demonstrabunt quos subiecimus loci, unde item efficitur virum doctum, a quo haec recensio proficiscitur, non solum adhibuisse codicem codicesve interpolatos, sed interpolationem ab ipso auctam esse correctionibus non inscitis, sed temerariis et violentis. ad declarandam libri proprietatem ad singulos adscriptum est codices apparatus nostri et praeterea Guelferbytanus quatenus cum Breslaviensi consentiant; nulli ubi adscribuntur, scito lectiones eas nos non deprehendisse nisi in libro Breslaviensi et apud Accursium. non recepimus in hunc elenchum lectiones Breslaviensi libro communes cum Palatino et ex ipso illo ut videtur in eum relatas compositas supra p. LVI in diacriticis, ubi agitur de libro Palatino.

14, 12 creuit] creuit tantum
26 sibi] sibi de se
18, 5 faciat] facias
19, 13 numerabili] mirabili
17 sex] * sex enim *(K)*
26 uidetur] u. esse
30 aliquid] * aliquid inde *(Guelf.)*
22, 5 libentes] * libenter *(E Guelf.)*
14 senatus] * senator *(K Guelf.)*
21 occasio] * occasio homines *(K Guelf.)*
27, 3 decet] * decet quippe *(K)*
28, 6 maior] * non minor *(Guelf.)*
21 nostra] * a nostra *(K Guelf.)*
28 summa] * summa onus *(K Guelf.)*
29, 16 uiros * *om.*
33, 13 illud * *om.* *(E^2 Guelf.)*
35, 21 conuentus] * conuictus *(F^2 Guelf.)*
36, 7 non ergo *ad* praestatur † *ins.* *(F^2K Guelf.; cf. specimina)*
40, 24 minuta] * iniuncta
50, 23 temerari] * temeraria violari *(K^2)*
54, 27 decus] † indicium (indicium *K*)
60, 13 qui] * si *(K Guelf.)*
92, 20 ferrarias] * f. uenas *(K^2 Guelf.)*
97, 12 unde] u. nostrum *(Guelf.)*
99, 15 aegrescentibus] * excrescentibus *(E)*
106, 29 disceditur] * descenditur *(E Guelf.)*
126, 22 inciuiles] * ciuiles *(E)*
131, 2 sed] quam *(K)*
134, 19 casam] causam *(EF Guelf.)*
149, 12 | 23 condamam] ebdomadam *Bresl.*, hebdomadem *Acc.*
149, 26 * decet] debet
150, 32 * aequalitatem] aequabilitatem
157, 22 uuiliarium] iuliauum *(EF)*
158, 29 ne] * nec
160, 1 ingenuum] ingenium *(F)*
161, 14 matrimonii] * matrimonium
166, 20 gratiam] † gloriam
167, 20 erigi] eligi *(F)*
174, 8 pridem] * quidem
177, 5 qui] quia *(F)*
181, 7 subiacent] subiaceant *(E Guelf.)*
233, 19 sigismerem] sigisinem
258, 2 proferte] proferre
260, 17 inuisere] † mutersccre *Bresl.*, mutersere *Acc.*
269, 1 quando] quanto
275, 24 destinate] destinare
281, 5 persequi] prosequi
307, 6 uniuersa] † immensa
312, 19 prolixa] † diffusa *(K^2 Guelf.)*
338, 11 auctoritatem] auctorem
341, 16 aucupatio] † occupatio *(K Guelf.)*
372, 15 legitur] † creditur.

Breslaviensis libri lectionem variam in apparatum non integram rettulimus, sed tantummodo ubi consentit cum editione Accursiana per l. I—VII, id *A* littera significavimus. ab ea ubi discedit in iisdem libris, id significavimus signo A^r, cum editio notetur ibi A^e; sed neque ex his libris omnia talia ex codice attulimus et in quinque postremis raro eum adhibuimus. emendationes et varias lectiones plerumque non distinximus a lectione codicis primitiva. denique adiecimus specimen breve collationis integrae.

174, 5 cuius *(KE)*
6 uindicebant [a]
et *om.* [a]
8 pridem] quidem [b], *inc.* [a]
10 illis
11 auctor] auditor [r]
13 ita] ita ut [b]
17 argumentum] augmentum
18 dederant
174, 18 nunc] non *(K)*
19 nos] nos
22 pingues [a], pinges [b]
23 nobilitat
24 auratus] augmentis [l]
27 nostrum
des. ann.
28 dampnationis
175, 3 rogantes] reguantes
175, 3 uehimus [a]
ut] et
4 nos
5 pot. ess.
uiros
6 ambitis [a]
12 felici *(K)*
13 sic *om.* [a]
19 quam de] quando

175, 19 pontificatus unde] pontificis nostri
22 hoc *om.*
23 quid
25 praefectorios ... 43 fulgori *om.*
27 necessariam
28 negligentes
29 ascendere
31 deceret
expectes
33 praetorio *om.*
176, 12 praescribit
iudicum] iudicio [a]
16 quod] qui
17 ei] enim
22 gemmarum [t], geniacum [v]
23 peragant
25 conspectibus al. iussionibus
26 cuius] qui eius
27 non inmerito *om.*
28 palatium] palatum pro
29 ipsas
ueraces
30 tot. paene
31 in *om. (KE)*
tractetur
32 sic
35 dignitates [a]
fit
36 ut et] in
177, 2 tam *om. (P)*
3 excipiatur
4 monumenta
5 quia *(F)*
egr. al.
7 est *om. (LRK)*
agere] uidetur agere (ag. uid. *K*)
10 quam s. illi *om.*
11 de *om.*
12 miserabili
13 suscipit *(PKEF)*
16 posse *(RF)*
parte] pace parte [a] (pace *K*)

177, 17 nos] non *(PE²)*
20 consideres *(PT)*
21 scilicet] si
sententias
22 quo
23 uitio] indicio *(EF)*
mor. limina tot.
cognoscitur [a]
24 recipere] habere al. recipere
est] est ut
26 dictioni
27 centesimam
30 ab] ex
31 contingit
33 procedant
et tacere] conticere *(P)*
178, 1 exhabitatio al. exhibitio
4 est en. uis.
scaenicis] seuicis
8 rei *om.*
13 cogitatione nostrarum quaesturarum participatione
15 ling. nostr.
18 et ita] ius.
exiuisse
19 dominationis
20 nostrum] uerum
21 hab. pond.
pariter *om.*
24 dicendo] dicere dicendo
uoluptates [b] *(LRPK)*
26 ess. deb. *(T)*
27 ut] et
30 et *om.*
31 nos] uos [a]
causam] tamen [a]
32 regale genium al genim̄.
179, 1 opus] quis [a]
3 doctrinam
4 quatenus] quantum
7 templum] exemplum [t] *(E²)*
11 contingerit
13 est od.
15 nostro] uero
20 scolarium

179, 21 sue terminis prospere
23 ornet
24 trapidum [a]
26 regii [b], regius [a]
29 finibus *(TF)*
30 uiuacius] in uacuis [a]
occupemus
uerendorum
33 uolentes
37 prouinciales
180, 1 hec fieri et ipse
3 adepte
5 tam] causa [a]
8 minoribus [a]
9 praetorias
11 iniustitia q. a legibus *om.* [a]
uenit dum] uerendum [a]
13 nos *om.*
14 tot *om.*
16 nil
omnia *(utroque loco)*
20 audiendi *(altero loco;* P^b*)*
enim] igitur
21 comitiua *altero loco, altero* p. commitiuam
rer. u. test. *om.* [a]
23 constat
conferre] differre [a]
27 seruat admonita
28 funduntur] summuntur
30 tua est mil.
obsequio] officio *(P)*
32 prudentum [b]
181, 1 et *om.*
3 numerariae [b]
praeconum] p. te
7 subiaceant *(E)*
9 ne quid] qui
10 regum
11 communitis
12 est *om. (F)*
13 aere] auro uel aere
14 obsecundat
18 comitiuae *om.*

Excussit librum missum Marburgum Kruschius.

52. CANTABRIGIENSIS COLLEGII S. PETRI 1. 7. 7 (memorat librum catalogus librorum mss. Angliae et Hiberniae a. 1697 p. 154) membr. saec. XIV XV continet

1) I—VII 41. IX 4. 6. 9—15 cum laterculis. index libri quarti finiens in ep. 39 *theodagutae illustri* vestigium servat contaminationis classium duarum primae et secundae. index libri septimi finiens in ep. 41 non comprehendit adiunctas ex libro nono.

2) VIII—X 3 p. 299, 3 *dignitatem paciens:* reliqua perierunt foliis avulsis.

3) A loco indicato ad finem codex manu diversa, sed non multum recentiore expletus est ex classi V epitomata. praeter specimina a me sumpta et suo loco edita contulit mea causa Aldis Wright professor Cantabrigiensis ep. X 7. 11 et frustula epp. 12. 13. 14; convenit codex fere cum Londiniensi.

53. CARPENTRASENSIS N. 111 chart. formae quadratae saec. XV continet

1) l. I—VII 41. IX 4. 6. 9—15 cum laterculis, quorum septimus in ep. 41 exit. libri sexti, qui *de formulis* dicitur, desunt paginis tribus vacuis relictis laterculi pars extrema et epistula prima. inscriptionum librorum nulla plena est.

2) VIII—XII (omissis in l. IX epistulis in septimum translatis) cum laterculis recte numerati. praescribitur libro undecimo: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii et consulis ordinarii et magistri offitii praepositi atque patritii liber undecimus.* sequitur liber de anima. Versavi codicem missum Parisios a. 1889.

54. FLORENTINUS LAURENTIANUS PLUT. 23 DEXTR. N. 9 (antea S. Crucis) membr. formae quaternariae saec. XIII foll. 134, antea 'ad usum magistri Nicolai de Spinellis'. continentur

1) I—VII 41. IX 4. 6. 9—15. praefationem praecedit epigramma dedicatorium *iure Senator.* ante praefationem legitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquaestoris palatii exconsulis ordinarii liber primus incipit;* subscribitur: *explicit prologus.*

2) VIII. IX (omissis epistulis antea relatis). X. XI. XII cum laterculis. sequitur liber de anima numeratus a librario XII, ab emendatore XIII. manus posteriores duae f. 122. 123 adiecerunt epistulas Sidonianas I 2. VI 11.

Laterculi adsunt. ipsis libris numeri nulli adscripti sunt, adsunt in margine, sed ut numerentur libri tantummodo XI, id quod correxit emendator.

55. FLORENTINUS LAURENTIANUS GADDIANUS PLUT. 89 SUP. N. 23 membr. formae quaternariae saec. XIII foll. 180 scriptus a librariis compluribus (manus mutatur saepe ubi quaterniones incipiunt, ut 70, 7: *virtutis suae* — 92, 29: *quamvis* — 116, 13, ubi verba *senorum* ad *obscure* in utroque quaternione leguntur), emendatus deinde a manu posteriore. subscriptum est: *sit venia dignus expletor codicis huius.* scripturae specimen dederunt Vitelli et Paoli *collezione Fiorentina di facsimili paleografici* (Florentiae 1885) tab. 18. continentur libro *K*

1) Amisso folio primo l. I a verbis praefationis p. 5, 17 *quod ad summum apicem* ad VII 41, ubi quaternio finit et paginae pars vacat. laterculi adsunt.

2) VIII—XII numerati I—V; incipit haec pars a novo quaternione. sequitur liber de anima.

Contuli totum et variam lectionem adscripsi. orthographia est medii aevi: *c* et *t* commutantur passim, *condictio* quoque scribi solet pro *condicio*. *extimare columpna contempnere dampnare cunti diffinire intelligere praelium Theodoricus* (raro *Theodericus*) sollemnia sunt; scribitur *grauitas, commoit* omissa *v* littera. haec omnia praetermissa sunt, etiam emendationes manus secundae raro enotatae. inscriptiones librorum et subscriptiones composuimus p. XVI.

56. FLORENTINUS LAURENTIANUS PLUT. 89 SUP. N. 26 partim membr. partim chart. formae quaternariae, foll. 233, scriptus, ut in fine legitur, 'die Iovis XXVI Aprilis anno a nativ. dom. M° quadringentesimo tertio', emptus deinde, ut volumini praescriptum est, a Benedicto de Lauro in civitate Barch(eno)ne 'interveniente Anthonio Raymundi libratario dicte civitatis, cui persolvi pretium presentibus Stephano Comles 'not° et Iacobo Sagarra mercatore et civibus Barchne'. liber quartus desinit in ep. 39; quintus complectitur ep. XII 1. IV 40 — fin. V; sextus recte datur; septimo ad ep. 1—41 adiectae sunt l. IX 4. 6. 9—15; quinque ultimi libri dantur recte, repetuntur in nono quae antea inde leguntur, non repetitur in duodecimo prima. libri numerantur XII; item numerantur epistulae in margine CCCLXX. laterculi adsunt, epistulae inscriptionibus carent. praefationi praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris questori palacii consulis ordinarii praepositi officiorum atque patricii variarum primi libri prologus incipit;* subscribitur: *incipit primus liber uariarum.*

57. GENUAE in bibliotheca Ioh. Phil. Durazzo n. 16 adservatur codex saec. XIV, continens teste Ioh. L. Oderici (*osservazioni sopra alcuni codici della libreria di G. Filippo Durazzo.* Genuae 1881. 8. p. 68) excerptas ex variarum libris XII epistulas ordine mutato. praefationi operis substituta est quae aperit librum XI; prima est I 9 cum lemmate 'accusationes non sunt facile suscipiende'; ex l. III non adsunt nisi undecim numero; a libris formularum praeterea integris absunt epp. 42—47. adest etiam liber de anima. nos non vidimus.

58. GIESSENSIS universitatis (n. 83 Adrian), antea bibliothecae Senckenbergianae n. 231, chart. formae maximae saec. XV varias continet dispositas libris undecim sic:

1) I—IV 39. praefationi praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris questoris palatii consulis ordinarii praepositi afficiorum atque patricii variarum liber primus: prologus.*

2) IV 40—VII 41 ita dantur, ut IV 40—V fin. praemissa epistula libri duodecimi prima efficiant librum nonum, sextus et septimus numerentur pro decimo et undecimo.

3) VIII—XII 1 numerantur V—IX 1.

Laterculi adsunt nulli. huius ut videtur codicis variam lectionem Bongarsius adscripsit ad exemplum editionis Fornerianae a. 1583 servatum hodie in bibliotheca Bernensi (*F* 48; cf. Hagen catal. codd. Bernensium p. 521); certe argumenta epistulis praescripta, ut II 1 *de honare collato in candidatum* — II 2 *pramouetur quis benemeritus ad dignitatem, qui de nobilitatis genere et multiplicibus virtutum donis commendatur* — XI 37 *quod provideatur cuidam de hiis quae als rei publice utilitatibus acquisivit* redeunt in hoc libro, quam-

quam sunt item in Parisino 2190. eodem codice eo tempore Francisci Modii usus est is qui curavit editionem variarum a. 1595 Lugduni apud Franciscum Chouet editam; nam ad Fornerii varias lectiones repetitas quas addidit nota diversa distinctas, eas specimen ostendit in hunc codicem solum plene convenire. eodem ducit quod deficiunt ab epistula inde XII 1, in quam codex desinit.

59. HOLKHAMENSIS COMITIS LEICESTER N. 400, scriptus in Italia ut videtur saec. XIII exeunte, a. 1667 adservatus Breslaviae apud Georgium Elsner, deinde in Angliam delatus ad dominum Colte, nostra causa examinatus est a Liebermanno. priori parti I. 1—VII 36 fin. praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii atque patrii* [sic] *operis prologus;* secundae l. VIII—XII 10 fin.: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri cla. et illustris exquestor palacii ex consulibus ordinarii exmagistri offio pp atque patricii incipit de opere variarum quod fecit sub Atholarico rege mortuo Theodorico patre illius liber primus.* codex est infimi ordinis. epistularum inscriptiones passim certe deficiunt. pars prima, quae pertinet ad classem primam, habet exempli causa 28, 25 pro *unscilae antistitis* solam litteram *I.* et locum in hoc ordine mutilum 33, 2 ita depravat: *nec quod prouida statuit dispositione mutauit.* in parte secunda consentire scriptorem cum libro *K* ostendunt epistulae VI 6, quam collatam habuimus, lectiones 180, 7 *habere non debeat* et 188, 14 *decoratum.* tertiae denique partis, ex qua collatam habuimus ep. VIII 1, parem vilitatem patefaciunt lectiones 231, 14 *qui vobis pene* (om. *annis*) — 238, 6 *deuota* — 238, 18 *diligunt omnes sui prouectus.*

60. MATRITENSIS ESCURIALENSIS D. III 21 membr. saec. XIV descriptus est a Paulo Ewald (*Neues Archiv* 6, 243) et a Gustavo Loewe (in Hartelii bibl. Hisp. *Wiener Sitzungsberichte* vol. 111 a. 1886 p. 458). eum is conicit originem ducere ex Chartres oppido. post distichon *Iure Senator — placent* sequitur praefatio inscripta *incipit prologus in libris numero XII* et libri primi septem usque ad septimi ep. 41 cum suis laterculis excepto secundo; libri primi finit in ep. 44, quarti post 51 subiungit 33. 34. 35; septimi praescriptum est *incipiunt tituli libri VII qui formule nuncupantur.* sequuntur libri VIII—XII numerati I—V; octavo praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri prepositi officiorum atque patricii liber variarum primus.* laterculi hic quoque adsunt, item liber de anima numeratus pro sexto.

61. MATRITENSIS ESCURIALENSIS Q. III 18 membr. formae quaternariae saec. XIII, descriptus diligentius quam peritius a Paulo Ewald (*Neues Archiv* 6, 274; cf. Gustavus Loewe in Hartelii bibl. Hisp. *Wiener Sitzungsberichte* vol. 111 a. 1886 p. 533), in Cassiodoranis f. 57 seq. Ambrosiani C XIX inf. ita similis est, etiam in erronea subscriptione libri extremi, ut alter ex altero pendeat necesse sit.

62. MEDIOLANENSIS AMBROSIANUS C. XIX INF. membr. formae quaternariae foll. 147 saec. XIII/XIV, antea Io. Vincentii Pinelli, continet libros variarum XII solito more bipertitos.

1) parti priori I—VII 41 adiectae sunt ex libro nono epistulae 4 inscripta *formula pietatis,* 6 inscripta *formula etatis veniae* et sic deinceps 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15 omnes relatae inter *formulas* (cf. *neues Archiv* 6, 274), scilicet ut sic expleretur formularum pars extrema deficiens. libro primo praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii liber primus incipit.* in libris I—IV scriptor expressit incuriose codicem in suo genere bonum familiae primae; emendata deinde haec pars est ad librum familiae secundae priore scriptura saepe oblitterata.

2) VIII—XII omissis in nono epistulis supra relatis cum laterculis suis, numerati I—V, nisi quod errore subscriptum est duodecimo: *liber sextus explicit.* praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris pallacii exmagistri praepositi exquestoris officii exconsularis palacii liber primus incipit de opere variarum.* sequitur liber de anima.

63. MONACENSIS LAT. 11052 sive Passaviensis 52 chart. formae magnae saec. XV continet

1) I—VII, 41 omissis laterculis. libris adscripti sunt numeri soli, nisi quod sextus et septimus dicuntur *formularum* et subscribitur septimo: *explicit liber Cassiodori variarum.*

2) VIII—XII sine laterculis recte numerati in codice leguntur interpositi inter operis praefationem et librum primum. liber de anima sequitur post septimum

Codicem examinavit Kruschius missum Marburgum.

64. OLMUETZENSIS bibliothecae universitatis I. II. 23 chartaceus formae maioris scriptus a. 1451 teste subscriptione post XII, 20 fin.: *explicit liber . . finitus ante letare anno domini M°CDL primo Iohanni cardinali scriptus per Bartholomeum de Utcri* (id est Neumarkt prope Tepl in Bohemia). fuit deinde Procopii notarii civitatis Karoli, id est, ut docuit nos A. Bachmann professor Pragensis, novae civitatis a Karolo IV ad Pragam aedificatae, eo munere functus per annos 1440—1467; mox ex eius dono Procopii de Rabsstein s. Rabenstein (de quo egit Bachmann in *Allgemeine deutsche Biographie* s. v.) per a. 1452—1468 regni Bohemiae supremi cancellarii, deinde Francisci Dietrichstein cardinalis archiepiscopi Pragensis ab a. 1599 ad a. 1635, postea conventus S. Bernardini extra urbem Brunn.

1) I—IV. VI 1—VII 41. IX 4. 6. 9—15. V 1—36. II 27—30 ad p. 63, 19 *constitui potest* (adscribitur *ut libro secundo;* quattuor hae epistulae bis adsunt in codice). V 37—42 fin. (desunt ep. 43. 44) cum laterculis,

quorum septimus imperfectus est. numerantur libri I. II. III. IV. VI. VII recte, nisi quod librarius propter quinti defectum in tertii libri subscriptione et inscriptione quarti ex tertio quartum videtur fecisse, ex quarto quintum. quintus liber hic dicitur octavus. praescribitur in ipso principio: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris venerabilis illustris et consiliarii ordine et magnis officiis prepositi atque patricii variarum liber primus incipit. in nomine domini nostri Ihu Christi incipit liber variarum Aurelii Cassiodori. prohemium. caput primum;* tertio libro subscribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris et exquestoris pallacii et magistri officiorum praepositi atque princ variarum explicit liber quartus* (vel, ut correxit manus eadem, *liber tertius*); *incipit liber quintus (iu* in litura a manu eadem, fuit igitur *quartus).*

2) VIII—XII item cum laterculis. qui solus numerum habet undecimus numeratur recte. adsunt suo quoque loco epistulae antea ex nono relatae. XII 16 p. 374, 8 *quando necessaria plus* ad ep. 20 fin. inseruntur inter XII 16 p. 374, 8 *acceptior redditur* XII 20 fin. transposito scilicet folio exemplaris; verba sumpta ex ep. 20 p. 377, 2 *sine aliqua dilatione refundite* scripta videlicet in margine archetypi adhaerent ad p. 374, 8 *acceptior redditur.* deficit codex in p. 379, 26 verb. *excubiis.* liber de anima legitur ante librum octavum inscriptionibus interpositis sumptis ex variis sic:

Vacando viro patricio rubrica [= V 25]
(Incipit liber de anima *in margine*)
Capitula.
Universis Gothis per pisenum et saionem constitutis [= V 26] et primo quid dicatur anima et quid sit anima
Cum iam suscepti operis optato fine — venire doctoris
Gomerio viro illustri rubrica diffinicio anime
Dixi propositiones — intexere
r/ (?) Fausto viro patricio rubrica quid dicatur anima
Anima igitur — agnosci
Hereudo viro patricio. Adhuc quid dicatur anima
Magisteri — evidencius elucere
Eudoni saioni [V 27]. Adhuc quid dicatur anima.
Ideo fieri uel creari animas — flatum ego feci
Carino viro illustri [= V 28]. Quid adhuc dicatur anima.
Hanc proinde — cognoscit esse formatam giudo uiro illustri.
Giudino uiro illustri [V 30] (*in margine:* que propria sit anime substantia)
Propicia est utique illi — letetur. Blandie viro illustri dalmacie rubrica.
Blandie viro illustri [V 32] de eadem. Quod anima sit sin corporis uinisitatio
Illud autem quomodo — commonere.
De eadem.
Sed quoniam — modumque conseruans.
Eidem de sede anime.
Mirum — interire.
Eidem quod anima sit rationalis.
Rationem vero homini — immortalitate disserere.
Eidem quod anima sit immortalis
Immortales esse — frequenter incurrimus

et similiter deinceps usque ad finem libri de anima. aliena interposita sunt post ep. IX 15 ad finem septimi libri adiectam f. 79': *De memorie comodis Memoria est gloriosum et admirabile nature donum quo praeterita recolimus praesentia complectimur — respuenda quoniam est contra theologicam disciplinam.* f. 80r: *De humana natura. Homo dicitur microsmus* (sic) — *ut virtus in eo memoralis consistat. De humanis humoribus. De quatuor humoribus semper unus in humano corpore — plurimum impedire noscuntur.* f. 80': *De memorie suffragiis. Suffragie memorie animus memorari nolentis — sunt VII principales note quibus consuevit memoria colori.* — Examinavit librum Vindobonam transmissum rogatu nostro Carolus Schenkl professor Vindobonensis.

65. PARISINUS LAT. 2187 membr. saec. XIV duas partes variarum habet sic

1) I. 1—VII 41. praefationi subscribitur: *explicit prologus;* inscriptionibus libri carent, nisi quod sexto subscribitur: *explicit liber formularum VI, incipit liber formularum Cassiodori VII.* laterculi adsunt libri I. II. III, etiam quarti plenus; inscriptiones epistularum per l. VI et VII desiderantur.

2) libris VIII—XII numeratis I—V cum laterculis praescribitur: *incipiunt capitula libri primi variarum Cassiodori Sen.,* subscribitur in fine l. XII: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri illustris exquestoris palatii ex consulibus ordinarii exmagistri officii prepositi officiorum atque patricii liber V variarum explicit.* sequitur liber de anima.

66. PARISINUS LAT. 2188 (olim Ludovici de Targny) saec. XIV varias habet bipertito

1) I—VII 41 cum laterculis, sed septimo non pleno. post praefationem et laterculum l. I praescribitur *primus liber variarum Cassiodori.* inscriptiones epistularum passim desiderantur.

2) VIII—XII item cum laterculis numerati I—V. libro octavo praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii et consulis ordinarii et magistri officii praepositi officiorum atque patricii liber variarum primus.*

67. PARISINUS LAT. 2190 (ex Petri Billeti bibliotheca: codex Tellerianus-Remensis 50) saec. XV tripertito varias exhibet sic:

1) l. I—IV 39. praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris questori* (sic) *palatii consulis ordinarii praepositi officiorum atque patricii variarum libri primi prologus incipit. rubrica.* sequuntur praefatio et epistulae ipsae. laterculi absunt.

2) l. IV 40—VII 41 interponuntur inter ep. XII 1 et XII 2 ita, ut extrema pars libri quarti nono qui dicitur libro adhaereat, quintus et sextus numerentur pro decimo et undecimo, septimus, quatenus extat, una cum XII 2 — fin. duodecimum efficiat.

3) l. VIII—XII, quorum quattuor primi numerantur V. VI. VII. VIII; XII ep. 1 prima est libri noni, reliquae post VII 1—41 collocatae librum efficiunt hic quoque duodecimum. libri inscriptionibus carent; laterculi quoque absunt.

68. PARISINUS LAT. 2191 (olim Nicolai Belut) chart. saec. XV varias exhibet sic.

1) I—VII 23. 25. 24. 26—41. IX 4. 6. 9—15. praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquaestoris palacii, exconsulis ordinarii, exmagistri officii, praepositi officiorum atque patricii, liber variarum. praefatio sive prohemium.* laterculi nulli.

2) VIII. IX (omissis supra indicatis). X—XII; adhaerent epistulae Sidonianae I 8. VI 11. I 2. subscribitur: *expliciunt libri variarum XII Cassiodori Magni Aurelii Senatoris illustri* (sic) *ac patricii.* sequitur liber de anima. laterculi nulli.

Aut ipso hoc libro aut simillimo inter alios usum esse Fornerium probabile est; certe 36, 21 lectio *iratus* pro *Ithacus* adlata a Fornerio ex inspectis a me hic liber solus habet similiaque alibi offendimus. — Collatum cum haberem, sprevi.

69. PARISINUS LAT. 2790 membr. saec. XIV varias exhibet sic dispositas

1) I—VII 41. praescribitur praefationi: *magistri* (sic) *Aureliani Cassiodorii senatus viri clarissimi et illustris et exquestoris palatii exconsulis ordinarii liber primus incipit.* laterculi librorum adsunt, sed septimi imperfectus.

2) IX 4. 6. 9. 15 bis leguntur et pro extremis libri septimi et post librum de anima, nisi quod in hoc folio evulso iam desiderantur ep. 10 fin. 11. 12. 13. 14 princ. ep. 4 praescribitur: *formula pietatis.*

3) VIII. IX (omissis epistulis supra relatis). X. XI. XII. dicuntur octavus I; nonus in princ. II, in fine V; decimus in princ. et in fine VI; undecimus in princ. numeratur VII, post praefationem chartarum legitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustri* (sic) *exquestoris palatii, exconsulis ordinarii, exmagistri offi', praepositi offitiorum atque patritii liber quartus explicit, incipit lib. V^us^,* in fine est: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi lib. IIII explicit de opere variarum, incipiunt capitula quinti libri;* duodecimus in princ. V, in fine est *Magni* (ut supra fere) *patritii liber sextus* (mut. m. 2 in *V*) *explicit de opere variarum.* sequitur liber de anima. laterculi hic quoque adsunt.

70. ROMANUS BIBLIOTHECAE VALLICELLIANAE D. 39 chart. formae maximae saec. XV respondet fere libro supra n. 56 descripto Florentino Laur. 89 sup. 26. liber quartus desinit in ep. 39; libri V. VI. VII. VIII codicis respondent iis qui vere numerantur VIII. IX. X. XI; nonus cum contineat ep. XII 1 et IV 40—51 et quinti omnes, respondet quinto libri Laurentiani; decimus et undecimus vere sunt libri VI et VII, quorum hic desinit in ep. 41. absunt igitur praeter ultimas libri VII epistulae libri duodecimi excepta prima. praefationi praescribitur: *[M]agni Aurelii Cassiodori Senatoris uiri clarissimi et illustris questori* (sic) *palatii consulis ordinarii praepositi officiorum atque patricii uariarum libri primi prologus incipit.* sequuntur laterculi coniuncti librorum I—XI, deinde praefatio Cassiodori, cui subscribitur: *explicit prologus.* praeterea libri praescriptiones vel subscriptiones nullas habent. inscriptiones epistulis praemittendas miniator non explevit. in principio codicis legitur epistula ad papam nescio quem directa incipiens: *quousque inhers diffidencia inter Augustum,* finiens: *salve ecclesiarum sidus et ad senectutem bonam Abrahe emulator accede, quia testimonium probitatis est diu hominem in ecclesiastica arce servari .... in testimonio summe glorie sine labe perdura* et huic subiuncta *oracio quae in fine libri inserenda est post recapitulationem: tu ergo domine .... conversacione tractare,* nempe locus ex libro Cassiodori de anima similiter in aliis libris perscriptus, denique index titulorum. in fine adhaerent Petri regis Siciliae epistulae complures. — Hoc volumen qui formavit, ei praesto fuerunt trium ordinum libri iisque ita usus est, ut primum describeret codicem ordinis primi, deinde codicem ordinis quarti in fine fortasse mutilum, denique adiceret quae habet ordo secundus non reperta in primo. ceterum liber pessimus est plenus corruptelis plurimis gravissimisque.

71. VATICANUS n. 570 membr. formae quaternariae saec. XIII, foll. 210. '*domini Nicholai de Mut est liber*' ab ipso librario scriptum legitur ante praescriptionem l. XI; deinde fuit *Iulii II pont. max. bibliothecae secretae dicatus*, cumque sine dubio intellegit Cochlaeus in loco supra ad n. 26 citato libri editi a. 1529. continentur eo

1) I—VII 41 cum laterculis. libro primo praescribitur: *Magni Aurelii Casiodori Senatoris viri clarissimi et illustris et questoris palatii et consulis ordinarii et magistri offitii praepositi offitiorum atque patritii capitula primi libri incipiunt;* sequuntur laterculus cum subscriptione: *expliciunt capitula libri primi*, deinde eadem inscriptio: *Magni . . . patricii libri prohemium. Rubrica* ℞, denique praefatio, post quam scriptum est: *incipit liber primus variarum.*

2) VIII—XII recte numerati item cum laterculis. sequuntur libri de anima numeratus XIII et de amicitia numeratus XIIII.

72. VATICANUS 7301 membr. formae maximae saec. XIV ductu imitante antiquiorem. in fine legitur: *gloria laus et honor: hoc Angelus Viterbiensis opus scribi fecit: tibi laus rex Christe redemptor.* continentur libro

1) I—VII 41. IX 4. 6. 9—15, quae continuo ordine numerantur, cum laterculis. ex inscriptionibus librorum, quae plenae sunt a manu prima in fine I. II. III. IV, affero primam: *Magni Aurelii Cassiodo. Senatoris u. c. et illis exeq̄. pal. exconsulis ordinarii mag. off. p̄pi atque patritii uariarum liber II explicit.*

2) VIII—XII item cum laterculis excepto duodecimo. epistulae ad septimum translatae libri noni adsunt in laterculo, deficiunt in textu. post subscriptionem adhaerent epistulae tres Sidonianae. in fine operis legitur: *Magni Aurelii Cassiodori viri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii et magistri offitii praepositi atque patricii variarum liber explicit feliciter.*
Nostro iussu examinavit Tschindel.

73. VATICANUS PALATINUS N. 272 membr. formae maximae foll. 111 saec. XIII/XIV ex variis Cassiodori quae habet, sic disponit:

I—IV.
V index.
VII index finiens in ep. 41.
IX 15 inscripta (ut in Ambros. C 19 inf.) *forma restitucionis dampnorum.*
VII 23. 24. 41; post eas vacant paginae tres.
VIII—XII numerati I—V; evulsis foliis duobus deficiunt XII 18 p. 375, 12 *pontibus trabium* ad XII 25 p. 382, 13 *sequentem ualuisset.* epistula IX 15 hic redit similiter inscripta.
V—VII 41 ad p. 222, 33 *constitutionum servetur* omissis indicibus duobus et epistulis tribus antea inde relatis, nisi quod tertiae, ut dixi, pars hic redit.
XII 23 ad p. 379, 28 *ubertas in optata;* sequitur locus nescio qui incipiens *in conspectu tuo pater sanctissime*, finiens *cupiditas interuenit.*
de anima liber.

Praefationi praescribitur: *incipit liber Cassiodori epistolarum*, octavo libro: *Magni Aurelii Casiodori Senatoris palacii ex magn̄ praepositi exquaestoris officii exconsularis palacii liber primus de opere uariarum.* subscribitur libro de anima: *explicit liber Cassiodori epistolarum.* libro XII f. 77 subiunctae sunt epistulae duae Friderici II scriptae eadem manu stilo Cassiodorano, altera incipiens *Beneficia mera sunt principum*, subscripta *acta sunt hec anno d. i. MCCXLV mense Ian. IIII^te^ indict. . . . dat. Grosseti anno mense et indict. praescriptis*, altera incipiens *Munificentia nostra fertilitas*, subscripta *dat. in castris in episcopatu Bonon. anno d. i. M°CC° tricessimo nono* cet. sequitur locus excerptus ex libro Gregorii de moralibus. — Liber incuriose scriptus est et ita emendatus, ut prior scriptura saepe perierit.

74. VATICANUS REGINAE N. 64 membr. formae octonariae saec. XIII ineuntis, suppletus saec. XVI, antea G. Schruitwyn de Erpell, postea Petavii n. XXXIII. continentur libro haec scripta manu antiquiore:

1) f. 1—50' l. I ad IV 37 p. 130, 31 *non tam* adiecta epistulae eius parte reliqua a manu recentissima. praefationi praescribitur: *incipit prologus Cassiodori in libro variarum formularum*, subscribitur tertio libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri consulis et illustris excquestri pasatii* (sic) *exconsulis ordinarii exmagistri offic̄ p̄p atque patricii lib. uariarum III explicit.*

2) f. 85—137 l. VIII—XII, quos prima manus ita numeravit, ut decimus sit VI, duodecimus VIII; secunda manus veros numeros praescripsit. post ep. XII sequuntur scripta a manu eadem loca haec: *Mittit latores praesentium — Multae sunt virtutum opes — Illa est vera necessitudo — Hominis sapientia non annorum — Nichil eo fortius qui vincit — Grandes martirias ingenia parva — Sanato vulneri in cicatricem — Letatur deus quando conversi divites — Qui rerum (?) semper (?) atque perfectum laudare voluerit.*
Manus recentior in foliis insertis inter 50 et 85 haec scripsit:

1) l. XI 9. 17. 36. 28. 29. 38. 40. XII 1—3. 13. 17 cum epistulis Sidonianis. 2) l. II 31. 3) l. IV 5. 7. 16.	adsunt item locis suis scriptae a manu antiquiore.

4) l. IV 40—VII 41.

5) f. 84' adhaerent loci tres: *rex ad regem — modus temporis senex ad senem — cotidianum istas.* Laterculi absunt. nostro iussu examinavit Tschiudel.

75. SENENSIS bibliothecae civicae F. V. 15 saec. XIV, antea monasterii Montis Oliveti maioris, continet varias exceptis ultimis epistulis l. VII plenas, sed perturbatas sic:

I 1—II 26.
III 34 — fin.
II 27—III 33.
IV 1—V 36; epistula 22 legitur bipertita.
III 2 sub praescriptione: *datur dignitas patritiatus Gundibaldo regi Burgundionum* leguntur prima verba sola: *grave malum est inter curas regiasque personas voluntates sibi.* inscriptio igitur ep. III 2 applicata est ad argumentum eius quae sequitur VI 2.
VI 2 a verbis p. 175, 13 *ei ex angulari* (sic) ad VI 7.
VI 19—24.
V 42—VI 2.
VI 7 sub praescriptione *formula sacrarum largitionum* leguntur primum haec: *decet prudentiam nostram in augendis fabricis regalibus obtemperare dispositis quia nobilissimi civis est patriae suae augmenta custodire maxime sacrarum largitionum;* sequitur formulae illius pars posterior inde a verbis p. 180, 21 *verba testantur.* continuo ordine deinde leguntur formulae VI 8—18.
V 37—41.
VI 25—VII 9.
VII 15—18.
VII 10—14.
VII 19—34.
VIII 1. 2.
VII 35—41.
VIII 3—XII fin.

Libri numerantur duodecim neque in singulis differunt numeri principiaque a veris, quamquam exempli causa liber quintus hic omnes eas epistulas complectitur, quae secundum tabulam supra propositam in codice leguntur interpositae inter primam et postremam formae genuinae. ordinem perturbatum apparet proxime accedere ad librum supra n. 51 enarratum Breslaviensem; in quibus aut conveniant aut differant, exponere supervacaneum est, cum neuter auctoritatem habeat. post praefationem praescribitur libro primo: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri illustris exquaestoris palatii et consulis ordinarii* (interponuntur rubricae) *liber primus incipit;* subscribitur eidem: *Magistri A. Cassiodori Se[natoris] urbis Romae et exq. pa[latii] et magistri praepositi atque patricii liber primus explicit;* reliqui libri subscriptionibus plenis careut. — Examinavit librum mea causa intercedente Alexandro Spinellio Romano bibliothecarius Senensis F. Donati.

76. TOLOSANUS n. 472 membranaceus saec. XV, foll. 120, incipit mutilus a verbis III 51 p. 105, 35 *sic accidit,* desinit rursus V 42 in verbis p. 169, 30 *necesse est talia.* deficientibus praeter partem l. V extremam libris VI et VII adsunt l. VIII et sequentes recte numerati. foliis quibusdam in extremo libro transpositis finire videtur in verbis XII 20 p. 377, 2 *Petri apostoli,* vere pervenit ad XII 23; absunt reliquae epp. 24—28. subscriptiones et laterculi adsunt. libro III subscripta sunt haec: *Magni Aurelii Cassiodoris Senatoris et exquestoris palacii et magis offic proprio atque princ uariarum liber tercius explicit. incipit eiusdem liber quartus.* varias liber de anima sequitur. specimina sumpsit nostra causa Brissaud professor Tolosanus.

77. VENETUS BIBLIOTHECAE S. MARCI LAT. CL. II N. 19 membr. foll. 135 scriptus est saec. XIV/XV a librariis pluribus, quorum is qui f. 49 seq. variarum l. VI seq. exaravit, in fine subscripsit sic: *Iacobus ser Guidi civis Castellanus scripsit, quem dominus benedixit.* continentur eo

1) I—VII 41. IX 4. 6. 9—15 sine laterculis. praefationi praescribitur: *incipit prologus in libris numero XII Magni Aurelii Casiodor Senatoris viri clarissimi et illustris qui variarum nomine titulantur.*

2) VIII—XII recte numerati omissis libri noni epistulis antea scriptis, item sine laterculis; adhaerent duodecimo epistulae Sidonianae numeratae ep. 29—32.

78. VENETUS BIBLIOTHECAE S. MARCI LAT. CL. II N. 22 membr. formae maximae saec. XV, antea adservatus Patavii in monasterio S. Iohannis de Virdiario (adscriptum est f. 143: *hunc librum donauit reverendus dominus B. de Lignamine Patavus episcopus Concodiae* [sic] *congregationi canonicorum regularium Lateranensium, ita ut imprimus sit ad usum dictorum canonicorum Christo militantium in monasterio S. Ioannis de Viridario Paduae ... MCCCCLV*), deinde fortasse Venetiis in bibliotheca S. Iohannis et Pauli (v. ad n. 41). post distichon *Iure Senator* cet. praescribitur praefationi: *incipit prologus in libros numero XII Magni Aurellii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris qui variarum dicuntur.* sequitur sub titulo *incipit prefacium sive declaracio materie* narratio de rebus Augustuli, Odovacris, Theoderici incipiens: *ad evidentiam*

huius tituli est adnotandum, quod, sicut dicit Eutropius libro quinto decimo, tempore Zenonis imperatoris, qui regebat imperium orientale, Augustulus illustris, qui descenderat de stirpe Otaviani Augusti, adversus Nepotem qui regnum Italiae tenebat, finiens *deinde infra dies paucos morte subitaria expirauit*, excerpta, ut ipsa ait, ex Eutropio aucto a Paulo l. XV. XVI p. 210—219 Droys. praefationis Cassiodoranae et narrationis modo dictae ad praefationem adiunctae archetypum extat in eodem volumine f. 3. sequuntur variarum l. I—VII 41, quorum septimo praescribitur: *incipiunt tituli VII, qui formule nuncupantur.* eos excipiunt libri VIII—XII sic numerati; octavo praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris, exquestoris pallacii et consulis ordinarii et magistri officii prepositi officiorum atque patritii variarum liber VIIIus.* sequitur liber de anima. quae praecedunt et sequuntur scripta sunt manu diversa neque ad Cassiodorana pertinent. laterculi absunt.

79. VINDOBONENSIS N. 365 (Endlicher n. 361), antea Salisburgensis, membr. formae magnae saec. XV foll. 96 continet haec

1) I—VII 41 cum laterculis; desiderantur ep. II 27. III 35. VI 20; epistulae II 28—III 33 leguntur interpositae inter V 36 et 37, item ep. III 48 inter 51 et 52. praefationi praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris venerabilis illustris exconsulis ordine magnis officiis praepositi atque patricii variarum liber incipit.*

2) VIII—XII item cum laterculis numerati I—V. subscribitur libro duodecimo: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquaestoris pallacii exconsulis ordinarii exmagistri officiorum praepositi officiorum atque patricii liber quintus variarum explicit;* similes sunt subscriptiones reliquae. sequitur liber de anima.
Nostra causa inspexit Carolus Schenkl professor Vindobonensis.

80. VINDOBONENSIS N. 924 (antea rec. 2288; Endlicher n. 360) membr. formae maioris foll. 115 saec. XIII exeuntis, antea 'monasterii S. Dorothee in Vienna'. continet haec

1) I—IV 39. post indices epistularum praescribitur praefationi: *Magni Aurelii Cassyodori Senatoris viri clarissimi et illustris questoris palacii consulis ordinaris* [sic] *praepositi officiorum atque patricii variarum libri primi incipit prologus.*

2) IV 40—VII 41 in codice ita exhibentur, ut quarti libri haec pars et quintus totus subiunctae epistulae XII 1 efficiant librum codicis nonum, sextus liber ibi pro decimo numeretur, septimus pro undecimo adiunctis epp. XII 2—28.

3) VIII—XII, qui numerantur V—VIIII, sed duodecimi libri sola prima epistula est libri noni prima, reliquae eius libri leguntur in codicis l. XI post librum vere septimum. sequitur liber de anima.
Nostra causa inspexit Carolus Schenkl professor Vindobonensis.

81. VINDOBONENSIS N. 3112 (antea philol. n. 24; Endlicher n. 362) chartaceus formae magnae saec. XV.

1) I—VII 41. IX 4. 6. 9—15 cum laterculis. ante praefationem adsunt epigramma dedicatorium *Iure — placeat* et index epistularum omnium hoc volumine perscriptarum. praescribitur epigrammati illi: *incipit liber epistularum Cassiodori Senatoris in libro* [sic] *numero XII qui variarum dicuntur;* subscribitur libro tertio in margine: *Mag. Aurelia Cassiodori Senatoris principum exconsulis omarii et quaestoris officii liber tertius explicit.*

2) VIII—XII item cum laterculis numerati I—V omissis epistulis libri noni antea relatis, spatiis vacuis tamen relictis ubi collocandae fuerunt IX 4 et IX 6. praeterea epistula VIII 15 legitur inter 8 et 9. ordo turbatus est transpositis foliis ordinandis sic 97. 96. 99. 98. 90. 91. 92. 93. 100. 101. 94. 95. sequitur liber de anima.
A nobis rogatus examinavit librum Carolus Schenkl Vindobonensis.

82. GUELFERBYTANUS AUGUSTANUS 12, 11 membr. formae quaternariae saec. XIII foll. 92.

1) I—VII 41. IX 4. 6. 9—15 cum laterculis.

2) VIII—XII item cum laterculis omissis libri noni epistulis ad septimum librum translatis. sequitur liber de anima.
Praescriptiones et subscriptiones nullae nec magis adsunt epistularum inscriptiones. contulit Guil. Meyer praeter praefationis principium pagina prima codicis evanida facta.

82 A. GUELFERBYTANUS GUDIANUS N. 95 saec. XV, olim Bernh. Rottendorff, ita ordinatus est:

1) I—IV 39.

2) IV 40—VII ita, ut IV 40—V fin. adiunctae ad XII 1 efficiant librum nonum, l. VI. VII decimum et undecimum.

3) VIII 1—XII 1 qui libri hic numerantur V—IX 1. absunt ab hoc codice libri XII epistulae reliquae. Praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris* (*ex* add. m. 2) *questoris palacii* (*ex* add. m. 2) *consulis ordinarii prepositi officiorum atque patricii variarum libri primi prologus incipit.* post prologum *incipit liber primus variarum.* — De notitia codicum trium in fine huius libri vide infra p. CIX.

ORDO TERTIUS

CONTINENS L. VI—VIII, 10.

T 83. BRESLAVIENSIS BIBL. CIVIUM N. 63, quem supra n. 11 dixi comprehendere exempla variarum duo, sed scripta eadem manu, et ita, ut in eadem pagina, ubi prius exemplum desinit, alterum incipiat, secundo loco habet earum l. VI integrum, l. VII ad ep. 21 verb. p. 214, 27 *quantitas deferatur ne opinionis* et rursus ep. 26—32 verb. p. 219, 7 *quando necesse*, denique spatio versuum septem vacuo relicto ep. 36—47, l. VIII ep. 1—10 (transpositis epp. 3. 4) ad verb. 241, 9 *memorie sensum relinquitur.* versiculus extremus non est perscriptus et codex ipse tam initio quam fine integer, descriptus scilicet ex archetypis mutilis. laterculi epistularum et singularum inscriptiones desiderantur nec magis adsunt librorum inscriptiones vel subscriptiones. librum a Guilelmo Meyer diligenter collatum Kruschius recognovit. — Egi de codice in diacriticis p. LVII.

U 83 A. CAESENAS BIBLIOTHECAE MALATESTIANAE PLUT. 13, 3 DEXTR., de quo infra n. 93 A dicetur, praeter alia inutilia habet librum VI integrum et ex VII eadem fere, quamquam paullum imminuta quae leguntur in Breslaviensi, scilicet 1—21 ad verba p. 214, 28 *ne opinionis* et 26—32 ad verba p. 219, 6 *quod uenalitas* et 36—42 ad verba p. 223, 17 *non enim tum* interpositis, ubi textus hiat, spatiis non scriptis. praescribitur libro sexto: *incipit sextus variarum formularum* sequente laterculo; septimo: *Magni Aurelii Cassiodori etc. liber septimus incipit feliciter* laterculo item adiecto ad ep. 42 pleno. contulit mea causa librum bibliothecarius Malatestianae A. Piccolomini. mendis scatet etiam pluribus quam Breslaviensis neque tamen ex eo pendet, potuitque his duobus libris inter se compositis lectio archetypi deperditi aliquatenus recuperari. — Conferenda sunt diacritica l. c.

ORDO QUARTUS

CONTINENS L. VII, 41—XII.

D 84. HALENSIS BIBLIOTHECA folium unum servat olim pro integumento notarum Fulvii Ursini in Ciceronem a bibliopega usurpatum et ex Italia omnino oriundum superstes ex codice formae maximae huius partis variarum fortasse archetypo (vide supra p. LX) scripto saec. XI bipertito sic:

Fol. rect.

Col. 1.	*Col. 2.*	
o sentiunt quia	ius humanum sibe aestimant fera-	sibi D^b
›ossumus. quos	liter odiosum. quos nunc apte	
us horruerunt.	iudicauimus comprimendos.	
ı impetrare pos	ut eo tempore inimica bonis mo-	
ibus displicere	ribus crimina persequamur.	
lum tempus habuis	Quo hostibus rei publicae diuina	
ici. egerunt un	uirtute resistimus. utrumque qui-	
exsecari XVIII.	dem noxium. utrumque pellendum.	
halaricus. Rex.	sed tanto grauius crassantur ui-	grassantur D^2
ait antiquitas	tia. quanto probantur interna.	
ictis generalibus	unum recumbit in altero. faci-	
quae et delictum	lius quippe inimicorum acies ca-	
. et excedentis	dunt. si nostro enm delicta subduci-	
grauatur.	mus. Primam humano generi	
estimant dici	noxiam peruasionem sub qua nec	
t exponi. etsi	dici potest ciuilitas. nec haberi	
utis quem conti	seueritate legum. et nostra indigna-	
nuuione pur	tione damnamus. statuentes.	
a uere pietas	nt sanctio diui ualentiniani	
to gladio nascitur	aduersum eos di⌴l pessime ne-	*membrana perforata D*
it sine cruore	glecta consurgat. qui predia	neglegֽt D^a
aemur enim placa	urbana. uel rustica despecto iuris	
osi. et clementer	ordine per se suosque presumserit	presumserint D^2
do uitia sola dam	expulso possessore uiolenter	
t quod diuersorum	intrare. nec aliquid de eius distric-	
ribus crebris	tione detestabili uolumus tempe-	
insonarunt.	ratione mitigari. insuper adden-	
despecta affec	tes ut si quis ingenuorum ad satis-	
na saeuitia. dum	faciendum legis superius defini-	
ste principium	tae idoneus non habetur Depor-	

Fol. uers.

Col. 1.		*Col. 2.*
tionis protinus subiaceat ultioni		rit
quia plus debuit cogitare iura		poena per Uitu
publica qui se nouerat alibi non		uasionis nde
posse sustinere uindictam. Iudices		statem reg non
igitur competentes ad quos potest	pote|***missum D^1	litis quo exp
admissum facinus pertinere.		ratus exs uat
si inuasorem cum possint amouere		menta test
pertulerint tenere praesumta		improb inci
ex adepti cinguli honore priuen-		dolet cal mi
tur. et fisco nostro tantum fiant ob-	dampnu D^2	damnu . si ei
noxii. quantum praesumtor potu-		facultatum. S
isset addici. in auctoribus tamen		scriniis liqui
fac r ntibus consti		ren um a
tis		a d usam
tatus a		consec a seri
ri p blico pa		met ppri
uiri sque pr p		ite npetr
i spı it p ucita r la		ex eo agere tem
ione d cis s s u		minus habeat
bilis ingeratu□ ut indulta exe-	*membr. perfor.* D	solos uel mu
cutione saionum ultionem sen-		quos no cog
tiat uigoris regii qui obedire no-	uersutiis D^b	uersutis qui s
luit cognitori. et quia summis		da matr non
principibus iuris communione		aliena. i sin
uiuendum est. Si quis legum or-		illicitum u nag
dine pretermisso nomine publi-		tiat sibi q od i
co titulos presumserit uel pre-		exercere tem
sumsit affigere. in tantum possi-		iunctionibus
denti fiat obnoxius. quantum		futurum illi
sanctio superius memorata		iure denegas

Quattuor quae supersunt paginarum vides duas mutilas esse, folii versi tam integram quam mutilam multis locis evanidas. eae continent l. IX ep. 17 p. 282, 15 |o *sentiunt* ad ep. 18 p. 283, 29. repertum ab Ernesto Dümmlero Hartwig bibliothecae eius praefectus folium et Guilelmo Meyer tradidit a. 1879 et denuo Marburgum Kruschio misit. — Utile visum est hoc loco ut cernitur exhibere a Kruschio accurate descriptum.

85. BRUXELLENSIS N. 10018—10019 membr. formae octonariae saec. XII exeuntis antea fuit *societ(atis) Iesu Antverp(iae) D(anielis) P(apenbrochii)*; praeterea in prima pagina scriptum est *pertinet Alarto* et impressum signaculum bibliothecae nationalis Parisinae. scriptura proprietates nullas prae se fert nisi *m* quod pro *t* littera praeter formam vulgarem *τ* altera quoque aliquoties invenitur *ꞇ*. quaternionum notae inveniuntur III f. 26 et sic deinceps usque ad VIIII f. 74; qui praecedunt quique sequuntur (folia codicis sunt numero 179) notis carent. libri, qui ipse integer est, prima pagina vacua relicta (postea demum quaedam in parte superiore adscripta sunt a variis aliena) scribere coepit librarius in secunda a verbis VII 42 p. 223, 10 *unde nobis* pergens deinceps ad finem usque libri extremi; sequuntur excerpta ex Ciceronis Tusculanis scripta manu diversa. inscriptiones subscriptionesve librorum deficiunt omnes spatiis vacuis relictis, nisi quod in fine subscriptio adest (vide p. XVI). laterculum praefixum habet solus liber decimus; epistularum inscriptiones absunt omnes spatiis vacuis relictis. exemplar, unde hoc sumptum est, quibusdam locis aut verba habuisse corrupta aut hiasse indicant spatia a librario passim vacua relicta (244, 10. 310, 31. 347, 20. 369, 21. 370, 30. 374, 15); verborum divisionem non ex archetypo petitam esse, sed a librario proficisci inde intellegitur, quod in ea re saepissime peccavit, ut 224, 17 *incurios a uetustate* — 248, 7 *seculi sodouacris* — 335, 23 *ornata ut,* nec raro ipse errores eiusmodi emendavit, ut 327, 2 *quid decem* — 327, 12 *sit tanta* — 329, 14 *praecipitis saltu.* praepositionem *a* librarius a suo vocabulo non separat, sed distinguit virgula superscripta. praeter emendationes ipsius librarii non multas alia manus librum emendavit ad idem ut videtur exemplum explevitque inter alia 235, 25 locum propter vocabula rariora a primo librario relicto spatio vacuo omissum; certe ne in emendationibus quidem ullum reperitur diversae codicum familiae vestigium eandemque fidem in universum mereri videntur tam B^2 quam B^b, quae manus praeterea saepenumero certo distingui nequeunt. quamquam hic quoque ut semper fere evenit ut emendator non ad archetypum solum, sed quaedam ex ingenio correxerit itaque interdum in interpolatione deprehendatur. ita 332, 23 *attonti* ut recte mutatum est in *attenti,* ita in exemplari illud fuisse demonstrat lectio alterius familiae *attoniti* item ex illa derivata; alias interpolationes manus secundae reperies 232, 3. 283, 29. 338, 23. 342, 37. manus recens raro (ut 225, 11)

quaedam emendavit. dignitatum notae cum in codice raro reperiantur inscriptionibus epistularum deficientibus, ubi adsunt compendia *(u. i. — u. s.)* plerumque ponuntur recte, nisi quod pro praefecti praetorii nota *ppo* vel hic laterculus quem unum habemus posuit *populo.* — Librum in ea parte, ad quam pervenit, longe optimum repperit et contulit G. Meyer; ego denuo eum exegi Bruxellis recognovitque ad editionis plagulas missum Marburgum Kruschius.

M 86. MONTESPESSULANUS N. 294 supra descriptus n. 24 cum habeat etiam l. VIII—XII, variam lectionem inde in apparatum rettuli minoribus suppressis ad librum octavum, postea aliquoties extra ordinem citavi. servat hic illic reliquias antiquiores, ut formam omnino Cassiodoranam *loquebitur* 338, 17 cum Bruxellensi solus, orthographiae vetustae vestigium 234, 27, aliis locis (236, 9. 238, 18. 241, 2. 242, 12. 243, 17. 249, 28. 250, 30. 252, 6. 258, 24. 260, 17. 262, 22. 355, 4) facit cum melioribus inter affines, praesertim cum *Z.* at saepius declinat ad libros deteriores *KN* (233, 18. 24. 238, 6. 239, 1. 240, 25. 242, 1. 2. 9. 248, 20. 261, 10. 347, 14) neque caret interpolationibus alibi non inventis (233, 13 *romanorum gothorumque* pro *gothorum romanorumque.* 244, 27. 248, 2. 27. 249, 3); denique contaminationem ex duobus exemplaribus cum aliis locis prodit tum dittographiis:

234, 4 copia] *BZK,* constantia *GN,* constantia copia *M.*
248, 6 et] *BZ,* cum *KG,* et cum *M.*

Ita specimen edere satis habuimus.

N 86 A. NEAPOLITANUS IV. B. 41, nobis *N,* de quo supra egimus sub n. 26, praeter libros tres primos et quartum imperfectum continet scriptos manu eadem etiam quinque postremos. inscriptio operis ipsa est quam p. XVII rettulimus ex Parisino 2185 A (id quod ibidem addendum est) videturque ex eo hic quoque liber pendere. sed in Neapolitano inveniuntur lectiones multae partim in textum illatae partim pro varia lectione adscriptae petitae, ut ostendimus p. LXX, aliunde, eamque ob causam eum in apparatum per hos quoque libros rettulimus.

Z 87. PARISINUS LAT. 2185 A. (l. I—IV 39 scriptos manu diversa et a glutinatore demum ad hanc partem adiunctos supra posuimus sub n. 4) exhibet Cassiodori libros quinque postremos scriptos saec. XIII numeratos I—V. sequitur liber de anima inscriptus sic: *incipit liber Magni Aurelii Cassiodori Senatoris de anima,* cuius editori futuro hic liber praecipue consulendus erit. variarum inscriptiones et subscriptiones exhibuimus p. XVII. de hoc libro dictum est in diacriticis p. LXII. in apparatum relatus est totus.

88. PARISINUS LAT. 2186 membr. saec. XIII (nomina inscripta sunt Baluzii n. 321 et I. B. Hautin) habet variarum l. VIII—XII solos numeratos I—V; laterculi adsunt, abest liber de anima. liber diligenter scriptus est; variam lectionem qui eum exaravit hic illic adiecit. contulit totum Guil. Meyer. descriptum esse ex altero Paris. 2185 A cum ex praescriptionibus et subscriptionibus, quae plane conveniunt, tum ex universa lectione efficitur; adscripsi locos aliquot qui rem demonstrant.

	2185 A.	2186
363, 23 intellegitur]	intellig̊ (g̊ = igitur)	intelligi
371, 12 proceris]	proc̀is = proceris, *sed propter parvum foramen lineola super c videtur esse talis* ˇ	procˇis
375, 12 ut]	ūt	ūt
386, 32 uestris]	ūris *parum distincte*	ūcis = ueris.

Si quos errores archetypi librarius emendavit, ut factum est 290, 25 *(auctore* pro *actore).* 304, 7 *(cum* pro *dum).* 311, 2. 339, 20. 341, 2. 343, 36. 344, 4. 361, 2 *(omnes* pro *omne)* 364, 33, eius fere generis sunt qui facilius corriguntur quam animadvertuntur aut certe non superant coniecturam inventu facilem. praeterea quod 298, 2 miniator codicis huius cum *B* dedit *ideo,* ubi *adeo* est in *Z,* casu factum est. errores proprios librarius quamquam non indiligens admisit non paucos, ut sunt hi:

235, 29 dignationis] dignitatis
261, 25 laetificare *om.*
312, 29 annitentibus] annuentibus *cum EFA*
329, 21 est *om. cum N*

88 A. POMMERSFELDENSIS bibliothecae comitum de Schoenborn n. 2792 membr. formae octonariae saec. XIII inter excerpta varia post quaedam sumpta *ex dictis beati Augustini episcopi* (incipiunt f. 54 *tenere debet catholica fides*) et f. 55 sub titulo *factum dignum memoria* locum Senecae de clem. I 9 de L. Cinna, incipientem *divus Augustus fuit,* finientem *nullis amplius insidiis ab illo petitus est* et f. 55′ sub falso titulo *Cassiodori variarum* brevem seriem sententiarum, quarum prima est: *Acerrima virtus est quam ultima necessitas extundit* (= Seneca de clem. I 12), extrema *nichil est verius puero cum ad annos pervenerit ut intelligat non ad eos ut fingat,* a f. 55′ ad f. 77′ repetito titulo *Cassiodori variarum* excerpta habet ex l. VIII—XII. incipiunt ea p. 231, 7 *pietati vestrae praeconiale est* et sic deinceps ad p. 232, 6 *decessores habuisse* non paucis mutatis omissisve. sequitur caput quod refero totum speciminis causa compositum ex Cassiodoranis et (ut docuit me L. Traube) Symmachianis: *natura perhennis fontis est glorie vena manabilis.*

nam sicut ille fluendo non expenditur sic nec probitas celebri sermone siccatur (p. 252, 6—8). || *haec vere regalis est virtus celerius necessaria sentire et tardius in verba prorumpere. nescit penitenda loqui qui proferenda suo tradit examini* (p. 300, 25—27). || *plerumque officiis simulatur affectio. amicitie autem sinceritas pectoris magis fidem postulat quam delinimenta sermonis* (Symmachus p. 261, 32 Seeck). *voto farentis non exitu rei animus obligatur* (l. c. p. 257, 5). *tacenda sunt dampna fortune ne sera consultio scindat praeteriti cicatricem doloris* (l. c. p. 252, 1). *maneat te oro stabilitas promissorum nec senatoriam fidem voluntatis mutatio deuenustet* (l. c. p. 248, 22). *quaedam scintilla sapientie est virtutum luminibus applicari* (l. c. p. 237, 21). *me hactenus rerum tuarum amaritudo mordebat* (l. c. p. 234, 13). *multum nunc es relaturus gratiae si officio vicissitudo respondeat* (l. c. p. 235, 13). *magnus diligentie inventor est animus tuus* (l. c. p. 204, 10). *animus bene conscius uite nichil in se maledicis licere sermonibus debet estimare* (l. c. p. 213, 17). *sicut in vestitu hominum ceteroque cultu loco ac tempore apta sumuntur, ita ingeniorum varietates in familiaribus scriptis negligentiam quandam debent imitari* (l. c. p. 179, 6). sequuntur rursus cum eadem adscriptione epitomae Cassiodoranorum, in his ex specimine nostro VIII 9 particulae hae: *quod si longaevi . . . sustinenda consurgat,* deinde sumptum ex VIII 8 *iuste fit debitor alieni arbitrii qui a pluribus meretur audiri,* mox rursus ex ep. VIII 9 *sic se magnorum . . . non tenentur,* item ex specimine XI 6 haec: *tibi reddunt obsequia . . . iudicis agis. nullus tibi . . . praescribat. dum pro excellentibus meritis talia conceduntur. nemo autem . . . excellere. iussa nostra . . . probatur agnosci. Vestes ipse . . . aut maculat. Ultra omnes . . . conprehendit. Fige menti quod undique conspicitur qui in tali claritate versatur.* finiunt f. 77′ in extremis verbis operis integri p. 385, 26 *praecepta igitur nostra . . . munificentia principalis.* sequitur Apuleius de fato: *cum quidam de moribus cupiditatibusque suis Socrati intimaret.* omnia non solum referuntur breviata, sed mutata quoque et transposita. cum specimen demonstret excerpta Cassiodorana pendere ex codice vulgari, nolui in iis determinandis tempus chartamque pessumdare.

89. VATICANUS OTTOBONIANUS N. 265 + 418 hodie bipertitus (scilicet in illo volumine composito ex diversorum codicum reliquiis f. 71—78 principium legitur VIII 1—21 p. 252, 5 *sed digne laudis eum voluerit digni,* in hoc reliqua inde a sequentibus *totis omittit qui se actionis*) membr. formae quaternariae saec. XIII incip., habens in fine adiecta a manu saec. XIV formulas et instrumenta varia, exhibet variarum l. VIII—XII cum laterculis suis. praescriptio operis eadem est atque relata p. XVII ex libro Parisino 2185 A; sequitur quae pertinet ad librum octavum *incipiunt capitula* et post haec: *incipit liber primus variarum epistolarum Cassiodori Senatoris.* ante duodecimum est: *incipit liber quintus variarum Cassiodori. incipiunt cap. libri V Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustrissimi exquaestoris palatii, exconsulis ordinarii, exmagistri officialis atque patricii* et post laterculum: *expliciunt tituli. incipit lib. V^{us}.* est ex huius ordinis optimis unus, sed locum cedit libro *Z,* a quo non videtur differre nisi additis mendis. contuli praeter specimina l. VIII 1—11; totum librum ut excuterem, supervacaneum visum est et ne ea quidem quae enotavi in apparatum retuli.

ORDO QUINTUS

L. VIII—XII BREVIATORUM.

90. LONDINIENSIS REG. 8 B. XIX (videtur esse is, quem catalogus librorum mss. Angliae et Hiberniae editus a. 1697 recenset p. 425 in bibliotheca Iacobaea n. 913) membr. scriptus in Britannia saec. XIII incipiente, emendatus aut ab ipso librario aut certe ab aequali libros variarum quinque postremos proponit et decurtatos et ordine mutato sic ut supra p. LXIII indicavi: IX 8 — fin. X. XI. XII. VIII. IX 1—7. transpositio numerationem quoque vitiavit; scilicet IX 8 — X fin. pro decimo libro numerantur vero eius principio non significato; XI et XII numerantur recte, nisi quod in praescriptione illius errore legitur II pro XI, cum et margo superior et subscriptio verum numerum habeant; VIII numerum praescriptum habet XIII; IX principio inscriptio nulla est. praescriptum est volumini: *incipit liber decimus epistolarum Cassiodori Senatoris;* praeterea neque auctor enuntiatur neque operis titulus. contuli ego Londinii. *G*

91. OXONIENSIS COLLEGII MAGDALENAE N. 166 membr. formae quaternariae foll. 90 saec. XIII epitomam eandem exhibet ordine pariter mutato atque mutat Londiniensis; epistulae numerantur centum. praescriptio nulla est in principio voluminis nec magis quicquam adscriptum est ubi incipiunt libri octavus (secundum codicem epp. 63—95) et nonus (secundum codicem epp. 96—100 et 1—9). libro X (codicis epp. 10—26) praescribitur: *l. uariarum lectionum Cassiodori X incipit;* XI (codicis epp. 27—48): *lib. XI incipit;* XII (epp. 49—62): *lib. XII.* subscriptiones nullae sunt in codice neque adsunt laterculi. codicem missum Berolinum ibi excussi et ad plagulas recognovi. *H*

91 A. PRAGENSIS BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS VIII. D. 1 chart. saec. XIV f. 172—243 continet Cassiodori variarum partes duas: *Ip*

1) f. 211—243 praefationem operis et l. I. II. III. IV (omissis epp. 5—7) ad ep. 39 fin.; extrema inde a verbis p. 120, 4 *prioris viri* adiecta sunt manu diversa. subicitur locus brevis ex contractu venditionis sumptus incipiens: *annus et annus abit vagisque dierum defluxionibus cottidiana sustolluntur,* finiens *ut diversis cirographis litteris partem suam tam emptor quam venditor in fide testimonium retinent* aliaque a Cassiodoro aliena. exemplum est admodum depravatum libris non distinctis et inscriptionibus praetermissis.

2) f. 172—210 epitomen librorum VIII—XII recte ordinatam, nisi quod ep. VIII 15 legitur inter VIII 8

et 9. praescribitur libro octavo: *incipit de opere variarum Cassiodori quod fecit sub Athaliarcho rege mortuo Theodorico patre illius;* titulus operis in principio librorum X et XI, sed ad marginem spatio in textu relicto vacuo, plenus adest hic: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris uc et illustris exsequestri* (*exquaestori* l. XI) *palatii exconsulis ordinari exmagistri officii praepositi atque patricii variarum liber X* (vel *XI*) *incipit.* liber nonus continuatur octavo; in fine XII subscriptio nulla. adhaerent ei epistulae tres Sidonianae. laterculi adsunt librorum X. XI. XII aptati ipsi volumini omissis epistulis in epitomam non receptis, admissis Sidonianis. Excussi librum missum Berolinum.

*I*ʷ 92. VINDOBONENSIS N. 407 (antea philol. 70) membr. saec. XIV f. 100—116 epitomen continet ita ordinatam ut legitur in codice Pragensi. primi duo libri inscriptionibus carent; decimo praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori et c(etera) variarum liber X incipit,* similiter undecimo et duodecimo. adhaerent epistulae Sidonianae tres. sequuntur nullo intervallo et scriptae manu eadem quae deficiunt in epitoma fere omnia IX 4. 6. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18 (sic: *prouide decreuit et cetera ut supra: insuper addentes* et sic deinceps p. 283, 5 seq.). 20. 21. X 8. 9. 10. 12. 13. 14. 17. 19. 26. 31. 34. 35. XI 11. 12. 13. 14. 15. 16. 23. 24. 25. 29. 30. 31. 32. 35. 39. XII 4 (sic: *mensae regalis et cetera usque admirari destinet carpam* p. 362, 20 seq.). 5. 8 (sic: *novum genus ut supra usque exire quapropter ille* p. 366, 16 seq.). 9. 10. 23. 24. epistulis VIII 31. IX 16. 17. X 18 quae absunt in epitome, in hoc codice suo loco reperiuntur apparetque librario tum quoque, cum epitomen describeret, exempli alterius pleni copiam fuisse. propterea fragmenta minora epistularum in epitoma deficientium passim omisit, scilicet integras eas ex altero descripturus.
Excussi codicem item missum Berolinum.

ORDO SEXTUS
INTEGRORUM.

93. BRESLAVIENSIS BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS I. F. 159, antea ecclesiae collegiatae Glogaviensis, chartaceus formae magnae, foll. 319, saec. XV in. scriptus. libri praescriptionibus et inscriptionibus carent. laterculi adsunt, absunt Sidoniana. examinavit missum Marburgum Kruschius.

93 A. CAESENAS BIBLIOTHECAE MALATESTIANAE PLUT. 13, 3 DEXTR. (cf. Muccioli catal. bibl. Malatest. a. 1780 I p. 58; Zuzzera *codici della biblioteca Malatestiana* a. 1887 p. 132) membr. saec. XV variarum partes continet has

1) I—IV 39. epistulae primae libri quarti praescriptum est: *forma coniugalis,* secundae *forma militiae,* tertiae et quartae *forma comitivae patrimonii.* haec pars codicis pertinet ad eandem recensionem graviter interpolatam, quae corrupit Parisinum n. 10609 (supra n. 32).

2) l. V deficit, adsunt l. VI integer et pars l. VII; de his dixi supra n. 83 A.

3) l. VIII—XII, quorum octavus hic pro quinto numeratur, reliqui recte. pertinet ad recensionem vulgarem etiam in ea parte libri octavi, quam habet Breslaviensis (supra n. 83).

Laterculi adsunt excepto quarto libro, ubi pro laterculo est folium non scriptum. praescribitur praefationi: *Magni Aurelii Cassiodoris* (*cassiodori* alibi, *cassiodorii* subscr. libri qui dicitur quintus) *Senatoris viri clarissimi et illustrissimi exquestoris* (*sacri* ins. subscriptio l. qui dicitur quintus) *palatii exconsulis ordinarii* (*ex consulum ordine* subscr. l. II) *exmagistri officialis* (*ex magistris officii* subscr. l. II) *prepositi primi officii atque patricii liber variarum epistolarum incipit.*

E 94. FLORENTINUS LAURENTIANUS PLUT. 16 SIN. N. 11 membr. formae maximae saec. XIV exeuntis, foll. 192, aliquando (ut adscriptum est f. 190) *liber Colucii Pieri de Salutatis;* praeterea inscriptum est: *iste liber fuit ad usum fratris Sebastiani de Bucellis, qui pertinet armario conventus sancte Crucis de Florentia ordinis fratrum minorum.* praeter alia quae enumerat Bandinius cat. 4 p. 121 ad finem variarum leguntur epistulae papales recensitae apud Bandinium l. c. p. 125 quattuor, una Innocentii III ad Ottonem imperatorem data m. Nov. a. 1210 (Potthast reg. pont. Rom. n. 4133), tres Innocentii IV scriptae a. 1250 de Ludovico IX rege Franciae capto (prima est Potthasti n. 14053, altera ad reginam Franciae missa ibi non adest, tertia est Potthasti n. 14038). variis adhaerent Sidoniana neque tamen quae est in libro sequenti oratio Cassiodori pars libri de anima. — Inscriptiones et subscriptiones librorum composuimus p. XVIII. — Textus ut non ita multis locis emendationem subiit priore lectione expuncta, ita passim vel inter lineas vel ad marginem varia lectio adscripta est praemissa nota *l* uel *al.* adscriptae sunt simili ratione vocabulorum rariorum interpretationes, e. c. p. 32, 4 supra *quam* legitur *pro et non,* p. 32, 12 supra *qua* est *.i.* (= id est) *aliqua;* item ad hominum locorumque vocabula fere inter versus adnotatur *nomen proprium.* sed diligenter cavit qui haec scripsit, ne variae lectiones et scholia confunderentur et raro accidit ei ut in ea re peccaret, ut p. 246, 20 *incertum* ad *ambiguum* adscripsit cum signo variae lectionis. eiusdem adnotatoris scholia quoque sunt hic illic adiecta ad res illustrandas desumpta ex parte ex classe prima (vide supra p. XLIV); reliquorum, quae ab ipso videntur proficisci, specimen subiecimus.

ad II 31 p. 64, 6

hic ueredarius. sic equus ad carrettam et dicitur a veho .is. et hec reda, id est carretta.

ad III 17 p. 88, 27

Tullius in libro de senectute: non tantum viribus corporis res magne geruntur, sed consilio et auctoritate.

ad IV 25 p. 125, 14

quis enim pal.] Oratius: ludere qui nescit campestribus abstinet armis.

ad IV 39 p. 131, 21

Seneca in libro de naturalibus quaestionibus ad Lucillum: avaritia, quicquid omnibus abstulit, sibi ipsa negat.

ad V 3 p. 144, 21

praesagantis] id est vaticinantis, unde in primo Alexandreidos Gualfredi dicitur: vox horam praesaga mali.

ad V 22 p. 157, 3

Beatus Ambrosius primo offor.: speculum enim mentis plerumque refulget in verbis.

ad V 42 p. 168, 26

Dyana dea castitatis colebatur in Sythia, cui sacrificabatur humano sanguine. vocata est autem in celo Luna, in terris Dyana dea venationis et c̄. unde illud: terret lustrat agit Proserpina Luna Dyana ima superna feras sceptro fulgore sagitta.

ad VIII 12 p. 243, 3

Schimon est fluvius gelidus, ad quem in estate recurrunt grues propter fervorem caloris fugiendum. unde Lucanus in V: Strimona sic gelidum bruma pellente relinquunt poture te, Nile, grues primoque volatu effingunt varias casu monstrante figuras.

ad IX 25 p. 292, 24

N. Ovidius circa principium octavi methamorph: inter utrumque volat dubiis victoria pennis.

Semel 103, 31 inter haec coniectura reperitur: *prouincie] credo forte quod debet dici prouidentie.* haec omnia scripta sunt manu eadem, quam esse videri ipsius Colucii periti me monuerunt. adsunt praeterea in margine passim scholia grammatica ad hoc exemplum: *proveho .is. acticum. id est exalto. inde hic prouectus. us, id est exaltatio.* item *Mars deus belli, alias bellum inde Martius a um, id est bellicosus*, sed scripta a manu diversa. — Argumenta quoque epistulis adscripta sunt inde ab I 21. — Librum ego contuli et variam lectionem totam apparatui inserui, tam emendationes quam varias lectiones adscriptas una nota E^2 comprehendens. — Orthographia tam huius codicis quam similium *FK* qualis sit, declarabunt scripturae quae sequuntur, in apparatu, ut par erat, omnes suppressae: *Ytalia, Sycilia* — *hii* pro *ii* — *redditus* pro *reditus* — *conscilium* — *condictio* pro *condicio* (E^2 solet emendare *conditio*) — *diffinire* — *extimare, exuries* (admisi tamen in apparatum eius generis significationis dubiae, ut *laxus* et *lassus*) — *hanelare* — *obmittere, substinere* — *mostrare* — *contemptio* pro *contentio* — *licterae*.

95. FLORENTINUS LAURENTIANUS PLUT. 45 N. 11 membr. formae maximae saec. XIV, foll. 107. *F* post ep. VII 40 quod inserta est IX 4 suo loco omissa, remansit ex transpositione in libris secundae classis multis admissa, sed adscriptum est: *debet esse in nono libro.* adhaerent libro XII epistulae tres Sidonianae; ex libro de anima non adest nisi oratio qua clauditur (c. 20). manus recentior adiecit epistulam Sidonii ad Thaumastum V 7: *indagarimus* et Ennodii n. 386 Vogel: *bene disponantur.* lectionis varietas inter versus adscribitur hic quoque aliquoties pariter atque in *E*, ut 202, 19 *prudentis] al prouidentis* — 216, 2 *uitam] al uicem* — 216, 3 *perorantis] al potestatis* — 269, 14 *rectore] al terrore;* sed raro. qui emendavit codicem, ad grammatica fere sola attendit, praeterea non multa mutavit. — Variam lectionem pariter atque factum est in codice *E* huius quoque rettuli. — Inscriptiones et subscriptiones invenies p. XIX. — Contulit codicem G. Meyer totum; ipse passim retractavi.

96. FLORENTINUS RICCARDIANUS N. 303 membr. formae quaternariae saec. XV. foll. 126. subscriptum est in fine voluminis: *ad auctorem rerum omnium manus extendo supliciter, cuius auxilio ego Marinus de Pilaria huius operis finem imposui conclusivum.* foliis compluribus deperditis desiderantur III 4 p. 80, 24 *sensus est* ad 51 p. 106, 1 *alba linea non longe*, et III 53 in. ad IV 50 p. 137, 3 *enudati sublerentur*, et V 43 p. 170, 20 *utique vobis non potuisset* ad VI 1 p. 174, 16 *bella fecerat studio* et VI 13 p. 187, 3 *confidenter quidquid veteranis* ad VI 16 p. 189, 13 *anteponi qui codicilla(riis)*, et VIII 33 p. 263, 5 *sed in altitudinem* ad IX 2 p. 268, 14 *magna hilaritate decoratur*, et IX 17 p. 281, 29 *illi merito* ad IX 18 p. 284, 3 *dolosa machinatione praesump(serint).* adhaerent epistulae Sidonianae et oratio Cassiodori. neque praefationi praescriptum quicquam vel subscriptum est neque libro primo praescriptum. in fine post scribae nomen scriptum est: *expliciunt duodecim libri Cassiodori variarum.* a quinto inde libro plane convenit cum libro *F* et fortasse inde descriptus est, certe ab eo nisi in peius non discedit.

97. LIPSIENSIS bibliothecae senatus I fol. 19 (Naumann n. 95) chartaceus saec. XV, antea Iohannis Gnescbewicz. laterculi adsunt: quattuor librorum primorum et suo loco leguntur et compositi post finem libri decimi. ex Sidonianis epistula de forma Theoderici regis Cassiodoro tributa legitur post alia scripta Cassiodori in volumine extremo f. 269. 270; reliquae absunt a codice et abest item liber de anima. praefationi praescribitur: *incipit prologus in librum Cassiodori variarum,* primo libro: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris*

viri clarissimi et illustris exquaestoris pallacii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi atque patricii Romanorum variarum formularum liber primus incipit, similiter secundo. in fine legitur: *nota quod iste vir clarissimus Cassiodorus composuit libros supra scriptos ad diligentem petitionem et coactionem benivolam et rogatum venerabilium virorum Iohannis Leoginensis episcopi Petri Formifromatis Iohannis Eustanen Iohannis Arcini episcoporum amicorum et collegarum suorum fidelium etc. etc. etc.* descriptus igitur est ex Pragensi (n. 103 A). — Examinavi librum missum Berolinum.

98. LONDINIENSIS MUSEI BRITANNICI ADD. N. 12022 chartaceus formae maximae saec. XV. laterculi coniuncti leguntur ad voluminis principium; inscriptiones epistularum passim desiderantur. primo libro praescriptum est epigramma dedicatorium *iure ... placent,* postremo adhaerent Sidoniana. post epigramma illud ante praefationem legitur titulus operis in volumine extremo repetitus: *incipit liber variarum magistri Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palatii et consulis ordinarii* (*et* ins. in fine) *magistri offitiorum praepositi offitiorum atque patricii.* in adnotationibus, quae multae sunt, afferuntur passim loci auctorum Ciceronis Senecae Lucani Isidori Gregorii Magni aliorumque.

99. MATRITENSIS Escurialensis A. II 16 membr. saec. XIV. contineri dicuntur volumine inter alia f. 141 'supplementa libri quarti epistolarum Cassiodori', scilicet IV 41 [expectes 40]—51, quibus subscribitur 'explicit liber quartus variarum Magni Cassiodori'; laterculus libri V epp. 42 et sine titulo libri V epistulae 44; f. 147' laterculus libri VI inscriptus 'capitula libri sexti secuntur' et sine titulo eius libri formulae; f. 158 laterculus libri VII inscriptus 'capitula libri VII' et eius libri formulae omnes ad c. 47; capita quattuor Sidoniana eadem quae passim adhaerent; subscriptum est: 'explicit liber variarum magistri 'Aurelii Cathiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii et magistri officii 'prepositi officiorum deo gratias.' sequitur index variarum digestus libris undecim; ibi praefationi adhaeret distichon *iure Senator ... placent,* cui subiciuntur epistulae duae XI 40 et IV 45 inscripta *comitibus defensoribus Vanensis* (pro *Ticinensis*) *civitatis.* — Evidenter hunc codicem qui scripsit, supplere voluit alterum ex genere eorum qui continent I—IV 39 et VIII—XII. — Descripsit librum Paulus Ewald (*neues Archiv* 6 p. 230; cf. item *Archiv* 8, 809).

C 100. MEDIOLANENSIS AMBROSIANUS A. 210 INF. chart. formae maximae scriptus saec. XV[1] a nescio quo Francisco Iacobi (filio) variarum libros XII exhibet deficientibus propter folia excisa locis duobus II 1 p. 46, 21 *quae praemium* ad II 6 fin. et III 50 p. 104, 32 *longinquitate defecti* ad III 53 p. 108, 19 *terris enim quibus;* formula VII 24 suo loco omissa in fine adiecta est post subscriptionem libri XII; adhaerent Sidoniana. proxime accedit ad codicem *E*, quocum et subscriptionem variarum communem habet (v. p. XIX) et epistulas papales, quas ei libro adhaerere diximus, et interdum certe ipsa argumenta epistularum; ita in utroque adscriptum est ad VII 1 *de equitate rectoris et terrore malorum,* ad VIII 14 *de scientia et ylaritate laus et nunciatio electi.* partem libri adeo merum apographum esse libri Florentini verisimile; certe quas contuli ex tertio libro ep. 47. 48 eam speciem prae se ferunt. sed ex libro septimo ep. 1—10 et ex octavo ep. 1—14, quas item contuli, quamquam proxime ad eum accedunt, non solum saepenumero ibi ubi Florentinus errat veram lectionem retinent, sed aliis quoque argumentis ostendunt scriptorem non ex ipso eo libro pendere, sed magis ex archetypo eius. ita p. 241, 30 *respicit* reliqui habent, *prospicit E, pro aliis respicit* *al pro* Ambrosianus aperte derivatum ex lectione *respicit* archetypi deperditi. pariter 204, 7, ubi in *E* est in textu *subinde*, superscriptum *subito*, *C* habet *sub uel subito inde.* aliae quoque dittographiae huius libri (201, 10 *multorum uel cunctorum*, ubi in EF^1 est *multorum*, in F^2 *cunctorum* — 335, 24 *speculum uel spolium,* ubi *EF spolium:* cf. 204, 15. 205, 15) similem originem prae se ferunt. p. 239, 18 ad *domini* vocabulum in margine adscriptum est *al et plures domni,* id quod totidem verbis redit in nostro *T.* epistularum quas contuli ex l. VII et VIII variam lectionem adscripsi suppressis erroribus huic libro propriis, qui sunt multi et magni, exempli causa p. 236, 6 pro verbis *et post fata providus* in Ambrosiano est *ante factum providus et post facta securus.* laterculi absunt. praefationi neque praescriptum quicquam est neque subscriptum. — Post varias liber continet epistulas papales eas, de quibus dixi, item hexametros Leoninos de mensibus incipientes *pocula Ianus amat set februsalio clamat Marcius arva fodit Aprilis florida rodit* et sic deinceps: sequuntur *preces et rithmi ad deum,* deinde *modum pasquatis inveniendi* tractatus incipiens *pro requisitione doctrinae;* epistulas duas ad concilium Pisanum, alteram Gregorii papae incipientem *Aperiat dominus,* alteram Manfredi regis Siciliae incipientem *Ad oblate nobis participationem victoriae,* deinique epistulam Ottonis Gualdentii.

101. MEDIOLANENSIS AMBROSIANUS I. 114 SUP. chart. formae quaternariae ab Iohanne Feltrino scribi coeptus a. 1433 die 25. Oct., finitur a. 1434 die 8. Nov., apographum est libri Veneti cl. II n. 20 (infra n. 110), habens epistulas tres I 25. II 31. IV 16 eodem modo suppletas et in lectionibus plane cum eo consentiens, nisi quod in fine scriptor epistulas quasdam suas adiecit.

---

1) Errore Hasenstabius p. 21 eum scriptum esse ait a. 1472, deceptus subscriptione quae est *sunt eplarum CCCCLXXII.*

102. OXONIENSIS BODLEIANUS MISC. 178 chartaceus formae quaternariae saec. XV. laterculi adsunt (quarti libri finit in ep. 7 pagina reliqua vacante), epistulae ipsae inscriptionibus fere carent. adhaerent libro XII extremo epistulae Sidonianae et oratio ex libro de anima excerpta. subscriptum est: *explicit liber variarum Cassiodori rectorialis scientie dogmate circumspecti:* plenior operis titulus non reperitur.

103. PARISINUS LAT. 16712 (antea Sorbonne 1374) membr. saec. XIV mutilus iam incipit a verbis *explicit tertius, incipiunt rubrice quarti libri.* inter f. 1 et 2 cum folia quaedam exciderint, desiderantur quarti libri quae intercedunt inter IV 3 p. 115, 31 *quia tantum dictantium reficiebas* et IV 41 p. 132, 31 *Rome sententia damnareris.* quae sequuntur adsunt usque ad XI 8 p. 338, 33 *visi sunt;* sequuntur (transponenda sunt folia codicis 71. 72) XI 28 p. 347, 17 *officio digne* ad ep. 37 p. 350, 31 *probabili fuerat* et deficientibus mediis XII 1 p. 359, 3 *Nescio quis* ad XII 3 p. 361, 33 *ad forum trae.* reliqua desiderantur. ep. VI 6 inscriptionem habet quae vere est VII 6.

103A. PRAGENSIS capituli S. Viti hist. et polit. G. fol. 51 n. 7 *editus,* ut legitur in fine, *ad diligentem peticionem et coaccionem benivolam ac rogatum venerabilium virorum Iohannis Scoginensis (?) episcopi Petri Formifromatis Iohannis Eustanen Iohannis Artini episcoporum amicorum et collegarum suorum fidelium liber . . finitus anno domini M°CCCLXXXIIII° die XIIII Maii.* praescribitur praefationi: *Magnus Aurelius Cassiodorus Senator incliti principis domini Theodrici regis Gothorum cancellarius incipit,* subscribitur eidem: *explicit prologus. incipiunt capitula Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris equestoris pallacii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi atque patricii Romanorum variarum formulorum* (in fine *formarum*) *liber primus incipit;* eadem subscriptio redit in fine voluminis; aliae inscriptiones subscriptionesve in codice nullae sunt. adsunt laterculi. mea causa diligenter et perite specimina contulit Otto Keller.

104. ROMANUS CHIGIANUS A. VII. 217 membr. formae max. saec. XIII, foll. 154. inscriptum est: *iste liber est Bartholomei de Bonciantis* (m. alia emendavit *Bonoaptis*) . . . *in quo expendidit undecim ducatus, quem cum difficultate et non sine precibus amicorum vix habere potuit.* adsunt et laterculi et epistularum inscriptiones. libro XII adhaerent epistulae tres Sidonianae numeris adscriptis XXVIIII—XXXII. sequuntur *oratio Cassiodori* sive libri de anima c. 20 a *tibi ergo* ad *dicta sufficiant* et ipse liber de anima finiens in verbis c. 19 *monstrarentur indicia.* praefationi praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri offitii praepositi offitiorum atque patricii liber uariarum formularum incipit . prephatio siue prohemium;* post eam legitur: *rubrice sive capitula primi libri;* subscribitur libro duodecimo: *explicit liber variarum Magni Aurelii Cassidori senatoris viri clarissimi et illustris exquaestoris palatii, exconsulis ordinarii, exmagistri offitii, praepositi offitiorum atque patricii.* commentarius adscriptus est ad primi libri ep. 1—39; scholium primum ad ep. 1 hoc est: *oportet] hic autor vult inducere imperatorem ad pacem exibendam pacem commendando.*

105. VATICANUS N. 2970 chart. formae quaternariae saec. XV, foll. 138. deficit tam principium usque ad verba p. 4, 14 *conscia facundia praepa(ratos)* quam ultima pars, cum desinat mutilus X 3 p. 299, 25 in verbis *efficaciter excitat Theodoricus.* praefationi, cuius principium deficit, nihil subscriptum est. libro IV adhaerent epistulae Sidonii tres I 8. VI 11. I 2; adscriptum est fuitve ad primam: *[alii non] habent [duas ha]s epistolas [et su]bsequen[tem; fi]nitur hic [liber qu]artus.* in libro VIII inter ep. 3 et 4 inserta est epistula VII 35 adscripta ab ipso librario adnotatione hac: *hec epistola vacat hic, quia est scripta supra in libro VII epistolarum epistola XXXV, sed inveni ipsam etiam hoc loco scriptam cum VII epistolis ibidem proxime subsequentibus hac in dicto numero computata; quas quia ibi scriptae erant, hic scribere nolui, nescio tamen ubi scribi debeant, utrum illic vel hic.*

106. VATICANUS OTTOBONIANUS N. 174 membr. formae quat. saec. XIV foll. 108 habet libros XII integros, quorum septem primi laterculis instructi sunt, quinque reliqui iisdem carent spatiis tamen vacuis relictis. ordo librorum a solito recedit. post epigramma *iure Senator . . . placeent* praefationi praescribitur sic: *Mangni Aurelii Cathiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palatii, exconsulis ordinarii, exmagistri offitii, prepositi officiorum atque patritii liber variarum incipit.* quartus liber desinit imperfecte in ep. 39 nec plures habet laterculus praepositus; subscriptum est: *explicit quartus liber Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquaestoris palatii et consulis ordinarii et magistri offitii praepositi offitiorum atque patrintii. Incipiunt rubrice V li.* et post has: *expliciunt rubrice V li.; incipit quintus liber d(i)c(t)i Cassiodori variarum.* quintus liber vere est octavus, sextus nonus. septimus recte numeratus habet laterculum integrum, sed finit in ep. 41. quinque reliqui libri ita procedunt, ut octavus sit nobis quintus, nonus nobis sextus, decimus nobis undecimus, undecimus nobis duodecimus, duodecimus nobis decimus; huic libro sub inscriptione *prefatio Cassiodori super opere huiusmodi* adhaeret praefatio libri XI suo loco a librario omissa. subscriptum: *explicit XII et ultimus liber* cet. sequuntur supplementa duo a nova pagina incipientia ambo, alterum l. IV ep. 40—51, alterum l. VII ep. 42—49 complectens. finem facit liber de anima. Sidoniana absunt. auctori recensionis apparet ad manus fuisse exemplaria plura et diversa; nam ad primum ordinem aperte redeunt libri primi tres cum quarto imperfecto; secundi vestigia certa adsunt et in epigrammate praemisso et in supplemento libri quarti et in septimo libro in fine hiante,

sed praescripto laterculo pleno; quinque libri postremi item adsunt quamquam ordine mutato. denique quae absunt ab his tribus ordinibus, hic leguntur a reliquis discreta in calce voluminis. ceterum codex singularis magis est quam utilis. proxime accedit, ut consentaneum est, ad librum nobis *E*; sed habet quae absunt a plerisque verba p. 180, 7 *nesciat habere.* praeterea quantum vidi ego, ubi ab *E* recedit, aut recensiones anteriores sequitur aut suis mendis inquinatus est neque ex suppletorio archetypo, propter quod solum sextus ordo in censum venit, plura servavit varia lectione sibi propria fere destitutus. praeter specimina enotavi inde haec: p. 180, 7 *quod vero decorum* $\overset{m}{n}$*ature fuit commodis exquisitum*, ubi adnotatur: *alibi scribitur sic: quod vere decorum vere fuit omnimodis exquisitum* — 328, 10 *difficilimum*, adscr. *al. dulcissimum* — 330, 25 *queratis* ad *sobolem* in margine suppletum — 332, 30 *iura* ad *vitiorum* item — 341, 2 *victualium* deletum et substitutum *mercimonialium* — 341, 26 *videantur esse latronum* — 350, 7 *raptatum* — 11 *circuitu*, superscr. *al. circumactus* — 19 *principis* — ib. pro *curibus* est *auribus*, sed *a* est in litura.

107. VATICANUS OTTOBONIANUS N. 335 membranaceus formae maximae saec. XIV foll. 95. post epigramma dedicatorium *Iure senator* praefationi praescribitur: *liber Cassiodori*, subscribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi officiorum atque patricii liber primus incipit.* libro XII subscriptum est: *explicit duodecimus et ultimus liber Cassiodori;* sequitur liber de anima, cui subscribitur: *explicit liber Cassiodori de anima.* laterculi absunt omnes; pars epistularum etiam inscriptionibus caret. in quarto libro post verb. ep. 28 p. 126, 28 *defensoremque fecisse* sequuntur ep. 47 a verbis p. 135, 25: *extimanda est unius iuventuti* (sic) *lesio* et quae sequuntur: descriptus igitur est liber ex archetypo mutilo. in septimo libro formulis ad VII 41 argumenta praescripta sunt, ut ad hanc: *conceditur minori venia actatis: rubrica*, quae sequuntur epistulae argumentis carent. Sidoniana absunt.

108. VATICANUS REGINAE n. 148 membr. formae quaternariae saec. XIV foll. 135. deficiunt foliis evulsis principium usque ad ep. 1, 2 p. 11, 13 *flammeo liquore relaxaret co(lore)*; IV ab ind. ep. 15 *Benenato* ad ep. 2 p. 115, 13 *per illum et illum lega(tos)*; V ab ind. ep. 25 *universis Gothis* ad ep. 3 p. 145, 5 *dolemus sed acerbum*: V 43 p. 170, 24 *irrumpere graviter* ad VI 1 p. 175, 1 *opes privatas non.* laterculi adsunt, item inscriptiones. libro XII subscriptum est: *explicit lib. XII mag' Aureli Casualis* (sic). sequuntur liber de anima inscriptus post laterculum *incipit lib. XII* (sic) *de anima; liber de vera amicitia Cassiodori* exciso folio extremo; f. 121 principio mutilus *liber de caritate dei et dilectione proximi*, denique f. 134' locus ex Hieronymo contra Iovinianum et epistula quam dedit *Raymundo domino de Castro Bernardus.*

109. VATICANUS REGINAE 1822 chartaceus formae quaternariae saec. XV finit libro ipso integro XI 2 fin. pagina extrema non perscripta. resectis marginibus quaedam deficiunt. laterculi adsunt. praefationi praescribitur: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris quaestoris palatii exconsulis ordinarii exmagistri praepositi offitiorum atque patricii liber variarum. praefatio sive prologus.* nostro iussu examinavit Tschindel.

110. VENETUS BIBLIOTHECAE S. MARCI CL. II N. 20 membr. formae maximae foll. 70 perscriptus, ut in fine legitur, '1409 Mutinae Septembris prima luce ... per me dominum Blancum de Ferariis', continet variarum libros duodecim recte ordinatos, nisi quod adiectae sunt in fine libri XI epistulae duae suis locis omissae II 31 (cuius locum obtinet ep. III 50 item suo loco omissa) et IV 16, item in fine libri XII ep. I 25 cum adnotatione hac: 'supra scripta epistola sequitur epistolam sub rubro Universis Gothis Theo. in primo 'libro'. liber de anima abest. post epigramma dedicatorium *Iure Senator* cet. sequitur praescriptio praefationis: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi et illustris exquestoris palacii exconsulis ordinarii exmagistri offitii praepositi offitiorum atque patritii uariarum liber primus. prologus;* praefationi subscribitur: *epistol. prima uariarum casyodorum* [sic] *primo libro.* Sidonianae epistulae insertae sunt I 8 inter epistulas 30 et 31 libri VIII; VI 11 inter ep. 32 et 33 libri VIII; epistula 1, 2 'de forma et modo vivendi Theoderici regis' ad calcem libri X. laterculi absunt, adsunt inscriptiones.

111. VINDOBONENSIS N. 79 (antea phil. n. 107; Endlicher n. 363) chart. saec. XV continet libros Cassiodori sex posteriores integros cum laterculis suis et recte numeratos; adhaerent extremo epistulae tres Sidonianae. eidem subscribitur: *explicit liber variarum variarum* (sic) *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri clarissimi exquestoris palacii exconsulis ordinarii exmagistri officii praepositi officiorum atque patricii.* examinavit nostra causa Carolus Schenkl professor Vindobonensis.

CODICES ORDINIS INCERTI.

Codices, qui cuius generis sint determinare non potuimus, cum extantes, sed quorum notitiam idoneam non habeamus, tum latentes deperditive, praeter eos, quorum in editionibus enarrandis mentio facta est, sunt hi:

BAIOCENSIS ecclesiae bibliotheca teste catalogo cod. Abrincensis n. 1942 (repetivit eum Gustavus Becker in catalogis bibliothecarum antiquis p. 199) inter libros datos ab episcopo Philippo (a. 1142—1164)

accepit variarum codices duos, quorum alter recensetur ibi n. 58 sic: *epistole Cassiodori*, alter sub n. 91 sic: *super Marcianum et liber Tullii de paradoxis et Tullius pro Marco Marcello et pro Quinto Ligario et pro Deiotario et pro se ipso et epistole Dindimi ad Alexandrum et Alexandri ad Dindimum et Apuleus de fato et Claudius Claudianus et epistole Giraldi Eboracensis et vita Neronis et super variarum Cassiodori et liber eiusdem de anima.*

Codicum COLONIENSIUM in adnotationibus adscriptis ad codicem Guelferbytanum Gudianum n. 95 (supra n. 82 A; edidit eas Ebertus bibl. Guelferbyt. p. 41, recognovit mea causa Bernardus Kuebler) post infra relatam de Erfordiensi mentio fit a manibus aliis duabus saec. XV vel XVI. prior manus scribit sic: 'simile 'exemplar est apud fratres Augustinenses in Colonia scriptum in pergameno in magno volumine et magno 'textu in litera Anglicana', id quod ducit ad saec. VIII vel IX. posterior addit haec: 'est etiam eiusdem 'materie volumen apud fratres minores in Colonia, scriptum in pergameno in magna libraria eiusdem con-'victus'. — Monasteria duo diversa sunt. Coloniae in tabulario urbano praefecto eius Hoehlbaum teste hi libri non reperiuntur, quamquam aliquot ibi extant in monasterio Augustinorum olim adservati.

BENEDICTI EGII Spoletini codicem variarum Cassiodori adlegat Ligorius *delle antichità di Roma* (ed. Venetiis 1553) f. 1', inde pro eo quod III 51 habet Accursius *in vallem Martiam* emendans *Marciam*, id quod habent libri scripti omnes. admonuit Dessau.

ERFORDIENSIS meminit qui saec. XV ad codicem Guelferbytanum Gudianum n. 95 haec adnotavit (vide supra): 'simile volumen habetur in libraia *(sic)* collegii porte celi in Erffordia, cuius titulus undecim 'libri variarum rerum plurimas epistulas continentes illustris senatoris Cassiodori, quas composuit quando erat 'cancellarius Theoderici regis Gottorum et sunt pulcherrimi et est volumen in rhethorica 13 illius librarie.' Schum professor Kiloniensis, qui Erfordiensis bibliothecae codices diligenter excussit, a nobis interrogatus in ea codicem Cassiodori ullum hodie inveniri negavit; in catalogo a. 1412 codices duodecim tantummodo ordinis supra indicati recenseri; fortasse librum post eum annum demum bibliothecae accessisse et mox ex ea rursus ablatum esse ut alios plures. in bibliotheca Pommersfeldensi, in qua potissimum eum indagari iussit Schumius, codex is de quo agitur non magis extat.

LAURESHAMENSIS S. Nazarii bibliothecae catalogi tres scripti omnes saec. X, primus cod. Vatic. Palat. 1877 f. 1—34, secundus eodem exemplo cod. Vat. Pal. 57 f. 1—7, tertius diversus cod. cit. 1877 f. 44—79, teste Augusto Wilmanns (mus. Rhen. vol. 23a. 1868 p. 389) recensent inter alios codicem hunc: *liber epistularum* (sic cat. III, *libri epistolarum* cat. I. II) *Senatoris diaconi, postea presbiteri* (hic finit cat. II) *ad diversos numero XVII in uno cod.* hodie non solum codex nullus extat qui ad hanc aetatem adspiret, sed non magis ullus, qui variarum auctoris condicionem ecclesiasticam enuntiet et epistulas septendecim tantum exhibeat.

PATAVII IN BIBLIOTHECA MONASTERII S. IOHANNIS IN VIRDIARIO teste Tomasinio (bibliothecae Patavinae. Utini 1639 p. 31) in pluteo ad laevam X codex fuit Cassiodori variarum.

PATAVII IN BIBLIOTHECA PRIVATA CANDORUM teste eodem Tomasinio (l. c. p. 88) fuerunt Cassiodori epistolae in fol. membr.

HISPANUS VALENTIANUS n. 71, membranaceus formae quadratae saec. XIV variarum libros XI et librum de anima continens memoratur apud Haenelium (catalogi librorum mss. 1830 p. 1001).

EXCERPTA MINORA.

BRESLAVIENSIS bibl. urbanae n. 1604 (antea iur. V. pr. 1. 7) chart. saec. XV (fuit doctoris Andreae Waynrici [?] de Nampslaw, deinde loci sancti Bernhardini episcopatus Vratislaviensis) inter alia habet foliis quinque excerpta ex variis Cassiodori sumpta ex codice integro notae non bonae.

MATRITENSIS BIBLIOTHECAE NATIONALIS Q. 39 secundum Ewaldum (*neues Archiv* 6, 311) inter acta varia et catalogos bibliothecae Escurialensis continet ex bibliotheca Ioannis Paez Cassiodori non tam epistulas ipsas quam indicem solum earum.

OXONIENSIS COLLEGII UNIVERSITATIS N. 76 saec. XV, olim Iohannis Castell., inter alia complura tribus paginis f. 588. 589 continet excerpta ex variis Cassiodori.

VATICANUS 6787 chart. saec. XV inter miscellanea diversa f. 78' exhibet epistulam II 39 inscriptam *Theodoricus rex Aloisio architecto foelicitatem* auctam subscriptione ficticia: *vale. Rorenae III kl. Iunii. Aurelius Cassiodorus palatii praepositus scripsit.*

TRECENSIS n. 1453 (ex monasterio Clairvaux), chart. saec. XV (*cat. général des mss. des bibl. publiques des départements* vol. 2 p. 608) inter alia, quae collegit Iohannes de Vepria a. 1471, excerpta continet ex Cassiodori variis.

VENETI DUO Marcianae bibliothecae cl. XI cod. 66 n. 138 et cl. XIV n. 255 f. 10 aetatis recentis ambo exhibent epistulam de Venetiarum origine XII 24.

VINDOBONENSIS n. 3121 (hist. prof. n. 279) saec. XV f. 136 refert epistulas I 17. 19.

FLORILEGIUM GALLICUM quod appellant servatum codicibus quod sciam his

Matrit. Escor. Q. I. 14 saec. XIII/XIV (cf. Paulus Ewald *neues Archiv* 6, 270; Gustavus Loewe apud Hartelium bibl. patr. Lat. Hisp. I p. 218)

Paris. Lat. 7647 olim Thuani saec. XII/XIII } (cf. Gustavus Meyncke mus. Rhen. vol. 25 a. 1870
Paris. Lat. 17903 (= Notre Dame 188) } p. 369 seq.)

inter excerpta ex auctoribus Latinis compluribus continet quaedam sumpta ex variis Cassiodori descripta mihi ex duobus libris Parisinis a professore Girard. inscripta sic: *Cassiodorus in prologo epistolarum quas de negociis curialibus ad diversas personas scripsit ex parte regis Theoderici* incipiunt a praefatione p. 3, 10—12 *dictio semper ... discernit indoctos.* p. 3, 21—22 *Declinanda est suasio ... decoris.* p. 5, 10—13 *Aliter multa lectione ... placeat doctis,* finiunt in ep. XXXVIII, sub quo numero leguntur commata duo alterum ex ep. 37 p. 35, 3: *proclivior semper ad misericordiam via bonis mentibus patet,* alterum ex ep. 38 p. 35, 27: *hoc est beneficium quod prestatur invitis nec cuiquam uti datur quod adversa voluntate conceditur.* nihil igitur subsidii in his inest.

EDITIONES ET APPARATUS.

Editionum elenchum componere bibliographi est, non editoris, nec magis placet enumerare, quinam viri docti in variis ad libros scriptos coniecturave emendandis operam collocarint. nos eos nominabimus, quorum aliqua mentio ut hoc loco fieret, videbatur iure posse expectari.

De COCHLAEI excerptis variarum editis a. 1529 supra n. 26 rettulimus ad codicem quem adhibuit hodie Neapolitanum.

MARIANGELUS ACCURSIUS quam paravit variarum editionem principem (*Magni Aurelii Cassiodori variarum libri XII, item de anima liber unus recens inventi et in lucem dati a Mariangelo Accursio. Augustae Vindelicorum ex aedibus Henrici Silicei mense Maio MDXXXIII*), ei praescripsit: *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris v. c. et illustris, exquaestoris palatii, exconsulis ordinarii, exmagistri off., praef. praet. praepositi atque patritii variarum liber primus;* sequitur praefatio. laterculos coniunctos posuit in fine voluminis. textum quem dedit refert quodammodo ad librum aliquem in itinere Hispanico a. 1525—1529 (v. Huebner C. I. L. II p. VII) a se repertum; certe in dedicatione ad Albertum archiepiscopum Moguntinum marchionem Brandenburgensem directa *inveni,* inquit, *dum in comitatu Caesaris Hispaniam peragro, variarum libros* neque usquam per totum volumen variae lectiones afferuntur. sane eiusmodi virum multis peregrinationibus exercitatum et bibliothecarum non minus quam lapidum scriptorum indagatorem doctum et strenuum neque primi secundique ordinis exempla Cassiodorana neque sexti ea aetate in bibliothecis passim adservata facile latere potuerunt, et quamquam fieri potest, ut prae uno eximio sibi viso et pleno vulgaria mutilaque spreverit, ipsa editio vix ad unicum librum confici potuit, certe inter eos quos nos evolvimus talis nullus est. proxime antea vidimus ad editionem Accursianam accedere librum Breslaviensem n. 62 (supra n. 51) et quae ei libro propria est contaminatio lectionum libri Palatini et talium, quales sunt *EFK* nostri, communis ei est cum textu Accursiano. sed ipso eo libro Accursius non est usus, cum non solum Palatini aliquot lectiones apud eum adsint in Breslaviensi non repertae, sed absint item ab hoc libri septimi epistulae sex postremae, quarum textus Accursianus non differt a vulgari classis sextae nisi uno loco 223, 9 affinitatem prodente cum libro altero Breslaviensi n. 63 a nobis ad tertiam classem relato. utut est, sive Accursius usus est libro unico ex pluribus exemplaribus contaminato sive ipse exemplaria plura contaminavit, subicientur aliquot loci textus eius origines clara luce illustrantes, selecti praesertim ex praefatione, quoniam ad hanc in specimine habes omnium nobis notorum librorum lectiones varias.

in ipso titulo variarum cum auctor appelletur in melioribus libris ppō *idque solvatur modo recte* praefectus praetorio, *modo perperam* praepositus, *apud Accursium dicitur* praef. praet. praepositus

4, 9 labores] spei labores

18 quaesumus *P*, q̄s *(quod idem significat) E aliique multi*, quaesumus quasi *Acc. cum Bresl. 62 aliisque*

22 regis auctoritate recorrigis *cl. II*, regis auctoritate rectoris *cl. I*, corrigis auctoritate rectoris *Acc.*

5, 27 in editatione] *cl. II*, in edictione *cl. I*, in edito *Acc. coniectura*

10, 3 *ordo verborum formatus ad K*

12 et *add. K Acc.*

12, 10 mox *add. K*, mos *Acc.*

13, 12 tum] tamen *KEF Acc.*

13, 23 divina perpetua] diuino perpetrata auspicio E^2F *Acc.: eam lectionem specimen ostendit natam ex corruptela cod. O classis primae in deterrimis quibusque reperiri*
l. IV ep. 49 inscr. siscia uel *om. KF in laterculo et Acc.*
153, 3 arrarum] curarum *Acc. solus*
156, 3 decuriarum] decumanarum *(cf. Bresl. supra p. XCI)*
157, 22 uuiliar(i)um] *LRPBK*, iulianum *EF Bresl. (v. supra p. XCI) Acc.*
167, 11 firmitas] infirmitas *Acc. solus ex coniectura*
176, 15 terminare] finire *K ex nostris solus et Acc.*
178, 20 falsitatem] felicitatem *K solus ex nostris et Acc.*
l. VII ep. 33 inscr. formula tractoriae legatorum diversarum gentium *P*, formula legatorum gentium *libri vulgares*, formula legatorum diuersarum gentium *Acc.*

Nihilominus cum variae per tria saecula lectae sint secundum textum Accursianum a posterioribus non ita ut fieri debuit immutatum, utile visum est eius editionis variam lectionem integram in apparatum referre.

CUIACIUS († a. 1590) quae adnotavit ad marginem editionis qua usus est Accursianae, delata post eius obitum ad Bongarsium hodie extant in bibliotheca Bernensi (P 54 a; cf. Hagen catal. codd. Bern. p. 521), a qua Cuiaciana sibi transmissa Marburgum Kruschius diligenter examinavit. usus eis sunt et Fornerius (1579) et Garetius (1679). illi exhibuisse se Cuiacii exemplar, 'in cuius margine varias quasdam lectiones ipse adnotasset', in praemissis ait typographus. Garetius in praefatione ait habuisse se ex bibliotheca ordinis sui, id est Benedictinorum S. Mauri, exemplar editionis Accursianae cum adscriptis castigationibus et observationibus multis adiecta praescriptione Claudii Grularti supremi Normaniae senatus olim principis hac: 'contuli Biturigibus nonis Novembribus 1575 cum exemplari clarissimi viri D. Cuiacii'. eas adnotationes cum Garetius dubitaret, an 'Cuiacii exemplari, an Grularti potissimum ingenio et curis' acceptas referret, constat omnes proficisci a Cuiacio descriptas ex libro hodie Bernensi. sunt autem partim sumptae ex libris scriptis, partim inventae coniectura. libris scriptis Cuiacius pluribus usus est; nam et ipse 'variarum librum' habuit recensitum in catalogo librorum eius publice venditorum a. 1593 (edidit eum Omont *nouvelle revue historique de droit* a. 1885 IX n. 2) sub n. 142 et codicis hodie Montespessulani *X* copiam ei fuisse probabile est, cum fuerit Pithoei, et in universum variarum exemplaria scripta passim in Gallia ea aetate prostabant. sed quos habuit libros scriptos, omnes fuerunt ex deterioribus praeter Pithoeanum illum, quo Cuiacium usum esse quaedam lectiones confirmare videntur ab ipso ex vetere codice adlegatae (inscr. I 40 *assum*, ubi *asum X* — 51, 9 *quae in istrio* — inscr. III 16 *gegiello* — 100, 19 *debebantur* pro *videbantur competere* — inscr. IV 17 *tezutzar*) et ex apparatu certo intellegitur collatum esse codicem aliquem atramento antiquiore a reliqua adnotatione distinctum finientem loco indicato. plenum Cassiodori exemplar nullum videtur usurpasse, cum ad extremum librum septimum, si excipias 227, 3 *sufficerent* inventum sine dubio coniectura nullae variae lectiones apud eum reperiantur; sed habuit praeter Pithoeanum illud, quod complectitur l. I—IV 39. VIII—XII, unum certe perveniens ad l. VII 41, cum ad IV 39—VII 41 varias lectiones passim afferat, et fortasse eius generis plura. id cave ut reperiremus, nobis non contigit, nam quamquam Cuiacianae lectiones passim consentiunt cum deterioribus huius editionis causa conlatis, praesertim cum Parisino 2790 (n. 69) et magis etiam cum Guelferbytano Aug. 4 (n. 82), aliae aut latent in libris non collatis aut veniunt ex deperditis. exhibui quae composuit Kruschius adhibitis praeter illos libros Breslaviensi (n. 51), Leidensi Scaligerano (n. 18), Montispessulano *M* (n. 24), Parisinis n. 2187 (n. 65). 2188 (n. 66) 2190 (n. 67). 2191 (n. 68), Veneto II 20 (n. 110).

I 23 *inscr.* caeliano] feliciano *K Par. 2790*
18, 15 habeat] habet *Guelf.*
28, 18 ueternosa] uetustosa *Par. 2790*
25 unscilae] uersillae *Guelf.*
31, 32 uestrorum] uirorum *Par. 2790*
32, 6 fauores] fautores *Par. 2188*
35, 22 quos] quae *Par. 2191*
51, 24 facies] facias *EK Guelf.*
25 nimis *ad* 26 uindicare *om. Guelf.*
56, 2 et] et ex *Ven. 2, 20*
57, 24 exculcatorias] fulcatorias *Par. 2790*
59, 8 navanter] '*unus cod.* ouanter *[cl. I], alter* ornanter *[alibi non repperimus]; forte* gratanter'
64, 27 auxiliaribus] auxiliatoribus *P Par. 2191*
98, 4 motu nostro iudices] monitus nostro iudicio *Par. 2187*
105, 29 consilio geri ubi imago capitis cognoscitur operari] ubi imago capaci consilia geri cognoscitur et operari *Par. 2790*
134, 8 potueritis huius incendii reperire] huius reos (r. h. *Guelf.*) incendii pot. rep. *Guelf.*
19 prodecessoremque *om. Ven. 2, 20*
135, 15 enim *om. Ven. 2, 20*
139, 12 acetabulorum] acatabulorum *Par. 2790*
144, 2 haec] hoc *Par. 2190*
152, 7 redemptione] ratione *EFK*
154, 9 commeuto] artificio *Guelf. Bresl.*
159, 12 mavult] maluit *Bresl.*
28 enim] enim ad *Guelf. Par. 2190. 2191. 2790*
163, 28 certe] ceteras *Par. 2188*
164, 11 ciuilis] curilis *(alibi non repperimus)*
165, 2 tribuamus] conferamus *Guelf. Par. 2190. 2191. 2790*
28 suppressam] suppressa *Par. 2187*
169, 14 rotabili] roborali *F*
174, 11 auctor] auditor *Par. 2187*
177, 21 primus] primum *Guelf. Par. 2190. 2191. 2790*
181, 10 oboediret] obedirent *Par. 2187*
183, 22 disciuge] distingue *T Par. 2790*

202, 4 fuisse promissum] esse prouisum *Par. 2790*
207, 25 o] ob *Par. 2790*
208, 21 auara] auara enim *Guelf. Par. 2190. 2191. 2790*
22 esse *om. Ven. 2, 20*
26 nutrit] uult *Par. 2187*
209, 26 iudiciis] iudiciorum *Par. 2790*
215, 30 postulationis] osculationis *(alibi non repperimus)*
231, 7 ut] ut et (ut ē *Guelf.*)
251, 24 intromittere] introducere *HGI Par. 2191*
273, 8 flamma] flamma ibi *Par. 2190*
277, 3 sub] quidquid *Par. 2191*
279, 20 posse recorrigi] debere corrigi *Par. 2790*
300, 8 imitari] mutare *Par. 2191*
305, 25 excipiat] accipiat *K*ª *Guelf.*
313, 18 heracleanum] eracenum *Par. 2790*
335, 29 meis] in eis *Ven. 2, 20*
340, 16 euacuetur] euacuatur *Guelf.*ª
370, 5 nisu] nisi *KM Scal.*
371, 20 uitri] nitri *Scal.*
372, 11 posse] non posse *Guelf. Par. 2190. 2191. 2790*
374, 4 cernitur instituto] decernitur constituto *Par. 2790*
380, 23 igitur] autem *Guelf. Par. 2190. 2191. 2790.*

Nos lectionibus a Cuiacio adlatis in apparatu raro locum dedimus.

Hisce lectionibus petitis ex libris coniecturas suas interposuit Cuiacius ita, ut plerumque facile distinguantur, quamquam aliquoties (ut 353, 9 'ipse *itineribus*' — 354, 5 'ipse *parcae tollerentur*') coniecturarum speciem prae se ferunt lectiones in libris scriptis traditae. ego quamquam coniecturas mihi parum probatas ex apparatu semovi, Cuiacianis eius generis compluribus locum dedi non tam propter ipsas quam quod publici iuris factae sunt ita, ut de vera origine parum constet. Fornerius quae ex Cuiacio sumpsit, auctore non laudato aut in adnotatione affert aut textui inserit, nec raro inscite, ut p. 17, 13 post *Neoterio* in orationis tenorem ne monito quidem lectore verba intrusit a Cuiacio adscripta *fratre Plutiani malae fidei possessore.* Garetus autem quamquam auctorem laudat, in Cuiacianis lectionibus referendis coniectanea a traditis nullo modo separavit et omnino in ea re versatus est et temere et inepte. exempli causa p. 267, 15 Cuiacius adscripsit *ulciscendum* ad *resecandum*, item 304, 31 *in tuo consulatu* ad *in tuis curulibus* non emendans, sed explicans; e contrario 349, 18, ubi ad *Augustorum* adscripsit Cuiacius: 'videtur legendum *agentium in rebus*' Garetus edidit: 'id est *agentium in rebus*'. alibi 62, 1 pro *fulciendis* Cuiacius cum primum adscripserit 'malim *reficiendis*', deinde citata lege cod. Iust. 1, 9, 18, 1 traditam lectionem probaverit, Garetus adnotavit: 'ed. [sic] *reficiendis*'. 280, 11 pro tradita lectione *omnes* cum Cuiacius coniecisset *minus* non recte, *omnes minus* inde effecit Garetus absurde; similiter 254, 25 ex tradita lectione a Cuiacio adscripta *cum* et Accursiana *omni* effecit *cum omni*, item 302, 10 ex *oratione* Accursii, *communes* Cuiacii *communes oratione.* — Ex coniecturis Cuiacianis quas non recepi in apparatum aliquot hoc loco subiunxi.

25, 23 'ergo spectatoribus de landio et thorondon *[sic]*. *ipse* ergo de spectatoribus Helladio et Thorondo'
101, 12 humanos] '*ipse* hos'
175, 9 patriciorum] '*ipse* Potitiorum'
251, 16 nocere] '*forte* necare'
XI 4 *inscr.* agenti vices] '*malim* adsessori'
XI 36. 37 *inscr.* cancellario] '*forte* canonicario'.

Francisci IURETI et codice et collectaneis cum Fornerius usus est (v. infra) tum Garetus in praefatione: 'notationes', inquit, 'et diversas ad fidem plurium manuscriptorum codicum in variarum libros lectiones ipsius 'Iureti manu conscriptas .. transmisit ad nos . . . Bouhierius in supremo Burgundiae senatu praeses infulatus et 'Iureti scriptus heres'. ille cum auctores perpetuo reticeat, si quid habet a Iureto, id dignosci non potest; Garetus quae ei accepta refert (scilicet in primo libro 11, 9 *carneo]* l. fortasse *aheneo* — 14, 19 *distributionis]* l. *districtionis* — 16, 7 *nominis]* l. legit *hominis* — 18, 28 *doloribus]* l. *laboribus* — 26, 27 *exoneres]* l. *exhonores* — 38, 16 *genium]* l. *praemium* — 40, 13 *penetralibus]* l. *penetrabilibus* (sic *EK*) — 42, 5 *prudentiae]* l. legit *praestantiae* et sic deinceps), neque ipsa bona sunt et excepta paenultima omnia inventa coniectura; itaque ea praetermisimus.

Gulielmus FORNERIUS ad editionem operum Cassiodori, quam publicavit Parisiis apud Sebastianum Nivellium a. 1579 (repetita est ibidem apud eundem a. 1583), adhibuit variarum codices sex, quorum quattuor Barn. Brissonius ei utendos dedit, quintum Iohannes Praevotius in senatu Divionensi causidicus, sextum Franc. Iuretus, a quo praeterea adnotationem uberrimam variarum lectionem accepit. addit typographus in prooemio, ut supra p. CXI rettulimus, exhibuisse se Fornerio exemplar a Cuiacio adnotatum. Fornerius inter codices suos plurimum tribuit Praevotiano; 'quotiens veteris codicis meminero', ait p. 489, 'Praevotianum intelligi 'profiteor, a quo seu oceano reliqui, si quid laudis habeant, mihi dimanasse videntur'. in adnotationibus, quas partim in margine collocavit, partim in appendice, codicem Praevotianum sive Divionensem passim nominatim laudat, raro Brissonianum (citantur inde 55, 31 *communiter* pro *communitus* — 56, 25 *farcinates* — 58, 16 *accepta* pro *coepta* — 61, 22 *nostra* pro *uestra* — II 28 inscr. *officii fisci* pro *officii* — 62, 10 *expectant etiam equos* 'in veteribus omnibus et Brissoniano, in nonnullis *expectat equus*' — 103, 25 *sub pugna* pro *sine pugna*), alium, ni fallor, codicem auctoremve nullum, plerumque se continens in vocabulis *vetus codex* vel *aliter* similibusve. nequaquam autem quae ita proferuntur ad unum codicem revocari poterunt; nam plures saepe citat, duos passim, etiam tres, ut ad 124, 2. 127, 18. denique ad 227, 7 cum

aduotet: 'in veteri quidem manusc. legitur *a debito*, quod antequam consuluissem, *addictum* ipse emendabam', constat illam lectionem in nullo vetere libro traditam Cuiacii esse coniectura inventam; et alibi quoque passim inter Fornerianas lectiones reperiuntur profectae ex Cuiacianis (ut 79, 29 *Cluderium* pro *Luduin* cet.) et ita propositae, ut coniecturalia a traditis non distinguantur et multo minus quid singulis libris acceptum ferendum sit ex ipso apparatu intellegatur. nos ut aliquatenus appareat, cuius generis libros adhibuerit, infra composuimus lectiones varias a Fornerio adlatas ad libros IV. VII. VIII digestas ad apparatum nostrum, omissis locis apud Accursium solum corruptis et in libris scriptis omnibus pariter fere relatis, quibus mendis sublatis Fornerius textum Cassiodorianum passim recte emendavit.

l. IV *ep.* 1 *inscr.* Herminafrido] hermafrido
114, 15 sunt *om.* *(XEF)*
16 enim *om.*
20 destinauimus] destinamus
22 copulauimus] copulamus *(MOXXEF)*
115, 8 arma *om.*
ep. 2 *inscr.* Senario] senatori
115, 16 ornatum] ornamentum *unus cet.*
20 per indictionem tertiam] *al.* per indictam quartam, *alii* indictam materiam
116, 6 tuos ad potiora successus sciens] tuis ad potiores voces suscipiens *exemplar Praevotianum (X)*
12 relinquitur] requiritur *Divionense exemplar*
13 senarium] senatorium *idem exemplar* *(XE*[1]*)*
21 modus etiam . . invenitur] *hunc locum quomodo et mutilarit et auxerit codex Praevostianus, reperies in adnotatione*
26 haereas] habeas *(K)*
117, 5 uenditoribus] uenditionibus *Praevotianus liber*
7 siue] syriae
fideiussoribus] fideiussionibus
21 affatus] affectus *ms. Divionense (M*[1]*XE)*
25 clarum] charum *(MOXXE*[2]*F)*
118, 2 trabium] triremium
3 restitisse] extitisse
7 elementa cessisse] pericula concessisse *ms. Praevot. (XEF)*
ep. 8 *inscr.* Foroliuiensibus] foraeliuiensibus
118, 11 profecistis] prospicitis *vet. unus*, profuistis *al. (MOXXEF)*
18 paula] palla
20 iuuenibus] iuuentibus *al. ut Praevot. lib.*, uiuentibus *al.*
22 tenorem] tenore *duo veteres*
119, 4 per uim litigia terminentur] per iura l. non terminantur *(XE*[1]*F)*
9 obligationibus] alligationibus
32 auget] augent
120, 1 arcotamia] archotomia *duo ex vet. cod. (O)*
3 mariti] m. sui
l. IV *ep.* 14 Gesilae] besilae
ep. 15 Beneuato] benato *al.*, benemato *quidam*, benedicto *margo.*
121, 14 debilibus] flebilibus *adn.*, fidelibus *margo.*
30 auctoribus] actoribus
122, 7 quia uersari] quoniam aduersari *(XEF)*
19 cineribus] funeribus
123, 28 eis *om.* *(MXE)*
respicis] respicitis
124, 3 relatione] reuelatione *(sic marg.*, releuatione *adn.) tres veteres (MXXE)*
124, 5 Praetextatum] praetaxatum (praetexatum *EF*)
6 qui] quod
22 Praetextatum] praetaxatum (praetexatum *EF*)
30 accumulat] cumulat
31 spoletina] spolica
125, 6 turasi] thurasi *al.*, posturas *al.* (post thurasi *X*)
17 tradit] trahit
27 regionem] religionem
ep. 27 *inscr.* Tutizar] fuzuzar *al.*, ferz. *al.*, tezutzar *(sic margo*, thezuthzar *adn.) al.* (tezutzar *X*)
126, 8 postium] post eum *(marg.*, postmodo *adn.)*
23 electi] elati
127, 18 curvae] curiae *tres veteres (K*[2]*)*
19 condonari] commodari
ep. 31 Aemiliano] antiliano
128, 8 constructione] constitutione
19 qui] quod *(MXEF)*
intentata] intestata *(M*[b]*XXE)*
129, 7 linquuntur] linquantur
130, 25 oblitterentur] obliuisceremur
ep. 39 *inscr.* Theodahado] theobaldo (theodobaldo *F*)
132, 9 circa] contra
16 sollicitatam] sollicitam *(E)*
17 uestri] noster
18 ocius] socia
28 iniuriae *om. exemplum Prevot. (F)*
133, 4 temeritas] serenitas (seueritas *K*)
reparare] temperare
134, 8 auctoribus paucis] actoribus paucis *adn.*, auctores paucos *margo*
huius incendii] huius reos incendii
20 uestrum] nostrum
ep. 46 *inscr.* Marabado] marabando
135, 12 insidiosa] inuidiosa
15 quemadmodum enim subuectio] quae admodum subuecti
136, 6 perculerit] pertulerit *(K)*
7 mancipibus] principibus
26 Fridibadum] fridiladum *vetus*, fridibadum *et* fridibandum *alii*, fridabantum *margo*
138, 4 comptor] compositor
17 apsidatas] ipsis
21 docto libet repetere] doctioribus repetatur (repetere *marg.*) *cod. Praevot.*
36 declarare] exhalare
139, 2 celeri] coeli
11 temperaret] repararet
202, 2 praesidetis] praesideris *(P)*
3 censuerunt] consenserunt
4 fuisse promissum] esse prouisum
12 sit] sic
18 stultitiae] iustitiae *(K)*

202, 25 horre] horrere
204, 2 ad gentes] agentes *(K)*
11 uoluptas] uoluntas *(Cui.)*
206, 15 studuisse] studiose (studium se *T*)
28 non tulerunt] intulerunt
207, 2 tenetur] timetur *(C)*
208, 25 xenia] eximia *al.*, exenia *al.* *(TF²)*
26 ipse nutrit] ipse uult
ep. 10 *inscr.* tribuni] arbitrii *(F)*
209, 2 lubricae] ludicrae *(coni. Cuiacius)*
10 conuersatione] moderatione *(KEFC)*
14 praenuntiata] praedicta *(KEFC)*
26 iudiciis] iudiciorum
210, 31 facile] maxime
cum] cui *(LRKT)*
211, 21 seruetur] subseruetur
affabris] fabricis (a fabricis *T*)
212, 10 rhodi] thecli
214, 12 excusatio uictualium] ex uictualium summa *(KF¹)*
14 uideamur iniungere] uideantur inuenire
231, 4 non nos (uos *Acc.*) maiorum] nec uos maiorum nec nos mai. *liber Praevot.*
6 gratia] gloria *(N)*
8 uos] nos
13 palmatae] palmata *(ZFHGI)*
14 qui annis] quanuis *al.* *(e coniectura Cuiacii)*, *'alii etiam* nimis, *sed et plerique* annis *legunt, quod P. Pithoeus indicavit'*
16 uester iam transire] iam noster transire *liber Praevot.*
232, 3 iubetis] iubebitis
5 illis pactis *om. lib. Praevot.*
6 domno] domino
8 nostros *om.*
9 intimanda] insinuanda
15 praedicta] praedicata *(F²)*
233, 3 quam mutatum *om. liber Divionensis*
19 sigismerem] sigismerem *al.*, sigismere *al.*
234, 5 actione] *sic vetus (BTNEFHGI)*
235, 7 indepti] incepti *(EHG)*
11 relligione] colligione
25 blatteum] lacteum *lib. Divionensis*
28 de *om. vetus unus (HGI)*
ep. 6 *inscr.* praefecto] populo *(ZM)*
236, 8 dominos] dominus
23 futuris] humanis futuris
237, 1 confirment] firmarent
5 prospicitis] proficiatis *(Cuiacius)*
21 larga] longa *unus vetus*
ep. 9 *inscr.* Tuluin] tullio *alii*, tuillio *quidam*
237, 28 quod] quomodo *vel* quo *(HGI)*
adulescentiae] adolescentis
29 decenter *om.*
238, 11 suras eius] sura seris *al.*, sura sericis *al.*
12 uisus] iussus
14 creditur] esse cr.
18 diligunt crementi] diligit omnem more mens *(adn.)*, memor *al.*, diligunt omnes *al.* *(marg.)*
23 ludebas] fallebas *(NHGI)*
239, 2 acturus es] aucturus est
7 paruulis] paruulus *(NK^aE²)*
13 Toluin] tocolo
affinitate] auctoritate
25 has procellas] *sic in ora libris veteris, qui ipse* hos processus *(N²E²FHGI)*
240, 1 Sirmensem] firmensem
2 Hunnis] hymnis *Praevot.*, hunnis *alii*
5 uirtus] uirtus manus *(Cuiacius)*
241, 2 aduersa manus] aduersarius *(Scaligeranus)*
10 sensum] sensus
ep. 11 Athalaricus rex] Toluin u. i. patritius *(Cuiacius)*
242, 7 suauitatis] felicitatis
13 patricium armatae] patricio armatae militiae
parti] pauci
243, 25 inexplorati] inexploratum *liber Praevotii*
244, 10 eminens] cum immenso *(N)*
25 pericula] tempora
31 uox legum diceris] uos leges dicetis *liber Divionensis*
32 condamus] condimus *(ZK²EF)*
245, 10 moderna] m. sint
246, 14 publiano] publicano
19 solent] solent *aut* uolent
24 sui] suo *(HGI)*
247, 19 iudices] indices
21 longa] longaeua
248, 7 abiectis saeculis Odouacris] abiectis seculi hodouacris *(N) vetus*, adiectis seculi odouacris *al.*
16 collegis] collegiis *Praevotianus*
marcellino P^1N^t, marcelle K^t
u. s.] $PMZA^e$, u. N^t, *om.* D^tO^1
aduocato (aduocatio L^1, et adu. R^t) fisci (fisci *om.* P^t) *om.* K

XXIII. Caeliano et Agapito vv. ii. patriciis Theodericus rex.
c(a)eliano] *fere libri*, cenano N^t, geliano K^t, feliciano K^1
uu. ii.] $P^1D^tMZA^e$, uu ii O^1, uu P^tN^t, *om.* K
patriciis] et patriciis $R^tE^tA^e$, patriarcis E^1, *om.* R^1K
theodorus N^t

XXIIII. Universis Gothis Theodericus rex.

XXV. Sabiniano v. s. Theodericus rex.
sapiniano P^t, fabiniano M^1Z^1
u. s.] PD^tMZA^e, ui N^t, *om.* O^1

XXVI. Fausto ppo Theodericus rex.
ppo] $LPMZ$, epo DN^t

XXVII. Specioso Theodericus rex.
om. R^t (specioso *suppl. m. s. XV*)

LRKPD(deficit laterculus)MO(deficit textus ab ep. 17)ZN(deficit laterculus)(X)E(F)

XXVIII. Universis Gothis et Romanis Theodericus rex.

et *om.* K^tE^t
romanis] r. constitutis O^1 *(cf. ep. 29)*
om. R^t (u. g. *suppl. m. s. XV*)

XXVIIII. Universis Lucristanis super Sontium constitutis Theodericus rex.

lutris . tanis *R*, lucrestanis X^t
super *(om.* L^1, supra F^1*)* sontium (socium *O*) constitutis *(om. O [cf. ep. 28]* K^1*)* *om.* K^t

XXX. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

romae *om.* M^t *(non* Z^t*)*
praescr. populo romano EF^{t1}

XXXI. Populo Romano Theodericus rex.

romamano P^t
praescr. senatui urbis romae EF^{t1}

XXXII. Agapito v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.

agapito *om.* F^{t2}
u. i.] P^tD^t, uiro (*om.* illustri) X^t, *om.* KF^{t2}
p. u.] $P^1O^1Z^1$, pr. urb. rome X^tF^{t2}, praefecto K^t, pontifici X^t, *om.* M^tZ^t
praescr. populo romano *E*, *om.* F^1, *inc.* F^{t1}

XXXIII. Agapito v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.

u. i.] $P^tD^tA^e$, uiro (*om.* illustri) X^t, *om. K*
p. u.] P^1MZ, pr. urb. rome X^t, praef. (*om.* urbis) L^1K, pontifici *XEF*

XXXIIII. Fausto p̄p̄ō Theodericus rex.

p̄p̄ō] LR^1PMZ, ēpō D^tX^t
praescr. agapito uiro illustri pontifici *E*, agapito s̄tō F^t, *om.* K^t

XXXV. Fausto p̄p̄ō Theodericus rex.

p̄p̄ō] LR^1PZ, ēpō D^t, ēpō praeposito X^t
om. $K^tM^1O^1X^1E^1$, *praescribunt inscr. ep. 36* M^tX^t, *inscr. ep. 38* F^1

XXXVI. Ferriolo v̄. s̄. Theodericus rex.

terriolo *M (utroque loco)* ZXF^1, teriolo F^t, feriolo X^t, theriolo *E*, theoriolo A^e, serriolo K^1, ferrioso K^t
u. s.] $PO^1Z^1A^e$, ūi D^t, uiro X^t, uiro senatori gothorum M^tX^t *ad ep. 35*, *om.* R^t
om. K^t, *habent et hoc loco et ad ep. 35* M^tX^t

XXXVII. Crispiano Theodericus rex.

crispiano] $L^1R^1MO^1ZXEFA$, crispiniano $L^tR^tP^1D^t$, crpiniano P^t, crispo *K*, cypriano uiro X^t
ante ep. 36 X^t

XXXVIII. Boioni v̄. s̄. Theodericus rex.

coioni MZX^tEF^tA, coroni *X*, croni O^1, corroni *hoc loco*, baioni *ep. 35* F^1
u. s.] PO^1MZA^e, ūi D^t, uiro illustri L^tR^t, uiro X^t
ante ep. 37 X^t, *et hoc loco et ante ep. 35* F^1

XXXVIIII. Festo v̄. ī. patricio Theodericus rex.

festo] $L^tR^tKD^tX^tA$, *praeterea* fausto
u. i.] P^tD^t, illustri (*om.* uiro) $L^1R^1P^1$, uiro (*om.* ill.) X^t
patricio] princio O^1, *ante* u. i. D^t, et patr. R^t
ante ep. 38 X^t, *om.* F^1

XL. Osuin v̄. ī. comiti Theodericus rex.

osuin] LR^tP, osiun K^1, osuuin R^1D^t, asniu M^tF^1, asum M^1ZX, asnim E^t, assuim E^1, assio A^e, ossim A^r, osui F^t, osuini K^t, ozuin *vel* ozum X^t
u. i.] $P^tD^tA^e$, uiro X^t
comiti] patricio EF^t, *om. K*
ante ep. 39 X^t, *om.* O^1

LRKPD(deficit lat.)MO(deficit textus)ZX(deficit lat.)(X)E(F)

XLI. Agapito v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.

agapiti Z^1, afinī m. O^1

u. i.] $P^tD^tA^e$, uiro N^t, *om.* K

p. u.] MO^1Z, pr(a)efecto (*om.* urbis) $K^1P^tD^tN^t$, pontifici X^1EF, comiti X^t, *om.* P^1

ante ep. 40 X^t

XLII. Artemidoro v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.

arthemidoro LRP^1D^tA, athemidoro E^1, archemidoro $N^tX^1F^1$, archimidoro F^t, arthemido P^tK^t

u. i.] $P^tD^tA^e$, uiro sublimi K, uiro N^t

p̄. ū.] P^1MO^1Z, praefecto urbis ro. N^t, praefecto (*om.* urbis) P^t, pontifici XEF^t, atque pontifici F^1, patritio A^e, *om.* K

transponit inscr. 42. 43 $O^{1(a)}$; *ante ep. 41 (ep. 42 adhaeret praecedenti)* X^t

XLIII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

sanatui R^1

XLIV. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

eidem senatui K^t, populo *coni. Cuiacius*

om. O^1F^1

XLV. Boethio v̄. ī. patricio Theodericus rex.

boetio *fere libri,* boecio R^t, theobaldo N^t

u. i.] PD^tMZ, uiro $O^1N^tX^t$, illustri K^t

patr.] et patr. R^1, atque patr. F^1, *om.* R^t

XLVI. Gundibado regi Burgundionum Theodericus rex.

gundibaldo N^tF^1, gundibaudo R^t, undibado P^t, cundibaldo K^t, ingundibado O^1, igundibado $M^1Z^1X^1$, igundibaldo E, igundubaldo F^t

burgundiorum $P^1M^tO^1N^tEF$, burgundionino K^t.

LRKPD(deficit lat.)MO(deficit textus epp. 43. 44. 45)ZN(deficit lat.)(X)E(F)

I.

ANASTASIO IMPERATORI THEODERICUS REX. *c. a. 508*

1 Oportet nos, clementissime imperator, pacem quaerere, qui causas iracundiae
cognoscimur non habere: quando ille moribus iam tenetur obnoxius, qui ad iusta
deprehenditur imparatus. omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in
qua et populi proficiunt et utilitas gentium custoditur. haec est enim bonarum artium
decora mater, haec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates pro-
tendit, mores excolit: et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quaesisse
2 sentitur. Et ideo, piissime principum, potentiae vestrae convenit et honori, ut con-
cordiam vestram quaerere debeamus, cuius adhuc amore proficimus. vos enim estis
regnorum omnium pulcherrimum decus, vos totius orbis salutare praesidium, quos
ceteri dominantes iure suspiciunt, quia in vobis singulare aliquid inesse cognoscunt,
nos maxime, qui divino auxilio in re publica vestra didicimus, quemadmodum Romanis
3 aequabiliter imperare possimus. Regnum nostrum imitatio vestra est, forma boni pro-
positi, unici exemplar imperii: qui quantum vos sequimur, tantum gentes alias anteimus.
hortamini me frequenter, ut diligam senatum, leges principum gratanter amplectar, ut
cuncta Italiae membra componam. quomodo potestis ab Augusta pace dividere, quem
non optatis a vestris moribus discrepare? additur etiam veneranda Romanae urbis
4 affectio, a qua segregari nequeunt quae se nominis unitate iunxerunt. Proinde illum
et illum legationis officio ad serenissimam pietatem vestram credidimus destinandos,
ut sinceritas pacis, quae causis emergentibus cognoscitur fuisse vitiata, detersis con-
tentionibus in sua deinceps firmitate restituta permaneat: quia pati vos non credimus
inter utrasque res publicas, quarum semper unum corpus sub antiquis principibus fuisse
5 declaratur, aliquid discordiae permanere. Quas non solum oportet inter se otiosa
dilectione coniungi, verum etiam decet mutuis viribus adiuvari. Romani regni unum
velle, una semper opinio sit. quicquid et nos possumus, vestris praeconiis applicetur.
6 Quapropter salutationis honorificentiam praeferentes prona mente deposcimus, ne suspen-

LRKP(D)MOZN(*a. v. 4* deprehenditur)*(X)E(F)*

3 obn. iam. ten. KA^{e} 4 esse deb. *N*   5 en. est *O*   7 quaes. min. M^{a} 10 dec. pulch. *R*   nos] uos estis *N*   saluta *O*   quos] quem $M^{b}ZN$, quod $K^{2}OEA^{e}$, in quem A^{r}, *inc.* M^{a} 11 suspiciunt] $E^{2}A^{r}$, suscipiunt *reliqui*   quia *om. O*   cognoscunt *om. O*   12 nos] uos P^{a}, et nos *KA*   13 (a)equaliter $MOZNXE^{1}F$ possumus *K*   uestrum *NXEF*   nostra *NEF*   est *(om. K)* forma] forma c̄ *(sic) O*   14 quantum] tantum L^{1} alias gentes *R*   antegimus P^{a} 15 *ad* hortamini *adn.* E^{2}: 'al. est epistola per se cuius rubrica est Theodoricus rex Romanus'   16 conponammam P^{a} potestis] potis K^{1} 18 quae] qui *EFA*   19 credimus $KM^{1}OXEF^{1}A$, *inc.* D^{a} destinandas Z^{a} 20 fuisse] esse E^{1} 21 uos] nos *P*, *om.* E^{1} 22 semper] super *O*   principibus *om. N*   23 otiosa] oc**sa M^{a} 24 unum *bis O*   25 et *om.* A^{e} applicatur *E*   26 praemittentes uel praeferentes (*supra* uel pr. *adscr.*: hec est glosa) *E*   *post* susp. *ins.* a nobis *A*

datis mansuetudinis vestrae gloriosissimam caritatem, quam ego sperare debui, etiamsi aliis non videretur posse concedi. cetera vero per praesentium latores pietati vestrae verbo suggerenda commisimus, ut nec epistularis sermo redderetur extensior nec aliquid pro utilitatibus nostris praetermisisse videremur.

II.

THEONI V· S· THEODERICUS REX.

a. 507|511

Comitis Stephani insinuatione comperimus sacrae vestis operam, quam nos voluimus necessaria festinatione compleri, disrupto magis labore pendere: cui usum sub- 1
trahendo sollemnem abominandam potius inferre cognosceris tarditatem. credimus
enim aliquem provenisse neglectum, ut aut crines illi lactei, carneo poculo bis terque
satiati, pulcherrima minus ebrietate rubuerint aut lanae non hauserint adorandi muricis
pretiosissimam qualitatem. Quapropter si perscrutator Hydrontini maris intusa conchylia 2
sollemniter condidisset apto tempore, acervus ille Neptunius, generator florentis semper
purpurae, ornator solii, aquarum copia resolutus imbrem aulicum flammeo liquore
laxaverat. color nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem
discernit, dominum conspicuum facit et praestat humano generi, ne de aspectu prin-
cipis possit errari. Mirum est substantiam illam morte confectam cruorem de se post 3
spatia tam longi temporis exudare quod solet vivis corporibus vulnere sauciatis effluere.
nam cum sex paene mensibus marinae deliciae a vitali fuerint vigore separatae, saga-
cibus naribus nesciunt esse gravissimae, scilicet ne sanguis ille nobilis aliquid spiraret
horroris. haec cum infecta semel substantia perseverat, nescit ante subtrahi quam
vestis possit absumi. Quod si conchyliorum qualitas non mutatur, si torcularis illius 4
una vindemia est, culpa nimirum artificis erit, cui se copia nulla subtraxit. in illis
autem rubicundis fontibus cum albentis comas serici doctus moderator intinxerit, habere
debet corporis purissimam castitatem, quia talium rerum secreta refugere dicuntur
immunda. Haec si omnia constiterint, si in nulla parte praetermissa videtur esse 5
sollemnitas, miramur tua te pericula minime cogitasse, dum sacrilegus sit reatus
neglegentiae in tali veste peccare. quid enim agunt tot artifices, tot nautarum
catervae, tot familiae rusticorum? tu quoque comitiva subvectus tantis iubes, tanta

---

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 nostrae *O* ego *om. O* sperare debui] desperare non *(inc. D^a)* debui *PD* 2 uid. non *K* uiderentur Z^a praes. latores (portitores *E*)] lat. praes. A^e 3 uerba P^aDN nec al.] ne al. *DO* 4 nostris] uestris K^1E uiderentur *K* 6 insinsinuatione *O* comperimus] cognouimus *E* uestis operam] uestis opera *X*, uesti supera M^bN, ueste supera Z^a, uestis supera Z^b, uesti superam DM^aO, uestis substantiam E^2 nos *om.* A^e uoluimus] $PDMZN^bXA^e$, uolumus $LRKON^aEA^r$ 7 necessaria *bis N* dirupto PDM^bZN, disruto *O* cui usum] *LRPDA*, cursum $MOZNX^1$, cui cursum *Gar.*, cultum X^2, tu uero cursum *E*, tu uero cultum *F* 8 pot. cogn. (cognosceres P^a) inf. *PD*, inf. pot. cogn. *EF* 9 aliquo pr. neglectu *E* bis terque *om. O* 10 ruuuerint P^a[?] hauseriut] E^2F^2, auxerint *reliqui* adorandi] $PDMOZNEFA^e$, odorandi *X*, adornandi $LRKA^r$ 11 preciosam *O* persurator O^1, perscrutor *R* intusa] intrusa P^1, inclusa *D*, infusa *Gar.* conchilia *PDMOZN*, conquilia *LR*, consilia *K* 12 aperto *K* generator *om.* O^1 13 aulico P^1 liquore] colore E^1 14 laxaret *Forn.* 15 dominum] deum $MZNE^1$, 'al. dominum, al. divum' E^2 16 illam *om. N* confertam E^2 cruorem *delendum* 17 tam *om.* O^1 quod] qui $K^2M^bZNEA^e$ corporibus] animalibus O^a sauciatis] sauciu*bis M^a, sauciis bis M^bZN, sauciatis bis *O*, sauciatis uix *A* 18 pene sex *PDO* 19 scilicet *om.* E^1 20 hic *Cui.* insecta *N* perseuerarent Z^a nescit] nesciat MOZ^aNXEF, et nescit *Forn.* 21 assumi PEF^1, consumi *R* conchiliorum *PDMONXE*, conquiliorum *LR* torcular K^1 22 uind. una N^a nimium *N* erit] esset *O* 23 albentes *A* intixerit *O* 24 corp. p. castitatem] mentis p. caritatem E^1 25 constiterunt *MZNXE* pr. uid. esse] uid. pr. (*om.* esse) *O*, pr. esse uid. *E* 26 te tua *KNE* minime *om.* E^a 27 negligentia *E*, neglegenter *coni. Cuiacius* enim] igitur *K* artices *O* 28 subiectus *P*

te istius nominis praesumptione defendis, ut, cum regale opus crederis agere, in multis
6 videaris tuis civibus imperare. Hoc ergo remissio tua neglegit, quod te et in provincia
subvexerat et ad conspectum principis honorabilem venire faciebat. quod si te facul-
tatis tuae adhuc cura non deserit, si salutis propriae tangit affectus, intra illum diem,
imminente tibi harum portitore, cum blatta, quam nostro cubiculo dare annis singulis
consuesti, venire festina: quia iam non compulsorem ad te mittimus, sed ultorem, si
7 aliqua credideris ludificatione tardandum. Verum talis tantaque res quam facili legitur
inventa compendio! cum fame canis avida in Tyrio litore proiecta conchylia impressis
mandibulis contudisset, illa naturaliter umorem sanguineum defluentia ora eius mirabili
colore tinxerunt. et ut est hominibus occasiones repentinas ad artes ducere, talia
exempla meditantes fecerunt principibus decus nobile dare rem, quae substantiam
noscitur habere mediocrem. Eoa Tyros est Hydron Italica, aulicum profecto vestiarium,
non antiqua custodiens, sed iugiter novella transmittens. vide ergo, si quis te patiatur
minus implere, quod nos tam necessarie cognoscis expetere.

III.

CASSIODORO V·I· ATQUE PATRICIO THEODERICUS REX. *c. a. 507*

1 Quamvis proprio fruatur honore quod est natura laudabile, nec desint probatae
conscientiae fasces, cum generat animo dignitates — omnia siquidem bona suis sunt
iuncta cum fructibus. nec credi potest virtus quae sequestratur a praemio — tamen
iudicii nostri culmen excelsum est: quoniam qui a nobis provehitur, praecipuis plenus
2 meritis aestimatur. Nam si aequabilis credendus est quem iustus elegerit, si tem-
perantia praeditus quem moderatus ascivit, omnium profecto capax potest esse meri-
torum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. quid enim maius quaeritur
quam ibi invenisse laudum testimonia, ubi gratificatio non potest esse suspecta?
regnantis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit, nec blandiri dignatur
3 animus domini potestate munitus. Repetantur certe quae te nostris sensibus in-
fuderunt, ut laboris tui fructum capias, cum nostris animis singula suaviter inhaesisse
cognoscas. in ipso quippe imperii nostri devotus exordio, cum adhuc fluctuantibus
rebus provinciarum corda vagarentur et neglegi rudem dominum novitas ipsa pateretur,
Siculorum suspicacium mentes ab obstinatione praecipiti deviasti, culpam removens
4 illis, nobis necessitatem subtrahens ultionis. Egit salubris persuasio, quod vehemens
poterat emendare districtio. lucratus es damna provinciae, quae meruit sub devotione

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 istius *om.* K^a defenderis Z^a ut *delet, substituens, errore ut videtur,* cum P^2 credideris Z^aX 2 tuis] tamquam tuis *Gar.* et *om.* O^1 3 te fac. tuae *(om. O^1)* adhuc *(om. PD)*] fac. tue adhuc te *R* 5 inminentem *PD* portitorem *PD,* portitare *X* blacta *EF* dare *om.* E^a sing. ann. *X* 6 con-suenisti A^e non quia iam E^2 7 tartandum *P* 8 cum] nam cum *A* fame *om. X* in] et *K* tyro L^a conchilia *PDMOZNXEF,* conquilia *LR* 9 illam L^1 10 colore] liquore E^2 est] est mox K^2, est mos *A* 11 nob. dec. D^aO dare] de re *Forn. (marg.)* rem quae] *scripsi,* quae *libri* 12 nos-cuntur *O* eoa] et eoa *P,* et a *K* tyro *MOZNEF* ydron *REF* uestarium *LMOZNEA* 13 si] ne *P* 14 minus *bis* R^1, *om.* Z^a tam *om. L* 16 est *om.* O^1 desinit probare *OX* 17 generat] *MOZNXA*^{e}, generant *PDEF,* gerat *LRK,* gerantur A^r 18 cum fr.] conflictibus *O* tamen] et t. *O* 19 quoniam] cum A^e praecipuis] praecipuus et A^e 20 existimatur *X* equalis Z^a, equilibris *K* 21 asciuit] acciuit *XF,* acuit E^1, *adnotans:* id est conuocauit, *fuit igitur in archetypo* accinit omnium *repetit ante* mer. K^1 22 magius R^1 23 ibi] ubi P^a, hic OXE^2 inuenisse (meruisse E^1) laud.] laud. inu. *X* gratificatio] magnificatio *E* 25 infunderunt E^a 26 tui lab. A^e fluctum *O* 27 ex. deu. X^a adhuc *om. X* 28 rudem] nouum OE^2 29 siculorum] seculorum *Z,* singulorum *E,* si clericorum *X* suspicacium] *Trossius,* suspicatium *L,* suspicantium *plerique,* suspicantum *K* culpa *O* 31 poterat] non poterat *EF* meruerit A^e deuotionem *ZN*

nescire: ubi sub praecinctu Martio civilia iura custodiens publica privataque commoda
inavarus arbiter aestimabas et proprio censu neglecto sine invidia lucri morum divitias
retulisti, excludens vel querelis aditum vel derogationibus locum: et unde vix solet
reportari patientiae silentium, voces tibi militavere laudantium. novimus enim testante
Tullio[1]), Siculorum natura quam sit facilis ad querelas, ut solita consuetudine possint
iudices etiam de suspicionibus accusare. Sed non eo praeconiorum fine contenti 5
Bruttiorum et Lucaniae tibi dedimus mores regendos, ne bonum, quod peregrina
provincia meruisset, genitalis soli fortuna nesciret. at tu consuetudinem devotionis
impendens eo nos obligasti munere, quo tibi nos putamus omnia reddidisse: inde amplificando debitum, unde credi poterat absolutum. egisti per cuncta iudicem totius
erroris expertem, nec invidia quempiam deprimens nec gratia blandiente sublimans.
quod cum ubique sit arduum, tum fit in patria gloriosum: ubi necesse est aut gratiam
parentela provocet aut odium longae contentiones exasperent. Oblectat igitur nos 6
actus praefecturae recolere, totius Italiae notissimum bonum, ubi cuncta provida
ordinatione disponens ostendisti, quam leve sit stipendia sub iudicis integritate dependere. nullus gravanter obtulit quod sub aequitate persolvit, quia quicquid ex
ordine tribuitur, dispendium non putatur. Fruere nunc bonis tuis et utilitatem propriam, 7
quam respectu publico contempsisti, recipe duplicatam. haec est enim vitae gloriosa
commoditas dominos esse testes, cives habere laudantes. His igitur tot amplissimis 8
laudibus incitati patriciatus tibi apicem iusta remuneratione conferimus, ut quod aliis
est praemium, tibi sit retributio meritorum. macte, summe vir, felicitate laudabili,
qui ad hanc vocem dominantis animos impulisti, ut bonorum tuorum potius fateamur
esse quod cedimus. sint haec divina perpetua, ut, cum haec pro remuneratione
tribuimus, meliora iterum tuis meritis exigamur.

IV.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

c. a. 507

Optamus quidem, patres conscripti, coronam vestram diversorum fascium flore 1
depingi: optamus, ut Libertatis genius gratam videat turbam senatus. conventus
siquidem talium est dignitas imperantum, et quicquid in vobis festiva gratulatione
respicitur, nostris vere laudibus applicatur. Illud tamen maxime desideranter appetimus, 2

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 procinctu *Forn.* 3 aditum] auditum *MOZNXE*^{1}*F* 4 militauerunt *A*^{c} laudantum *MZN* 5 siculorum] siclorum *L*^{a}, clericorum *XE*^{1} naturam *A* ut] ubi *A* 6 non eo] uero eo *O*, nos nec eorum *EF*^{2} 7 brutciorum *LR*, brutiorum *vel* bruciorum *plerique* mores] fasces *E* 8 consuetudine *O* 9 quo] quod *LRK*^{1} nos *om. MOZNXEFA* putabamus *DA*^{e} *recte* inde] et non *N* ampliando *EF*, applicando *A*^{c} 10 debitum *om. R*^{1} egisti] eg. te *EF* 11 blandientem *KE* 12 sit ubique *R*, ub. fit *Z* tum] tamen *KEFA* fit] sit *P* est] *PDMONXEF*, est ut *LRKA* 13 parentele *L*^{a}, palentela *N* contemptionis *O* nos ig. *K* 15 deprehendere *XEF* 16 nullus] et n. *P* grauanter] *LRD*^{1}*MOZN*, gratanter *D*^{2}*K*, grauiter *PEFA* 18 est *om. O* gloriose *R* 19 commodatas *Z*^{1} igitur] ergo *E* 20 iusta remnuerationem *O*, iustam remunerationem *E*^{1} 21 est pr.] impraemium *O* 22 impulisti] repulisti *L* 23 credimus *KONE*^{1}*FA* diuina perpetua] diuina perpetrata *O*, diuino perpetrata auspicio *E*^{2}*FA* 24 meliora] ad meliora *EFA*, *om. O* iterum] interim *O* 26 quidem] siquidem *P*^{a} 27 genius] *R*^{2}*KPMZN*, genus *LR*^{1}*DO*^{2}*XE* (*adscribens* 'uel gens uel genius') *A*, *inc. O*^{1} grata u. turba *E*^{2} 28 digtas *E* imperantium *PDEA* 29 conspicitur *OA*

1) *Cicero Brut. 12, 46:* ait Aristoteles *(in deperditis; cf. Rose Aristotelis fragmenta c. 137)*, cum, sublatis in Sicilia tyrannis, res privatae longo intervallo indiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens et controversa natura, artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse.

ut collegium vestrum ornent lumina dignitatum, quando decenter augmenta patriae
reddunt, qui aulica potestate creverunt. hos viros nostra perscrutatur intentio: his
morum thesauris gaudemus inventis, in quibus velut figuratis honorum vultibus clementia
3 nostrae serenitatis exprimitur. Hinc est quod Cassiodoro illustri et magnifico viro,
praecipua in re publica claritate notissimo, patriciatus dedimus pro remuneratione
suggestum: ut honore magni nominis declararentur merita servientis. qui non fragili
felicitate provectus fortunae ludo ad apicem fascium repentinis successionibus evolavit,
sed, ut crescere virtutes solent, ad praeconii fastigium conscendit gradibus dignitatum.
4 Primus enim, ut scitis, amministrationis introitus comitivae privatarum mole fundatus
est, ubi non tirociniorum infirmitate titubans novitatis vitio vel innocenter erravit, sed
abstinentiae firmato vestigio imitando vixit exemplo. qui mox deinde sacrarum largi-
tionum honore suscepto crevit conversationis laude, quantum profecerat dignitate.
5 Quid provinciis redditam disciplinam, quid diverso generi hominum monimenta iustitiae
infusa referamus? vixit tanta continentia, ut aequitatem et institueret monitis et
doceret exemplis. facilis enim recti persuasor est innocens iudex, sub cuius prae-
dicabili conversatione pudet mores probabiles non habere. quis enim vereatur scelus,
cuius in suggestu gremii complicem videt? in cassum personam fictae severitatis in-
ducit, cum avarus pecuniae ambitum dissuadet, cum legibus parendum censet iniustus.
non habet distributionis genium, cui auctoritatem libera conscientia non ministrat,
6 quoniam excessus tunc sunt in formidine, cum creduntur iudicibus displicere. His
itaque sub praecedenti rege gymnasiis exercitatus emeritis laudibus ad palatia nostra
pervenit. meministis enim, et adhuc vobis recentium rerum memoria ministratur, qua
moderatione praetoriano culmini locatus insederit et evectus in celsum inde magis
7 despexerit vitia prosperorum. Nullo quippe, ut plerisque moris est, elatus favore
fortunae in cothurnum se magnae potestatis erexit, sed aequitate cuncta moderatus
gratiam nostram in se non reddidit odiosam. maiora sibi fecit optari, dum intra
modestiae terminos magna cohibuit. hinc est enim probatae conscientiae gratissimus
fructus, ut, quamvis summa potuerit adipisci, iudicetur tamen ab omnibus plus mereri.
iunxit bene cum universorum gaudiis nostra compendia, aerario munificus et iuste
8 solventibus gratiosus. Sensit tunc res publica ex illo coetu Romuleo innocentiae
virum, qui licet se moderando gloriosum fecerit, hoc tamen maius contulit, quod bonae
actionis exemplum sequentibus dereliquit. pudet enim eum peccare, qui laudatis videtur
potuisse succedere. fuit itaque, ut scitis, militibus verendus, provincialibus mitis, dandi

---

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 honeret (?) limina *O* patriae] gratiae OE^{2} 2 uiros *om.* E^{a} his] iis A^{e} 4 est *om. O* cassidiodori N^{a}, cassiodori N^{b}, cathiodoro *E* ill. et (ac *K*) magn. uiro] ill. uiro et magn. *R*, uiro ill. et magn. uiro *O*, uiro ill. atque magn. *EF* 5 praecipua *bis* Z^{a} pro rem. ded. *N* 6 ut] in P^{a} honore] per honorem $MOZNXEFA^{r}$ declarentur $OZNEFA^{e}$ flagili *O* 7 successibus NA^{e} euolauit *om. L* 8 fast. praec. A^{e} 9 priuatorum *OXE* 10 uitio] initie *(sic) O*, initio E^{2} 11 largionum LR^{1} 12 creuit] cr. tantum *A* laude] honore *R* quantum] meritorum *P* proferat K^{1} 13 genere O^{1} monumenta *K*, momenta $DMO^{2}ZN$ 14 uixit] uix L^{1}, uixit enim A^{e} instrueret EA^{e}, instituеret aliter instrueret A^{r} 16 quis enim .... uidet *om.* P^{a} 17 complicem] complicere M^{a} [?] personam] per *K* inducit] induit F^{2} *Gar., inc.* O^{1} 18 parendum] pereundum *MOZN* cesset M^{a}, senset P^{a} 19 habent O^{1} *fortasse* districtionis genium] ingenium K^{2}, gremium *XE, inc.* O^{1} 20 dispicere O^{1} is *K*, hic *Gar.* 21 lege *O* gignasiis *NX* 22 et *om.* O^{1} nobis *PD* rerecentium *O* 23 celsum] excelsum *PDA* 24 despexit *N* prospectorum $MOZNXE^{1}$ mos *O* 26 non reddidit] reddidit $D^{a}MOZNXF$ maiora] m. igitur *EF* sibi] sibi de se *A* 27 magis A^{e} hinc] hic *MZNEA* enim *om. OXF* 28 sumam potuerit (habuerit E^{2})] pot. summ. *K* adipisci *om. MOZNXEF* omnibus] $MOZNXEFA^{r}$, hominibus $LRPDA^{e}$ plus *om. X* 29 conpedia *N* 30 romuleae *malim* 31 licet *om. N* tamen] tantum *Z* magis *R* benae L^{1} 32 laudantis M^{a} 33 ut scitis *om. O* uenrendus R^{a}

avidus, accipiendi fastidiosus, detestator criminis, amator aequitatis. quod non fuit illi
custodire difficile, qui se a rebus alienis decreverat abstinere. est enim invicti animi
signum famae diligere commodum et lucra potius odisse causarum. Verum haec in 9
illo iure mirentur, qui patris atque avi mores nobilissimos nesciverunt. Cassiodoros
siquidem praecedentes fama concelebrat. quod vocabulum etsi per alios videatur
currere, proprium tamen eius constat esse familiae. antiqua proles, laudata prosapies,
cum togatis clari, inter viros fortes eximii, quando et valitudine membrorum et corporis
proceritate floruerunt. Pater enim candidati sub Valentiniano principe gessit tribuni 10
et notarii laudabiliter dignitatem: honor qui tunc dabatur egregiis, dum ad imperiale
secretum tales constet eligi, in quibus reprehensionis vitium nequeat inveniri. Sed ut 11
se pares animi solent semper eligere, patricio Aetio pro iuvanda re publica magna
fuit caritate sociatus: quem tunc rerum dominus propter sapientiam sui et gloriosos
in re publica labores in omni consilii parte sequebatur. ad Attilam igitur armorum
potentem cum supra dicti filio Carpilione legationis est officio non irrite destinatus.
vidit intrepidus quem timebat imperium: facies illas terribiles et minaces fretus veritate
despexit nec dubitavit eius altercationibus obviare, qui furore nescio quo raptatus
mundi dominatum videbatur expetere. Invenit regem superbum, sed reliquit placatum 12
et calumniosas eius allegationes tanta veritate destruxit, ut voluisset gratiam quaerere,
cui expediebat pacem cum regno ditissimo non habere. erigebat constantia sua partes
timentes, nec inbelles sunt crediti, qui legatis talibus videbantur armari. pacem retulit
desperatam. cuius legatio quid profecerit, datur intellegi, quae tantum est gratanter
excepta, quantum et videbatur optata. Mox honorem illustratus, mox redituum dona 13
aequus arbiter offerebat. sed ille potius nativa moderatione ditissimus dignitatem
suscipiens otiosam in remunerationis locum expetiit amoenissima Bruttiorum. negare
illi non potuit optatam quietem, qui eum reddiderat ab inmani hoste securum: tristis
ab obsequio suo reliquit, quem sibi necessarium fuisse cognovit. Avus enim Cassiodorus 14
inlustratus honore praecinctus, qui eius generi non poterat abnegari, a VVandalorum
incursione Bruttios Siciliamque armorum defensione liberavit, ut merito primatum in
illis provinciis haberet, quas a tam saevo et repentino hoste defendit. debuit itaque
virtutibus eius res publica, quod illas provincias tam vicinas Gensiricus non invasit,
quem postea truculentum Roma sustinuit. Hi autem et in partibus Orientis parentum 15
laude viguerunt. Heliodorus enim, qui in illa re publica nobis videntibus praefecturam
bis novenis annis gessit eximie, eorum consanguinitati probabatur adiungi. genus in
utroque orbe praeclarum, quod gemino senatui decenter aptatum tamquam duobus

---

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 quod] quid MO^1[?]Z^bNXEA non] nam O^1[?]*XEA* 2 diff. cust. EA^c inuicti] indigi $MONXEF^1$, ingenui F^2 3 uerum] unde E^2F 4 iure *om.* O^1 mirentur] imitantur *E* nescierunt A^c cassiodorus *PDMOZNXF*, cathiodorus *E* 7 togatis clari] togati solari LRK^1, togatis colari *D* inter *om.* K^1 fort. uir. *OZN* et *om.* *O* ual. membr. et *om.* *N* 8 pro celeritate Z^a candidati] huius c. *Gar.* ualentiano *LKEF* tribun E^1 9 laudabiliter *om.* *NF* 10 reprehensiones Z^a 11 semper] sepe *XF* diligere *coni. Cuiacius* aetio] boetio F^2 pro iuuanda] prouidenda *N* 13 parte cons. *P* antillam *P* pot. arm. A^c 14 carpinione *O* est *om.* *O* 15 intrepus N^1 quem] quem in N^1 faciles O^1 terr. ill. P^a 16 dubitarat A^c raptus RKM^aZ^a 17 dominium *N*, dampnum *O* expetere] exposcere N^a inuenti E^a 18 altercationes OE^2 19 expedit *P* erigat *P* sua *om.* *MOZNXEF* 20 inbecilles M^aOE^2 arm. uid. K^1 21 qui K^1 22 accepta *DEF* et *om.* K^1EF honore $M^bOZNXEA$ 24 remuneraciones P^a 25 oblatam P^a redderat *K* 26 cathiodorus *E* 27 inlustatus *L* praecinctus] cinctus *MOZNXE* uandalorum $PMZNEA^c$ 28 siciliam brutiosque A^c in prou. ill. prim. *XEF* 30 eius *om.* *R* gensiricus] gensuricus *K*, gensericus A^c, rex uuandalorum g. *O* 31 postea *om.* A^c 33 consanguinitati] *DMOZNXEA*, consanguinitate *LRKP*, consanguinati *N* probabatur] $LRKPDM^bN$, probatur M^aOXEA 34 decenter *om.* *N*

luminibus oculatum purissima claritate radiavit. quo enim se quaevis nobilitas ultra
16 distendit quam haec, quae in utroque orbe clara esse promeruit? Vixit et ipse in
provincia honore iudicis et securitate privati: cunctis illis nobilitate potior omnium ad
se animos adtrahebat, ut qui libertatis iure non poterant subdi, viderentur magis con-
17 tinuis beneficiis suaviter obligari. Tanta quin etiam patrimonii sui ubertate gloriatus
est, ut inter reliqua bona equinis gregibus principes vinceret et donando saepius in-
vidiam non haberet. hinc est, quod candidatus noster Gothorum semper armat exer-
citus et, bono instituto melior, quod a parentibus accepit hereditaria largitate custodit.
18 Quae ideo per ordinem nostra dignatio percucurrit, ut unusquisque intellegat et parentum
suorum apud nos laudes posse reparare qui vivere praeclaris elegerit institutis. et
ideo, patres conscripti, quia vobis est commodus honor bonorum et iudicium nostrum
vester comitatur assensus, prospero auspicio suscipiatur eius provectus, qui sibi fecit
gratiam patere cunctorum. est enim potius vicissitudo quam praemium, ut qui vos
probabili actione coluerunt, reciproco favore gratulentur.

V.

FLORIANO V· S· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 In inmensum trahi non decet finita litigia. quae enim dabitur discordantibus
pax, si nec legitimis sententiis adquiescant? unus enim inter procellas humanas portus
instructus est, quem si homines fervida voluntate praetereunt, in undosis iurgiis semper
2 errabunt. Et ideo spectabilitati tuae praesentibus effamur oraculis, quatenus, si ita
res se habet, ut a praesentibus supplicatur, et in comitis Annae iudicio Mazenis fundi
controversia statutis legitimis est decisa nec aliqua probatur appellatione suspensa,
3 quae sunt decreta serventur. Quia sicut nolumus oppressis negare iudicium, ita ir-
rationabilibus querelis non praebemus assensum. cogi enim debet, ut sit quietus, qui
suo vitio renuit esse pacificus. nam et medendi peritus invitum frequenter salvat
aegrotum, dum voluntas recta in gravibus passionibus non est, sed potius illud appetitur
quod a salutis iudice gravare posse sentitur.

VI.

AGAPITO V· I· P· U· THEODERICUS REX. *a. 507/509*

1 Decet principem cura quae ad rem publicam spectat augendam, et vere dignum
est regem aedificiis palatia decorare. absit enim ut ornatui cedamus veterum, qui
2 inpares non sumus beatitudine saeculorum. Quapropter in Ravennati urbe basilicae
Herculis amplum opus aggressi, cuius nomini antiquitas congrue tribuit, quicquid in

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 oculatum (atulatum *K*) pur. *om.* *N* quaeuis] quae *MZN* 2 quae *om.* K^1 3 priu. c. illis (uel A^e) nobilitate *om.* O^1 4 adtrahebat] trahebat R^1 libertati *LP* 5 sui *om.* *PD* ubertatem N^a, libertate *PD* 6 regibus *P* inuidiam] i. nominis K^2A^e 8 et] *PDMOZNXEA*, ut *LRK* largitate] lege E^2 custodit] accepit R^a 9 dignatio] disgressio F^2 percurrit *KPDO*, praecucurrit *E* 10 praeclarius *N* elegeri* R^1, elegerunt *MN*, egerunt *Z* 11 commodius *K* 12 assessus R^1 suscipiautur O^1 gr. fec. *P* 13 parere *E* ut qui] qui ut P^a nos *A* 14 probabile L^1 uoluerunt P^a gratulantur Z^a 16 in *om.* K^1Z^a 17 nec] non *P* acquiescatur *L* constructus est port. *P* 18 undiosis Z^a 19 affamur E^1A res ita se *K*, ita se res *O* 20 habeat M^aO suspicatur *EF* et in *om.* A^e 21 statis MO^1ZN decisa] bis cisa *X* 22 inirrationabilibus M^aX 24 saluat] sanat EFA^c 26 iudicis P^aD^a, iudiciis P^b *ad ep. 6 adnotat E:* 'deficit hic una alia quae incipit etiam Decet principem' 28 curare *E* 29 qui] quod *Z* 30 imparem M^a 31 attiquitas *N*

aula praedicabili ammiratione fundavit, magnitudini tuae studiosissime delegamus, ut
secundum brevem subter annexum de urbe nobis marmorarios peritissimos destinetis,
qui eximie divisa coniungant, ut venis colludentibus illigata naturalem faciem lauda-
biliter mentiantur. de arte veniat quod vincat naturam: discolorea crusta marmorum
gratissima picturarum varietate texantur, quia illud est semper in pretium, quod ad
decorem fuerit exquisitum. His sumptus subvectionesque praestabis: ne quemquam 3
nostrum gravet imperium, quod ad utilitatem volumus respicere singulorum.

VII.

FELICI V· C· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Venantii tutoris Plutiani aditione cognovimus in ea te, qua non decuerat, actione 1
versatum, ut eum, quem sumptu proprio iuvare debuisses, dispendio proprietatis affli-
geres. affinitatem quippe tuam solacia debuerant impensa testari. quale ergo videtur
sanguine coniunctis, quod criminosum probaretur extraneis? Atque ideo praesenti 2
iussione censemus, ut, quicquid a Neoterio prodiga voluntate lascivo te non tam com-
parasse quam subripuisse cognoscis, incorporanda militi nostro sine aliqua dilatione
restituas, ne nos huius modi factum cogas legibus vindicare, qui nunc videmur omnia
mansuetudine temperasse. perire enim pupillo non patimur quod parentibus sub nostra
laude dederamus. gravissimum est enim per calumniam subtrahi, quod collatum est
munificentia principali. Reliqua vero, quae pro iugalis tuae assereris portione con- 3
tempto iustitiae tramite divisisse — si tamen appellanda divisio est, quam sub unius
celebratam constat arbitrio —, ad nostrum comitatum festinus occurre, ut inter vos
ea quae iustitiae conveniunt ordinemus. iniquum est enim, ut de una substantia,
quibus competit aequa successio, alii abundanter affluant, alii paupertatis incommodis
ingemiscant.

VIII.

AMABILI EXECUTORI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Cordi nobis est cunctos in commune protegere, sed eos maxime quos sibi novimus 1
defuisse. sic enim aequitatis libra servabitur, si auxilium largiamur imparibus et metum
nostri pro parvulis insolentibus opponamus. fortuna minor principem quaerit, quia in
vituperationem nostram corruunt quibus se publica vota subducunt. Venantii itaque 2
tutoris Plutiani lacrimabili suggestione comperimus Neoterium fratrem suum, affectum
germanitatis oblitum, bona parvuli hostili furore lacerasse. quod nos pro rerum suarum

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 magnitudine Z^a 2 brene *EA* subtus E^1 marmorarias *N*, marmoris *X* 3 coniungat *P*, coniungunt D^a ut] *Krusch*, et *libri* 4 metiantur KA^e nat. uine. *PD* discolora *NXEF* crustra *M* 5 semper *om. K* in *om.* Z^a 6 subuentionesque *EA* nequaquam M^aXE 7 uestrum *K*, uel nestrum *(sic) P* quod] qui *N* 9 pluciani *L*, plutani *O* docuerat L^1 10 conuersatum *R* sumptum *O* debueras KA^e dispensio LK^1 11 solacia] sola etiam $MOZNXE^2F^1$ tristari E^1 13 a neotherio *plerique*, a net°herio *P*, a notherio *D*, aucotherio *E* 14 incomparanda *XEF* nostra *N* 15 modi *om. K* qui] quod Z^a uidemini A^e 16 mansutudine *P* quae *A* 17 en. est *N* 18 quae] q te *EA*: *fortasse* quod iug*lis L^1 assereres *MOZNXE*, asseris *A* portione contempto] contemptio *O* 19 diuisse L^a, diuidisse *MZN* est diu. *RPD* 20 cel.] cel. esse L^2 ad] sic ad *XEF* uestrum M^a festinus occurre] $LRD^bM^bOZNE^2$, festinus occurrere M^a, festines occurrere XE^1A, festinus occurrit D^a, festinetis occurrere *P* 21 ea *om.* A^e quae *om.* L^a iniquum] iniustum N^a 22 puapertatis incomidis *N* 25 in comm. cunctos *OXEF* 26 equalitatis *N* si] et si *K* 27 nostri] nostrum X^2EFA, *om.* X^1 28 corruerunt *E* subducunt] subdicunt *LR* 29 pultiani *K*, plutoni *E* suggestiane L^a neothericum *L* 30 nos *om.* $MOZNXE^1F$

acerbitate commovit, ut largitas nostra, quam velut titulum volumus stare pietatis, usurpata praesumptionibus videatur illicitis. et quia dubium non est in repetitione minoris maxime submoveri dispendia tarditatis. ideoque devotio tua, nostra iussione firmata, si nihil est quod rationabiliter a pulsato possit opponi, postulatas res praedicto tutori
3 faciat sine dilatione restitui. Aut si quid est quod pro suis partibus intentio retentatoris obiciat, legali sponsione praecedente, ad nostrum deproperet venire comitatum: ut allegationibus cognitis pro consuetudine nostrae iudicemus aequitatis.

VIIII.

EUSTORGIO VIRO VENERABILI MEDIOLANENSI EPISCOPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Tuta est condicio subiectorum, ubi vivitur sub aequitate regnantium: nec dubio
decet rumore trahi, a quo debent non mutanda constitui. fidem siquidem rerum a
ratione colligimus, quae numquam desiderantibus absconditur, si suis vestigiis per-
2 quiratur. Atque ideo, quod beatitudini vestrae gratissimum esse confidimus, praesenti
tenore declaramus Augustanae civitatis episcopum proditionis patriae falsis criminationibus accusatum: qui a vobis honori pristino restitutus ius habeat episcopatus omne quod habuit. nihil enim in tali honore temeraria cogitatione praesumendum est, ubi, si proposito creditur, etiam tacitus ab excessibus excusatur. manifesta proinde crimina
in talibus vix capiunt fidem: quicquid autem ex invidia dicitur, veritas non putatur.
3 Volumus enim inpugnatores eius legitima poena percellere: sed quoniam et ipsi clericatus nomine fungebantur, ad sanctitatis vestrae iudicium cuncta transmisimus ordinanda, cuius est et probitatem moribus talibus imponere et districtionem ecclesiasticam custodire.

X.

BOETHIO V·I· ATQUE PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Licet universis populis generalis sit impendenda iustitia, quae sic nominis sui
obtinet dignitatem, si aequabili moderatione per potiores currat et humiles, confidentius tamen illam expetunt, qui a palatii militia non recedunt. otioso enim gratuite praestatur aliquid munificentia principali; consuetudo autem quodam debito redditur fideliter
2 obsequenti. Domestici partis equitum et peditum, qui nostrae aulae videntur ingiter
excubare, quod ex magnis fieri doloribus solet, adunata nobis supplicatione conquesti sunt ab illo arcario praefectorum pro emolumentis sollemnibus nec integri ponderis solidos percipere et in numero gravia se dispendia sustinere. Quapropter prudentia

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 ut] ne E^2A^e noluimus *DMOZX* stare *om.* E^a 2 et *om.* A^e non *om.* E^a repetitionem Z^a 3 submoueri] moueri *EF* ideoque] $PDMOZNX^1EFA$, ideo $LRKX^2$ 4 pulso *P* 5 facia *O*, facias *A* quod *om.* P^a retentoris PO^1A^e 6 sponsione] positione *MOZNXEFA* uen. depr. *A* 7 nostrae *om.* *N* 11 decet] debet EFA^e, *om.* *X* rumore] ratio (= ro) more *MOZN*, racio mori *X* debet *P*, debetur A^e rerum] *om.* *N* 12 collegimus *E*, diligimus *O* 15 nobis *A*, *inc.* *O* honore E^2, hononori *N* ep. hab. *R* 16 cognitione A^e 17 propositio Z^a creditur] cr. ut MZ^aN, ut cr. *O* excelsibus *O* 18 non imputatur M^a 19 uoluimus *L* eius *om.* O^2, *inc.* O^1 pertollere K^2 20 transmisimus] misimus K^1, transmittimus A^e 21 et probitatem] aequitatem $MZNXEFA^r$, aequitatem est *O*, et aequitatem A^e et districtionem ecclesiasticam] et districtione ecclesiastica *P*, quem (quam *O*) nouimus traditionem ecclesiasticam *MOZNXEFA* 23 uniuesis *L* imponenda *E* nom. sui *om.* *N* 24 optine** R^1 si] et si *K* 25 exp. ill. *K* mil. pal. D^aK ocioso Z^a grauitate *N*, gratuitate Z^a praestantur aliqua *E* 27 partis] $LPDA^e$, patris et *R*, patres $KMOZNXEFA^r$, protectores *coni.* *Cuiacius* equitum *om.* O^a 28 quod] et quod *P* 30 se gr. *O*

vestra lectionibus erudita dogmaticis scelestam falsitatem a consortio veritatis eiciat,
ne cui sit appetibile aliquid de illa integritate subducere. Haec enim quae appellatur 3
arithmetica inter ambigua mundi certissima ratione consistit. quam cum caelestibus
aequaliter novimus: evidens ordo. pulchra dispositio, cognitio simplex, immobilis scientia,
quae et superna continet et terrena custodit. quid est enim quod aut mensuram non
habeat aut pondus excedat? omnia complectitur, cuncta moderatur et universa hinc
pulchritudinem capiunt, quia sub modo ipsius esse noscuntur. Iuvat inspicere, quem- 4
admodum denarius numerus more caeli et in se revolvitur et numquam deficiens in-
venitur. crescit nova condicione per se redeundo addita sibi semper ipsa calculatio
et, cum denarius non videatur excedi, ex modicis praevalet maiora complecti. hoc
saepe repetitum inflexis manualibus digitis et erectis redditur semper extensum, et
quanto ad principium suum supputatio reducitur, tanto amplius indubitanter augetur.
quantitate numerabili harena maris. guttae pluviarum, stellae lucidae concluduntur.
auctori quippe suo omnis creatura sub numero est et quicquid ad existentiam pervenit,
a tali non potest condicione dimoveri. Et quoniam delectat nos secretiora huius 5
disciplinae cum scientibus loqui, pecuniae ipsae quamvis usu celeberrimo viles esse
videantur, animadvertendum est quanta tamen a veteribus ratione collectae sunt. sex
milia denariorum solidum esse voluerunt, scilicet ut radiantis metalli formata rotunditas
aetatem mundi, quasi sol aureus, convenienter includeret. senarium vero, quem non
inmerito perfectum antiquitas docta definit, unciae, qui mensurae primus gradus est,
appellatione signavit, quam duodecies similitudine mensium computatam in librae pleni-
tudinem ad anni curricula collegerunt. O inventa prudentium! o provisa maiorum! 6
exquisita res est, quae et usui humano necessaria distingueret et tot arcana naturae
figuraliter contineret. merito ergo dicitur libra, quae tanta rerum est consideratione
trutinata. talia igitur secreta violare, sic certissima velle confundere, nonne veritatis
ipsius videtur crudelis ac foeda laceratio? exerceantur negotiationes in mercibus:
emantur late, quae vendantur angustius: constet populis pondus ac mensura probabilis,
quia cuncta turbantur, si integritas cum fraudibus misceatur. Mutilari certe non debet, 7
quod laborantibus datur: sed a quo actus fidelis exigitur, compensatio imminuta prae-
stetur. da certe solidum et aufer inde, si praevales: trade libram, et aliquid, si potes,
imminue. contra ista nominibus ipsis constat esse provisum: aut integra tribuis aut
non ipsa quae dicuntur exsolvis. non potestis omnimodo, non potestis nomina integri-

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

3 arismetica *K*, arismetrica *EF*, arimetica *O* cum *om.* L^a 4 aequaliter] aequabiliter conuenire *PD* dispositione L^1, disposio *O* scientia *om.* O^1 7 cap. pulcr. *K* modio DA^e 8 reuoluitur] **uouitur P^a, uoluitur P^bD indeficiens K^1 9 ipsa] in ipsa *K* calculatio et] *scripsi*, calculatio ut *plerique*, calculatione E^1F^2 10 praeualet (preualeat *D*) m. c. h. s. repetitum *om.* $MOZNXEF^a$ 11 inflexis *om.* LRK^a mannalibus] et m. $MOZNXK^1$ (?) 12 suppetatio L^a reducitur] reditur N^a, redditur M^tOZN^bXEF, reddit M^v 13 mirabili *A* harene *E* maris *om.* O^1 15 dimoueri] moueri *K* 17 uideatur L^a, uideamur PD^a est] tamen est *K* tamen] tantum *MZ* a uet. *om.* *N* sint L^aEF sex] sex enim *KA* 18 esse *om.* O^1 scilicet *bis* M^a formata] formosa *E*, formata profunda *K* 19 mundi] munit M^a conuenienter *om.* *N* 20 docta aut. A^e definit] definiuit *vel* diffiniuit *MZEFA*, definnit *O* qui] quae *NE* gr. pr. *E* 21 signauit] significauit *PD* quam] quoniam A^e similitudinem *K* 22 prudentum *EF*, prudentia *R* maiorum *om.* *K* 23 exquisata L^1, exquita O^1 et usui] in usu *K*, et sui N^a et tot] ut tot *P* naturae *om.* O^1 24 figurariter P^2 tata *O*, tantarum *E* est *om.* Z^a 25 talia] tanta A^e igitur *om.* O^1 26 uidetur] u. esse *A* ac] et *PO* negociatione *MOZN* 27 laete *O* angustius] augustius *LR* contet *N* populus] prius N^1 ac] a K^1, et K^2XF 28 ingritas Z^a 29 sed] *malim* nec fid. actus A^e immunita A^e 30 praeuales] potes *R* aliquid] aliud *K*, aliquid inde *A* 31 imminue] minue *MOZNX* contra] et contra *P*, cunta *K*, cuncta *MOZNXA*, et cuncta *E* integra] non integra *EF* 32 exsol* L^1 omnino A^e

tatum dare et scelestas imminutiones efficere. providete itaque, ut et arbiter areae habeat iustas consuetudines suas, et quod bene meritis impendimus, incorrupto munere consequantur.

XI.

SERVATO DUCI RAETIARUM THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Decet te honorem, quem geris nomine, moribus exhibere, ut per provinciam,
cui praesides, nulla fieri violenta patiaris, sed totum cogatur ad iustum, unde nostrum
2 floret imperium. Quapropter Moniarii supplicatione commoti praesentibus te affamur
oraculis, ut, si re vera mancipia eius Breones irrationabiliter cognoveris abstulisse,
qui militaribus officiis assueti civilitatem premere dicuntur armati et ob hoc iustitiae
parere despiciunt, quoniam ad bella Martia semper intendunt, dum nescio quo pacto
3 assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram. Quapropter omni pro-
tervia remota, quae de praesumptione potest virtutis assumi, postulata facies sine
intermissione restitui: ne per dilationis incommoda eorum videatur supplex odisse
victoriam.

XII.

EUGENITI V̄· Ī· MAGISTRO OFFICIORUM THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Pompa meritorum est regale iudicium, quia nescimus ista nisi dignis impendere.
et quamquam potestati nostrae deo favente subiaceat omne quod volumus, voluntatem
tamen nostram de ratione metimur, ut illud magis aestimemur elegisse, quod cunctos
2 dignum est approbare. Hinc est quod te litterati dogmatis studia laudabiliter exsequentem
pridem ad quaesturae culmen elegimus, ut honesti laboris tui fieret praemium dignitas
litterarum. quid enim advocationis officio, si pure impendatur, ornatius, quod peregrinum
negotium ad suas molestias trahit, ut laboribus subveniat alienis? in hoc campo exer-
3 citatus cursu meritorum ad palmam nostri iudicii pervenisti. Nec tamen benignitas nostra
una remuneratione contenta honorem geminat, augmenta procurat et eo studio dona
reparat, quasi debeat omne quod praestat. sume igitur magisteriae infulas dignitatis,
usurus omnibus privilegiis quae tuos habuisse constiterit decessores. atque ideo tanto
iudicio laetare suscepto, qui pro labore honoris tui honorem alterum accipere meruisti.
quid enim de priore senserimus praemio, secundae dignitatis declaramus augmento.
nati sunt fasces ex fascibus et naturam retinentes fetus arborei pullulaverunt iterum
4 decenter abscisi. Verum te haec remuneratio satietate non expleat nec det laboribus

---

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 immunitiones MZ^b, immutationes Z^a ut et] ut $KPDOFA^r$, et ut *Gar.* arcae (arte *O*) habeat iustas] arceat iniustas K^2, *inc.* K^1 6 nullam f. uiolentiam *MOZNXEFA* 7 floreret P^a moniari *P*, momari *D*, maniarii A^e 8 re (te E^1) uera] uera re *K* pancipia P^1 eius] et eius *E* *post* breones *repetit* mancipia eius R^1 abtulisse *N*, accepisse *K* 9 dic. prem. *N* 11 assidue *bis* M^a quapropter *om.* EFA^e 12 facias *KF* 13 simplex *P* 17 expendere *E* 18 et *om.* *R* 19 tamen] tantum *O* extimemus magis *K* 20 probare *XE* st. laud. *om.* O^1 21 dignitatis L^a 22 enim adu. officio] enim dignius adu. off. *X*, enim as dignitas adu. off. *O*, enim adu. off. dignius (digni *N*, dignum Z^2) KZ^2N, est dignius adu. off. *E*, enim dignius est adu. off. *F* pure impendatur ornatius quod] per eum impendatur ornatus quod M^a, per eum impendatur (impediatur *O*) ornatus qui $M^bOZNXEF$, per eum imp. ornatius quod *K* 23 in] et in *P* 24 cursum *O* palpam *O* 25 geminat] congeminat *R*, gem. et *EF*, *om* O^a et *om.* *O* 26 omne] esse (ēē *pro* ōē) $MOZNXE^1$ quod *om.* *O* igitur] ergo *R* 27 constitit *O* ideo] iam *O* 28 letere *O*, letore M^a 29 primo *O* senseris *E* 30 arbores *X* pullularunt $KEFA^e$ 31 abscisae *X*, *om.* *O* te *om.* *PD* satietatem *PD*, saciate $MZXE^1$

tuis ferias nostri laus inventa iudicii. desiderabilior quin immo sit honestas, cum pervenit ad praemium, et tunc fiat gratius labores anxios fuisse perpessum, cum te fructum eorum intellegis invenisse. honores ergo quos sumis ex chartis, redde de meritis. nosti bene, quo nobis studio placeatur, qui ab ipsius consilii penetralibus venis. meministi, quotiens apud nos laudati sint innocentes, quotiens bonis actibus reddidimus vicem. ore tuo iudicia nostra loquebamur: exemplis talibus incitare. esto innocentiae templum, temperantiae sacrum, ara iustitiae. absit a iudiciariis mentibus aliquid profanum. pio principi sub quodam sacerdotio serviatur.

XIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Dignitas, patres conscripti, dum ad incognitum venit, donum est, cum ad expertum, compensatio meritorum. quorum alter debitor iudicii, alter obnoxius est favori. hos enim aestimatione subvehimus, alios gratia promovemus et ad omnes indulgentiae vias nostra se relaxat humanitas. sed amoris vestri intuitu commonemur, quotiens in coetum vestrum ducitur, qui de gloriosis virtutibus aestimatur. quicquid enim humani generis floris est, habere curiam decet: quae sicut arx decus urbium, ita illa ornamentum est ordinum ceterorum. 2 Atque ideo Eugenitem illustrem virum litterati dogmatis opinione fulgentem magisterii honore subveximus, ut gereret nomine quam possidebat meritis dignitatem. quis enim tot eius officiosos labores ignoret, quos non vilitate mentis exercuit, sed patrocinii honore servavit? dedimus itaque personam tantis honoribus parem, ut alterutro decore fulgentes mutua se gratia qualitatis ornarent. hic est, qui pridem nostro lateri iuridicus quaestor adhaesit, quem livoris nebula nulla fuscavit, nec malivolentiae studio nocendi artes fellitis sensibus exquisivit: sincero pectoris arcano puritati nostrae paruit et ad pietatem iussionum innocentiam suam praebuit. animus enim dolosus non arbitrium sequitur imperantis, sed suas potius explicat voluntates. 3 Habetis certe evidens nostrum in hac parte iudicium, ut post illius apicis culmen ad alteram conscenderet dignitatem. nec passi sumus otiosum, quem merita non sinebant esse privatum: sereni solis consuetudinibus aestimandus, qui licet susceptum diem peragat, alterum tamen eadem gratia claritatis illuminat. hunc ergo, patres conscripti, tot meritis absolute relucentem favor vester excipiat. debetis enim bene gerentibus, ut eos laudis vestrae comitetur assensus. nam si equorum

---

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

2 perpexum E^1 3 fructus *E* ex] dex N^a de *om. EF* 4 nosti] nostis *Z*, n. enim *KA* placeat *K* penetrabilibus *MOZNEA*^{r} 5 quotiens *om. O* sunt *KN* 6 reddimus *DKN* loquamur *K* exemplis] et ex. *P* 7 sacrum] *PDMOZN*, sacrarium *LRKEFA* adiudicariis *O* 8 seruiatur *om. X* 10 dum] cum *E* incognitum u. d. e. cum *om.* K^1 expertam N^a 11 debitor] d. est *KEF* 12 aestimatione] existimatione M^a (exstimatione M^b), fauore *D*, uel fauore *supra r. P* 13 se *om.* E^a commemur R^1, commouemur *PDEFA* 14 uestrum coetum A^e deducitur *EF*A^e enim *om. K* 15 floris est] floris *N*, est fl. *E* quae] et A^e arx] ara *K* decus *(om. P)* urbium] urb. dec. $Z^a N^a$, d. est u. *A* 16 est *om. K* eugeniten A^e, eugenientem Z^a 18 eius *om.* O^1 19 uirilitate L^1, utilitate *KN* patrociniis M^a, patrimonii *O* honorem *K* 20 parem] dignam *PD* alterutrum L^1 fungentes *P* se *om. K* 21 est] est enim Z^a pridem nostro] n. pr. *MOZA*, nostro quondam *N* ueridicus *DKOA* 22 nec] ne *N* stu|studio *N* artes] altes N^a, arte *LR*, artem *K* 23 puritati (punitati *N*) n. paruit] n. patuit puritati *K* iussionum] iussionis *O*, iussionum uel iussionis *K* innocentiam] inpietatem N^a 24 enim *om. N* 25 certe *om.* A^e ut] cum $E^a F$ 26 otiosum] ocium N^a 27 siebant *O* priuatum] preliatum R^a *[?]* extimandis *K* 28 altum *P* 29 absoluite Z^b reluentem E^a 30 gerentibus] agentibus *KO* uester *R* commutetur *K*

cursus hominum clamoribus incitatur et insonantium manibus agitur, ut a mutis animalibus velocitas appetatur, quantum inde homines stimulari posse credimus, quos ad laudis aviditatem natos singulariter invenimus!

XIIII.
FAUSTO PPO THEODERICUS REX.

a. 507|511

1 Libentes omnimodis praebemus assensum, quotiens vox est iusta poscentium, quia
2 nec decet esse difficile beneficium, quod non patitur largitate detrimentum. Et ideo praecelsa magnificentia tua, quod a Cataliensibus inferebatur genere tertiarum, faciat annis singulis in tributaria summa persolvi, nec post super hac parte patiantur supplices aliquam quaestionem. quid enim interest, quo nomine possessor inferat, dummodo sine imminutione quod debetur exsolvat? ita et illis suspectum tertiarum nomen auferimus et a nostra mansuetudine importunitates competentium summovemus.

XV.
FESTO V· I· ATQUE PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507|511

1 Gratum nobis est, quotiens de magnitudinis tuae meritis aestimatio talis procedit, ut et infirmorum auxilium et absentium credaris esse tuitio. nam ideo senatus prior esse meruisti, ut sequentibus pro iustitiae contemplatione praestares. unde fit, ut bona vobis crescat opinio gloriosae actionis exemplo. nulli enim propria res a
2 discedente committitur, nisi de cuius bene conscientia iudicatur. Idcirco praesenti iussione decernimus, ut domus patricii Agnelli ad Africam discedentis, qui regnum petens alterius nostris est utilitatibus serviturus, salvis legibus tua tuitione valletur, ne violentos cuiusquam impetus subtracta domini defensione patiatur. perviae sunt enim semper iniuriis facultates absentium et quodam modo videtur occasio in delictum
3 trahere, quae non potest animum pervadentis de resultatione terrere. Ideoque celsitudo vestra, quam votum est habere vicinam, erigat humiles, eripiat opprimendos et, quod potestatibus rarum est, proficiat cunctis, quod universis celsior inveniris.

XVI.
IULIANO COMITI PATRIMONII THEODERICUS REX.

a. 508 post Sept. 1

1 Illud amplius nostris utilitatibus applicamus, quod misericordi humanitate concedimus. regnantis enim facultas tunc fit ditior, cum remittit, et adquirit nobiles

---

LRKP(D)MOZN(X)E(F)

1 cursus *bis O* sonantium A^e agitur] agi K^1 multis A^e 3 laudes L^a 5 libenter *EA* omnibus modis E^1A^e assensum *om. N* quotiens] quam E^1 uox est *K* iusta] iux K^1 6 larg. non pat. *A* detrimentum] sui d. *K* 7 tataliensibus *R*, chathaliensibus A^e genere] gentibus K^2MO^2ZN, genus O^1 *[?]* 8 hac parte] LRE^2A^e, hanc partem $KPDMOZNXE^1FA$ 10 exsoluit E^1 et *om.* O^1 illi MZ^1NX 11 a] ad O^1 inportunitate K^1 competentium *om.* O^1 13 meritis *om.* O^1 14 et *om. RK* infirmiorum M^a auxilio *MOZNX* ido *P* senatus] $PMOZNXE^1$, et senatus *LR*, senatorum E^2F, et senator *KA* 15 sequ.] te sequ. A^e, sequ. te $A^{r(2)}$ praestarares *P* 16 uobis] nobis *PDEFA*, nobis de te KA^e 17 discente K^1PDA^r nise *P* cuius bene] cuius bona MZE^2F *Gar.*, bona cuius *N* 18 decreuimus *XFA* agnelli] aginelli *O*, angeli A^e descendentis *MOZNXEF* 19 ut. est *PD* uallaretur *K* 20 uiolentos] uidentes E^1 cuiusdam *E* def. dom. *K* en. sunt *K* 21 occasio] o. homines *KA* 22 quae] quem *N* persuadentis *N* de resultatione] desultatione *KMOZNX*, *om. R* 23 uotum] u. pium *K*, notum *A* est *om. KMZNXEF* uicinam] conuenit *KMOZNEF*, *om. X* 24 potestatibus] de p. *K* rarum *om.* K^1 proficias E^2A quod] qui *KEA* uniuersorum E^2 26 illud] quid *K* quod] quam quod *K* humanitate] humilitate O^1, utilitate *K* 27 enim *om. P* ditior] dignior E^1 nobiles] cubiles E^1

thesauros famae neglecta vilitate pecuniae. hinc est quod consuetudinis nostrae
humanitate commoniti opem fessis, manum porrigimus oneratis, ut pietatis nostrae
remedio surgant qui fortunae suae acerbitate corruerant. Dudum siquidem conductores 2
Apuli deplorata nobis aditione conquesti sunt frumenta sibi inimicorum subreptionibus
concremata, postulantes, ne cogantur ad integram praestationem, quibus commerciorum
sunt commoda deminuta. quod nos pro ingenita humanitate considerandum esse
iudicamus, ut, quorum non possumus accusare desidiam, relevandam aestimemus esse
fortunam. inde enim constitutas pensiones inferri volumus, unde constat subiectos
commoda consecutos. Et ideo hanc causam sublimitatem tuam iubemus diligenter 3
inquirere, ut, quantum eos minus vendidisse constiterit, de reliquis primae indictionis
habita moderatione detrahatis: ita tamen ut nulla fraus nostris beneficiis inseratur, ne
aliqua neglegentia reddaris obnoxius, qui semper nobis provida intentione placuisti.
quia sicut nos tangunt supplicum damna, ita nobis eorum fructuosa debent esse compendia.

XVII.

UNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS DERTONA CONSISTENTIBUS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Publicae utilitatis ratione commoniti, quae nos cura semper libenter oneravit, 1
castrum iuxta vos positum praecipimus communiri, quia res proeliorum bene disponitur,
quotiens in pace tractatur. munitio quippe tunc efficitur praevalida, si diutina fuerit
excogitatione roborata. omnia subita probantur incauta et male constructio loci tunc
quaeritur, quando iam pericula formidantur. Adde quod animus ipse in audaciam non 2
potest esse pronus, qui diversa cura fuerit sollicitus. hanc merito expeditionem
nominavere maiores, quia mens devota proeliis non debet aliis cogitationibus occupari.
quapropter amplectenda res est, quae generalitatis consideratione praecipitur, nec
moram fas est incurrere iussionem, quae devotos maxime noscitur adiuvare. Et ideo 3
praesenti auctoritate decernimus, ut domos vobis in praedicto castello alacriter construatis,
reddentes animo nostro vicissitudinem rerum, ut, sicut nos vestris utilitatibus
profutura censemus, ita tempora nostra ornare vos pulcherrimis fabricis sentiamus.
tunc enim accidit, ut et sumptus competentes vestris iam penatibus congregare velitis
et habitatio vobis non sit ingrata, quam propria potest commendare constructio. Quale 4
est, rogo, in laribus propriis esse, cum durissimas mansiones hostis cogitur sustinere?
ille imbribus pateat, vos tecta defendant: illum inedia consumat, vos copia provisa
reficiat. sic vobis tutissime constitutis hostis vester ante eventum certaminis fata
patiebitur perditoris. constat enim tempore necessitatis illum probari fortissimum

LRKP(D)MO(deficit 11 in nulla*)ZN(X)E(F)*

1 uilitate] utilitate *KOE* est *om. PD* 2 hum. comm. (commoti *KEF*)] comm. hum. D^a, commoniti *P* porrigamus D^1, porrigere P^a 4 frumta *X* 6 diminuta *KOZN(X)EFA* quod] et q. *P* pro ingenita] in progenita M^a humilitate *O* 7 iudicauimus *O* desideria A^e rel. aest. esse] rel. esse (a)est. *MOZNXEF*, rel. esse pocius extimemus A^r, rel. potius aest. A^e 8 subi. const. *K* 9 iuubemus P^a 10 eos] nos *R* indictiones *O* 11 detrahatis] *MOZNXEFA*, trahatis *LRPD* 12 int. prou. *K* 13 supplicum] supplum L^1, supplicium D^1K eorum *om.* E^a 17 commoti *EF* onarauit P^b, oneraauit P^a *[?]* 18 nos] nos *K* 19 si diutina *om.* Z^1 21 ipse] ipsius *EF* non pot. esse in aud. *MZNXEFA* 22 fuer. cur. *MZNXEFA* hinc *P* 23 praelii *MZNX* excogitationibus *E* 24 amplectanda *K* 25 morem *X* dinoscitur E^2 26 decreuimus A^e, praecipimus *R* nobis *post* cast. *K*, nobis A^e praedicto] *KPDMZNXFA*, supra dicto *LR*, tali *E* constituatis *K* 28 fabracis L^1 29 accedit L^1 nostris KA^e 30 et] ut *P* sit] fit *K* pot. propr. *E* comodare MK^1 31 rogo] ergo *P* laribus] EF^2 *coniectura*, laboribus *reliqui* cogitur] cogi K^1 33 euentum] aduentum *E* facta *K* 34 patiebitur] LR^1, patietur *rel.*

virum, qui se per multa non distrahit. nam quis eum habuisse prudentiam putet, si tunc coeperit fabricis operam dare aut penum condere, cum oporteat bella tractare?

XVIII.

DOMITIANO ET VVILIAE THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Oportet vos colere et observare iustitiam, qui aequitatem populi dicere suscepistis, quando non licet delinquere, qui alios creditur sub aequitatis regula continere, ne fiat exemplum pravum qui electus ad laudabile cognoscitur institutum. et ideo ad interrogationem vestram curavimus praebere responsum, ne per dubitationem possitis
2 errare, nisi, quod absit, velitis excedere. Si Romani praedium, ex quo deo propitio Sonti fluenta transmisimus, ubi primum Italiae nos suscepit imperium, sine delegatoris cuiusquam pittacio praesumptor barbarus occupavit, eum priori domino summota dilatione restituat. quod si ante designatum tempus rem videtur ingressus, quoniam
3 praescriptio probatur obviare tricennii, petitionem iubemus quiescere pulsatoris. Illa enim reduci in medium volumus, quae, nostris temporibus praesumpta, damnamus,
4 quia locus calumniandi non relinquitur, cum longi temporis obscuritas praeteritur. De percussore tantummodo, non etiam peremptore fratris, quamquam omnium communi lege damnatur solumque sit parricidium quod totius tragoediam reatus exsuperet, tamen humanitas nostra, quae sibi etiam in sceleratis locum pietatis inquirit, praesenti auctoritate definit, ut huius modi portenta provinciae finibus abigantur. nam quibus fuit exosa societas parentum, civium non merentur habere consortium, ne puri corporis iucunda serenitas nebulosis maculis polluatur.

XVIIII.

SATURNINO ET VMBISVO VV· SS· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Fisci volumus legale custodire compendium, quia nostra clementia rebus propriis videtur esse contenta, et sicut nullum gravare cupimus, ita nobis debita perdere non debemus. indigentiam iuste fugimus, quae suadet excessus, dum perniciosa res est in imperante tenuitas. modus ubique laudandus est. nam cur aut vituperabilis negle-
2 gentia in propriis defluat aut aliena cupiditas turpis abradat? Et ideo praesenti vobis iussione praecipimus, ut Adrianae civitatis curialium insinuatione suscepta, quicumque Gothorum fiscum detrectat implere, eum ad aequitatem redhibitionis artetis, ne tenuis

LRKP(D)MZN(X)E(F)

1 habuisse *ante* putet KA^e prouidentiam *MZNXEFA* 2 fabr. op. d. coep. *K*, coep. op. fabr. d. *EF* concedere E^a 5 populis *KMZNXEF*, populo A^e sp̄cepistis *N* 7 ne] ut *R* laudabile] habile *MZNX* 8 nostram *K* 9 romanum *MZNXEF* 10 fontis K^2*MZNXEF*, fonti K^1, fontium *Gar.* ubi] ut *K* sine] si non *E* delegationis *PEF* 11 cuiquam *E* pitatio *LRPDMZ*, pitacio *XN*, pictatio EFA^e, putatio *K* 12 ante si Z^a quoniam] aduersus quam A^e 13 probatur] uidetur R^a*NEF* triemnii *E* quiuescere *P* 14 nolumus *Gar.* 15 cum] si *E* 16 non] et *EF* etiam] et. de E^a 17 damnetur *MZNXEFA* sit parricidium (patricidium *KE*)] parr. sit *P* tragedum P^a exsuperet] excuperet Z^a, excedit uel exsuperet *K* 18 sibi *om. K* et A^e 19 diffinimus *E* ambigantur KD^1 20 fuit] sum (*adscr. m. 2* uel fuit uel fuerit) *E* societas] **ietas K^1 parentium *KD* ciuiuium *P*, *om. D* 21 polluantur Z^a 23 uolumus] inauare M^2, uolumus inauare *ZN* custodiri A^e uid. reb. propr. *K* 24 deb. nobis A^e perdere] prodere uel perdere *K* 25 suadit L^1 est in imperante] $KPD^2M^bZ^b$*NXEFA* *recte, sed e coniectura omnes*, est imperante D^1M^a *et sic videtur fuisse in cod. archetypo*, inest imperante Z^a, est imperanti *LR* 26 ubique *E* 27 abradiat L^1 pr. uob. (*om. XF*)] uob. pr. *A* 28 praecepimus *L* quodcumque K^1 29 detrectet Z^a, detractet *K* redhibitionis *om.* K^1

de proprio cogatur exsolvere, quod constat idoneos indebite detinere: hac scilicet ratione servata, ut si quis contumaciae vitio maluerit nostra iussa tardare, cum multa reddat quod debuit etiam non compulsus offerre, quatenus protervo spiritu indecenter erecta inpunita iustis saeculis non relinquatur audacia.

XX.

ALBINO ET AVIENO VV· II· ATQUE PATRICIIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Licet inter gloriosas rei publicae curas et regalium sollicitudinum salutiferos 1
fluctus pars minima videatur principem de spectaculis loqui, tamen pro amore rei
publicae Romanae non pigebit has quoque cogitationes intrare, quia undecumque
praestare possumus, dignum nostris sensibus aestimamus, praesertim cum beatitudo
sit temporum laetitia populorum. illud enim propitiante deo labores nostros asserit,
quod se otiosam generalitas esse cognoscit. Partis itaque prasini insinuata petitione 2
comperimus — quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocitentur — seditiones
turbulentas a quibusdam scelestissimis incitari et causam laetitiae publicae ad furoris
certamina prorupisse. quod utique gaudii decoram non potest habere qualitatem, si
pacem non meruerit possidere communem. et ideo dignum est clementiam nostram
has quoque partes aspicere, ut ubique possit morum probitas elucere. non enim inania
verborum popularium cogitamus, sed perniciosae semen seditionis excludimus. Qua- 3
propter illustris magnitudo vestra praesenti iussione commonita patrocinium partis
prasini, quod gloriosae recordationis pater vester inpendit, dignanter assumat. putari
enim non debet iniuria populos regere ac gubernare Romanos. nam si honorum
omnium causa pensetur, pro illorum utilitate delecti sunt, qui honores gloriosissimos
accipere meruerunt. Convocatis ergo spectatoribus, de Helladio et Thorodon qui 4
laetitiae publicae aptior fuerit aestimatus, populi confusione sublata constituatur a vobis
prasini pantomimus, quatenus sumptum, quem pro spectaculo civitatis inpendimus,
electis contulisse videamur. Hanc partem musicae disciplinae mutam nominavere 5
maiores, scilicet quae ore clauso manibus loquitur et quibusdam gesticulationibus facit
intellegi, quod vix narrante lingua aut scripturae textu possit agnosci.

XXI.

MAXIMIANO V· I· ET ANDREAE V· S· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Provocandi sumus affectuosis civium studiis ad augmenta civitatis, quia nemo 1
potest diligere quod habitatores intellegit non amare. unicuique patria sua carior est,

LRKP(D)MZN(X)E(F)

1 indebite] debite *K* 3 quae *A* incedentes *MZN* 4 istis E^1 8 fructus PE^1FA 9 publicum P^a 11 temp. sit *X* propiante E^1 asserunt M^a 12 esse *om. K* cognoscat *E* ins. petitione (petione *MZ*)] insinuatione *A* 13 cognouimus *R* est *om. PD* populi] populorum $KMZNXE^2F$ de colore] decore *K* uocitentur] notentur E^1F seditio K^1 14 turbulente $D^aM^2ZNE^2A$ publicae *om. KF* 15 gaudii *post* habere *K* si] ubi *XEF*, *om. MZN* 16 non *om.* PD^2MZN meruerunt *MZNXEF* possedire *P* nostr. el. *K* 17 respicere *PK* ubicumque *K* probitate lucere *MZNXEF* 18 sed] et P^a 20 uester] noster *A* 21 bonorum *RDA* 22 pensatur Z^a illorum (eorum A^c) util.] util. ill. *X* gloriosos M^bNXEF, glorios** M^a 23 hellaudio *MZNF*, helandio *E*, hellando *X* chorodon *K*, theodoro A^c, thodoron *Gar.* 24 existimatus *E* confusione] consione L^1, confessione *D*, conuocatione E^1 25 pantominus *D*, pantonimus *K*, *om.* P^a 26 uideatur P^a hanc] et hanc *P* mutam *om.* E^a 28 testu *K* 30 affectiosis LR^aP^a

dum supra omnia salvum fore quaeritur, ubi ab ipsis cunabulis commoratur. quapropter votis paribus invitemur ad dona, quatenus quod sponte tribuimus, duplicata gratia conferamus. et ideo nulli grave sit Romanis fabricis deputatae pecuniae reddere rationem, cum pura conscientia desideret se probari, quando fructum laboris sui capit,
2 dum ad nos prospera de se pervenire cognoscit. Quocirca praesenti decernimus iussione Romanae civitatis fabricas vos debere discutere, si labor operis concordat expensis: vel, si apud aliquem constet residere pecuniam, quae non sit fabricis expensa, deputatae rei reddat erogandam. quibus rationibus evidenter expressis ad nos instructionem fidelissimam destinate, ut iudicio nostro respondere videamini qui estis ad indaginem veritatis electi. nullum enim de largitate nostra fraudari velle credimus, quando in tali negotio et de propriis facultatibus eum impendere posse iudicamus.
3 Aves ipsae per aera vagantes proprios nidos amant: erratiles ferae ad cubilia dumosa festinant: voluptuosi pisces campos liquidos transeuntes cavernas suas studiosa indagatione perquirunt cunctaque animalia ubi se norunt refugere, longissima cupiunt aetate constare. quid iam de Roma debemus dicere, quam fas est ipsis liberis plus amare?

XXII.

MARCELLO V· S· ADVOCATO FISCI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Solida laus est regiae largitatis, quotiens conveniunt indulta iudiciis, nec sibi audet casus ascribere, quod bonae dispositionis librat examen, quia ubi aptantur officia meritis, nil debetur incertis. non enim de rudibus sententiam ferimus, sed de
2 probatissimis iudicamus. Polisti siquidem forensi cote multifarie praedicatus ingenium: nutristi facundiam exercitatione causarum: expertus es, quam suaves fides afferat fructus, ut ipsa etiam conciliet corda regnantum. haec in te speculator virtutum noster sensus inspexit: his apud nos suffragiis placere meruisti, ut dignus existeres
3 ad publicas causas, qui gessisti hactenus sub integritate privatas. Sume igitur fisci nostri tuenda negotia, in utendis officii tui privilegiis decessorum exempla secuturus. ita ergo per medium iustitiae tramitem moderatus incede, ut nec calumnia innocentes graves nec iustis petitionibus retentatores exoneres. illa enim lucra vera iudicamus, quae integritate suffragante percipimus. non ergo quotiens superes, sed quemadmodum
4 vincas, inquirimus. Aequitatem nobis placiturus intende: non quaeras de potestate nostra, sed potius de iure victorias, quando laudabilius a parte fisci perditur, cum iustitia non habetur. nam si dominus vincat, oppressionis invidia est: aequitas vero creditur, si supplicem superare contingat. non ergo parvo periculo causas dicimus, quando tunc fama nostra proficit, cum se commoditas iniusta subducit. quapropter sit interdum mala causa fisci, ut bonus princeps esse videatur. maiori quippe compendio perdimus, quam si nobis indebite victoria suffragetur.

LRKP(D)MZN(X)E(F)

1 suprara *R* *malim* quaerit cunabilis *Z* 2 inuitemus *K* 4 capit] caput Z^a 6 disc. nos deb. *K* si *om.* A^c 7 constat *KEF* dep. exp. P^a 8 erogandam] arrogantiam E^1 expressis] expensis *K* ad nos instr. (instructionibus *R*)] instr. ad nos *K* 9 nostro] dei EF^2 10 defraudari *E* 11 posse] profutura *K*, *om.* *P* 12 ipsae] enim *K* uagantes] uolantes *PD* errabules *K* 13 noluptiosi L^a 14 que *om.* M^a*[?]*Z^1 ibi A^e fugere K^1 longissima] ubi l. A^e 15 debeamus *Gar.* ipsis l. p. amare] *scripsi*, ab ipsis l. p. amare (amari *RKEA*) *libri* 17 indula K^1 18 qui *A* bene L^1 apt. ubi P^a 20 polisti] p. tu E^2 farensi *K* praedicatur *K* 21 causarum] c. creuit K^1 22 ut] et *KZN* et. ips. A^c regnantium *RDA*, pregnantium *P* 23 suffr. placere (placare L^1Z)] pl. suffr. *K* existeret K^1, exister* M^a 24 qui] qu(a)e *RK* priuatam K^1 25 tui *om.* *KMZNXEF* secutus *MZNE* 26 moderanter *P* calumpniam L^1 innocentis *K* 27 retentatores] ret**tatores M^a, recentatores *Z*, retractatores *K* uera lucra KA^e 28 perc. suffr. *K* 29 uindicas Z^a inquiramus *A* placituram *R* impende *E* 30 quanda L^1 laudabiliter *K* 33 quando] quoniam *K* sit] fit KA^c 34 causa mala A^e maiori] et m. *P*

XXIII.

CAELIANO ET AGAPITO VV· II· PATRICIIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam, quoniam ad laudem 1
regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur. quid est enim, quod nos melius prae-
dicet, quam quietus populus, concors senatus totaque res publica morum nostrorum
honestate vestita? Hinc est quod praesenti iussione decernimus, ut magnifici et patricii 2
viri Festus atque Symmachus contra illustrem et patricium Paulinum in iudicio vestro,
quas se habere dicunt, exerant actiones. quibus pro legum ratione susceptis et, si
iuris ordo patitur, definitis tunc patricius Paulinus, quicquid adversum supra memoratos
magnificos viros se habere causatur, pari sorte depromat. nec tardari volumus in eius
quoque parte sententiam, dum velimus omnia inter eos esse decisa nihilque aliud
relinqui, nisi quod debetur affectui. Videte ergo tanti iudicii arbitros vos electos: 3
videte expectationem nostram aequabilem flagitare iustitiam: relaturi gratiae uberrimum
fructum, si praesens disceptatio quos dignos credidit, non impares probet. esse debet
enim de talibus viris cura praecipua, qui dare possunt minoribus evidenter exempla.
nam qui inter summos viros litem neglegit abolendam, hoc imitari reliquos sine dubi-
tatione permittit.

XXIIII.

UNIVERSIS GOTHIS THEODERICUS REX.

a. 508 ante Iun. 24

Innotescenda sunt magis Gothis quam suadenda certamina, quia bellicosae stirpi 1
est gaudium comprobari: laborem quippe non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit.
et ideo, iuvante deo, quo auctore omnia prosperantur, pro communi utilitate exercitum
ad Gallias constituimus destinare, ut simul et vos provectus occasionem habere possitis
et nos quae praestitimus, meritis contulisse videamur. latet enim sub otio laudabilis
fortitudo et dum se probandi non habet spatium, occulta est lux tota meritorum. Atque 2
ideo per Nandum saionem nostrum ammonendum curavimus, ut ad expeditionem in
dei nomine more solito armis equis rebusque omnibus necessariis sufficienter instructi
octavo die kalendarum Iuliarum proxime veniente modis omnibus deo favente moveatis,
quatenus et parentum vestrorum in vobis ostendatis inesse virtutem et nostram per-
agatis feliciter iussionem. Producite iuvenes vestros in Martiam disciplinam: sub 3
vobis videant, quod posteris referre contendant. nam quod in iuventute non discitur,
in matura aetate nescitur. accipitres ipsi, quorum victus semper ex praeda est, fetus
suos novitate marcentes nidis proturbant, ne molle otium consuescant: alis verberant

LRKP(D)MZ(collatus usque ad v. 17 permittit*)N(X)E(F)*

3 decet] d. quippe *KA* quando M^a 4 omnibus] hominibus *K* 6 uestitas M^a decre-uimus A^e magnifici (magnifica L^1) et patr. uiri] mag. uiri (uiri *om. Z*) atque patr. *MZNXEA*^{r}, mag. atque p. u. *K*, patritii atque mag. u. A^e 8 exerceant *KEF* 9 supra *om.* E^1 10 se *om.* K^1 sorte] fronte *E* uoluimus Z^a eius *om.* E^1 11 quoque (quaecumque *A*) p.] part. qu. *K* 12 nos] nos *K* 13 relaturi] largituri E^1 fr. ub. *K* 14 deceptatio E^1, decertatio E^2 non] nom P^a enim deb. *P* 15 cura] c. esse *KXEFA*^{r}, esse cura A^e 16 summos] pares summos *K* abolendam] obolendam *R*, abuoluendam *MZNX*^{2}, absolucudam *KE* 17 permittat *K* 19 bellicore *N* stirpis *K* 21 ad gall. exerc. *N* 23 praestamus *K* 24 habet] est *E* tota l. e. occultata *K* 25 nandum] nandium *KMZNXEA*: Nanduin *coniecit Trossius* salonem *N*, sanionem *K* 26 equ. arm. R^a omnibus *om. K* instr. suff. *N* 27 proximo *K* moneatis *K* 28 in *om. P* inesse] esse *R* 30 uideatur *N* 32 perturbant *K* molli otio *Gar.*

immorantes, cogunt pullos teneros ad volatum, ut tales debeant existere, de quibus possit pietas materna praesumere. vos autem, quos et natura erigit et amor opinionis exacuit, studete tales filios relinquere, quales vos patres vestros constat habuisse.

XXV.

SABINIANO V̄· S· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Nil prodest initia rei solidare, si valebit praesumptio ordinata destruere: illa sunt enim robusta, illa diuturna, quae prudentia incipit et cura custodit. atque ideo maior in conservandis rebus quam in inveniendis adhibenda cautela est, quia de initiis prae-
2 dicatio debetur invento, de custoditis adquiritur laudata perfectio. Dudum siquidem propter Romanae moenia civitatis, ubi studium nobis semper impendere infatigabilis ambitus erit, portum Licini deputatis reditibus reparari iussio nostra constituit, ut XXV milia tegularum annua illatione praestaret: simul etiam portubus iunctis, qui ad illa loca antiquitus pertinebant, qui nunc diversorum usurpatione suggeruntur
3 invasi. Cuncta ergo ad statutam praestationem facies sine dilatione revocari: quia licet nostra iussa pro sua reverentia in nullo violanda sunt, ea tamen custodiri volumus maxime, quae urbis faciem videntur ornare. quis enim dubitet fabricarum miracula hac provisione servata et pendenti saxo tornatas camaras tegularum tegmine custoditas? ut antiqui principes nobis merito debeant laudes suas, quorum fabricis dedimus longissimam iuventutem, ut pristina novitate transluceant, quae iam fuerant veternosa senectute fuscata.

XXVI.

FAUSTO P̄P̄Ō THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Nefas est apud eos fidem beneficii prioris imminui, quibus alia convenit nostra saepius largitate praestari. sed sicut quae semel annuimus rescindi in perpetuum non merentur, sic qui largitatem nostram moderatis precibus impetrarunt, nostrorum terminos
2 praestitorum inmodica non debent praesumptione transcendere. Unde quia religiosi studii reverentia commonemur, ut quae dudum ecclesiae viri venerabilis Unscilae antistitis praestitimus, valere in perpetuum censeamus, nunc quoque illustrem magnificentiam tuam duximus admonendam, quatenus superindicticiorum onera titulorum praefata ecclesia in ea summa non sentiat, qua usque a magnifici viri patricii Cassio-
3 dori, pura nobis fide et integritate comperti, temporibus est soluta. Ea vero quae a tempore beneficii ad ecclesiam nostram ab aliquibus est translata professio, commune

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 uolandum *E* 2 possit *om.* P^a, *ins. ante* praes. P^b et *om. K* exigit *K* 3 uestros const. uos p. FA^e 5 procest L^a rei] re R^1 6 incipit et] incitat *MNXF*, incitat cum *E* maior (non minor *A*) in *(om. K)* cons. reb.] in c. r. mai. *E* 7 est adh. caut. *K* praedicata deb. inuentio *E* 8 cust.] cust. autem *A* 9 romae A^e semper imp. nob. *K* 10 licini] lucini *MNXE*, lucrini *F*, sicini *A* 11 praestaret] praestentur KF^2 portibus *PD* 12 loca *om.* R^1 antiquitus] antiquitate *MNXEF* qui] et A^e usurp. diu. *N* 13 sine dubitatione facies *K* 14 sint *KEA* 15 fabricorum *K* 16 et] ut R^1 tornatas] reuocatas *K*, fornatas $A^{r(2)}$, formatas A^e camaras] M^a, cameras *reliqui* tegimine A^r, regimine A^e 17 suas laud. A^e 18 transluceant] reluceant *KMNXEFA* 21 nostra] nostrae *L*, a nostra *KA* 22 in perpet.] perpetuo *A* 25 studii] studiosi E^1 (*adscr. emendator* proprium nomen, *deinde* uel studii) commouemur *P* unscilae] unscille *N*, unscilie *K*, uncile P^a, uerscilae *X*, uersilie EF^2, uerscilie A^rF^1, uersilliae A^e 26 antistitis *om. XEF* censeatur *P* 27 superindicticiorum] superindictorum *DXEA*, indictitiorum uel supradictorum *K* 28 summa] summa onus *KA* qua] quae *KEA* a] $M^bNXF^2A^e$, ad $LRKPDM^aF^1A^r$, *om. E* cass. patr. A^e 30 uestram A^e professio] possessio *NA*

cum universis possessoribus onus solutionis agnoscat et illius subiaceat functioni, cuius nacta est iura dominii. alioquin grata nobis augmenta eius esse non possunt, qui fisci damno proficit. sufficiat possessori compendium pensionis: tributa sunt purpurae, non lacernae. lucrum cum invidia periculum est: quanto melius omnia moderata gerere, quae nullus audeat accusare!

XXVII.

SPECIOSO THEODERICUS REX. *a. 509*

Si exterarum gentium mores sub lege moderamur, si iuri Romano servit quicquid 1
sociatur Italiae, quanto magis decet ipsam civilitatis sedem legum reverentiam plus
habere, ut per moderationis exemplum luceat gratia dignitatum? ubi enim quaeratur
modestus animus, si foedent violenta patricios? Populi nobis itaque partis prasini 2
petitione suggeritur, dum ad nostrum disponerent venire comitatum remedia consueta
poscentes, se truculentas insidias a patricio Theodoro et Inportuno viro illustri consule
pertulisse, ita ut unus eorum defleatur extinctus. Quod nos, si ita est, pro facti sui 3
acerbitate commovit, ut innoxiam plebem furor persequeretur armatus, quam fovere
civicus debuisset affectus. sed quia condicio minorum regnantis aequabiliter implorat
auxilium, supra memoratos illustres viros ammoneri praesenti iussione censemus, ut ad
Caeliani atque Agapiti illustrium virorum adaeque iudicium instructas destinare non
differant te instante personas, quatenus legibus examinata cognitio eorum sententia
terminetur. Sed ne forsitan magnificos viros loquacitas popularis offenderit, prae- 4
sumptionis huius habenda discretio est. teneatur ad culpam quisquis transeunti reveren-
tissimo senatori iniuriam protervus inflixit, si male optavit, cum bene loqui debuit.
Mores autem graves in spectaculis quis requirat? ad circum nesciunt convenire Catones. 5
quicquid illic a gaudenti populo dicitur, iniuria non putatur. locus est qui defendit
excessum. quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoque principes ornare
monstratur. respondeant nobis certe qui talibus studiis occupantur: si tranquillos
optant adversarios suos, certe volunt eos esse victores, quando ad iniurias tunc pro-
siliunt, cum se superatos turpiter erubescunt. unde ergo irasci volunt, quod sine
dubio se optasse cognoscunt?

XXVIII.

UNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Digna est constructio civitatis, in qua se commendet cura regalis, quia laus est 1
temporum reparatio urbium vetustarum: in quibus et ornatus pacis adquiritur et bellorum

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 possessoribus] professoribus *P*, possessionibus *EA*, possessoribus uel possessionibus *K* solutions P^a, salucionis *X* 2 nacta] nata E^1 eius] eorum *D* qui] quae de *K* 3 proficit] proficiunt *libri* 4 modata *P* 7 externarum *K*, extranearum E^1 8 ciuilitatis] ciuitatis $KMNXE^1$ 10 fedant M^a populi] et p. P^a nob. itaque] nob. ita M^aXE, it. nob. A^e pr. part. *R* 11 petitione *om. E* disponerent (— ret *K*) uen. com.] uen. disp. com. *X*, disp. com. uen. A^e 12 a *om. K* theoderico *X*, theodorico *E* 15 ciuicus] cunctus E^1, ciuicus uel cunctus *K* 16 uiros *om.* A^e 17 celiani *libri* acapiti *K* adaeque] eque PA^e, uel adeque $XEFA^r$, *om.* KM^b *(vocabulo eraso) ZN, inc.* M^a instructos *PD*, instruit *K* 18 exanimata *M* 19 forsitan] forte *X* uiros magn. *XE* offenderet *K* 20 est discr. L^2, est discr. est L^1 tenetur *PD* sen. reu. *R* 21 inflixit] inflexit *MNXE*, inflixerit *KF* optauerit *K* 22 mores] maiores *E* autem] enim *K* circum … 24 excessum *om.* E^1 23 illic a] $MNXEFA^r$, ilico *PD*, illic $LRKA^e$ dicitur *om. X* 24 acbipitur P^a principes *om. K* 25 occupatur *K* 26 eos *om. K* 28 cognoscant *P* 30 commendet] D^bXEF, commendat KD^a, comm**ndet L^1, commodet L^2RPM, comodet *X* regalis] *inc.* L^1 quia] qua *PD* 31 raparatio L^a

2 necessitas praecavetur. Ideoque praesenti iussione profutura sancimus, ut, si quis cuiuslibet generis saxa in agris suis iacentia muris habuerit profutura, libens animo sine aliqua dilatione concedat, quod tunc magis verius possidebit, cum hoc utilitati
3 suae civitatis indulserit. Quid est enim gratius quam videre crescere publicum decus, ubi omnium utilitas in generalitate concluditur? et licet praestentur vilia, ad auctores suos magna sunt commoditate reditura: datur enim plerumque, quod maiori utilitate recipitur. et frequenter homo lucra sua complectitur, cum necessario pro temporis qualitate largitur.

XXVIIII.

UNIVERSIS LUCRISTANIS SUPER SONTIUM CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Non dubium est ad utilitatem rei publicae cursus custodiam pertinere, per quem nostris ordinationibus celerrimus praestatur effectus. et ideo velut necessariae rei maior adhibenda cautela est, ut qui ad continuos excursus constituti sunt, turpi macie non tabescant, ne ieiuna tenuitas laboribus praeventa succumbat et incipiat iter effici
2 morosum, quod ad celeritatem constat inventum. Quapropter devotio vestra praesenti iussione commonita terrarum spatia, quae veredis antea licuerunt, mutationibus suis a possessore vindicata restituat, ut nec illi parvo spatio infligantur damna et istis recuperata sufficiant.

XXX.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Animum nostrum, patres conscripti, rei publicae curis calentem et diversarum gentium consilia perscrutantem pulsavit saepius querela populorum, orta quidem ex causis levibus, sed graves eructavit excessus. deplorat enim pro spectaculorum voluptate ad discriminis se ultima pervenisse, ut legum ratione calcata desperate persequeretur innoxios servilis furor armatus, et quod illis humanitas nostra laetitiae causa praestitit, in tristitiam audacia plectenda convertit. quod nos clementiae nostrae solita provisione comprimimus, ne paulatim sinendo graviorem vindicare cogamur offensam. benigni quippe principis est non tam delicta velle punire quam tollere, ne
2 aut acriter vindicando aestimetur nimius aut leniter agendo putetur improvidus. Atque ideo praesenti definitione sancimus, ut, si cuiuspiam senatoris famulus in ingenui caede fuerit fortasse versatus, cum tradat legibus impetitum, ut facti qualitate discussa proferatur iure valitura sententia. si vero tanti facinoris reum mala fide dominus iudiciis praesentare distulerit, noverit se decem librarum auri dispendio vulnerandum et nostrae
3 ingratitudinis, quod multo gravius est, pericula subiturum. Sed ut honestatem omnium

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 profutura *om. N, recte fortasse (cf. r. 2)* si quis] sicut *MN* 2 iacentia] iacentes *MN*, iacentibus *XEF* muri habuerunt *MN* libenti *K* 3 condat R^{1}, contendat *MN* quod] qui EA^{e}, quia A^{r} magis *om.* A^{e} hoc] haec $KEFA^{e}$ ciu. suae util. A^{e} 4 est *om.* A^{e} 5 actores *MN* 6 redditura *K* 7 sua lucr. *E* necessarie *R*, necessaria EF^{2} 12 affectus $M^{1}X^{1}$ 13 maio K^{1} catela P^{1} cursus *K* 14 tabescunt L^{a} **unia (ieiunia *m. 2*) tenuitatis *K* et] et tunc *K* effici] fieri KA^{e}, esse A^{r} 15 constat] c. esse *KMNXEA*, esse c. *F* 16 licuerant DA^{e} 17 illi] *scripsi*, illis *libri* infligantur] *scripsi*, indicantur *libri*, inducantur A^{e} 20 carentem *K* 21 qu. puls. saep. *K* 22 pro] quod *K* 23 uoluptate] grauitate N^{a} desperata E^{1} 24 nostre *K* 25 uestre *K* 26 cog. uind. N^{a} 27 uelle] ullius XEF^{1} 28 nimius] minus *K* leuiter *XEA* 29 definitione] iussione *NF* famulis *K* 30 forte *K* 31 sent. ual. *K* fide mala A^{e} iudici *K* 32 dec. libr.] libr. E^{1}, libr. dec. E^{2} 33 omnium] communem *K*

par libra componeret et civilitatis gratia reductis moribus conveniret, ad populum quo-
que praecepta nostra direximus, quae vobis reserari libenter amplectimur, ut alterutra
iussione pensata resarciatur civibus scissa concordia. proinde nullos ab spectaculorum
gaudio removemus, sed seditionis semina radicitus amputamus. Intersit igitur inter 4
splendorem vestrum moresque medioeres: refugite tales familiares, qui sint iniuriarum
ministri, qui amori vestro nitantur ascribere quod delinquunt et dum levitates suas
exerere cupiunt, vestram reverentiam implicare contendunt. vos enim, quos semper
gravitas decet, nolite truculenter insequi inania verba populorum. si quod est forte,
quod poenam mereatur, admissum, in praefecti urbis notitiam deferatur, ut culpa
legibus, non per praesumptam coerceatur iniuriam. quid enim discrepat a peccante,
qui se per excessum nititur vindicare? impaenitenda est ultio de cive, quae legibus
venit: et excellenter videtur de pulsato triumphasse, qui victor pronuntiatur a iudice.
Inter ipsos quoque adversarios, ut scitis, non erant prius armata certamina, sed pugnis 5
se quamlibet fervida lacessebat intentio, unde et pugna nomen accepit. postea Belus
ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum placuit nominari. consilium atrox,
crudele praesidium, ferina concertatio. nam et si datum est prius illi inermem facile
vincere, tamen crimini applicandum est, quod inde posteritas potuit interire. non per-
mittatis ergo a famulis vestris in civibus fieri quod adhuc debet et in hostibus accusari.

XXXI.

POPULO ROMANO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Spectacula voluptatum laetitiam volumus esse populorum, nec erigere debet motus 1
irarum, quod ad remissionem animi constat inventum. ideo enim tot expensarum onus
subimus, ut conventus vester non sit seditionis strepitus, sed pacis ornatus. mores
peregrinos abicite: Romana sit vox plebis, quam delectet audiri. convicia nec gaudium
pariunt nec de laetitia procreantur. hoc fuit certe, quod culpabatis in exteros: nolite
modo vitia turbulenta contrahere, quae videtis alios abiecisse. Atque ideo edictali 2
programmate definimus, ut, si atroces iniurias in quempiam senatorum vox iniusta
praesumpserit, noverit se a praefecto urbis legibus audiendum, ut pro facti qualitate
discussa excipiat promulgatam iure sententiam. Verum ut omne semen discordiae 3
funditus amputetur, praefinitis locis pantomimos artes suas exercere praecipimus: quod
vos poterit instruere ad praefectum urbis data praeceptio. tantum est, ut animis com-
positis peragatis laetitiam civitatis. nihil est enim, quod studiosius servare vos cupimus
quam vestrorum veterum disciplinam, ut, quod ab antiquis laudabile semper habuistis,

---

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 ciuilitatis] K^2 *coniectura*, ciuilitas K^1, ciuitatis *reliqui* 2 reserati *K*, reseruari *MX* 3 resarciantur P^a, resaciatur *K*, sarciatur *A* nullum *MNXEA* ab] a KP^bEA spec*tatorum *R* 4 igitur] ergo *R* 5 splendorem] sermonem *E* refugere E^1 sunt *X* 6 amori] honori *KMNXEFA* delinquant X^a, relinquunt P^a lenitates *X* 7 exerere] exere *X*, exercere $KDXEFA^r$, asserere A^c enim quos] autem quoque *K* 8 gratuitas R^1 quid *KPDXA* 9 p(a)ena *KPD* 11 de ciue quae leg.] *MX*, decus quae (que *R*) leg. *LR*, de cuiusque leg. *PD*, de ciue quae de leg. *KE*, que de leg. *FA* 12 de pulsato *fortasse delendum* 13 quoque] que *MX* 14 lacessebit L^a, lacessiebat *XE* bellus *K* 15 primus *om.* R^1K 16 ferina concertatio] *****tatio M^a, f. certatio A^c est pr. illi inermem] est pr. inhermes illum *K*, illi est pr. in. A^c 17 potuit] poterit *K* 18 in (*om. K*) ciu. fieri] f. in c. A^c et *om.* KDA^c 20 esse uol. *K* 22 conentus *X* non *om.* E^1 23 abic. per. *K* uox] uos *K* 24 pariunt *om.* P^a exteros] ceteros E^1F 25 turbulenta] truculenta *K* edictali] et de tali E^1 26 uox] uos *K* 27 pro *om.* *K* 30 uos] uox *K* est tant. *PD* 31 quod *om.* P^a studiosus *K*, studio suis *X* uos seru. $PDEA^c$

4 sub nobis potius augeatis. Soletis enim aera ipsa mellifluis implere clamoribus et uno
sono dicere, quod ipsas quoque beluas delectet audire: profertis voces organo dulciores
et ita sub quadam harmonia citharae concavum theatrum per vos resonat, ut tonos
possit quilibet credere quam clamores. numquid inter ista rixae decent aut inflammata
contentio? abicite furores laeti, iram gaudentes excludite. tales enim animi aliorum
temperari possunt, cum vestri favores suaviter audiuntur.

XXXII.

AGAPITO V·I· P· V· THEODERICUS REX.

a. 507/509

1 Eximiae urbis praesulem pacis convenit esse custodem. nam a quo melius
moderatio debet sperari, quam cui potuit Roma committi? illa enim mater omnium
dignitatum viros sibi gaudet praesidere virtutum. et ideo honori tuo debes animos
exaequare, ut quod nostris adeptus es beneficiis, tuis meritis invenisse credaris.
circumspicere te decet, ne qua in spectaculis seditionum causa nascatur, quia tuum
praeconium est populus quietus. sit insultandi consuetudo moderata, ut nec libertati
2 pereat honesta licentia nec desit moribus disciplina. Quocirca sicut nostris oraculis
et amplissimum ordinem docuimus et plebem decrevimus ammoneri, hoc tuam quoque
magnitudinem observare censemus, ut, si a quoquam irrogata fuerit iniuria senatori,
confestim loquax temeritas legum severitate plectatur. si vero senator civilitatis
immemor quemquam ingenuum nefaria fecerit caede vexari, protinus relatione trans-
3 missa perennitatis nostrae multam perculsus excipiat. Meminerint enim cuncti sic
spectaculorum studia partesque dividere, ut in patria debeant esse concordes, nec ad
hoc sibi voluptatum exhiberi certamina, ut exinde hostilis ira fervescat. verum, ne
posthac ulla possit iterum furiosa contentio provenire, Helladius de medio, voluptatem
populi praestaturus, introeat, habiturus aequalitatem menstrui cum ceteris partium
4 pantomimis. Illud etiam, quod crebras inter eos seditiones exagitat, praesenti iussione
definimus, ut amatores Helladii, quem de medio saltare praecepimus sine utriusque
partis studio, spectandi eis, ubi delegerint, libera sit facultas. si vero eorum lubrica
voluntas in unius coloris migraverit favorem, studia sua populus tam in circo quam
theatro habeat pro parte quam diligit, ut is qui praesumpserit, vetitam ipse iudicetur
quaesisse discordiam.

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 nobis *PD*   aera] hora E^1, ora E^2F mell. impl. cl.] impl. cl. mell. *E*, mell. inclamoribus *N*   3 quodam armonie *K*   resonas K^1 4 possit] potius possit P^2 ista] haec *PD*   5 tales] taliter *KMNXEA*   8 praesulem] praesidem uel praesulem *K*   mel. moderatio (mederatio *K*)] mod. mel. *E*   11 adaptus *N*   12 in spectaculis] in spectabilis *PD*, *bis N*   quia] quoniam *K*   13 est praec. *K*   libertatis *MN*, liberandi *EF*   14 licentia] sententia *K*   15 ordinum *XEF*   plebs E^1, plebes E^2 amoueri *K*   16 fuer. irr. *R*   17 ciuitatis *MNXE*   18 quamquam ingenium *K*   nefaria (nefarie *PD*) fec.] fec. nef. *K*   19 multam] inlectam K^1 percussus *N*, periculosus *E*   meminerunt L^aE cuncti sic] *KMNXEA*, cunctis hic *LRPD*   20 spectuculorum L^a esse deb. *PD*   21 sibi (*om.* N^a) uol.] uol. sibi EA^c 22 posthauc *KEF*   23 populis KMN^bXEA, *om.* N^aP^1, *ins.* populi *ante* uol. P^2 praestiturus RE^2 menstrui] instrui *K*   24 pantominis *K*   25 belladii *N*, helaudii *EF*   praecipimus *DMNXF*   utr(a)eque *PDMN*   26 eis *om. PD*: *malim* eius   ubi *om.* P^a deligerent *PD*, elegerint *MNXEF*   si] sin *PD*   27 colores P^a fau. migr. A^c circo] certo *K*   28 theatro] in th. P^a his L^1R uetita A^e

XXXIII.

AGAPITO V· I· P· U· THEODERICUS REX. *a. 507/509*

1 Nescit serenitatis nostrae prolatum semel titubare iudicium: nec quod provida dispositione constituit, cuiusquam occasionis surreptione mutavit. dudum siquidem ad Albinum atque Avienum patricios viros praecepta nos dedisse retinemus, ut pantomimum prasini partis eligerent, qui praestantius spectaculis conveniret: quod nobis factum sua relatione reserarunt. *I, 20* 2 Et ideo nunc praesenti auctoritate decernimus, ut, quem a supra memoratis magnificis viris electum esse constiterit, ei solitum menstruum partis prasini sine imminutione tribuatis, ut, quod nostra provisio confusionis tollendae causa constituit, non fiat seditionis occasio, sed quietis.

XXXIIII.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Copia frumentorum provinciae debet primum prodesse cui nascitur. quia iustius est, ut incolis propria fecunditas serviat quam peregrinis commerciis studiosae cupiditatis exhauriat. alienis siquidem partibus illud debet impendi quod superest et tunc de exteris cogitandum, dum se ratio propriae necessitatis expleverit. 2 Atque ideo illustris magnificentia tua per loca singula qui curam videntur habere litorum, faciat commoneri, ut non ante quispiam peregrinas naves frumentis oneret ad aliena litora transituras, quam expensae publicae ad optatam possint copiam pervenire.

XXXV.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Cum siccitas praesentis anni, quae localiter certis solet desaevire temporibus, terrenis visceribus nimio calore duratis abortivos messium fetus non tam edidit quam inperfecta ubertate proiecit, maiori nunc studio quaerenda sunt quae etiam in abundantia expeti consuerunt. 2 Et ideo frumenta publica, quae de Calabro atque Apulo litoribus per cancellarium vestrum aestatis tempore consuerant destinari, nec autumno venisse modis omnibus permovemur, cum solis reflexus australia signa discurrens, naturae ordine modificatus, tumultuosas procellas aeris permixtione resuscitat: quod ab ipsis quoque mensibus datur intellegi, quando ex numero imbrium futurorum competenter nomina susceperunt. quae ergo talis mora, ut in tantis tranquillitatibus velocia necdum

LRKP(D)MN(X)E(F)

2 serenitas nostra KE^1F^1 semel prol. *MNXEA* titubare] turbare E^1 quid *MX* 3 constituit c. o. surreptione *om.* $MNXE^aF$, constituit improuide E^b *coniectura* mutare *EF*: *malim* mutabit 4 abienum *libri*, albienum *A* uiros] nostros *A* 5 patris *X* colligerent A^e conuenirent *PD* 6 nunc] nec P^2, *om.* P^1 decreuimus A^e 7 quam *K* 8 ut] et *P* confusionis] com(n)pulsionis *KMNXEF* 11 innascitur *E* 13 *malim* exhauriatur illud d. imp. quod] d. imp. ill. q. XE^1F, d. imp. quod E^2A 14 extraneis *E* cum A^e ideo] idem M^b, *om.* *K* 15 qui] que *K* uidetur *E* 16 commonere *K* littoria *K* 17 transiturus *XE* 19 solent *P* deseruire *DE* 20 duratas R^1 messum *K* ediderit q. i. u. proiecerit *K* 21 nunc] tamen *E* quae] quam P^2 habuundantia P^a 22 consueuerunt *DMNXEA* publica *om.* *K* cabro K^1 23 nostrum KM^1XEF etatis *P* consueuerant *KMNXEA* destinare *K* 24 promouemur KP^a solus E^a 25 ordinem M^bXF^1 moficatus M^a, modificat *X* suscitat *MNXEF* 26 imbrium] urbium N^a 27 uelocia] uel otio *PD*

fuerint destinata navigia, cum stellarum non mergentium lucidus situs tendi carbasa
3 festinanter invitet et aeris sereni fides properantium nequeat vota terrere? Aut forte
incumbente austro remigiisque iuvantibus meatus navium echinais morsus inter undas liquidas alligavit: aut Indici maris conchae simili potentia labiis suis navium dorsa fixerunt: quarum quietus tactus plus dicitur retinere quam exagitata possunt elementa compellere. stat pigra ratis tumentibus alata velis et cursum non habet, cui ventus arridet: sine anchoris figitur, sine rudentibus alligatur et tam parva animalia plus resistunt quam tot auxilia prosperitatis impellunt. ita cum subiecta unda praecipitet cursum, supra maris tergum navigium stare constat infixum miroque modo natantia
4 inconcusse retinentur, dum innumeris motibus unda rapiatur. Sed ut dicamus aliam
piscis naturam, forte nautae praedictarum navium tactu torpedinis segnissime torpuerunt: a qua tantum infigentum dexterae praegravantur, ut per hastam, qua fuerit vulnerata, ita manum percutientis inficiat, quatenus vivae substantiae pars sine sensu aliquo immobilis obstupescat. credo talia incurrerunt, qui se movere non possunt. sed echinais illis impedimentosa venalitas est, concharum morsus insatiata cupiditas, torpedo fraudulenta simulatio. ipsi enim studio pravo faciunt moras, ut occasiones incurrere videantur adversas. quod magnitudo tua, cui specialiter convenit cogitare de talibus, celerrima faciat emendatione recorrigi, ne inopia non tam ab sterilitate temporis quam a neglegentia matre nata esse videatur.

XXXVI.

FERRIOLO V· S· THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Utilitas personarum bonorum debet successione renovari, ne defectu servientium patiatur aliquod res suspensa dispendium. et ideo locum te iubemus quondam Benedicti in Pedonensi civitate ex nostra auctoritate suscipere, ut omnia vigilanti ordinatione procurans nostrae gratiae merearis augmenta. debes enim advertere, quia vicissitudinem reddere studeamus vivis, qui mortuorum fidem non possumus oblivisci.
2 Illud etiam pietatis nostrae consuetudine commonemur, ut, quoniam devotorum nobis memoria probata non deficit, antefati Benedicti quondam filios, qui sincera nobis cognoscitur devotione paruisse, civili facias tuitione vallari, quatenus defensionis praesentis commodo sublevati securitatem sibi gaudeant paterna servitia contulisse. prosit ergo generi, quod potuit unius devotione praestari, quia maiora nos decet tribuere, quam videmur a servientibus accepisse. hic aequalitas aequitas non est, sed pars nostra iustissime pensat, cum reddendo plus fuerit onerata.

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 nauia *N* lucidum sidus *KMNXEA*, sidus lucidum *F*, situs (*om.* lucidus) *P* 2 fide *MNXE* 3 remigisque *R*[1] eciuais *LRPD*, echinays *M*, echmays *N*, echinus *XEF*, echeneis *A*[e], ethimais *A*[r], ethineis *K* 4 conchae] piscis conche *E*[a] 5 tractus *PD* possunt (possint *EA*) el.] el. poss. *N* 6 compellere] *L*[v]*R* *coniectura*, complere *vel* conplere *reliqui* timentibus *K*[1] 7 et] e *N* *inter* plus *et* resistunt *inserit* re uelis et c. n. h. c. v. arridet *E*[1], *delet* *E*[2] 8 'prosperantibus alii legunt' *P*[2] *(m. s. XVI/XVII)* impellant *E* praec. curs.] curs. praec. curs. *R*[1] 10 inconcusse] inexiisse *E*[1] unda inu. mot. *K* 11 torp. tact. *A*[e] torpuerueruut *(sic)* *K* 12 infigentium *KNXEA* dextrae *A*[e] has tamquam *LRP*, hastam quae *K* 14 incurrerunt] incurre *K*[1] 15 eciuais *LRPD*, echynais *E*, aechynays *X*, echmays *N*, ethinais *KM*, echiuis *F*, echineis *A*[r], echeneis *A*[e] 16 adu. occ. inc. uid. *K* 18 non] ne *N* ab] a *EA*[e], *om.* *K* steritate *N*[a] 19 uid. a matre negl. nata esse *K* 21 bonarum *KDN* 22 aliquod (aliquid *M*[a]*K*) res susp. *om.* *P*[a] 23 podonensi *E* 24 debes] des *P*[a] quam *A* 26 nob. deu. *K* 27 probata *om.* *R*[1] bedicti *P*[a] 28 deuotione] fide *EF*, deuotione uel fide *K* 29 paterna (paterra *P*[a]) seru. cont.] cont. pat. seru. *EF* 31 uideamur *KEF*[2]*A*, uideantur *F*[1] aequitas] equauitas *N* 32 pensa** *L*[a]

XXXVII.

CRISPIANO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Quamvis homicidii facinus primus detestetur auditus et cruentam manum oculi 1
refugiant iudicantum, quia proclivior ad misericordiam via bonis semper mentibus
patet, tamen iustitiae consideratione librandum est, qua cuique fiat iniuria necessarium
scelus: qui nova infelicitate fortunae tunc erit detestatio cunctorum, si se servet in-
noxium. quis enim ferat hominem ad leges trahere, qui matrimonii nisus est iura
violare? Feris insitum est copulam suam extrema concertatione defendere, dum 2
omnibus est animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. videmus tauros
feminas suas cornuali concertatione defendere, arietes pro suis ovibus capitaliter in-
saevire, equos adiunctas sibi feminas colaphis ac morsibus vindicare. ita pro copulatis
sibi animas ponunt qui verecundia non moventur. Homo autem quemadmodum patiatur 3
adulterium inultum relinquere, quod ad aeternum suum dedecus cognoscitur omisisse?
et ideo si oblatae petitionis minime veritate fraudaris et genialis tori maculam de-
prehensi adulteri sanguine diluisti nec sub praetexta cruentae mentis causam pudoris
intendis, ab exilio, quod tibi constat inflictum, te praecipimus alienum, quoniam pro
amore pudicitiae porrigere ferrum maritis non est leges calcare, sed condere. Ita 4
tamen, ut, si legitimus extiterit accusator, de facti tui qualitate te noveris audiendum,
ut, si innoxios peremisti, crimen publica districtione resecetur, si male initos com-
plexus adulterorum morte divisisti, aestimetur potius vindicta quam culpa. Si quis 5
tibi autem calumniantium damna generavit et Agnello fideiussori tuo, ut asseris, a
vicario vel eius officio extortam constiterit fuisse pecuniam, nostra iussione conventus
secundum leges ablata restituat. nolumus enim in cuiusquam praedam cadere, quos
nostra visa est sententia liberare. pari modo contra incivilium impetus Candacis tibi
tuitionem sub aequabili defensione praestamus, ut nec legibus te subtrahat nec iterum
contra iura publica laborare permittat.

XXXVIII.

BOIONI V̄· S̄· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Non est beneficium quod praestatur invitis: nec cuiquam utile videtur, quod 1
adversa voluntate conceditur. unde spectabilitas tua VViliarit adulescentis nepotis tui
cognoscat nos querelis gravibus expetitos, quod res patris eius non meliorandi causa,

---

LRKP(D)MN(X)E(F)

3 fugiant N^a iudicantium *RPD* semper *(om. R)* ment.] ment. semp. KM^aEFA 4 qua] cur K^1*[?]EF*, quia K^2X^1 in iura L^a necessarium] nefarium *A* 5 qui] quod *MNXEFA* fortunae] f. commissum est K^1*[?]*EF^2A erit] fiat $KEFA^c$, fiet A^r se seruet] seruet KNF^1, seruetur F^2 6 nisus] uisus *KDMNXEF* 8 an. est *PDMNXEF* 10 feminas] femi *N* 11 qui] que *P* uerecundi K^1 12 inultum] multum P^a obmisisse *E* 13 minime] m. sis M^2ZN, munitus *EF* fraudaris] fraudabilis *MZNXEF* et *om. XEF* 14 adulterii KM^aNXF^1A 15 intendis] attendis *PD* alienum] esse a. K^aP quoniam] *inc.* M^a 17 ut *om.* K^1 ext. acc. de facti] *inc.* M^a te *om.* P^aD 18 initos] $LRPDMN^1A^c$, iunctos $XEFA^r$ *coniectura probabili,* meritos KN^2 complexos L^a, conplexos R^a, complexis D^1 19 diuisisti] diluisti M^bN, diuisti M^a 20 tibi *(om.* M^aXF^1*)* aut. cal.] aut. cal. tibi *K*, aut. tibi cal. M^bEF^2A geminerauerit N^a agnello] ag K^1, angelo *A* fideiussori (-re D^1M^a) tuo ut ass.] ut ass. fid. tuo *XEFA* 21 extortam] extor K^1 conuenctus E^1, conuinctus F^1, conuictus F^2A 22 enim] e. ea *XF*, e. eam *E* quos (quod P^a) n. uisa (iussa *vel* uissa *K*) est s. liberare (leberare L^1) *om.* $MNXEF^1$ 23 pari] proinde *MNXEF* inciuilium] ciuilium K^1MNXEF 24 tuitione *LRD*, tuitio K^1 aequali *REF* 27 praest. inuitis (inuitus L^1)] inu. praest. *PD* uid. utile A^c 28 uuiliarit] uuiliarum *MN*, uuiliari K^2, uiriliarum *XE*, uirilia** F^1, uiriliarii F^2, uuili K^1, hillarii A^r, hilarii A^c, *om. P* adolentis *P*

sed deteriorandi voto detineas. quapropter quicquid ex iure memorato te retentare cognoscis, sine aliqua dilatione restitue, ut res parentum propria voluntate disponat, quia et nobis congrua videtur esse persona, qui assumpta domini libertate proficiat.
2 Pullos suos audaces aquilae tamdiu procurato cibo nutriunt, donec paulatim a molli pluma recedentes adulta aetate pennescant: quibus ut constiterit firmus volatus, novellos ungues in praedam teneram consuescunt: nec indigent alieno labore vivere, quos captio potest propria satiare. sic iuvenes nostri, qui ad exercitum probantur idonei, indignum est ut ad vitam suam disponendam dicantur infirmi et putentur domum suam non regere, qui creduntur bella posse tractare. Gothis aetatem legitimam virtus facit et qui valet hostem confodere, ab omni se iam debet vitio vindicare.

XXXVIIII.

FESTO V̄· Ī· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Rationabiles petitiones supplicum libenter amplectimur, qui etiam non rogati iusta cogitamus. quid est enim dignius quod die noctuque assidua deliberatione volvamus, nisi ut rem publicam nostram sicut arma protegunt, aequitas quoque inviolata custodiat? spectabilis itaque Philagrius in Syracusana civitate consistens, palatii nostri longa observatione dilatus, reverti se ad lares proprios supplicavit, qui studiorum causa fratris
2 filios ad Romanam exhibuit civitatem. Quos illustris magnificentia tua ex nostra continens iussione in supra dicta urbe constituat: nec illis liceat ante discedere, nisi hoc secunda iterum decernamus iussione. ita enim et illis ingenii provectus adquiritur et nostrae utilitatis ratio custoditur: quibus mora potest esse proficua, dum interdum expedit patriam neglegere, ut sapientiam quis possit adquirere. Ulixes Ithacus in laribus propriis forte latuisset, cuius sapientiam hinc maxime Homeri nobile carmen asseruit, quod multas civitates et populos circumivit, dum illi prudentiores sunt semper habiti, qui multorum hominum conversationibus probantur eruditi. natura siquidem humana sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur.

XL.

OSUIN V̄· Ī· COMITI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Ordinatio nostra per moram non debet impediri, ne, quod salubriter constat esse dispositum, per tarditatis vitium incurrat obstaculum. et ideo ante distribuenda sunt arma quam possit flagitare necessitas, ut, cum tempus exegerit, paratiores ad imperata sufficiant. ars enim bellandi, si non praeluditur, cum fuerit necessaria, non habetur.

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 deterioranda L^1 3 uid. esse *om.* *E* 4 donec *ad* aetate *in litura* *M* 5 constituerit L^1 uolatus] u. et plenus K^1 6 indig*nt M^a, indigunt M^bX^1 uiuere] uiuere uel iure *K* potest captio (cautio *K*) KA^e 7 exercicium *M* 8 putantur *N* suam dom. *K* 9 posse bella *LR* 10 hostes *MNXEF* confundere *KF* uitio] iuitio K^1 12 petitiones *om.* K^1, *bis* E^a 13 uuoluamus P^a, uolumus K^1 14 nisi ut] ut nisi *K* aequitas] ita a. *K* quoque *om.* M^a 15 filagrius *fere libri*, flagrius *XEF*, et lagius K^1 16 studiosorum K^1 19 haec *E* dec. it. LA^e, dec. (*om.* it.) *R* 20 *post* custoditur *inserunt locum ex ep.* IV 6 *petitum* non ergo sibi .... tanta praestatur KF^2A 21 exquirere *EF* ulysses A^e ithacus] ithacus (itaque *K*) nisi hoc fecisset *KXEFA* 22 laribus] D^2E *coniectura*, laboribus *libri reliqui* forsitan A^e hinc] huic *K* homeri *om.* *PD* 23 circuiuit RP^bD^2NEA, ciuium *K* 24 qui] quam qui P^2 25 coustruitur *R* 27 non deb. per m. A^e 29 cum] cum ea *A* exigerit *N* imperata] impacta K^1 30 nec. fuer. A^e

proinde illustris sublimitas tua Salonitanis militibus, ut cuique se expediendi facultas obtulerit, pro nostra iussione arma necessaria procurabit, quia fida rei publicae salus est defensor armatus. discat miles in otio, quod perficere possit in bello. animos subito ad arma non erigunt nisi qui se ad ipsa idoneos praemissa exercitatione confidunt. gestiunt vituli certamina, quae impleant aetate robusta: catuli in novellis venationibus ludunt. focos ipsos comprehendere virgultis teneris inchoamus: ceterum si robora primis scintillis adhibeas, igniculum opprimis, quem fovere contendis. sic animi hominum, nisi prius leniter fuerint imbuti, ad hoc, quod tendis, idonei nequeunt reperiri. primordia cuncta pavida sunt et aliter timiditas non tollitur, nisi cum rebus necessariis novitas abrogatur.

XLI.

AGAPITO V̄· Ī· P· Ū· THEODERICUS REX. *a. 507/509*

Praecipua vestri ordinis cura cautiora nos facit proferre iudicia et admittendos reverendo coetui examinare cogit sollicitius honor senatus, quem non solum numero volumus augeri civium, sed ornari maxime luce meritorum. recipiat alius ordo forte mediocres: senatus respuit eximie non probatos. quapropter unde melius nobilitati collegam quaerimus quam de vena nobilium, qui se promittat abhorrere moribus, quam refugit sanguine, vilitatem? atque ideo illustris magnificentia tua Fausto adulto, filio illustris Fausti, decernat attribui, quae circa referendos curiae priscus ordo dictavit. hoc enim praecipientes nihil imminuimus sacro ordini de solita auctoritate iudicii, quando gloria maior est dignitatis spectare sententiam procerum post regale iudicium. ornatus enim ipsorum est, si, quae solent illi deligere, nos iubemus et si, quod ab illis cottidie petitur, nos magnopere postulemur.

XLII.

ARTEMIDORO V̄· Ī· P̄· Ū· THEODERICUS REX. *a. 509/510*

Remuneratio meritorum iustum dominantis prodit imperium, apud quem perire 1
nescit, quod quempiam laborasse contigerit. nam si inopinata tribuimus, quemadmodum negare possumus quae debemus? in tutum apud nos reponit omnis devotio quod
meretur et duplicem fructum metit, qui nobis se in aliquo paruisse cognoscit. Olim 2
quidem a nobis quod esset dignitate pretiosius habere meruisti, ut regio lateri dignus adhaereres. differri te pertulit noster affectus: apud amantem provectus tui causam tardius impetrasti, ut post sacrae amicitiae genium ad honores ornatior pervenires.

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 proinde] proinde at N^2 tua subl. *K* salotitanis P^a, salonitatis *D* ut] *KPNA* *coniectura ut videtur,* aut *reliqui* cuicumque *EF* 3 proficere *KPDA* 4 ad] ab *RMN* 5 compleant M^a 6 uirgultis] in u. *K* 7 contendis] conaris *P*, *om. D* 8 quod] *malim* quo tendis] tendunt *EF*, contendunt *K* 12 amittendos N^1, admittendum *XF*, admittendam *E* 13 reuerenda *K* sollicitus *N* uol. num. A^e 14 augeri (angere *N*) ciuium sed ornari (honorari *E*) maxime (maxima *D*) *in litura* M^b recipiat] reiciat *KMNXEFA* alios M^a forte *om.* A^e 17 utilitatem *N* ideo *om.* P^a 18 quem *MNX* reuerendos *EF* ordo dictauit] ordo designauit M^bN, designauit ordo *XEF*, ordo designauit uel dictauit *K*. *inc.* M^a 19 hoc (hec *A*) enim] hic est *E* nil KA^e ordinis *K* soluto P^a, sol* M^a 20 expectare *malim* post] prius E^1 21 enim *om.* A^e est *om.* M^a deligere] LPA^e, delegere *D*, diligere $RKMNXEFA^r$ 22 magno opere KDA^e postulemur] postulemus KDA^e *recte fortasse,* postulamus M^bNXEF, *inc.* M^a 26 negare] negare non R^aP quod *DA* in tutum] intuitus *K*, initium A^e reponit (deponit *P*, deponerit *D*) omnis] omn. rep. *A* 27 meretur] ueretur E^1 fr. dupl. *PD* 28 a nobis *post* pretiosius A^e 29 pertulit] non pertulit *E* tui] cui *K* 30 ad honores] ad homines P^a, *om. XF*

cuncta siquidem, unde famam captat humanitas, in te congeniata sederunt, patria,
genus, instituta praeclara. quorum si unum nobilitatem complet, in te collecta plus
facient, qui non minus genitalis soli fortuna resplendes quam gloria stemmatis et
3 virtutis ornaris. Hinc est quod nunc te per indictionem feliciter tertiam ad prae-
fecturae urbanae culmen erigimus, tribuentes tibi in ea civitate fasces, ubi perpetui
sunt honores. quod nos, qui munera nostra verecundius aestimamus, certe fatebimur,
multum te meruisse de nostro iudicio, ut illi coetui praesidere possis, quem reverendum
4 humano generi esse cognoscis. Numquid hoc est palatia regere et domos proprias
ordinare? plerumque honor ex commendatis adquiritur nec tale est cellam vinariam
tuendam suscipere, quale pretiosa diademata custodire. illa, quae potiora credimus, ad
conservandum melioribus damus et in quibus sustinere damna non patimur, fidelioribus
profecto mentibus applicamus. Roma si habet parem, aestima nos et aliis similia
credidisse: si vero singulare bonum est, iudicem te praecipuae rei facimus, quam
augere semper optamus.

XLIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 509/510*

1 Scitis, patres conscripti, vestrum esse genium culmina dignitatum: scitis vobis
proficere, quod nobis contigerit in fascium honore praestare. quicquid enim ab uno-
quoque suscipitur, senatus est, qui meretur. quid enim de vobis aestimemus, agnoscitis,
quando viris longo labore compertis hoc certe in praemium damus, ut vestri corporis
2 mereantur esse participes. Hic est enim vir, qui genitalis soli relicta dulcedine nobis
maluit inhaerere, et licet esset clarus in patria, nostram tamen elegit subire fortunam,
superans gratiae magnitudine vim naturae, qui principe Zenone non tam benivolo quam
affine gaudebat. et quid illa re publica gratia non potuit obtinere parentis, quae sic
facillime favet extraneis? sed haec omnia nimius despexit affectus, ut nos ipsi, pro
quibus haec fecisse cognoscitur, merito stupere videamur in unius gratia tot desidera-
3 bilia fuisse contempta. Qui super hanc eximiam fidem solacia nobis suae confabula-
tionis adiecit, ut asperas non numquam rei publicae curas, quas emergentium rerum
necessitate suscipimus, sermonis suavitate deliniret. blandus alloquio, supplicantium
fidelis patronus, accusare nesciens, commendare praesumens. qui tanta se animi puri-
tate clarificavit, ut cum apud nos mereretur aulicas dignitates, spectaculorum ordina-
tionem laetissimam sibi militiam vindicaret, quatenus sub specie voluptatis libere
videretur velle servire, a laboribus quidem temperans, sed in nulla se nobis parte
4 dissocians. Regalem quin etiam mensam conviva geniatus ornavit, ibi se nobis studens
iungere, ubi nos certum est posse gaudere. sed quid ultra de eius moribus est

LRKP(D)MN(X)E(F)

1 congeniata] congeminata *KDMNXEF*, congenita A^{e} 3 resplendens *KMN* stegmatis *EF* 4 orneris *E* tert. fel. *K* 5 erigimus] eligimus *E*, elegimus *F* 6 quod] quo *Meyer: fortasse quaedam exciderunt, puta* gratulemur nobis *ante* certe 7 illo *R*, illic *N* 8 humani *R* generi] cetui E^{a} 10 quale *bis* N^{1} pociosiora N^{2} 11 in *om. N* 16 scitis ...... 18 quid *in litura minore* M^{b} nostrum *A* genium] geminum *K*, gaudium *A* nobis *K* 17 contigit *K* quicquid] quod A^{e} 18 nobis *N* 19 iuris L^{1} logo *L* in *om.* M^{a} nostri $K^{a}P^{a}NF$ 20 hic] hinc N^{a} 21 inhaerere] adhaerere *PD* cl. ess. *LR* nostra *L* elegit *bis* P^{a} 22 magnitudinem gratie *K* 23 quod *N* illa] in illa *KDMNXEA* 24 nimius] minus $MNEF^{a}$, unius F^{b} 25 hoc *EF* 26 contenta *DN* supere P^{a} conbulationis *N* 28 suscepimus *K* 30 meretur *K* ordinationem] ordinatione *KEA*, dignitatem N^{a} 31 specie] spe *K* libere uideretur uelle] libenter uellet *KMNXEF* 32 quidem] si q. *PD* 33 regale *K* geniatus] gemmatus *K* ornauit] amauit A^{e} 34 certum est nos *A* posse *om. N* quid] quod *P* est mor. *R*

dicendum, cui ad perfectam probationem sufficit, quod amorem nostrum iugiter habere
promeruit? non est maius meritum quam gratiam invenisse regnantum: nam quibus
fas est de cunctis optimos quaerere, videntur semper meritos elegisse. Atque ideo 5
labores eius remuneratione pensantes Artemidoro illustri viro urbanae praefecturae
fasces indulsimus. huic ergo, patres conscripti, tot ac talibus meritis praelucenti
favete linguis, favete collegiis. erit quoque vestrae benivolentiae laus, ut, cum dignis
caritatem impenditis, ad exemplum ceteros incitetis.

XLIIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 509/10

Caritatem vestri praecipuam nos habere ex ipsa cura potestis agnoscere, pro 1
quibus ita videmur esse solliciti, ut nihil ammonitionis patiamur omitti. cautela siquidem
prodit affectum et quae studiosius diligimus, maiori gratia custodimus. Hinc est quod 2
viro illustri Artemidoro, diu nostris obsequiis erudito, praefecturae urbanae dedimus
fasces regendos, ut, quia quorundam illicitis seditionibus civilitas turbabatur, haberent
et innoxii purissimum testem et errantes iustissimum paterentur ultorem. quod nos,
qui delectamur insontibus, in cunctorum notitiam duximus perferendum, ne quis in-
opinata districtione solite praesumat excedere. Quocirca talia nos praefato viro de- 3
legasse noveritis, ut, si quispiam incivilis extiterit, districtionem ilico nostrae iussionis
incurrat. et quamquam praefecturae urbanae hanc potestatem dederint leges, nos
tamen specialiter delegavimus, ut confidentius fieret, quod duplex permisisset auctoritas.
Audebit ergo seditiosos et a disciplina publica deviantes nostra auctoritate percellere. 4
quiescat concertantium fervor animorum. bona pacis, quae deo propitio nostro labore
meruistis, cur seditionibus foedantur illicitis? numquam maiori damno periclitati sunt
mores, quam cum gravitas Romana culpatur. reparet itaque honesta civitas modera-
tionem suam. pudor est degenerasse prioribus, eo praesertim tempore, cum talem
principem cognoscitis vos habere, qui praemia bene meritis, ultionem tribuat inquietis.

XLV.

BOETHIO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507

Spernenda non sunt quae a vicinis regibus praesumptionis gratia postulantur, dum 1
plerumque res parvae plus praevalent praestare quam magnae possunt optinere divitiae.
frequenter enim quod arma explere nequeunt, oblectamenta suavitatis imponunt. sit
ergo pro re publica et cum ludere videmur. nam ideo voluptuosa quaerimus, ut per
ipsa seria compleamus. Burgundionum itaque dominus a nobis magnopere postulavit, 2

LRKP(D)MN(X)E(F)

2 promeruit] meruit M^a maius (magis R^1) mer.] mer. mai. P^a regnantium *DA* 4 arthemidoro *plerique*, archemidoro *KF* 6 collegiis] colloquiis *K* uestrae quoque A^e 7 exemplis L^a[?] 9 nostri *K* nos] no *N* cura] cura nos *N*, cura n** M^a, cura nostra M^b, cura uos *EF* 10 patimur P^a 12 archemidoro *K* diu nostris *om.* *K* obsequiis] sequiis K^1 13 ciu. turbabatur (turbatur *D*)] turb. ciu. *K* 14 et inn.] inn. A^e iustissimam p. ultionem *MNXEF* 15 proferendum *R* inopinatam districtionem solita praesumptione praesumat *K* 17 cognoueristis N^1 inciuili *K* ilico] dico P^aD 18 potestatem] partem *XEF* 19 specilialiter R^1 ut] ne *N* promisisset P^t 20 et *om.* K^1 auctoritas *R* 21 concertantium] certantium P^1D^aF deo] de deo *N* nostro] meo *N* 22 sedacionibus N^a faedentur L^a, sedantur *K* illicis N^1 23 culpantur *K* itaque] igitur *N* 24 prioribus] a pr. A^e 28 possint *EF* diu. obt. *K* 29 enim *om.* *K* oblectamina A^e 31 a nob. dom. *K* magno opere DA^e

ut horologium, quod aquis sub modulo fluentibus temperatur et quod solis immensi
comprehensa illuminatione distinguitur, cum magistris rerum ei transmittere deberemus:
quatenus impetratis delectationibus perfruendo, quod nobis cottidianum, illis videatur
esse miraculum. merito siquidem respicere cupiunt, quod legatorum suorum relationibus
3 obstupescunt. Hoc te multa eruditione saginatum ita nosse didicimus, ut artes, quas
exercent vulgariter nescientes, in ipso disciplinarum fonte potaveris. sic enim Athe-
niensium scholas longe positus introisti, sic palliatorum choris miscuisti togam, ut
Graecorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam. didicisti enim, qua profunditate
cum suis partibus speculativa cogitetur, qua ratione activa cum sua divisione discatur:
deducens ad Romuleos senatores quicquid Cecropidae mundo fecerant singulare.
4 Translationibus enim tuis Pythagoras musicus, Ptolemaeus astronomus leguntur Itali:
Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur Ausonii[1]): Plato theologus,
Aristoteles logicus[2]) Quirinali voce disceptant: mechanicum etiam Archimedem Latialem
Siculis reddidisti. et quascumque disciplinas vel artes facunda Graecia per singulos
viros edidit, te uno auctore patrio sermone Roma suscepit. quos tanta verborum
luculentia reddidisti claros, tanta linguae proprietate conspicuos, ut potuissent et illi
5 opus tuum praeferre, si utrumque didicissent. Tu artem praedictam ex disciplinis
nobilibus notam per quadrifarias mathesis ianuas introisti. tu illam in naturae pene-
tralibus considentem, auctorum libris invitantibus, cordis lumine cognovisti, cui ardua
nosse usus, miracula monstrare propositum est. molitur ostendere, quod obstupescant
homines evenisse miroque modo naturis conversis facti detrahit fidem, cum ostentet
et oculis visionem. facit aquas ex imo surgentes praecipites cadere, ignem ponderibus
currere, organa extraneis vocibus insonare, et peregrinis flatibus calamos complet, ut
6 minuta possint arte cantare. Videmus per eam defensiones iam nutantium civitatum
subito tali firmitate consurgere, ut machinamentorum auxiliis superior reddatur, qui
desperatus viribus invenitur. madentes fabricae in aqua marina siccantur: dura cum
fuerint, ingeniosa dispositione solvuntur. metalla mugiunt, Diomedes in aere gravius
bucinat, aeneus anguis insibilat, aves simulatae fritinniunt et quae vocem propriam
7 nesciunt habere, dulcedinem probantur emittere cantilenae. Parva de illa referimus,

LRKP(D)MN(X)E(F)

3 nobis] nobis est *A* 5 nosce *K* 6 uulgaliter *E* 7 palleatorum *libri* thoris *K* miscuistis *R* 8 dogmate *K* 9 speculatiua] specula tua *R* qua] et qua *E* diuione *N* dicatur *K* 10 crecropide *N* 11 pitagoras *LDN* ptholomeus *LR*, ptolomeus *DMN* astronomius *L*, astronomicus *EF* italiae *LRA* 12 arimethicus *M*, arismethicus *N*, arismeticus *K*, arismetricus *F*, arithineticus *E* goenetrichus *E* audiuntur] auuntur *K* ausoniis A^{e}, ausonum N^{a} 13 aristotiles $LRDMN^{b}X$, aristoles N^{a} mecanichanicum *N*, methanicum *K* archinnenidem *PD*, artrimedem *K* latilem $KMXEF^{1}$ 14 reddidisti] reddisti L^{1}, tradidisti *K* fecunda *PA* 15 uno] nunc *KMNXEF* patricio *E* 16 reddisti N^{1} linge L^{a} 17 tuum] suum *N* 18 notam] natam *MNXA* ianuas *om.* M^{a} penetrabilihus *KE* 19 confidentem *KPD* cognouistis P^{a} 20 nosce *K*, cognouisse *N* usus] u. est *K* miracula *om.* A^{e} monstrare *om.* *K* est *om.* *K* mollitur *K* 21 naturis] natis *PDMNXF*, notis *E* cum] quod *K* ostendet *N* 22 et] ex A^{e} imo] uno *K* cadere] eadem *K* 23 calamos complet uel in calenos complere *K* 24 minuta] iniuncta *A*, musica *Cuiacius* uidemus] u. etiam P^{a} ciu. nut. *PD* 25 infirmitate *K* manchinatorum R^{1} 27 diomedis (*emendatur in erratis* diomedeae) A^{e} grauius] grues A^{e} *(emendatur in erratis)* 28 bucinant *L*, buccinant A^{e} sim. au. *PD* fritiniunt *MNXA*, fritinnunt *DEF*, strituunuunt *K* propr. uocem A^{e} 29 habere] ab aere A^{e}

1) *Cf. Cassiodorus de geometria p. 589 Gar.:* cuius disciplinae apud Graecos Euclides Apollonius Archimedes nec non et alii scriptores probabiles extiterunt, ex quibus Euclidem translatum in Romanam linguam idem vir magnificus Boethius dedit. 2) *Cassiodorus de dialectica p. 568 Gar. breviter tangit Aristotelis librum peri hermenias,* cum eum sex libris a Boethio viro magnifico constet expositum, qui vobis inter alios codices est relictus.

cui caelum imitari fas est. haec fecit secundum solem in Archimedis sphaera decurrere: haec alterum zodiacum circulum humano consilio fabricavit: haec lunam defectu suo reparabilem artis illuminatione monstravit parvamque machinam gravidam mundo, caelum gestabile, compendium rerum, speculum naturae ad speciem aetheris indeprehensibili mobilitate volutavit. sic astra, quorum licet cursum sciamus, fallentibus tamen oculis prodire non cernimus: stans quidam in illis transitus est et quae velociter
currere vera ratione cognoscis, se movere non respicis. Quale est hoc homini etiam 8
facere, quod vel intellexisse potest esse mirabile? quare cum vos ornet talium rerum praedicanda notitia, horologia nobis publicis expensis sine vestro dispendio destinate. primum sit, ubi stilus diei index per umbram exiguam horas consuevit ostendere. radius itaque immobilis et parvus, peragens quod tam miranda solis magnitudo discurrit.
et fugam solis aequiperat, quod motum semper ignorat. Inviderent talibus, si astra 9
sentirent, et meatum suum fortasse deflecterent, ne tali ludibrio subiacerent. ubi est illud horarum de lumine venientium singulare miraculum, si has et umbra demonstrat? ubi praedicabilis indefecta rotatio, si hoc et metalla peragunt, quae situ perpetuo continentur? o artis inaestimabilis virtus, quae dum se dicit ludere, naturae praevalet
secreta vulgare! Secundum sit, ubi praeter solis radios hora dinoscitur, noctes in 10
partes dividens: quod ut nihil deberet astris, rationem caeli ad aquarum potius fluenta convertit, quarum motibus ostendit, quod caelo volvitur et audaci praesumptione concepta ars elementis confert, quod originis condicio denegavit. universae disciplinae, cunctus prudentium labor naturae potentiam, ut tantum possint, nosse perquirunt: mechanisma solum est, quod illam ex contrariis appetit imitari et, si fas est dicere, in quibusdam etiam nititur velle superare. haec enim fecisse dinoscitur Daedalum volare: haec ferreum Cupidinem in Dianae templo sine aliqua illigatione pendere: haec
hodie facit muta cantare, insensata vivere, immobilia moveri. Mechanicus, si fas est 11
dicere, paene socius est naturae, occulta reserans, manifesta convertens, miraculis ludens, ita pulchre simulans, ut quod compositum non ambigitur, veritas aestimetur. haec quia te studiosius legisse cognovimus, praedicta nobis horologia quantocius transmittere maturabis, ut te notum in illa mundi parte facias, ubi aliter pervenire non
poteras. Agnoscant per te exterae gentes tales nos habere nobiles, quales leguntur 12
auctores. quotiens non sunt credituri quae viderint? quotiens hanc veritatem lusoria somnia putabunt? et quando fuerint ab stupore conversi, non audebunt se aequales nobis dicere, apud quos sciunt sapientes talia cogitasse.

LRKP(D)MO(incipit v. 13 fortasse*)N(X)E(F)*

1 cui] cum L^a haec] haec enim A^e facit *K* 2 zodiaci *K*, godiacum E^1 3 despectu *N* arti *K* monstrauit] reparauit R^a 4 speculum] spectaculum *K* naturae] iusticiae P^1 5 indeprensibili *K*, incomprehensibili A^e nobilitate P^a sic] si N^a 6 status *R* quidem *RKP* 7 homini *om. K* etiam *om. E* 9 publicis expensis] publica expensa *N*, propriis e. *K* nostro *KP* 10 ubi] tibi *P* index] $MNXEA^r$, index $LRKPDA^e$ per] qui per PA^r 11 magn. sol. A^e 13 ludibrico *E* subiarerent *P* 14 lume K^1 uiuentium *L* 15 rotatio] ratio *N*, oratio E^a haec *E* 16 inaestimabilis] uenustabilis *E* 17 ubi] tibi P^a, ut E^1 disnoscitur *M* 19 quorum *KDMONEA* celum KEA^e contempta *K* 20 elemtis N^1 organis *N* negauit *N* 21 perquirit *MONXE*, perquiritur *KA* 22 methanisma *K* illam] *LRPDA*, *om. MONXEF* 23 hoc A^e disnoscitur *M* 24 hoc A^e alligatione A^e hoc A^e 25 uiuere] bibere *MON*, uiuere uel bibere *K* mechanicus] mathematicus uel methanicus *K* 27 compositum] propositum *K* aestimetur] putetur *MONXEF*, extimetur uel putetur *K* 28 quia] opera *K* stud. te *OEA* comperimus A^e praedicta — 29 curabis *post* facias *R* nobis *om. PD* holrologia *R* quam totius *KA*, quam citius *E*, *** citius F^1, quanto citius F^2 29 maturabis] curabis *R* in *om. K* parte mundi A^e 30 exterae gentes] exterge*** K^1 31 quae] qui *XE*, quod A^e 32 somnia] signa K^a ab] a *KDEA*

XLVI.

GUNDIBADO REGI BURGUNDIONUM THEODERICUS REX. *a. 507*

1 Amplectenda sunt munera quae probantur omnimodis expetita: quando non est
abiectum, quod potest explere desiderium. nam per quaslibet pretiosas res ad illud
tantum tenditur, ut cupientis animus expleatur. quapropter salutantes gratia consueta
per harum portitores illum et illum oblectamenta prudentiae vestrae, horologia cum
suis dispositoribus credidimus destinanda: unum, in quo humana sollertia videtur
colligi, quod totius caeli noscitur spatia pervagari: aliud, ubi solis meatus sine sole
2 cognoscitur et aquis guttantibus horarum spatia terminantur. Habetote in vestra
patria, quod aliquando vidistis in civitate Romana. dignum est, ut bonis nostris vestra
gratia perfruatur, quae nobis etiam affinitate coniungitur. discat sub vobis Burgundia
res subtilissimas inspicere et antiquorum inventa laudare: per vos propositum gentile
deponit et dum prudentiam regis sui respicit, iure facta sapientium concupiscit.
3 distinguat spatia diei actibus suis, horarum aptissime momenta constituat. Ordo vitae
confusus agitur, si talis discretio sub veritate nescitur. beluarum quippe ritus est ex
ventris esurie horas sentire et non habere certum, quod constat humanis usibus contributum.

LRKP(D)MON(X)E(F)

3 per *om. P*[1]*K* quamlibet *K* pretiosas *om. K* 4 tantum] tamen *LRD* cupientes *K* salutates *O* 5 per harum *om. in sp. vac. P* oblectantia *K* prudentiae] praesenti(a)e *KMONXEA* nostrae *K* (h)orologia] *RKPDONXEA*, horelogia *M*, horelogium *L*[1], horologium *L*[2] 6 qua *LPD* 7 spatia (spatio *PD*) noscitur *RPD* solus *K*[a] 8 agnoscitur *E* 9 uestra (uera *K*) gr.] gr. uestr. *MOXE* 10 discat sub uobis (nobis *K*)] sub nobis (nobis *EF*) discat *XEF* 11 anquorum *K*[1] 12 prudencia *N* sapientum *N* 13 distinguat (distinguit *K*) .... constituat *om. P (suppl. m. rec.)* 14 confusus] consulis *N*

LIBER SECUNDUS.

I. Piissimo Anastasio imperatori Theodericus rex.

p. an. (*om.* imp.) M^1, p. anestato i. K^1, imperatori piissimo t. rex incipit lib. ii anastasio K^t, *om.* X^t

II. Felici v̄. ī. consuli ordinario Theodericus rex.

u. i.] $K^1PDMO^1N^1$, uiro N^t

orditario $N^{1(b)}$, ord. *om.* P^t, cons. ord. *om.* K^t

III. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

om. P^1D^1

IIII. Ecdicio viro honesto Theodericus rex.

hecdicio $L^tR^tP^1$, hecditio $R^1P^tM^tA^e$, haecdicio L^1, haecditio D, hecdictio $M^1X^1E^1$, heodictio E^t, hedictio O^1N^1F, herditio K^1, leodicio K^t, entericio N^t

uiro illustri $R^tD^{t(a)}$

V. Fausto p̅p̅o̅ Theodericus rex.

p̅p̅o̅] $PD^tMO^1N^1$, pp K^1

VI. Agapito v̄. ī. patricio Theodericus rex.

u. i.] $PDMO^1N^1A^e$, ū. K^1, uiro N^t, *om.* K^t

patricia K^t, *om.* R^1

VII. Sunae v̄. ī. comiti Theodericus rex.

sune *fere libri*, sunc K^t, surae A^e, sim(a)e O^1F^1, symacho N^t

u. i.] $K^1PDMN^1A^e$, illustri uiro K^t, uiro $O^1N^tX^t$

VIII. Severo viro venerabili episcopo Theodericus rex.

uiro *om.* K^t

VIIII. Fausto p̅p̅o̅ Theoderieus rex.

p̅p̅o̅] $L^1PD^1MO^1N^1$, pp K^1, epischopo D^t

om. R^t

X. Specioso viro devoto comitiaco Theodericus rex.

sp̅iso O^1

uiro (uiri $L^{1(l)}$) deuoto *om.* K^t

comitiano R^1N^t, comiciato K^t, domitiato K^1

om. R^t

XI. Probino v̄. ī. patricio Theodericus rex.

probino] D^1, pronino *fere libri et* A^e, prauino N^1, pronido E^t

u. i.] $PDMN^1A^e$, uiro illustris K^t, uiro $K^1N^tX^t$

patricio *om.* R^t

XII. Comiti siliquatariorum et curas portus agenti Theodericus rex.

comiti *om.* K^t

siliquarariorum L^t, siliquatorum P^1, siliquato D^1

portus curas $K^1P^tD^tN^tA^e$

LRKP(D)MON(X)E(F)

XIII. Frumarith saioni Theodericus rex.

frumarit $L^1KMO^1N^1EF$, frumariht D^1, frumari N^t, fruinait A^e

saiorii K^1, solini N^t

XIIII. Symmacho patricio Theodericus rex.

symmacho] LR^1, simmacho, symacho, simacho, sumaco, simaco *libri rell.*

om. $P^{1(a)}$

XV. Venantio v̄. ī. Theodericus rex.

ueneratio N^t, uenoncio K^t

u. i.] *in laterculis* uiro illustri *LRPDMONE*, ui° *K*, *in praescriptis* ui comiti domesticorum uacanti *M*, comiti uiro illustri domesticorum uacanti *LR*, comiti ui domestico uacanti *P*, comiti $\overline{\text{ui}}$ admesticorum uacanti *(sic) D*, uiro illustri domestico uacanti *EF*, comiti uiro illustri *N*, comiti *K*

om. O^t

XVI. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XVII. Honoratis, possessoribus, defensoribus et curialibus Tridentinae civitatis Theodericus rex.

honeratis O^1

defensoribus *habent in praescr. omnes (bis et ante* poss. *et ante* et *N)*, *ex laterculis MONEF*, *om. laterculi reliqui;* et def. cur. E^t, et def. (*om.* cur.) K^t

tridentinae] brixiensis K^1

XVIII. Gudilae episcopo Theodericus rex.

gudi*e N^t, gubile K^1, gudilie O^1E^t, gudule R^t

XVIIII. Universis Gothis et Romanis vel his qui portibus vel clusuris praesunt Theodericus rex.

et *om.* N^1

uel his qui] qui his O^1

portubus $RO^1F^tA^e$, pontibus $M^{1(a)}$

uel (et *F*) clusuris (clausuris D^1XEF, clauris K^1), *om.* $K^tM^{1(1)}$

praesunt *om. M*

XX. VViligis saioni Theodericus rex.

niuligis N^1, uuilligis L^tK, uuigilis D^1O^1, guiligis M^tX^t, uuiliis P^t

XXI. Iohanni apparitori Theodericus rex.

ihayione K^t

XXII. Festo v̄. ī. patricio Theodericus rex.

u. i.] M^tA^e, ū K^1, $\overline{\text{ui}}$. illustri D^1, illustri $M^{1(1)}$

XXIII. Ampelio, Despotio et Theodulo $\overline{\text{vvv}}$. $\overline{\text{sss}}$. Theodericus rex.

ampellio K^1

dispotio *fere libri et* A^e, dispocio $P^1O^1N^1E^1$, dispositio $K^1E^tF^t$, dispouo M^t, *om.* K^t

theodulo] $L^tP^1K^1EF$, theudolo X^t, theodolo *plerique*, thedolo O^1, teodilo K^t

uuu. sss.] $K^1PDO^1N^1A^e$, uu uss M^t

XXIIII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XXV. Edictum. Theodericus rex.

theodericus rex] $L^tK^tP^tD^1XEF^1$, *om. M*, theoderici regis *vel* th. r. *reliqui*

XXVI. Fausto $\overline{\text{ppo}}$ Theodericus rex.

festo $K^1PD^1M^1N^1XF^1A^r$

$\overline{\text{ppo}}$] PD^1, pp K^1, patricio M^1N^1

om. L^1K^1

XXVII. Universis Iudaeis Genua consistentibus Theodericus rex.

uideis O^1

genu(a)e PD^1A^e, ienua O^1, ianue K^1

LRKP(D; textus finit ep. 19)MON(ab ep. 20 ad IV, 39 N^t *desideratur miniatore deficiente)(X)E(F)*

XXVIII. Stephano v̄. s̄. comiti primi ordinis et ex principe officii nostri Theodericus rex.

u. s.] $K^1PD^1MO^1X^1A^e$
comiti *om.* K^tF^1
primi ordinis (primordinis K^1, *om.* K^t) et (*om.* A^e) ex principe (et principio K^1) officii nostri (nostri officii M^1X^1XEF) *collocant in ep. 29 post* comiti $M^1X^1O^1XEF$

XXVIIII. Adilae v̄. s̄. comiti Theodericus rex.

adile *fere libri,* adelae D^1
u. s.] $K^1PD^1MO^1X^1A^e$, *om.* K^t
comiti *om.* K^t

XXX. Fausto p̄p̄o Theodericus rex.

p̄p̄o] $L^1R^1P^1MO^1X^1$, p̄p̄ K^1
om. D^1

XXXI. Dromonariis Theodericus rex.

dromonaris D, dromanariis $K^1O^1X^1EFA^e$, dromorariis X^1, dromonuariis X^t, deomonariis K^t

XXXII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XXXIII. Decio v̄. ī. patricio Theodericus rex.

u. i.] $K^1MX^1A^e$, uiro O^1, *om.* K^t
patricio] patrio K^t, *om.* P^tF^1
33. 34 *in litura* M^1

XXXIIII. Artemidoro praefecto urbis Theodericus rex.

arthemidoro *fere libri,* archimedoro K^1E^1F, arthemedore L^t, arthemidero R^t, artemedro K^t, archimedero E^t
p̄r (*om.* urbis) K^1, praefecto urbis romae K^tD^1
ante ep. 33 X^t, *ante ep. 35* P

XXXV. Tancilae v̄. s̄. Theodericus rex.

tancil(a)e *plerique,* tancille X^1, tanchile K^1, tantil(a)e MO^1XEF, tansile K^t
u. s.] $K^1PD^1MO^1X^1A^e$
ante ep. 34 PX^t

XXXVI. Edictum. Theodericus rex.

th. rex] $L^{1(1)}K^tD^1XEF^1$, theoderici regis *vel* th. r. *reliqui, om.* L^tM
ante ep. 35 X^t

XXXVII. Fausto p̄p̄o Theodericus rex.

p̄p̄o] $LR^1P^1D^1MO^1X^1$, pp K^1, *om.* $K^tM^{1(1)}$
ante ep. 36 X^t

XXXVIII. Fausto p̄p̄o Theodericus rex.

p̄p̄o] $L^tR^tP^1D^1M^tO^1X^1$, p̄p̄o. ii. L^1, pp M^1 *in litura*
om. X^1 *et in spatio vacuo* K^1, *ante ep. 37* X^t
epistulam aliam fausto p̄p̄o th. r. *inserit* X^1

XXXVIIII. Aloioso architecto Theodericus rex.

alloioso X^1, aloiso $K^1O^1EF^t$, aloisio X^tA^e, alioso K^t
archiatro E^tF^t
ante ep. 38 X^t

XL. Boethio patricio Theodericus rex.

boetio *fere libri,* oetio F^1
om. K; *et ante ep. 39 et hic* X^t

XLI. Luduin regi Francorum Theodericus rex.

lòduuin R^t, luduino P^t, luduim *vel* ludium EF^t, ludeum K^t, auduino K^1, *om.* X^tF^1
om. laterculi praeter KEF

$LRKPD^1MOX^1(X)E(F)$

I.

PIISSIMO ANASTASIO IMPERATORI THEODERICUS REX. *a. 511*

1 Ammonet nos consuetudo sollemnis dare fastis nomen, ornatum proprium Romae,
terrenam curiae claritatem, ut per annorum numerum decurrat gratia dignitatum et
beneficiis principum sacretur memoria saeculorum. Felix a consule sumat annus
auspicium portamque dierum tali nomine dicatum tempus introeat faveatque reliquae
2 parti fortuna principii. Quid enim vobis credi possit optatius quam ut alumnos
proprios ad ubera sua Roma recolligat et in venerandi nominis coetu senatum numeret
Gallicanum? agnoscit curia Transalpini sanguinis decus, quae non semel coronam
suam nobilitatis eius flore vestivit. novit inter reliquos fasces viros inde sumere con-
sulares. qui longo stemmate ducto per trabeas lege temporum originarius est honorum.
nam quis bonorum indolem nesciat esse Felicem, qui primis auspiciis hinc prodidit
meritum, quod ad patriam visus est festinare virtutum. bonum iudicium est secuta
prosperitas: crevit cum libertate provectibus: nec passi sumus eum inglorium relin-
3 quere, qui ad honorem rei publicae meruit pervenire. Dignus plane largitatibus nostris,
qui in ipso pueritiae flore maturis moribus lubricam frenavit aetatem et, quod rarum
continentiae bonum est, patre privatus gravitatis factus est filius: cupiditatem inimicam
sapientiae subiugavit, vitiorum blanda contempsit, superbiae vana calcavit. ita superatis
4 excessibus ante dare visus est de moribus consulatum. Nos autem, qui bonis redi-
mimur institutis, quos probitas inspecta conciliat, curules infulas praestitimus candidato,
ut virtutum desideria possimus provocare per munera: quia non deficit rei studium,
quae praemium largius habet. atque ideo vos, qui utriusque rei publicae bonis in-
discreta potestis gratia delectari, iungite favorem, adunate sententiam: amborum indicio
dignus est eligi, qui tantis fascibus meretur augeri.

LRKP(D)MON(X)E(F)

2 dare fastis (factis *P*^{1}*D*)] fastis dare *K* nomen] unum *O* oranatum *E*^{a} 4 memoria] in m. *X* annos *LRPD* 5 auspium *L*^{a} dicatum tempus] *LRPDA*^{e}, dicatus annus *MONXXEFA*^{r}, dicatum uel dicatus annus *K* reliqui *RO* 6 parte *R* principii] principis *KMONXXEF* possit *om. O* optatius] optamus *K*^{1} 7 recolligit *M* uenerandi] *Cuiacius,* uenerando *libri* coetu senatum numeret] *LRPDA*^{e}, coetu annumeret *MONXXEF*^{1}, coetu senatum annumeret *F*^{2} 8 agnoscat *A*^{e} transalpili *X* sanguiis *L*^{a} 10 stegmate *E* lege] longe *L* horigininarius *K* 11 qui] quis *X*: *fortasse delendum* prodit *E* 12 quod] qui *X* festinare] properare *R* ind. (indicium *MXXF*) est secuta *(om. L*^{1}*)*] ind. est consecuta *K*, ind. sec. est *P*, est ind. sec. *D* 13 cum libertate prouectibus] cum uirtute prouectius *F*^{2}, c. lib. prouectus *A* 14 honorem rei publicae] *KPMONXXEA*^{r}, honoraem rem publicam *L*^{b}, honoram rem publicam *L*^{a}*RA*^{e}, honoratam rem p. *D* dignus plane] d. est sane *K* 15 in *om. O* frenauit] fremauit *O*, refrenauit *K* ratum *KD* 16 continetie *P* grauitais *K* est *om. K* 17 superbia *K* ita superatis] insuperatis *O* 19 inspecta] conspecta *K* 20 per *om. P*^{a} munera] merita *KO* deficit] *KMONXXEA*, desit *L*^{1}*RPD*, defit *L*^{2} *fortasse recte* rei] r. *(sic) O*, ei *R* 21 quae *om. K* qui] pro *O* utriusque] utrisque *LPDA*$^{r(2)e}$, uiusque *K* 22 gratia] gramina *LR* adunate] amate *K*

II.

FELICI V· I· CONSVLI ORDINARIO THEODERICVS REX. *a. 511*

Amamus beneficia nostra geminare nec semel praestat largitas collata fastidium, 1
magisque nos provocant ad frequens praemium qui initia nostrae gratiae suscipere
meruerunt. novis enim iudicium impenditur, favor autem placitis exhibetur. decorum
est namque principis arbitria non haerere, quia commendantur priora posterioribus
donis et firmatur omnis indubitata de repetitione sententia. pridem tibi honorum
tribuimus gradum, nunc fastigium concedimus dignitatum: ut et anteriora merito contulisse videamur et in sequentibus constantiam tenere nostra benignitas aestimetur.
Non enim relinqui inglorios patimur, qui generis claritate praedicantur. currat quin 2
immo honorum gratia per parentes, sub imperio boni principis omnium fortuna proficiat. nam quis desperet augmentum, ubi est in amore donum et praestare propositum?
huius experimenta clementiae te retines approbasse, cum soli genitalis fortuna derelicta velut quodam postliminio in antiquam patriam commeasses. excepit te noster
affectus, implevit beneficiis manus fecitque esse votum, quod nostrum expetisses imperium. sic enim decebat crescere, qui meliora visus est elegisse. mutatur enim
fortuna cum dominis: et in laude regnantis proficit, quod subiectus adquirit. At tu 3
parem te huic indulgentiae praestitisti. illustri enim honore ditatus tanta te maturitate
tractabas, ut annos leves patereris esse sub pondere, quem non potuit in prima aetate
vincere fortissima vis naturae. paterna enim substantia locupletatus, quae semper
novos extollit heredes, conservasti divitias, cum ad eas praeter laboris studia pervenisses. solet enim facile labi, quod sine difficultatibus potuit inveniri. Auxisti 4
patrimonium vivacitatis instantia. nam quod signum magis bonae dispensationis quaeratur, ubi testis est consulatus? in tanta facultate meruisti, ad quod vix eversis
patrimoniis pervenitur. privata parcitas liberalitates publicas enutrivit. transisti gloriam
patris dispositione laudabili: et quod ille assumere non valuit, de eius opibus effecisti.
celsos currus nisi confidentia magna non appetit, dum generosi est animi optare quod
summum est. Audentes facit homines fiducia sui, quia se non patitur occulere, quem 5
praecipit natura prodire. rediit per te Transalpinae familiae consulatus et arentes
laurus viridi germine renovasti. sacram urbem tuis votis aspice candidatam. tende
igitur ad laudum celsa vestigium, ut priores tuos, quos honore reparas, virtute
transcendas. sume itaque per indictionem quartam consulatus insignia dignumque te
tantorum desideriis praesenti comproba largitate. Hic profecto locus est, ubi prae- 6
conium meretur effusio, et virtutis genus est propriam substantiam non amare. ubi
tantum opinionis adquiritur, quantum facultatibus abrogatur. respice te supra omnium
umeros atque ora volitare talemque te praebe, ut dignus genere, dignus urbe, dignus nostro iudicio, dignus trabeis aestimeris.

LRKP(D)MON(X)E(F)

2 nostra ben. A^e 3 frequens] sequens *N* indicium *N* suspere L^a 4 autem] *LRPD*, a. semel *KMONXEFA* placidis *K* 5 haerere] habere *EA* 6 donis] bonis *XF* 7 et *om.* KOA^e anteriora] a. tibi KA^e 9 ingloriosos *K* 12 elementi K^1 te retines] tenes me *KMONXEF* 13 relicta FA^e antiqua *O* patriam] pa*am N^1 14 implebit *MON*, coimpleuit *K* deuotum N^2 15 decebit N^a iussus *O* 16 laudis *O* 17 patrem *O* 18 annos] animos *N* poterat *N* 20 praeter] per *N* 21 difficultate *A* auxisti] hausisti *PD* 22 uiuacitatis] uicitatis M^a, uicinitatis KM^bZNXE, in ciuitatis *OF* magis *post* disp. KA^e dispensationis] dispositionis F^2A^e 24 prauata *P* libertates *K* enutriuit] eminuit *O* 25 depositione *M* effecisti] e. uel incitasti *O* 26 celsos] celos *K* curros L^a, cursus $A^{r(2)e}$ nisi] ubi *K* an. est *O* 27 hom. fac. *K* 28 praecipit] *LRPDA*, praecipitat *KMONXE* prodire *om.* *M(in fine paginae)OZNXE* redit A^e et *om.* *K* 29 lauros *LRNEF* gramine *K* asp. tuis uotis A^e canditatam K^1 30 laudem *K* celsarum *PD* uestigia $KM^bOZNEFA$ honore] h. tuo *K* 31 itaque] igitur KA^e te *om.* M^a 32 tantorum] caussorum *K* ubi] ut *O* 33 est gen. *K* 36 trabea *A*

III.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 511

1 Gaudete, patres conscripti, redisse vobis stipendia dignitatum: gaudete provincias
longa aetate desuetas viros vobis pendere consulares et de tali auspicio maiora pro-
mittite. solent initia portendere meliora, dum a parvis inchoant, quae in sequentibus
2 magna se ammiratione sublimant. Iacebat nobilis origo sub Gallicano iustitio et
honoribus suis privata peregrinabatur in patria. tandem pressos divina levaverunt:
Romam recepere cum gloria et avorum antiquas laurus ab honorata curiae silva
legerunt. nam quis possit negare generi munus, cuius habetis velut in arce de-
positum? in ore quippe rumoris est quondam Felicis adhuc vivere consulatum: quia
bona norunt durare post hominem et quod gloriose geritur, fine temporis non tenetur.
3 Cuius ut antiquam prosapiem, satiati veterum copia, transeamus, est adhuc in oculis
omnium candidati nobilissimus pater, qui prudentiae facibus ita praeluxit in curia, ut
haberetur merito clarus inter tot lumina dignitatum. litterarum quippe studiis dedicatus
perpetuam doctissimis disciplinis mancipavit aetatem. non primis, ut aiunt, labris elo-
4 quentiam consecutus toto Aonii se fonte satiavit. Vehemens disputator in libris,
amoenus declamator in fabulis, verborum novellus sator aequiperaverat prorsus meritis
quos lectitarat auctores. commendavit etiam studiorum bona per benignitatis insignia:
sciens imperitiam magis inflari aura superbiae, quae levibus flabris exponitur, quia
virtutum radicibus non tenetur. fuit quidam nostrorum temporum Cato, qui abstinendo
vitiis alios formaret exemplis. rerum quoque naturalium causas subtilissime per-
scrutatus Cecropii dogmatis Attico se melle saginavit. digna plane scientia, in qua
mens honestissima conquiescat, quae animo semper aliquid salutare complectitur: cui
accidere nulla possunt ingrata, dum sibi commendat omnia mundanarum rerum sola,
cui labilis fortuna non imperat. cetera de illo meminisse vos sufficit, quando bona
5 explicare tanti viri non vacat occupatis. Nunc ad candidatum ora convertite, ut pater-
narum laudum in hunc recognoscatis esse vestigium, nec tantum pater imaginem dedisse
corporis quam signa iudicetur transfudisse virtutis. vixit enim inter vos, ut scitis, non
consuetudine peregrina, sed gravitate Romana. ab ipsis quippe primordiis honoribus
aggregatus pueritiam suam, quod est certissimae probitatis indicium, gloriosissimis
viris aemula semper gravitate sociavit, ut post domesticae virtutis exempla sumeret
de publica auctoritate constantiam. et quamquam omnium gratiam indiscreta fuerit
electione sectatus quia de magnis raro eligi potest, tamen patricii Paulini se ornavit

---

LRKP(D)MON(X)E(F)

2 rediisse *MOFA*^{e} uobis] nobis *K*, *ante* red. *A*^{e} gaudere *L* 3 longa] longeua *O* dissuetas *E* uobis (nobis *K*) uiros *KPD* pendere] impendere *E* promittite] promittere *P*, promitte *O* 4 solent] s. enim *KOEA* protendere *MONXEF* quae] quod *M*^{a} 5 se *om.* *K* sublimatur *K* nobilis] nobis *K* 6 peregrinabitur *N* leu. diu. *PD* 7 recipere *L*^{1}*ON* antiquas] atiqua *N*, antiquitas *PA*^{r} lauros *RPXEF* honorata] ornata *KXE* 8 abnegari *K* minus *K* habeatis *A*, habeas *XEF*, *om.* *O*^{1} uelut] uultum uel uelud *K* in arce *bis* *P*^{a} 9 condam *K* uiu. adh. *D*^{a}*O* 10 norunt (nolunt *XF*^{1}, uolunt *E*) durare] d. n. *A*^{e} 11 ut *om.* *K*^{1} antiquam prosapiam *DA*^{e}, antiqua prosapie *K* in oculis] nobilis *N*^{a} 12 facibus] *P*^{b}*O*^{1} *coniectura*, fa∗ *M*^{a}, fascibus *LRKP*^{a}*DM*^{b}*O*^{2}*NXEF* curia] contraria *O* 13 dedicatus *om.* *K* 14 non] nam *P*^{2}*N*, nan *M*^{b} labris] libris *R*^{1}*KMNXEF* 15 toto aonii se] totuonii se *K*, toto se aonii (donii *E*) *OEFA*^{e} fonte] de f. *XF* 16 declinatos *O* equipperat *K*, equiparat *O* mentis *K* 18 fiabris *K*, fabris *D*^{1}*A* 20 uitiis] a u. *K* 21 attico] ameo *K*^{1} saginauit] signauit *NE*^{1} 22 conquiescit *K* al. semp. *K* 23 accedere *LPDMNXE* 24 labiis *L*^{a} de illo (ipso *A*^{e}) mem. uos (nos *KEF*)] u. m. d. i. *O*^{1} 25 uiri *om.* *O*^{1} occupatis] occupatris *M*^{a}, otio patris *M*^{b}*ONXEF* 26 in *om.* *K* esse] *fortasse* isse 27 transfudisse] fudisse *XE*^{1}*F*, ∗∗fudisse *M*^{a} 29 probatis *N*^{a} 31 constantiam] sententiam *XEF* et *om.* *A*^{e} 32 quia] quod *MONXEA* tamen] *LRKPDN*, tantum *MOEA*, tantam *X* se orn. patr. paul. *OA*^{e}

affectu, ut hinc daret mirabilis conscientiae signum, quod ad virum visus est festinare
praecipuum. Praestat enim decus amicitia desiderata potiorum, quam societas bonorum 6
morum callet infundere, dum affectione concordi parem sibi studet esse quem diligit.
huic igitur, patres conscripti, avitis bonis cum suis meritis relucenti vestrae gratiae
praestate fulgorem. non impar ad curialium insignia venit, qui de speciosa stirpe
descendit. Legit enim frequenter Roma fasces de moenibus Gallicanis, ne aut in 7
damno suo praecipua contemneret aut probata virtus inhonora cessaret. impleatur
ergo nobilis curia provincialibus bonis, cuius est proprium quodcumque videtur esse
praecipuum. ipse quoque annus temporum pater quadrifaria se diversitate componit,
nec desiderium caperet, si novitatis gratiam non haberet. favete ergo, patres conscripti, augmento vestro, nostro iudicio. nam si candidatus ornabitur, iam vobis proficit quod meretur.

IIII.

ECDICIO VIRO HONESTO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Delectamur vetustatis invento et sequi regulas constitutas libenter amplectimur, quia locus subreptionibus non relinquitur, quotiens rationabiliter constituta servantur. et ideo supplicationum tuarum tenore comperto praesenti auctoritate definimus, ut quicquid ad Antiochum, siliquatici vel monopolii titulos exercentem, nostra iussione pertinuit, ad te ratione simili transferatur, contra omnium calumniantium insidias salva aequitate praesenti auctoritate munitus: habiturus etiam amminicula saionis, quae pro vindicandis titulis antefatis nostra tibi sollemniter deputavit auctoritas, ita tamen ut privatis minime negotiis misceatur defensio tua. nam quod ad auxilium dedimus, contrarium nullo modo iustitiae sentiatur, quia rationabiliter aliena culpa te respicit, si quem tibi petis prodesse, per te sibi alter sentiat obfuisse.

V.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Cum nostra humanitas locum munificentiae videatur exquirere et interdum per- 1
sonis minus necessariis amore clementiae sua desideria largiatur, quanto magis in
utilitate rei publicae delectatur expendere, ubi quicquid tribuitur, donantis utilitas
duplicatur! quapropter illustrem magnificentiam tuam praesenti auctoritate prae-
cipimus sexaginta militibus in Augustanis clusuris iugiter constitutis annonas. sicut
aliis quoque decretae sunt, sine aliqua dubitatione praestare, ut utilitas rei publicae
grato animo compleatur, quae emolumentorum commoditatibus adiuvatur. Decet enim 2
cogitare de militis transactione, qui pro generali quiete finalibus locis noscitur insudare

---

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 uirum] unum *N* 2 praecipuum] uirtutum *K* animicitia *K* desiderata *om.* XF^1 4 igitur] ergo *KMONXEA* 5 praestate] prebete *R* inpar ad] imperat M^a, imperat ad M^bN, impar *O* uenit] ueniens M^bO^2N, ueni* M^a 6 rom. freq. fasc. *MONXA*, rom. fasc. freq. *E* gallicaniis *E* 7 inhonora cessaret] *LRKPDA*, inhonorasceret *MONXEF*, inhonora esset *Gar.* 8 ergo] igitur A^c 9 praecipium L^1 11 nostro *(om.* P^a*)* iud.] iud. n. *R* proficiet *O* 14 ān amplectimur E^a 17 quiquid *N* siliquaticii *E* 18 ad *om. K* insidiantium calumpnias OE^2 19 munitum habiturum $XEFA^c$ 20 antefactis *O* auct. dep. A^c 21 ad *om.* RF^1 22 iustitiae *om. R* te culpa *PDN* 23 quae *A* sibi *om. N* 25 cum] dum *O (err. miniatoris)* 27 delectatur] *LRKPD*, delectamur *MONXEFA* tribuit *MNX* 28 deplicatur L^a 29 augustini *P*, augustanis *D* clausuris $PDXEFA^r$ 30 alias *N* 31 quaemolumentorum L^2R, quae molimentorum L^1 communitatibus *X* 32 militis] multis *K*

et quasi a quadam porta provinciae gentiles introitus probatur excludere. in procinctu semper erit, qui barbaros prohibere contendit, quia solus metus cohibet, quos fides promissa non retinet.

VI.

AGAPITO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 509/511*

1 Deliberationis nostrae consilium virorum prudentium requirit obsequium, ut utilitatis publicae ratio sapientum ministerio compleatur. et ideo illustris magnitudo tua deo auxiliante cognoscat legationem nos ad Orientem deliberasse transmittere: cui te idoneum iudicantes iussis praesentibus evocamus, ut et tibi de aestimatione nostra
2 crescat ornatus et nostris iussionibus per te procuretur effectus. Sed licet omnis legatio virum sapientem requirat, cui provinciarum utilitas totiusque regni status committitur vindicandus, nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare et in conventu doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. magna ars est contra artifices loqui et apud illos aliquid agere, qui se putant omnia praevidere. laetare igitur tanto iudicio, quando ante suscipis electionis donum, quam tuum probare potuisses ingenium.

VII.

SUNAE V· I· COMITI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Sine usu iacere non decet, quod potest ad decorem crescere civitatis, quia non est sapientiae profutura contemnere. et ideo illustris sublimitas tua marmorum quadratos, qui passim diruti negleguntur, quibus hoc opus videtur iniunctum in fabricam murorum faciat deputari, ut redeat in decorem publicum prisca constructio et ornent aliquid saxa iacentia post ruinas: ita tamen, ut metalla ipsa de locis publicis corruisse apud te manifesta ratione doceatur, quia sicut nolumus ornatum urbis cuiusquam praesumptione temerari, ita privatis compendiis calumniam detestamur inferri.

VIII.

SEVERO VIRO VENERABILI EPISCOPO THEODERICUS REX. *a. 508*

Quis melius ad aequitatis iura deligitur quam qui sacerdotio decoratur, qui amore iustitiae personaliter nesciat iudicare et diligens cunctos in commune locum non relinquat invidiae? proinde aptam considerantes vestris meritis actionem significamus nos per Montanarium sanctitati vestrae mille quingentos solidos destinasse, quos provincialibus, prout quemque praesenti anno exercitu nostro transeunte dispendium pertulisse cognoveris, habita laesionis aestimatione distribuas, ut nullus a nostra muni-

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 probator *N* 2 cohibet] probibet *P* quod *K* 6 ratio] rei *E* sapientium *PDA*^{e} magnitudo] magnificentia *R* 8 indicantes *O* de aestimatione] destinatione *E* 9 procreetur *O*^{1} 11 uindicandus] iudicandus *LM*^{1}*[?]OEFA* tamen] tantum *O* 13 poss. ingenia (ingenea *L*^{1}*[?]*)] ing. poss. *O*^{1} apud] a. te *P* 15 tuum] t. iure *A* pot. prob. *A*^{e} 18 est *om.* *P*^{1} sublimitas] sapientia *O*, magnificentia *A*^{e} marmarum *M*^{a}, marmores *E* 20 publicum *om.* *M*^{a} 21 aliquid] ciuitatem *E* ruinas] muros *N*^{a} tamen] tantum *O* lucis *K* 22 cuiuscumquam *E*^{a} 23 temerari] temeraria uiolari *K*^{2}*A* 25 deligitur] dirigitur *XEF* 26 nesc. pers. *K* cunctos in c. dil. *P* 27 aptam] actam *MONX* uos *om.* *XEF*^{1} 28 montarium *R*, muritenarium *O* 29 quemcumque *E*^{2}

ficentia reddatur alienus, quem sua damna gravaverunt. nolumus enim sub confusione largiri, quod decet sub ratione distribui: ne quod nos necessarie transmisisse constat afflictis, superfluo tribuatur illaesis.

VIIII.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507|511*

Inclinari precibus nostra novit humanitas nec pro affectu pietatis fines potest iustitiae custodire. benigni quippe principis est ad clementiae commodum transilire terminos aequitatum: quando sola est misericordia, cui omnes virtutes honorabiliter cedere non recusant. 1 Dudum siquidem aestimatis meritis Sabino aurigae unum solidum menstruum feceramus: nunc autem quamvis histrio honesta nos supplicatione permovit, asserens ut qui laetitiae publicae minister existit, mendicitate tristissima non debeat ingravari. et ideo praesenti iussione decernimus, ut alterum solidum per mensem supra memoratus equorum moderator accipiat, quod publicis debeat rationibus imputari. gaudemus enim, quotiens expensarum paginae his titulis onerantur, quia magnum nobis est commodum, quando nonnulla pauperibus in qualibet conversatione largimur. 2

X.

SPECIOSO VIRO DEVOTO COMITIACO THEODERICUS REX. *a. 507|511*

Propositum regale est gravatis per iniuriam subvenire, ut coercitio pravi iustitiam faciat plus amari. 1 nec dissimulari potest salva communione qua vivitur, ut sollicitatores publicos habeat genialis tori reverenda societas et illud humani generis procreabile sacramentum scelerata temeritate profanetur. Agapitae igitur spectabilis feminae supplicatione commoti, 2 quae ab universis temptatum asserit suum secretum, ut etiam promitterent de nece mariti, a quo iuste potius merentur extingui, praesenti iussione decernimus, ut a tempore, quo iugalem copulam animo vitiata dereliquit, omni contractu, qui levitatis errore firmus esse non potest, legum ratione cassato, quicquid a retentatoribus constiterit possideri, sine ulla facies dilatione restitui, nec scelerati ad irrisionem iustitiae fraudum suarum valeant compendia vindicare. nimis enim absurdum est ut, quos poena meruit consumere, etiam lucra sibi valeant vindicare.

XI.

PROBINO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 507|511*

Inter cetera humani generis pondera coniugalis affectus curam sibi praecipuam 1 vindicavit: non inmerito, quia in honore esse meretur, unde reparatio posteritatis

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 sub confusione] diffusione *E* 2 nos *(om. K)* necessarie] necessario nos A^e 5 inclinare L^1 nouit] noluit *P* potest *om. PD* 7 ced. hon. A^e 9 menstruum] m. dari *K*, dari m. A^e quamuis histrio] quamuis strio *P*, q**** strio M^a, quoniam (h)istrio (*sive* ystrio) M^b*ONE*, quae in istrio *X*, quoniam in instrio *F*, quamuis istorio A^r, quoniam istorio A^e, histrio (*om.* quamuis) *D* nos *P* 10 publicae *om. E* extitit O^1 mendacitate *MX*A^e, menditate *K* 11 et ideo *om.* A^e 12 memoratus] moderatus E^1 equorum] *inc. P* (equorum *in litura a m. rec.*) 13 enim *om.* A^e onerantur] honerantur *M*, honorantur *OF* 16 proprositum *O* co(h)erc(*vel* t)io *DMNEA*, dertitio *K* 17 animari *O* nec] ne *X* 18 habet *O* procreabile] procertabile E^1 19 igitur] igitur ei M^a 21 meretur *OE*, mererentur A^e 22 decreuimus A^e coniugalem *R* uiciate R^a, uiciatam *E* 24 retentoribus O^1 facies] facias *KE* nec] *LRKPDO*^{2}*X*, ne *MO*^{1}*XEA* 25 illusionem A^e 26 ut *om.* O^1 etiam] *c M^a sibi lucra *KE*, lucrum sibi A^e 29 esse *om.* O^1

adquiritur. omne facinus auctores solos insequitur: error matris transit ad filios et
novo infelicitatis eventu fit dedecus proprium scelus alienum. ideo enim iura vel
divina vel publica nexum coniugii tanta cautela praecipiunt custodiri, ut crimen sit
2 magnum conscientiae alienos affectus in reverentiam non habere. Basilius siquidem
vir spectabilis datis precibus intimavit Agapitam coniugem suam de propriis penatibus
a quibusdam vitio sollicitationis abductam, dum sexus ille femineus ad mutabilitatis
vitia patet: quod etiam oblata nobis supra memoratae coniugis suae petitione firmavit:
adiciens eam, cum in sacrosanctae ecclesiae saepta refugisset, ignorante marito magni-
tudini tuae casam Arcinatinam ratione postposita contulisse. unde nunc resipiens
deplorat ingestam sibimet gravissimam nuditatem, factum suum ipsa condemnans,
3 quippe ut pauper diviti, casto lubrica, prudenti viro donaret insipiens. Nunc abicite
lucra, quae honestam non videntur commendare personam, quia illud vos potius decet
adquirere, quod et famam vestram possit augere. hinc etiam prius praecepta dederamus
et nunc iterata iussione repetimus, ut supra scriptam rem sine aliqua dubitatione
reddatis. alienatio enim rerum solidum desiderat habere iudicium, et certe in his
versata rebus, firmum docetur perdidisse consilium. quid enim facere potuit probum,
quae nullis culpis extantibus reliquit maritum?

XII.

COMITI SILIQUATARIORUM ET CURAS PORTUS AGENTI THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Si desideriis nostris commercia peregrina famulantur, si prolato auro adquiritur
externa devotio, quanto magis suis bonis abundare debet Italia, cum nulla in parendo
probetur sentire detrimenta? et ideo speciem laridi nullatenus iubemus ad peregrina
transmitti, sed in usus nostros propitia divinitate servetur, ne, quod in nostris partibus
2 conficitur, noxia neglegentia deesse videatur. Cavete itaque, ne culpis quamvis parva
praebeatur occasio, scientes periculum gravissimum fore, si studeatis vel leviter in iussa
committere. in qualitate est, non in quantitate peccatum: mensuram siquidem non
quaerit iniuria. imperium, si in parvo contemnitur, in omni parte violatur.

XIII.

FRUMARITH SAIONI THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Commovemur quidem pietatis studio querela supplicum, sed ea maxime, quae
versatur in dispendiis innocentum, ut quibus non fuerunt in exigendo compendia,
gravem subeant in reddendo iacturam. quod nostri temporis manifestum est non

---

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 solos] suos *KOEF*^{2} error] horror *O* 2 enim *om.* *MONXEF* 4 alienos] almos *OE*^{2} reuerentia *K* 5 agapitem *XE* 6 sol sollicitacionis *N*, sollicitudinis *R* 7 memorata *R* petitio *A* 9 causam *ONXA*, casa* *M* arcinatinam] *LRKPDMN*, arcinaticam *O*^{1}*E*, arcinaticiam *A*, arceiretinam *Gar.* resipiens] *L*^{t}*RME*^{1}, respiciens *ONA*, resipiscens *L*$^{v(2)}$*KPDX*^{2}*E*^{2} 10 nuditatem *om.* *K*^{1} 11 donaretur *E* 12 honestam (honesta *R*^{2}) non uidentur (uid. non *P*) c. personam] *RPEA coniectura,* honesta non uidetur c. persona *LDMONX* 13 nostram *A* etiam] et *P* 14 repetimus] praecipimus *R* supra scriptam] supra dictam *PD* 15 alieno *O*^{1} hab. des. *R* 16 perdisse *K* quod *MX* pot. fac. *PA*^{r} probrum *N* 20 fabulantur *E*^{a} auro *om.* *O* 21 eterna *E* 22 sent. prob. *O* lardi *PNA*$^{r(b)}$, laudis *O* peregrinas *O* 23 propitia] peruia *E*^{1} 24 efficitur *O* parua] peruia *E*^{1} 25 praebeatur] uideatur *E*^{1}, debeatur *P* grau. per. *XEF* in iussa *separavit G. Meyer* 26 committere] peccare *K* siquidem mens. *A*^{e} 27 quaerat *O* in paruo] paruo *E* 29 quidem] si quidem *K* supplicium *K* 30 uersantur *E* innocentium *Gar.* fuerint *A*^{c} 31 quod] quia *E*

decere iustitiam, ut alterius despectus alterum gravet et reatus sit innoxiis de contemptibus alienis. Ulpianus siquidem flebili petitione suggessit administrationis suae tempore debitorem publicum in quadringentis solidis Venantio postulanti fideiussionis se vinculo tradidisse. quo sponsionem suam praesumptione truculentium rusticorum despiciente complere supplicem memoratus solidorum numerus oneravit. Ideoque prae- 2
dictum Venantium, quem frequenter multorum scelerum pulsat invidia, notum solummodo querelis assiduis, in praesenti negotio decernimus conveniri, ut legaliter convictus ea, quae promisisse suggeritur, sine aliqua mora tergiversationis adimpleat, quia melius semper legum pondere pressa curatur audacia et, dum metus talibus imponitur, peccandi licentia non praebetur.

XIIII.

SYMMACHO PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Quis possit accusare iam reliqua, si pietatis nomina probantur esse crudelia? 1
neglegitur levis reatus, cum tragoedia criminis magna tonuerit, nec aliquis nititur quod parum est vindicare, si delicta summa respiciantur evadere. inimicum trucem ratio ipsa professionis ostendit: iratum plerumque poteris invenire collegam: inoboedientem vero filium declinare poenas non permittit humanitas. Ubi est illa naturae vis, quae 2
amplexu copulae destinatur ad posteros? ferarum catuli sequuntur parentes: a cespite suo virgulta non discrepant: propago vitis propriae servit origini: et discrepat homo a suo fusus initio? quid dicamus illa beneficia, quae vel extraneam possint obligare personam? nutriuntur a parvulis, ipsis laboratur, ipsis divitiae conquiruntur: et cum sibi unusquisque credat abundare quod possidet, cum a patribus adhuc quaeritur, pro altera potius aetate peccatur. pro dolor! non merebimur eorum affectum, pro quibus subire non recusamus exitium? Maria ipsa saevis tempestatibus excitata genitoris cura non refugit, ut peregrinis mercibus adquirat quod propriae suboli derelinquat.
Aves ipsae, quarum vita semper in escis est, naturam suam extranea sorde non 3
maculant. ciconia, redeuntis anni iugiter nuntiatrix, eiciens tristitiam hiemis, laetitiam verni temporis introducens, magnum pietatis tradit exemplum. nam cum parentes eorum pennas senio coquente laxaverint nec ad proprios cibos quaerendos idonei potuerint inveniri, plumis suis genitorum frigida membra refoventes escis corpora lassa reficiunt: et donec in pristinum vigorem ales grandaeva redierit, pia vicissitudine iuvenes reddunt, quod a parentibus parvuli susceperunt. et ideo non immerito longa vita servantur, qui pietatis officia non relinquunt. Perdicibus etiam mos est ova per- 4
dita per alterius matris damna sarcire, ut adoptione alienae subolis incommoda suae

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 decere] dicere *R*, deesse *O* innoxius *P* contentibus *MN*, temptibus *E*¹ 2 uulpianus *OXEF* petitione .... 4 se *om.* *E*¹ 5 honorauit *O* 7 in pr. negotio (negacio *N*)] neg. pr. (*om.* in) *P* 8 tergiuertionis *P*¹ 12 esse *om.* *O* 13 tradia *O* aliquid *P* quod *om.* *O* 14 parnum *O* respiciatur *MNX*, uidentur *P* 15 *inter* ostendit *et* iratum *ins.* inicit trucem r. i. p. hostem *O* plerumque] plurimum *K* poteris] potens *N* 16 filium *om.* *N* illa naturae uis] illa natura auis *MONX*, *(sp. vac.)* auis *E* 17 secuntur *PDA*ʳ cespite] cespi *E*¹ 18 uirgulata *K* propriae *om.* *E* seruit origini] *LRKPDOEA*, seruitori gignit *MZNX* et *om.* *K* 19 suo fusus] am suo susus *O* uel *om.* *P*ᵃ possint] possunt *MONXA* 20 a paruulis] paruuli *E* 21 patre *R* acquiritur *K* pro] quod *N*, quod pro *O*, dum pro *D* 22 altera] a. adhuc *R* pro dolor] proch d. *PA*ʳ, proh o dolor *EF* merebimur] membra *O*, maerebimus *A*ᵉ, merebi** *M*ᵃ 23 non rec. sub. *ON* exitum *PM*ᵃ*NX* genitoris] genito *O* 25 uita] soboles *R*¹, uita soboles *R*² 27 tradit *om.* *P*ᵃ 28 pinnas *LD* cogente lassauerint *E* cibos *om.* *R*¹ quendos *L*ᵃ 29 genitorum *om.* *N* membr. frig. *A*ᵉ 30 laxa *KE* ales] alis *LRPD*, ala *MON*²*XEA*, al* *N*¹ 31 longam *O* 32 est] est ut *K* 33 alius *O* aboptione *O* subolis *om.* *N*

reparent orbitatis: sed mox ut nati fiduciam habere coeperint ambulandi, ad campos
exeunt cum nutrice: qui ut fuerint materna voce commoniti, ovorum suorum potius
5 genetricem petunt, quamvis ab aliis furtivis fetibus educentur. Quid ergo homines
facere debebunt, quando hanc pietatem et in avibus inesse cognoscunt? Romulum ita-
que, qui facti sui acerbitate pollutus nomen foedat Romanum, ad vestrum facite venire
iudicium: et si eum patri suo Martino manus iniecisse constiterit, protinus legitimam
sentiat ultionem: quia ideo elegimus mores vestros, quia crudelibus parcere non
potestis, quando genus pietatis est in illos distringere, qui contra naturae ordinem
sceleratis se docentur actionibus miscuisse.

XV.

VENANTIO V̄· Ī· THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Providentiae nostrae ratio est in tenera aetate merita futura tractare et ex
parentum virtutibus prolis iudicare successus: quia bona certa sunt, quae fidem ab
exordio trahunt, dum origo nescit deficere, quae consuevit radicitus pullulare. fertur
etiam cursu perenni fontium vena vitalis et hanc condicionem sustinent cuncta manantia,
ut sapor, qui concessus est origini, nisi per accidentia fuerit fortasse vitiatus, nesciat
2 rivulis abnegari. Hinc est, quod te magnifici patris meritis aestimatum comitivae
domesticorum vacantis honore provehimus, ut qui es clarus stemmate, splendeas digni-
tate. quis enim in te quamvis futura, tamen certa non teneat, dum gloriosi patris
recolat officiosos labores? qui prudentiae ratione flammatus sic fuit ad repentina
3 sollicitus, quasi per moram crederetur instructus. Praefecturam enim, sollicitudinum
omnium nobilissimum pondus, quod vel solum fuisset expedire laudabile, iuncta exer-
citus nostri cura disposuit, ut nec provinciis ordinatio deesset nec exercitui se provida
sollicitudo subtraheret. superavit cuncta infatigabilis et expedita prudentia: traxit
mores barbaros ad quietem: in votum nostrum cuncta moderatus est, ut sic accipienti-
bus satisfaceret, ne dantes locum querimoniis invenirent. verum ut de plurimis pauca
4 sufficiant, probavit de se tanta, ut eligeretur eius inexplorata posteritas. Inter haec
tamen generis ornamenta, quod maximum pulcherrimae nobilitatis decus est, nec
tuorum indiges suffragia meritorum. litterarum siquidem studia, quae cunctis honoribus
suo sunt digna suffragio. sedulus perscrutator assequeris, addens claritati generis in-
genium suaviter eloquentis. incumbe ergo talibus studiis, ama quae in te remunerata
cognoscis, ut nostra quoque iudicia cum tuis provectibus tendas. tantum enim a nobis
exigis, quantum te bonis actibus imminere cognoscis.

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 reparent] reparet LR^1PDA^e, reperet *O* nati] n. fuerint R^1 2 eommoti *E* 3 genetricem] nutricem *P* fetibus] fotibus *MNX*, fortibus *O* fac. deb. hom. *PD* 4 quando] q. et RN^aEA^e et in] in *KOEF*, *om.* A^e inesse] esse *K* 5 sui facti *PD* 6 martino] m. *(sic)* *O* manum *O* 7 sentiet O^a eligimus *N* parcere] peresse E^1 8 in illos] $LRKP^bMNXEF^1A$, in illo *DO*, * illo P^a, illos F^2 distringuere M^bONE, distinguere DXF^1, distrunguere M^a naturae] tracture *O* 11 aetate *om.* *N* ex *om.* *P* 12 cert. bon. *PD* 13 deficere] deproficere E^1 14 etiam] enim *OE* cursus perennis R^1 fortium *P* 15 confessus *O* nini *R* per accidentia] pacientia E^1 fortassis *K*, forte A^e uitiatus *in litura* M^b 16 aestimatum] *Cuiacius*, aestimato *plerique*, extimat *O* domitiue *R* 17 stegmate *E* 18 in te] nite K^1 non *om.* *O* 19 flammatus] uel amatus K^1 20 praefectura *O* 21 fuisse *K* 22 prouincie *R* prouida se N^a 23 subtraheret] ***traheret (subtr. *m. 2*) K^1 separauit *O* 25 satisfaceret *om.* *O* inueniret A^e pluribus *OE* 27 maxime XE^1F decus] indicium *K*, indicium *A* 28 suffragio $KPEA^r$, suffragiis OA^e studia *om.* LRK^1 29 suos *K* sunt digna (diga L^a)] digna sunt *PD* perscr. sed. *O* 30 ama *om.* *O* in te] inter *MON*, ratione E^1 remunerata] munerata MNE^1F^1, numerata OE^2 31 queque M^b[?]*ON*, quemque *E* tendas] *fortasse* extendas

XVI.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

Studii nostri est, patres conscripti, remunerationem recto conferre proposito et 1
bonae indolis viros ad instituta meliora fructu impensae benignitatis accendere. nutriunt
enim praemiorum exempla virtutes nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur
ascendere, quando inremuneratum non relinquitur quod conscientia teste laudatur. Hinc 2
est quod illustrem Venantium, tam suis quam paternis meritis elucentem, comitivae
domesticorum vacantis dignitate subveximus, ut natalium splendor insitus ornatior
collatis redderetur honoribus. retinetis enim, patres conscripti, patricium Liberium et
in adversitate nostra fuisse laudabilem, qui sic Odovacris integerrimis parebat obsequiis,
ut nostra post fuerit dilectione dignissimus, contra quos multa fecisse videbatur inimicus.
non enim ad nos vilissima transfugae condicione migravit nec proprii domini finxit
odium, ut alterius sibi procuraret affectum: expectavit integer divina iudicia nec
passus est sibi regem quaerere, nisi rectorem primitus perdidisset. Unde sic factum 3
est, ut ei libenter daremus praemium, quia nostrum fideliter iuvit inimicum. qui casu
patrocinante contrario tantum nobis reddebatur acceptus, quantum tunc cognosci poterat
indevotus. flexo iam paene domino nullis est terroribus inclinatus: sustinuit immobilis
ruinam principis sui: nec novitas illum turbare potuit, quam etiam ferocitas gentilis
expavit. prudenter secutus est communes casus, ut, cum divina iudicia fixe sustinet,
humanam gratiam commendatior inveniret. Probavimus hominis fidem: tristis ad nostra 4
iura transivit, qui superatus animum convertit, non autem, ut vinceretur, effecit. cui
mox ut praefecturae praetorianae concessimus dignitatem, credita sibi tanta integritate
disposuit, ut miraretur aliquis sic simpliciter devotum, quem tam callide noverat fuisse
contrarium. is igitur infatigabili cura, quod difficillimum virtutis genus est, sub generalitatis gratia publica videtur procurasse compendia, censum non addendo, sed conservando
protendens, dum illa, quae consueverant male dispergi, bene industria providente collegit. sensimus auctas illationes, vos addita tributa nescitis. ita utrumque sub
ammiratione perfectum est, ut et fiscus cresceret et privata utilitas damna nulla perferret. Iuvat nos referre quemadmodum in tertiarum deputatione Gothorum Roma- 5
norumque et possessiones iunxit et animos. nam cum se homines soleant de vicinitate
collidere, istis praediorum communio causam videtur praestitisse concordiae: sic enim
contigit, ut utraque natio, dum communiter vivit, ad unum velle convenerit. en factum

---

LRKP(D)MON(X)E(F)

2 studio *MONX* remunerationum *XF* 3 benae *L*^{1}, bene *O* melorā *P*^{a} fractu *E*^{1} benignitatis] pietatis *R* 4 ex. praem. *O* quisquam] usquam *E*^{1} 5 inremuneratum] non rem. *E*^{2} non *bis N*^{1} 6 est *om. K*^{1} lucentem *MONXEF*^{1} comtiuae *L*^{a} 7 uacatis *O* dignitate subuexinus] honore prouexinus *K* 8 collacis *O* et *om. R* 9 odouagris *N*, odonarius *E*^{1}, odouacis *K*^{2}, odouac** *K*^{1} integerrimus *K* obsequiis *om. O* 10 dilectione] electione *A*^{e} multa fec. uid.] fuisse *(del.)* multa uid. fec. *K* 11 cognitione *MONXE* 12 procrcaret *XEF* iudicia] officiat *N*^{a} 13 sibi] ibi *O* rectorem] r. sibi *M*^{a}, *om. A*^{e} primitis *L*^{a} 14 est *om. OXF*^{1} iuuit (uult *O*, uicit *K*, uiuit *D*^{1}) inim.] in. iuu. *P*^{a} 15 quantum] *KE*, quanto *reliqui* 16 iam] nam *P*^{a} dom. pene *A*^{e} est (enim *O*) terr.] terr. est *PD* 17 illum] eum *O* quam] quem *ONA* 18 sec. est] secutus *M*^{a}, est sec. *A*^{e} sustineret *MONXEFA*^{e} 19 iura nostra *A*^{e} 20 superauit *L*^{a} conuertit *om. X* 22 callide] *libri (simplicitati opponi calliditatem adnotat Krusch)*, calide *A* 23 his *LRA*^{e} uirt. gen. est] *LKPDMONEFA*^{r}, gen. uirt. est *R*, uirt. est gen. *A*^{e} 24 uideatur *O* procreasse *OXEF* 25 consuerant *L*, consuenerat *O* 26 sensibus *L* nescistis *MNX*, *inc. P*^{a} ita] itaque *N* 27 et fiscus] fiscus *O* nulla damna *MONXEA* praeferret *O* 28 tertiarum deputatione] tertia *(spatium vacat X)* disputatione *XE*^{1}*F* 29 et *om. A*^{e} iunxerit *A* animos] annos *E*^{1} sol. hom. *N* uicinitate] *P*^{v} *et reliqui*, ciuitate *P*^{t} 30 communio *om. N* uidetur] noscitur *A*, *om. OXEF*^{1} 31 contingit *XEF* communitus *A*^{e} conuenerunt *MONE*, conueniret *X*

novum et omnino laudabile: gratia dominorum de cespitis divisione coniuncta est; amicitiae populis per damna creverunt et parte agri defensor adquisitus est. ut substantiae securitas integra servaretur. una lex illos et aequabilis disciplina complectitur. necesse est enim, ut inter eos suavis crescat affectus, qui servant iugiter terminos constitutos. debet ergo Romana res publica et memorato Liberio tranquillitatem suam,
6 qui nationibus tam praeclaris tradidit studia caritatis. Perpendite, patres conscripti, si hanc subolem inremuneratam relinquere debuimus, cuius auctorem tot eximia fecisse retinemus. faveant superna dispositis, ut, sicut nos virtutes collatis beneficiis invitamus, ita crevisse meritis honoratas conscientias approbemus.

XVII.

HONORATIS POSSESSORIBUS DEFENSORIBUS ET CURIALIBUS TRIDENTINAE CIVITATIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Munificentiam nostram nulli volumus extare damnosam, ne quod alteri tribuitur, alterius dispendiis applicetur. et ideo praesenti auctoritate cognoscite, pro sorte quam Butilani presbytero nostra largitate contulimus, nullum debere persolvere fiscalis calculi functionem, sed in ea praestatione quanti se solidi comprehendunt, de tertiarum illationibus vobis noveritis esse relevandos. nec inferri a quoquam volumus, quod alteri nostra humanitate remisimus, ne, quod dictu nefas est, bene meriti munus innocentis contingat esse dispendium.

XVIII.

GUDILAE EPISCOPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Priscarum legum reverenda dictat auctoritas, ut nascendo curialis nullo modo possit ab originis suae muniis discrepare nec in aliud rei publicae officium trahi, qui tali praeventus fuerit sorte nascendi. quod si eos vel ad honores transire iura vetuerunt, quam videtur esse contrarium curionem rei publicae amissa turpiter libertate servire et usque ad condicionem pervenisse postremam, quem vocavit antiquitas
2 minorem senatum? Noverit itaque reverentia vestra Sarsenates municipes collegas suos asseruisse ecclesiam vestram irrationabiliter sibi velle defendere. unde prudentia vestra pro integritatis suae proposito examinata veritate discutiat quae veniunt in querelam et, si desideria petitorum veritate subsistunt, pro implendis muniis eos ad
3 curiam suam remeare permittat. Sin vero clero vestro creditis in eis aliquid rationabiliter suffragari, ad nostrum comitatum instructam personam modis omnibus destinate, quae adversariorum debeat intentionibus obviare. quod si de negotii qualitate dubi-

---

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 cespites P^a 2 populos *O* creuerunt] conuertunt *O*, creuere A^e et] ex *XEF*, in A^e adquisitus] exquisitus *XEF* 4 est *om. MON* eos] illos *K* seruauit R^1[?] 5 ergo] enim A^e libero L^1 6 qui] quia *LR* 7 si *om.* R^a 8 superna] super *O* dispositionis *K* 14 butilani] $LRPM^a$, bucilani *K*, butilano DM^bNX, butisano *O*, butalano *E*, butiliano *FA* nostro *K* nullum] nullam *MONXEFA* persoluere] persolouere *K*, soluere *A*, *om.* R^1 fuscalis *O* 15 illationibus] illatibus K^1, *om.* P^a 16 reuelandos *MN*, reuellandos *O* 17 dictum *L* 20 dicta *O* 21 muniis] munus L^1, meniis E^1 22 uel *om. K* honorem *MONXEF* 23 quam] quia *K*, quod E^1 curialem *Cui. e coni.* 24 peruenisse] uenisse *ON* postremam] extremam *R* quam *A* 25 saxsenates E^1 26 suas K^a prouidentia A^e 27 discutiat .... 28 ueritate *om. P* 28 si *om.* O^1 muniis] meniis E^1, iniuriis *A* 29 sin] si OA^e clero] dero *O* in eis] meis *O* inrationabiliter *E* 30 comitu *N* personam *om. O* omn. mod. *N* destinare L^1 31 intentionibus] intentibus *MNXF*

tatis, convenit sacerdotalibus institutis, ut ante controversiam iustitiam magis ipse cognoscas, quam de iudicio victus abscedas. talem siquidem non oportet publice superari, quem amatorem aequitatis convenit inveniri.

XVIIII.

UNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS VEL HIS QUI PORTIBUS VEL CLUSURIS PRAESUNT THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Cuncta quidem iure detestamur scelera et omne quod iniquum est clemens 1
execratur auditus, sed ea maxime quae, humani sanguinis effusione polluta, nostram
contra se incitavere censuram. quis enim ferat in domesticis praesidiis locum fuisse
periculis et ibi inventum dulcis vitae exitum, unde nasci debuerat defensionis auxilium?
Et ideo praesenti iussione mandamus, ut in famulos, qui Stephanum dominum suum 2
plectibili scelere trucidantes inhumatam quoque reverentiam eius funeris abiecerunt,
legum districtione resecetis, quatenus qui exemplis provocantur pessimis, poenis
arceantur aspectis. pro dolor! pietas in avibus invenitur, quae ab humana condicione
dicione deseritur. Vultur ipse, cui vita est cadaver alienum, tantae magnitudinis 3
corpus, nec exiguis alitibus probatur infestus, sed magis accipitrem, vitam plumigerum
avium persequentem, alis caedit, ore dilaniat totoque suo pondere periclitantibus nititur
subvenire: et homines parcere nequeunt, cuius se genus esse cognoscunt. ille non
vult extinguere quo poterat vesci: servi maluerunt occidere qui eos superstes consueverat enutrire. fiat ergo pastus pii vulturis, qui necem potuit crudeliter desiderare
pastoris. tali potius sepulcro recipiatur, qui dominum reddidit insepultum.

XX.

VVILIGIS SAIONI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Omnes decet gratanter impendere quod publicas videt utilitates posse respicere, 1
quando necesse est hoc membra sentire, quod corporis summa sentitur. atque ideo praesenti decernimus iussione, ut quantas in Ravennati urbe exculcatorias potueris reperire, frumentis fiscalibus oneratas ad nos usque perducas, quatenus alimonia publica tali provisione relevata necessitatem inopiae non debeant sustinere. reddat Ravenna copiam Liguriae, quam ex ipsa consuevit accipere. nam quae praesentiam nostram sustinet, multorum debet solacia reperire. trahit enim comitatus noster observantium catervas et, dum ad beneficia praestanda curritur, necessaria populis copia postulatur.

LRKP(D deficit v. 16 in persequentem*)MON(X)E(F)*

2 cognoscat $L^{a}E$ abscedat *E* 6 quidem] si quidem *OEF* iure *om. K* cremens *O* 7 uestram *O* 8 cesuram *O* praesidiis] *bis* P^{a}, praediis E^{1} 9 inu. ibi N^{a} 11 inhumatam] inhumanam E^{1}, humanam E^{2}, inhumatam E^{v} funeris *om.* $R^{1}D$ 12 districtiouem *MNXEF* recitetis *MNXEF*, reciretis *O* prouocatur *O* 13 ardeantur *O* 14 cuius *PD* uita] ita *MN*, *om. O* 15 corpus] c. uorat E^{2} infestus] infectus E^{1}, infensus E^{2}, infestum A^{e} ancipitrem *O* uitam (uitas *MONXEF*) plumigerum (primigerum *O*, plumigerarum E^{2})] pl. uit. *K* 16 laniat *O* 18 quo] quos *MONXEF* consueuerant *K* 20 recipiatur] sepeliatur *O* 22 gratanter] generaliter *O* quod] qui *P* publicas] pui publicas P^{a} uidet] uidetur *K*, uident EA^{e} 23 haec *A* 24 decreuimus *A* exculcatorias] *scripsi* (*cf.* exculcatores *Veget.* 2, 15. 17), sculcatorias *LRP*, culcatorias *MNXEF*, culcatonas *O*, sulcatorias *KA* 25 ouoratas *K* 26 inopiae *om. O* debent *M*, debeat A^{e} 28 enim *om.* A^{e} c. n. obseruantium (obseruantum *P*) cat.] obs. cat. com. noster A^{e} 29 necessario *A*

XXI.

IOHANNI APPARITORI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Grave nimis est, ut fructu laboris sui fraudetur industrius et cui debet pro sedulitate conferri praemium, dispendium patiatur iniustum, in ea praesertim re, quae ad nostram respicit largitatem: ubi nihil debet licere neglegentiae, ne videamur minus
2 profutura sanxisse. Dudum siquidem Spei et Domitio spectabilibus viris loca in Spoletino territorio caenosis fluentibus inutiliter occupata largitas nostra concesserat, ubi aquarum vasta profunditas terrenam gratiam in nullos usus profuturos absorbuerat. iacebat tellus naufraga palustri torpore confusa et sub utroque iactata dispendio nec
3 aquarum puros liquores meruerat et decus terrenae soliditatis amiserat. Hoc nos, quibus cordi est in melius cuncta mutare, supra memoratis tali condicione concessimus, ut, si eorum opera vel labore turpis desiccaretur illuvies, ipsis liberata rura proficerent. sed quantum actorum Spei loquitur ingesta petitio, Domitii viri spectabilis vitio, dum inmemor iussionis tenaciter parcit expensis, ad initium revocatus est labor operantium, cum iam in soli faciem paulatim mollities siccata duresceret celatamque longa vora-
4 citate tellurem sol insuetus afflaret. Quod nos nequaquam neglegi posse patiemur, ut bene coepta invida destruantur ignavia. proinde devotio tua praefatum Domitium moderata executione conveniat, ut aut coeptae rei sedulus operator immineat aut, si hoc sibi sumptuosum esse crediderit, propriam cedat supplicantibus portionem. oportet enim, ut, si ipse postulata nequit efficere, consortem beneficii gloriam nostri temporis permittat implere.

XXII.

FESTO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Aequum est ut se commodet pietas regalis fati vulnere sauciatis, quia erigi plus merentur, quos sortis suae adversa presserunt. atque ideo magnificentiae tuae praesenti auctoritate declaramus, ut Ecdicii filios, quos in urbe primitus residere censuimus, ad patriam cum genitoris sui funere, votivo quidem reditu, sed acerbo casu, remeare iubeatis, ne eorum desideriis abnegatis vulnus geminetur afflictis et, quod nefas dictu est, qui dolorum nubila nostra semper serenitate detergimus, nunc miseris pias lacrimas
2 denegare videamur. Insatiabilis quippe fletus est, qui humandis non sinitur corporibus interesse, dum semper se reum iudicat, qui cineribus iusta non praestat. Priamus quanto pretio sepeliendum Hectorem redemit? rogavit furentem, supplicavit armato

LRKPMON(X)E(F)

2 nimium A^{e} fructum *O* iudustriis *O* 4 nostram] misericordiam OE^{2} ubi] ut *O* nil *P* lic. deb. *K* neglegentiae] negligere *P* uideamur] nideatur $MONXEF^{1}$ 6 spolitino *plerique*, spolitano *O* flueutibus] fruentibus *O*, fluentis *P* concessit *R* 7 profuturam *X* 8 naufragra E^{1} paulustri *O* corpore *P* nec] nam *P* 9 meruerat] non mer. P^{b} amiteret *R* 10 cuncta in mel. *O* 11 uel] ac *XEF* turpis *om.* *P* ingluuies *E* ipsis] illis *XEF* 12 auctorum *MONXEF* 13 parcet *N* coperantium N^{a}, operantum *MXF* 14 in] non P^{a} duresceret] decresceret *O* calatamque *O* uoracite P^{a} 16 inuidia d. ignaua *O*, d. inuidia ignauia N^{a}, d. ignauia (*del.* inuidia) N^{b} praefectum *P* 17 aut coeptae] accepte *O*, cum cepte *N* 18 esse *om.* *K* 19 ipse] opera *XF* 22 se com(m)endet *RKN*, commodet se A^{e} pietas r.] r. pietas OA^{c}, benignitas r. $XE^{1}F$, r. clementia A^{r} 23 presserunt] terserunt *O* pr. auct. *om.* *O* 24 hecdicii $L^{2}RPO$, hecditii XA^{c}, haecdicii L^{1}, h**ditii M^{a}, hecditi *E*, heoditii *K*, hosditii $M^{b}N$ primitus] prinatis *O* 26 uultus *O* afflictus E^{1} dictum *O* 27 doloris E^{1} uubila] dubia O^{a}, nubia O^{b} ser. semp. *O* 28 abnegare *P* uideramur *O* 30 ectorem *L*, hectora *O*, cthorem *K* rogauit furcutem] redemit furente *O*

vitamque suam exponere maluit, ut cadaveri debita non negaret. et quoniam in his personis mutua sunt officia pietatis, iniquum est filium genitori gratuito non impendere, quod patrem magnis talentis constitit effecisse.

XXIII.

AMPELIO DESPOTIO ET THEODULO VVV· SSS· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Decet nostri temporis disciplinam, ut, qui publicis utilitatibus serviunt, superfluis oneribus non graventur. nec dignum est, ut cuiusquam laedat invidia nostris motibus ordinata. quapropter figulinis regia vobis auctoritate concessis operam navanter impendite, nec vereamini ad alias actiones posse traduci, a quibus iniuncta praesentia vix credimus explicari. cessabit ergo circa vos improborum nefanda praesumptio et obscuris dolis effectum nostra tollit auctoritas. in cassum enim odit, cui se clementia principalis obiecerit.

XXIIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

Constat senatum populis vivendi regulam praestitisse: nam quod ornat nomen 1
Romanum, a vobis legitur institutum. ad hoc patres in illo principio nominati, ut quasi filiorum per vos possit vita componi. vos enim devotionem provinciis, vos privatis iura decrevistis et ad omnes iustitiae partes subiectos libenter parere docuistis. et ideo non decet inde signum resultationis exire, unde exemplum potuit moderationis effulgere. quod nostra clementia, cui cordi est rerum omnium tenere mensuram, in vestram notitiam credidit perferendum, ne magis ignorantia nutriatur excessus, sub quorum conscientia error non potest esse perpetuus. Igitur provinciarum iudicum 2
relatione ad magnificum virum praefectum praetorii directa comperimus sic primae transmissionis tempus exemptum, ut nihil aut parum a senatoriis domibus constet illatum: allegantes per hanc difficultatem tenues deprimi, quos decuerat sublevari (fiet enim, ut exactorum nimietas, dum a potentibus contemnitur, in tenues conversa grassetur et ille potius solvat aliena, qui est devotus ad propria). praeterea multo acerbiora iungentes, quod pro sua quisque voluntate aliquid exigentibus dignetur abicere, quae tamen omnia detrimenta curialibus dicuntur infligi, et qui in usus publicos fuerant nostra provisione reparati contumacibus distrahantur iniuriis. Atque 3
ideo, patres conscripti, qui parem nobiscum rei publicae debetis adnisum, sic aequabiliter ordinate, ut quicquid unaquaeque domus senatoria profitetur, destinatis pro-

LRKPMON(X)E(F)

3 constitit] extitit K^1 6 discipinam *O* 7 oneribus] honoribus M^aON^1E non *om. O* motibus] moribus *MONXEA* 8 figulis N^a nobis *P* nauanter] LR^tKPA^e, ouanter $MONXE^1FA^r$, letanter E^2, gnaniter R^v impendete *O* 9 ad alias actiones] *LRK*, ad alias nos actiones $PMNA^e$, acciones uos alias (*om.* ad) *O*, uos ad alias actiones *XEF* inuicta *O* 10 cessabit] cessauit *plerique*, cesset M^bN, cess** M^a circa] contra *A* nef. impr. K^1 11 pr. clem. A^e 17 subditos *OA* par. lib. A^e 18 inde *om. O* resultationis] rexultati omnis *O* moderationis] exultationis *A* 19 rerum *om. O* 20 proferendum *MN*, praeferendum *O* 21 prouincialium *Cui. e coni.* iudicium KXA^e 22 praetorio M^a 23 senatoribus *K* constat ME^1 24 per *bis N* quos] quos magis *A* decuerat .... 25 nimietas *om. O* 25 a *om.* $MONXF^1$ 26 crassetur *PMNA*, crassatur *O* saluat *X* est *om. O* 28 abicere *LRPMON* (= *cum superbia offerre?*), obicere *XEFA* *coniectura fortasse vera*, adicere *K* et] ut P^2 *Cui. e coni.* 29 fuer. nostra *(om. K)*] nostr. fuer. *P* reperti A^e distrahantur] *MONXFA*, detrahantur *E*, destruantur *LRP*, destruatur *K* 30 ideo] id *O* pare *L* uobiscum *P* rem publicam E^1 debetis *om. O* annisum E^1, annixum E^2 equaliter *O*

4 curatoribus per provincias trina illatione persolvat. Aut certe, quod in locum beneficii solebatis expetere, arcae vicarianae sedis, si id diligitis, universa complete, ne necesse sit curiali per multiplicem et inefficacem conventionis laborem in exiguis vestris illationibus sua potius damna suscipere eveniatque detestabilis casus, ut qui functionem
5 propriam vix poterat sustinere devotus, alienis oneribus prematur infirmus. Quod nos salva civilitate dissimulare non possumus, ut sine acerbitate belli rebus suis exuantur oppressi et illi magis pereant, qui rei publicae parere festinant. hoc etiam nos edictali programmate in cunctorum noveritis provincialium notitiam pertulisse, ut libere prorumpat in publicum, qui se alienae functionis pondere novit oppressum: relaturi a nobis iustitiae fructum, qui fessis novimus donare praesidium.

XXV.

EDICTUM. THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Quamvis sit querula vox doloris nec se contineant imminuti et laesus animus vociferatione pascatur, tamen liberior sermo promitur, qui nostra auctoritate laxatur. detestamur enim miseros premi, commovemur et non querentium malis velociusque ad nos pervenit quod dissimulatio patientis abscondit: merito, quando cunctorum nos respiciunt laesiones, dum illud pietati nostrae perire credimus, quod per mediocrium
2 damna sentimus. Nuper itaque provincialium iudicum relatione cognovimus domos aliquas praepotentum suas non implere per ordinem functiones. hinc fieri, ut, dum illationis quantitas procurari quaeritur, a tenuibus summa potior exigatur. superbia deinde conductorum canonicos solidos non ordine traditos, sed sub iniquo pondere imminentibus fuisse proiectos, nec universam siliquam, quam reddere consueverant, sollemniter intulisse. proinde factum ut curiales, quibus nos volumus esse prospectum, imminentum sollicitudine coacti gravia damna sentirent: et, si dici fas est, cum alienis debitis sub truculentis compulsoribus urgerentur, possessionum quoque suarum amissione
3 privati sunt. Quod scelus ut debeat amputari, ad reverentissimum quoque senatum praecepta transmisimus et nunc edictali programmate definimus, ut quisque possessorum sive curialium gravatum se sentit in aliena calculi functione, ad nostrae serenitatis audientiam venire deproperet, sciturus nobis priores excessus omnino displicuisse, cum viderit profutura succedere. patuit ergo vobis arbitrium iusti principis, quamvis multis semper declaretur indiciis. nunc aut sub silentio patientiam doloris obducite aut sub iustitia iter vocis aperite. iam in vobis erit huius summa consilii, quibus adiacet eligere, quod vobis perspicitis expedire.

LRKPMON(X)E(F)

2 solebatis] debebatis *O* arcae] arte *K* uictoriane *O* si id] sub *O* eligitis *malim* ne *om.* $M^1 O$ 4 euentatque *O* 5 potuit *P* 6 eximantur *O* 7 parare *K* festinat *O* nos] hos L^a *[?], om.* A^e eductali *N* 8 pertulississe *L* prorumpant *O* 9 pondere] $PXEFA^e$ *coniectura ut videtur*, prouidere *LMON*, aere *RK coniectura* relaturus *E* 10 iustitiae *om. P* fructum] $LRKPOX^v E^2 FA^e$, functum $MNXE^1 A^r$ donare] *LRKP*, dare *MONXEFA* 12 sit *om. R* querela *O* immuniti A^e laesus] *esus L^a 13 promittitur *E* qui] si *KA* 14 commouemur et non querentium] comm. et querentium (*om.* non) *MONX*, et commouemur conquerentium *EF* 15 dissimulatio] simulatio M^a 16 mediocrum $O^2 NXEF$, medio*um (*vid. fuisse* mediocrium) O^1 17 cognouimus] comperimus *MONXEFA* 18 aliquas] quasdam A^e praepotentium RA^e fieri] fit *E* 19 potius *R* superbia] superna *LRK* 20 sed sub .... 21 proiectos *om.* K^1 21 consueuerat *E* 22 factum] f. est *PA* 23 imminentium $PO^2 NEA$ 24 possessionum] possesio *O* quoque] que *R* 25 debeaut O^1 26 quisque] quisquis $P^2 A^e$, quicumque *E* 27 senserit *A* 28 audaciam *K* dispicuisse *O* 29 iusti] boui E^1 30 indiciis A^e aut] autem *KA* aut] a P^1 31 indicia *O* iu *om. E* erit h. s. c. quibus *om.* $MONXEF^1$ 32 uobis] in uobis E^2 prospicitis *MONXEFA*

XXVI.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Nullis compendiis delectamur iniustis nec ad animum nostrae pietatis perveniunt 1
quae probitatis gratia deseruntur. res publica siquidem iure semper aequitatis augetur,
et cum temperantia diligitur, velociter profutura succedunt. Atque ideo illustrem magni- 2
ficentiam tuam, negotiatorum Apuliae sive Calabriae supplicatione permoti, duximus
instruendam, ut frumenta, quae per supra dictos negotiatores publico comparantur, non
iterum ab eisdem interpretii nomine solidorum quantitas exigatur. nam si coemptam
speciem expensis publicis necessariam non habetis, ab officio vestro suscepta modiatio
fideliter distrahatur: eventum rei ratio fiscalis habitura, quae iniuste videtur imposuisse
quod respuit. nimis enim iniquum est, ut ille patiatur dispendium, qui imperium fecit
alienum. Pari condicione censentes de sextario quoque, quem negotiator eius pro- 3
vinciae videtur inferre, ne quis audeat damnata semper pretia protervus exigere. et
ut validius retundamus excessus, poenam triginta librarum auri sedis vestrae praefectis
imponimus, si quis contra haec saluberrima constituta ausu temerario venire temptaverit.
officium vero decem librarum auri dispendio se noverit esse feriendum, si inhibitas
praesumpserit exsequi iussiones. In illa quoque parte fessis clementia nostra se porrigit. 4
ut, si pensionem huius tituli siliquatario praestat, monopolium quoque negotiator exer-
ceat. si vero siliquatarius hunc titulum negotiatoribus iudicat abrogandum, nullam ab
eis exigat pensionem, quia satis absurdum est. ut affligatur damnis, qui commoda non
habet actionis. In aurariis denique priscus ordo servetur et ad eos tantum functio 5
ipsa respiciat, quos huic titulo servire voluit antiquitatis auctoritas. quapropter bene-
ficia nostra erga negotiatores, qui vestris titulis necessarii comprobantur, omnimodis
facite custodiri, ne genus hominum, quod vivit lucris, ad necem possit pervenire
dispendiis.

XXVII.

UNIVERSIS IUDAEIS GENUA CONSISTENTIBUS THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Sicut exorati iustum cupimus praebere consensum, ita per nostra beneficia fraudes 1
fieri legibus non amamus, in ea parte praecipue, in qua divinae reverentiae credimus
interesse. non ergo insultare videantur elati, divinitatis gratia destituti. quapropter
tegumen tantum vetustis parietibus superimponere synagogae vestrae praesenti vos
auctoritate censemus, petitionibus vestris eatenus licentiam commodantes, quatenus
constituta divalia permiserunt. nec aliquid ornatus fas sit adicere vel in ampliandis
aedibus evagari. Et noveritis vos severitatem minime defugere veteris sanctionis, si 2

LRKPMON(X)E(F)

2 nullis] nullius *XF* 5 permoti] commoti *P* 6 frumenta] *requiritur* propter frumenta *similiare* per *om.* PM^{a}*[?]* supradictos] praedictos *K* 7 coemptam] acceptam *E*, conceptam *A* 8 suscepta] *PMNXEA*, susceptam *LRKO[?]* modiatio] modacio O^{1}, modia F^{1}, moderatio EF^{2} 9 uidetur *om. K* habitura] h. est *OXEFA* 10 quod] quae *A* est in. *L* 13 nostre *A* praefectus *X* 14 saluberrima] salubria OE^{2} instituta $PX^{t}A^{e}$ terario P^{a} 15 officium] cofinum $XF^{1}A^{r}$, cofirium A^{e} 17 nonopolium P^{a} quoque *om.* K^{a} 18 siliquatarius] $RPOA^{e}$ *fortasse ex emendatione*, siliquarius $LMNXA^{r}$ *et ita videtur fuisse in archetypo*, siliquatoria *E* indicat *OA* 20 auariis *K* seruatur O^{1} 21 uol. seru. *O* 22 uestra A^{e} erga *om.* K^{a} nostris *OXEA* omnibus modis A^{e} 29 non] ne *MONXE* ergo *om. E* diuinitatis] diuina *O* 30 tegimen $P^{b}MN$, tegumentum *E* tantum uetustis (uenustis N^{a}, uetu O^{a}, uetustatis $O^{b}E^{2}$)] uet. tant. *K* uos] nos *E*, *om. O* 31 censemus] decernimus *O* commodantes] condonantes *E* 32 nec] ne *O* uel] aut *P* 33 sedibus R^{1} et *om.* A^{e} seuitatem *O* diffugere *libri*

rebus non abstineatis illicitis. in ipsis vero parietibus cooperiendis vel fulciendis tantum licentiam damus, si vobis tricennalis non potest obesse praescriptio. quid appetitis, quae refugere deberetis? damus quidem permissum, sed errantium votum laudabiliter improbamus: religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur ut credat invitus.

XXVIII.

STEPHANO V̄· S̄· COMITI PRIMI ORDINIS ET EX PRINCIPE OFFICII NOSTRI THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Tribuenda est iustis laboribus compensatio praemiorum, quia exprobrata militia
creditur quae inremunerata transitur. athletam populis palma designat esse victorem.
sudores bellicos civica corona testatur. exspectant etiam equos praemia sua et tanta
iustitiae vis est, ut nec illis tardius detur laboris pretium, qui sentire non poterant
2 denegatum. Quod si ita est, dignum est hoc homini reddere, qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse. per tot enim actionum lubricos casus fixum tenuisti militiae
probatae vestigium et, quod raro in serviente provenit, permutatio iudicum numquam
circa te variavit affectum. nec erat alieni in te iudicii quisquam invidus, cum etiam
decessorum suorum ordinationibus redderetur adversus. placere siquidem meruisti
cunctis, cum semper diligenda custodis, silentium in secretis, in actionibus efficaciam,
in observationis labore frequentiam: et quod rarum continentiae bonum crebra hominum
3 vitia fecerunt, cum multis praeberes officia, nulli tuam operam venditabas. Vocabulum
principis nulla sorde maculasti, servans dignitatem nominis exercitatione virtutis. hinc
est quod spectabilitatis honorem, quem militiae sudore detersis iusta deputavit antiquitas, praesenti tibi auctoritate conferimus, ut laboris tui tandem finitas excubias
4 remuneratione comitivae primi ordinis iam securus intellegas. Et quia gratiam principis dignitas nuda non asserit nec beneficium dici potest quod nulla utilitate sentitur,
privilegia quoque, quae tribui scholae tuae exprincipibus divalia constituta voluerunt,
simili munificentia condonamus. nec quicquam in his debes metuere, quae forsitan
novella usurpatione temptantur. ab omni ergo damno oneribusque sordidis ius te
5 munivit antiquum. Sed quamquam tibi praesenti remuneratione digna solvamus, futuris
tamen votis spem maximam pollicemur. sed quoniam angusta sunt beneficia, quae
non etiam de futuris aliquid pollicentur, aderit providentia principalis, ut, quos dignos

---

LRKPMON(X)E(F)

1 non abstinetis M^aO, non abstineatis non N^a illitis *O* uero] uos *O* coperiendis *K* fulciendis] *LRKP*, fingendis *MONF*, figendis *XEA* 2 tantum ******** damus L^1 tricennalis] increnalis *O* 3 fugere *O* quidem] siquidem A^e errantum *E* 8 exprobata *ON* 9 quae] si *XEF*, *om.* O^a atheletam E^1F 10 equos (equi K^2A) pr. sua] pr. sua eq. *P* 11 laboris *om.* O^1 pretium] praemium *N(superscr. m. 1* uel precium*)OXF* poterat O^1 12 ita est] ita *O* est hoc] est O^1F, hoc A^e qui] quod *N* 13 lubricos] lugubres *O* militiae *om.* O^1 14 peruenit *O* circa te numq. *E* 15 alieni in te iud.] $LKMNXFA^r$, in te al. iud. RPA^e, alieni (alie O^1) iud. in te *O*, al. ratione iud. (*om.* in te) *E* 17 cunctis] ceteris *P* 18 in obs. lab. frequentiam *om.* *MONXEF* rarum] parum *MN*, rarum est A^e continentiae] contienciae L^1, conscientie E^1 bonum E^1 19 fecerunt] fuerunt *E* cum multis] cum (*om.* multis) *MONXF*, cumque *E* nulli] nullam *E* uendicabas KOE^2 20 sorde] hominum sorde *OE* 21 est *om.* K^1O^1 detergis *N*, deter*** M^1 deputant *P* 22 ut laboris (labores *E*) tui tand.] tand. ut l. t. P^a, ut tand. l. t. P^b 23 remuneracionem O^1 25 quoque] L^aM^aOXEF, tibi quoque L^bRPM^bNA, *coniectura ut videtur* principalibus OE^2 26 nec quicquam] neque quiequam A^e, nequidquam M^a, nequiquam *O[?]*, nec quisquam E^1, ut quicquid *P* 27 usurpatione] usque positione *E* oneribusque] oneribus O^1, omnibusque A^e 28 tibi pr. remuneratione (remuratione P^a) digna] pr. rem. t. d. OA^e, t. d. pr. rem. *XEF* soluamus] damus soluamus *O* 29 tamen] tantum *O* augusta M^a 30 non *om.* L^1

favore nostro credimus, eos quoque maiore honore cumulemus. verum quia celari non decet regium bonum, impetrata praesentia ad provincialis iudicis facito notitiam pervenire, quatenus spectabilitatem tuam decoratam nostro testimonio universitatis corda cognoscant tibique utpote militiae munere persoluto cultus competens pro nostrorum temporum laude servetur.

XXVIIII.

ADILAE $\overline{V}\cdot\overline{S}\cdot$ COMITI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Quamvis nullos velimus gravamen aliquod sustinere, quos videtur pietas nostra 1
protegere, quia regnantis est gloria subiectorum otiosa tranquillitas, tamen specialiter
ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum aequabilia praestantur,
misericordia divinitatis adquiritur. Et ideo beatissimi viri Eustorgii episcopi sanctae 2
Mediolanensis ecclesiae petitione permoti praesentibus te affatibus ammonemus, ut
praediis vel hominibus huius ecclesiae intra Siciliam constitutis tuitionem studeas salva
civilitate praestare, nec a quoquam cuiuslibet nationis homine contra fas patiaris opprimi.
quos decet divinitatis intuitu sublevari: ita tamen, ut causis publicis et privatis, quae
contra eos rationabiliter proponuntur, respondere non differant, quia, sicut nolumus
eos ab aliquo praegravari, ita exceptos a tramite iustitiae non patimur inveniri.

XXX.

FAUSTO $\overline{PPO}$ THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Non praeiudicat iuri publico personalis exceptio, quia beneficialem esse principem 1
licet nec intra regulas constituti potest munificentia regalis artari. ira levis coerceatur
gravissimis institutis: inpatiens ambitio iure refrenetur: clementia non habet legem
nec debet sub angustis terminis benigna sequi, quem decet sine fine laudari. Defen- 2
sores itaque sacrosanctae Mediolanensis ecclesiae pro expensis pauperum, quae sub
lucri exaggeratione funduntur, unum sibi ex negotiatoribus urbis suae desiderant
oportere praestari, qui proemptoris functus officio, exceptus negotiationis oneribus
debeat implere quod suscipit. hoc enim nos et Ravennati ecclesiae commemorant
motos rationabili allegatione tribuisse, quod pietatis exemplum ad suum quoque commodum supplicant transferendum. Et ideo illustris et praecelsa magnificentia tua, 3
salva in aliis negotiatoribus commoditate publica, quae ab universo corpore consuevit
inferri, unum eis, quem sibi visi fuerint eligere, deputabit, qui ita commercium negotiationis exerceat, quatenus nec monopolii nec siliquatici nec aurariae aliquid pensionis
impendat vel quodlibet gravamen ex permissa nundinatione sustineat. cur enim illud
tardemus annuere, unde nulla possumus damna sentire?

LRKPMON(X)E(F)

1 maiori *EA* cumulamus O^1 non dec. cel. *E* 2 reginm (regnum E^1) bon.] regum A^e praesentia] liceutia M^vO 4 culteus N^a competes L^a 8 otiosa] custodita *E* 10 eustorbii *O* 11 permoniti R^1 te *om. K* 12 hominibus] honoribus *O* huius] *P*, ius M^a, iuris L^2R, illius *reliqui, inc.* L^1 13 ciuitate O^1 hominem O^1 14 tamen] tantum O^1 15 ponuntur O^1 uolumus M^a 16 exemptos A^e a] in *K* 18 iuri] uiro N^1 princ. esse *N* 19 licet] decet N^a regalis] principalis *K* coarceatur *L* 20 iure] uiribus *E* refrenatur PM^a, frenetur *A* 21 benigna] angusta *O* quem] quam M^bN, quae *K* denfensores *E* 22 itaque *om. P* pro *om.* K^a 23 funduntur] fundere P^a desiderabant *A* 24 peremptoris A^c, emptoris *Gar.* exceptis *EA* 25 sufficit *N* haec *A* commemoratos R^1 26 pietas R^1 exemplum] commodum exemplum M^a commodum] modum *K* 27 et ideo] ideo A^e 28 negociationibus *A* quae] quem *K* consueuit] conuenit *K* 30 menopolii *E* siliquati E^1, siliquatitii E^2 aurariae] auaritie *E* pensionis] pos pensionis N^a 31 uel] et *P* promissa *O*, praemissa *K* 32 possimus *EF*

XXXI.

DROMONARIIS THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Publicis debent utilitatibus insudare qui nomen dedere militiae. quid enim agat homo, si professo desit obsequio, ut nec commoda privata reperiat nec gloriam strenuitatis adquirat? et ideo comiti sacrarum largitionum nostra praecepit auctoritas, ut in Hostiliensi loco constitui debeatis, quatenus fiscali humanitate recreati excursus cum veredariis per alveum Padi solito more faciatis, ut diviso labore equis publicis debeat subveniri, quando cursus vester non atteritur, qui per vias liquidas expeditur. non enim vobis nimio labore claudicare contingit, qui manibus ambulatis. vehiculum vestrum non sentit iniuriam nec defectum patitur, quod unda potius currente portatur.

XXXII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Grata nobis est, patres conscripti, circa utilitates publicas impensa devotio, quia,
dum civium laudabiles animos comprobamus, locum iustis beneficiis repperimus. quid
est enim tam senatorium quam si utilitatibus publicis impendat affectum, ut possit
2 patriae prodesse, cui natus est? Vir itaque magnificus atque patricius Decius, glorioso
circa rem publicam amore devinctus, ultro postulavit voto mirabili, quod vix potuisset
sub consilio nostrae potestatis imponi. paludem Decemnovii in hostis modum vicina
vastantem fovearum ore patefacto promisit absorbere, illam famosam saeculi vastitatem,
quam sub diuturnitate licentiae quoddam mare paludestre consedit cultisque locis
inimicum superfundens unda diluvium terrenam gratiam silvestri pariter horrore con-
fudit. nihil utile nutriens sub liquore spoliatum est solum fructibus, postquam ob-
3 noxium coepit esse paludibus. Et ideo miramur priscae confidentiae virum, ut quod
diu virtus publica refugit, manus privata susceperit. hunc ergo audacem laborem
adgressurum se laudabili perfectione pollicitus est, ut, pereunte damnoso gurgite, quae
fuerant amissa ulterius non perirent. unde nostrae super hac parte serenitatis
postulat iussiones, ut auctoritate publica subeat opus eximium, quod erit cunctis
4 viantibus profuturum. Sed nos, patres conscripti, quibus cordi est bonum desiderium
iuvare auxiliaribus constitutis, praesentibus decretis annuimus, ut ad loca ipsa Decem-
novii duos ex vestro corpore dirigatis, quibus arbitrantibus, quantum spatii restagnatis
incursibus paludestris illuvies occupavit, fixis terminis adnotetur, ut, cum ad per-
fectionem promissa pervenerint, liberatori suo reddita terra proficiat nec quisquam
inde aliquid praesumat attingere, quod tam diu invadentibus aquis non potuit vindicare.

LRKPMON(X)E(F)

3 professio OE^2 desit] dedit *O* gloriam] regulam E^1 4 largionum *LRK* uestra *E* 5 ostiensi *E* 6 ueredareis *O* aldeum *K* more solito A^e debeat] debeant M^aO, debent *X* 7 subuenire O^1 8 contigit *MON* manibus] nauibus P^2 9 nostrum *E* 13 publicis] p. quis *E* impendeat E^1 14 prod. patr. OA^e decuius *O* 16 uestrae A^e potestatis] pietatis *OXEFA* palude *P* decemnouii KA^r, decennouii A^e 17 fouerum P^a absorberes K^1 18 diuturnitatem *N*, diuinitate O^1 licentiae] letitie *K* quoddam] quondam $MONXE^2A$, quendam *(ut vid.)* E^1 consedit] possedit *XEF* cultusque *L*, cutisque O^1 19 unda] aqua *K*, *om.* O^1 horrore] honore PA^r confudit] K^1EA^e, confundit A^r, confodit LRK^2PMON 20 utile *bis* *N* fr. est sol. A^e 21 et *om.* A^e 22 publ. uirt. *R* refugit *om.* E^1 23 adgressum *L*, aggressum R^1 se *om.* O^1 profectione *P* 24 postulat ser. post. N^a 25 iussionis M^a 26 uiantibus] iuuantibus *OXEF* uos *A* 27 auxiliatoribus *P* constitutus L^1 loca] dece *O* decemnouii A^r, decennouii *R*, decemnouii A^e 28 quanta O^1 restagnatis] negatis A^e 29 palustris *P* ingluuies *E* profectionem *P* 30 promissam O^2NXEFA^e peruenerit $MONA^e$ 31 inde praes. al. *O*, aliq. inde praes. *R*

XXXIII.

DECIO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Iustitiae ratio est, ut laudabile desiderium sequatur prosperitas iussionum et quod 1
bona voluntate suscipitur, regalibus quoque hortationibus impleatur. vobis itaque
desideria iusta poscentibus praesenti auctoritate concedimus, ut stagnis Decemnovii
paludibusque siccatis sine fisco possideas in solum rura revocata nec ullam metuas
liberatis rebus exhibere culturam, quas sub testimonio generalitatis absolvimus. Hinc 2
etiam ad amplissimum senatum praecepta transmisimus, ut definito nunc spatio ad
tuum pulchre transeat dominium, quod est a foedis gurgitibus vindicatum. aequum
est enim, ut unicuique proficiat labor suus et sicut expendendo cognoscit incommoda,
ita rebus perfectis consequatur augmenta. illud etiam, qui studio rei publicae semper
invigilamus, aspeximus, ut, si quis hunc laborem iuncta tecum societate subire delegerit,
habita operis aestimatione habeat iuris proprii spatia pro parte quam suscipit, ut nec
solus immensis oneribus praegraveris et animosius peragatur, quod sub collegii adiuvatione suscipitur. ita fiet ut et, quae rebus maximis est amica, molesta careatur
invidia. Quapropter gloriosis desideriis navanter insiste, ne opinioni tuae grave sit in 3
assumptis conatibus marcuisse. intuere quippe omnium ora atque oculos in te esse
conversos: respice serenitatis nostrae suspensa iudicia ad effectum operis instituti.
quanta vales animositate festina, ut dignus tanta re emersisse iudiceris, qui iam nunc
omnium admiratione laudaris.

XXXIIII.

ARTEMIDORO PRAEFECTO URBIS THEODERICUS REX. *a. 509/510*

Gaudemus in te floruisse nostra iudicia: laetamur dignum praesulem Romanis 1
arcibus extitisse, qui generosis animis amicum fraudibus non passus es velare secretum,
ne vos aut delicta complices facerent aut securitas ad maiora potius incitaret. atque
ideo universa pecunia, quae fuerat fabricis deputata Romanis et nunc magnitudinis
tuae discussione constitit abiuratam, cum nec reddita suo tempore nec docetur expensa,
resumatur sine aliqua dilatione vobisque ordinantibus iterum Romanis moenibus applicetur. nefas est enim, ut in alios usus transeant quae sibi subtracta non inmerito
Roma suspirat. Deberemus itaque celatores deputatae pecuniae inmodica poena per- 2
cellere, qui in tali causa nostram munificentiam fraudaverunt. sed affuit moderatrix,
semper quae nobis est iuncta, clementia, ne indecore facta plecteremus graviter in-

LRKPMON(X)E(F)

3 hortationibus] (h)ornat(*rel* c)ionibus *MONA*^{r}, ordinationibus *XEFA*^{c} 4 decemnonii *A*, decennonii *A*^{e} 5 que *om. O* siccatis] socratis *E*^{1} rura] tuta *O* ulla *O* 6 libertatis *K*^{1}*XE*^{1} gen. test. *A*^{c} 7 amplissimam *X*^{a} 9 enim *om. O*^{a} incommoda] commoda *K* 10 qui] quod *X* studio rei publ.] publice rei st. *R* 11 inuigilanter *K[?]*, uigilamus *O* 12 suscipit] suscepit *L*^{1}*RPOF* 13 honoribus *O* 14 fiat *A*^{e} et *om. KPO* maximis] proximis *E*^{b}, *om. in sp. vac. E*^{a} careat *O* 15 nauanter] gnauanter *M*^{b}*X*, grauantur *O*, gratanter *XEF* 16 absumtis *O* macuisse *O* atque *bis M*^{a} 17 suspendia *K*^{a} constituti *PA*^{r} 18 re emersisse] remuneratione *E* qui iam] quia *P* 19 ammitacione *O* 21 nostra fl. *A*^{e} praes.] praes. te *A*^{e} 22 artibus *ONEF*, actibus *K* generosis] gloriosis *X*^{a} ualere *KO* 23 nos] nos *P* pot. ad mai. *X*^{a} 24 fabricis] moenibus *O* remanis *O* 25 abiurata *E: requiritur* aversam *rel fortasse* aversatam cum (cum ** *R*) nec] nec cum *O* redditam *R* doceatur *P*, decenter *E* 26 res. s. a. dilatione (dubitatione *R*^{1})] s. a. dil. res. *MONXEA* uobisque] et uobis *A*^{e} ordinatoribus *E* 27 ut *om. O* 28 suspirat] suscepit *O* celeratores *K* immodica] in non modica *A* poena] cena *O* 30 nob. est iuncta (iniuncta *K*)] est i. n. *O* indecora *E* plecteremus] plectemus *MX*, plectamus *OXEFA*

citante iustitia. sufficiat nobis cupiditatem non implesse quod voluit. nec maior potest provenire vindicta, quando velut propria videtur perdere, quae suppressa turpiter iudicaverat possidere.

XXXV.

TANCILAE V· S· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Acerbum nimis est nostris temporibus antiquorum facta decrescere, qui ornatum urbium cottidie desideramus augere. quocirca praesentibus te iussionibus ammonemus, ut de Comensi civitate aeneam statuam quae perisse suggeritur, omni animositate perquiras: spondens etiam centum aureos, si quis haec sacrilega prodere furta maluerit, quatenus promissio nostrae serenitatis trepidos ad spem confessionis invitet, quod etiam ad te destinata edicta proloquuntur. sed cum haec tamen iussa promulgaveris, si adhuc facinus secreta velaverint, post diem venerabilem locorum artifices facias congregari: a quibus sub terrore perquire quo ministro fuerit perpetratum. ab imperitis enim harum rerum statuae facilis eversio non fuisset, nisi eam temptasset movere loco magistra praesumptio.

XXXVI.

EDICTUM. THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Quamvis ad proditionem sceleris relaxata nimis poena sufficiat nec parum sit munus audaciae supplicii declinasse terrorem, addimus tamen praemium, quod habere innocentia solet: non quia commissa placuerint, sed delectat nos munificos esse in
2 amore vindictae. Quapropter praesentis edicti unusquisque auctoritate cognoscat centum se aureos largitate nostra promereri, si prodat qui statuam de Comensi civitate rapuerunt, et de suo facto, quod maxime nocens requirit, indulgentiam se noverit habiturum. damus in aeneo compendio aureum munus: et metalla quam invenire possumus pretiosiora largimur: illud potius hac liberalitate redimentes, ne transeat in usum, quod
3 constat esse prohibitum. Quis ergo tanta stultitiae caecitate damnetur, ut dubitet erumpere, quando et securitatem repperit et praemium confessionis adquirit? si quis autem dissimulandum forte crediderit eumque aliquo veritatis indicio serenitas nostra detexerit, ultimo se noverit discrimine rapiendum. indignum est enim ut qui respuunt indulgentiam nostram, detectis postea suffragetur humanitas.

XXXVII.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Provectum regni nostri benignitas debet aemulari, ut tantum humanitas relaxet dona, quantum res publica suscepit augmenta. non enim aliter laudatum modum

---

LRKPMON(X)E(F)

2 quae] qui se *MONXEFA* suprema *O* 3 uendicauerat A^e 6 te praes. *R* 7 periisse *KA* 8 prodere furta] munera prodere furta N^a, f. pr. *R* 9 inuitat M^a 10 dest. ad te N^a prolocuntur *RKPA*, proloquantur O^1[?]A^e iuss. tam. *P* prouulgaueris M^bX 12 perpatratum *O* 13 eam *om. MONXEF* mou. loco (*om. P*)] loco mou. *E* 16 perditionem *K* paruum *K recte puto* 17 addidimus O^1 praemium] praecibus *O* 18 placuerunt A^e 20 promemeri *L* qui] quis *MNE*, quae *P* cumensi *O*, commensi *X* rapuerunt] rapuerit M^bONA, rapuit *E* 21 indulgentia *P* 22 quam] quae KP^bA, *inc.* (*fort.* quam) P^a 23 libertate *K* 24 tante *O* stultitiae (iusticie *R*) caec.] caec. st. *P* 25 repperit *om.* R^1 26 dissimulatum K^1 forte *om.* A^e aliquo *om. X* iudicio KPA^r 27 detraxerit O^1[?] enim ut qui] qui M^a, enim qui M^bONX, enim qui ut E^1 30 relaxet dona *om.* XF^1 31 argumenta *O*

possumus custodire, nisi ad considerationem rerum nostrum debeamus excitare propositum. inter tot enim cottidie deo propitiante successus tenacitatis esset vitium angusta largitate contentum. atque ideo illustris magnificentia tua praesenti auctoritate cognoscat Spoletinis civibus ad exhibitionem thermarum supra consuetudinem aliam millenam esse deputandam. cupimus enim libenter impendere quae ad salubritatem novimus civium pertinere, quia laudes sunt nostrorum temporum celebrata gaudia populorum.

XXXVIII.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Opes nostras cupimus thesauro pietatis augeri, execrantes commoda, quae nobis vexatorum fuerint calamitatibus adquisita. molesta est illatio nostrae clementiae quae 1
defletur, quia quicquid sub laetitia penditur, accipientis laudibus applicatur. Urbis 2
itaque Sipontinae negotiatores hostium se asserunt depopulatione vastatos: et quia egentium levamina nostras potius divitias aestimamus, illustris magnificentia vestra per hoc iuge biennium nuncupatos nulla faciat coemptione vexari. Sed quoniam lapsos 3
relevasse nihil proficit, si onus aliud solutionis accedit, qui memoratis negotiatoribus noscuntur mutuasse pecuniam, celsitudo tua faciat ammoneri, ne in hoc biennii spatio quicquam de credita summa existiment postulandum, quatenus sub induciis supradictis et datam possint reparare pecuniam et aliquatenus debitorum valeat respirare substantia. quid enim proficit creditorem se urgere, quando in cassum nititur nudatos exigere? quibus magis prospicimus, si ad mutuata sustinendo pervenire faciamus.

XXXVIIII.

ALOIOSO ARCHITECTO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Si audita veterum miracula ad laudem clementiae nostrae volumus continere, 1
quoniam augmenta regalis gloriae sunt, cum sub nobis nulla decrescunt, quo studio convenit reparari quod etiam nostris oculis frequenter constat offerri? delectat enim salutiferi Aponi meminisse potentiam, ut intellegas, quo desiderio cupimus reficere quod de memoria nostra nescit exire. Caerulum fontem vidimus in formam dolii concavis 2
hiatibus aestuantem et fornaces anhelantium aquarum circumducto tereti labio naturae

LRKPMON(X)E(F)

1 ad *om.* *O* nostrarum *K* debemus P^{a} 2 tot *om.* *X* enim *om.* *MONEF* cottidie *om.* M^{a} 3 augusta *P* largiter *O* ideo *om.* *K* tua *om.* *O* 4 spoletinis] *A*, spolitinis *plerique*, spolitanis *O* tertiarum *A* 5 deputadam O^{a}, deputatam O^{b} 6 nou. ciu. pertinere (pertingere *P*)] ciu. nou. pertinere *XE*A^{e} 9 opes] spes X^{2} nostras] *bis* X^{1}, nostra *O* thesauros *K*, thesauris *LR* 10 fuerit E^{1}, fuerunt *P* calamitate *X* qua *XF* 11 quia quicquid] quidquid enim *E* impenditur *E* 12 sepontiu(a)e *LR*, spolitine *F* 13 gentium *K* nostra *X*, tua *K*A^{e}, tua nostra A^{r} 14 coemptione] commotione *OA*, cohertione E^{t}, uel commotione uel coemptione E^{v} quoniam] quia non *O* lapsos] M^{b}*XA*, lapsus *plerique*, lapsis *E* 15 releuasse nihil] recreasse nichil *R*, ni(c)hil rel. *MOXA*, tunc rel. *E* accidit *K* memoratis] meratis O^{1}, incanoratis E^{1} 16 admoueri *P*, ammonere M^{a} hoc *om.* O^{1} 17 quicquid M^{a} de credita] decreta *L* existiment] *MONEF*, existimet *LRKPA*, estimet *X*, aestiment A^{e} indiciis *R*, iniciis O^{1} 18 datam] tantam *E* ualeant] possint *E* substantiam $O^{1}E$ 19 proficit] est X^{2}, *om.* X^{1} creditorem (-res *E*) se] creditor enixe *Meyer* nudos *X* 20 propinus O^{1}, proficimus X^{a} 22 laudum O^{1} clementiae (entie R^{1}) n.] n. cl. A^{e} nolumus *K* contingere *P*A^{r} 23 nulla] illa *EF* 24 quod] quae *P* etiam] et A^{e} frequenter] frequentant M^{a} off. const. *P* 25 apponi *KOX* potentiam] sententiam *EF* cupimu *X* 26 nostra *om.* *K* c(a)eruleum *MNXA* dolei *L*M^{a} 27 et *om.* *E* fornace *X* circumducto] cumducto *M*, conducto *ONXEF* tereti (teriti *O*) labio (labore *R*)] ueuti labio E^{t}, uel terti labro uel tereti labio E^{v}

probabili dispositione coronatas: quae licet more calidae nebulosos vapores exhalent, hanc tamen iucundam perspicuitatem aspectibus humanis aperiunt, ut quivis hominum illam gratiam desideret contingere, etiam cum non ignoret ardere. ore plenissimo in sphaerae similitudine supra terminos suos aquarum dorsa turgescunt, unde latex tanta quiete defluit, tanta quasi stabilitate decurrit, ut eum non putes crescere, nisi quia
3 inde aliquid rauco murmure sentis exire. Veniunt aquae per algentes meatus tali fervore succensae, ut post recurva spatia, quae arte facta sunt longiora, calores sint maximos redditurae. o magistri mirandum semper ingenium, ut naturae furentis ardorem ita ad utilitatem humani corporis temperaret, ut quod in origine dare poterat mortem, doctissime moderatum et delectationem tribueret et salutem! iuvat videre secretum, latices vapores igneos exhalantes, amicum undis indesinenter ardorem, et calorem venire decursu rivi, unde usualiter solebat extingui. merito dicunt philosophi elementa sibi mutuis complexionibus illigari et mirabili coniungi foederatione, quae
4 inter se contraria intelleguntur varietate pugnare. Ecce madentem substantiam vapores producere constat ignitos, quae mox ad thermarum aedificia decora pervenerit, illisa cautibus unda descendens et aera sua qualitate succendit et tactu fit habilis, cum recepta fuerit in lavacris: unde non tantum deliciosa voluptas adquiritur, quantum blanda medicina confertur. scilicet sine tormento cura, sine horrore remedia, sanitas impunita, balnea contra diversos dolores corporis attributa. quae ideo Aponum Graeca lingua beneficialis nominavit antiquitas, ut causam tanti remedii aeger cognosceret,
5 cum de tali nomine dubium nil haberet. Sed inter alia loci ipsius bona illud quoque stupendum esse didicimus, quod una fluentorum natura diversis ministeriis videatur accommoda. nam protinus saxo suscipiente collisa inhalat primae cellulae sudatoriam qualitatem: deinde in solium mitigata descendens minaci ardore deposito suavi temperatione mollescit: mox in vicinum producta cum aliqua dilatione torpuerit, multo blandius intepescit: postremo ipso quoque tepore derelicto in piscinam Neronianam
6 frigida tantum efficitur, quantum prius ferbuisse sentitur. Non inmerito auctoris sui participans nomen collega est cum viriditate gemmarum, ut ipsa quoque vitrei elementi colore perspicua quasdam trementes undas quieta commoveat. sed ut ipsum quoque lavacrum mundius redderetur, stupenda quadam continentiae disciplina in undam, qua viri recreantur, si mulier descendat, incenditur, propterea quia et ipsis altera exhibitio decora collata est: scilicet ne ardentium aquarum fecundissimum locum non crederent habuisse, unde plurima largiretur, si uterque sexus uno munere communiter uteretur.
7 Haec perennitas aquarum intellegendi praestat indicium per igneas terrae venas occultis meatibus influentem imitus in auras erumpere excocti fontis inriguam puritatem. nam

---

LRKPMON(X)E(F)

1 more] in ore XEF calidae *om.* XF^1 2 ut] ubi E 3 contigeret L^1, contigere L^2 etiam] et XEF non] num O, *om.* E arcule O 5 decurrunt M^a eum *om.* MONXEF 7 calores] in cal. A^e 8 maxime rediturae A^e 9 ardores MONXEFA ita] ita ut L^1 daret O 10 iuna M^a uidere *om.* E^1 11 exhalentes L^a, exalentes O^a 12 ueniri O solebant M^a 13 sibi] suis E^1 complexibus KA^e coniugi L^a 14 madente O 15 ignotos MON^b, ignotas N^a quae] qui OXF, quam N mox] P^aMONXEFA, mox ut $LRKP^b$ decora *om.* N peruenerunt $MOXEFA^e$, peruenerint K unda illisa caut. N^a 16 succedit O tractu O *post* habilis *ins.* sine orrore remedia E^1 17 tantum *om.* N 18 honore O santas L^a 19 dolores *om.* O apponum X, non aponum O 20 benebicialis O 21 nil] non A^e 22 stupendus P^a[?] dicimus M^a 23 accomodata N saxo] *om.* MON, a XEF 24 solium] KMONXEF, solum LRPA 25 uicinm O cum] est K 26 plandius O quoq. ipso R tepore] tempore OE^1 in *om.* O 27 auctoris sui] actoris sui MXF, actionis sue N 28 uitrea O^1 elementa O 29 timentes O commoueat E 30 continentiae disciplina] continencia N in undam] unda MONXEF 31 descendat *om.* O quia] quod XEA, *om.* O et *om.* KA^e 32 arcium O crederet O 34 haec] haec supradicta LRK iudicinm E 35 influentem imitus] LRP, influentem unitus K, influens deintus $MONXEFA^r$, influentem intus A^e

si naturae fuisset illud incendium, sine interitu substantiae non esset amissum: sed
aquae materia sensibilis, sicut peregrinum contraxit ignem, sic iterum nativum facile
recepit algorem. Praestat et aliud adiutorii genus vis illa medicabilis. nam iuxta 8
caput fontis scintillosi quendam sibi meatum provida natura formavit. hinc desuper
sella composita, quae humanis necessitatibus in apsidis speciem perforatur, aegros
suscipit interno umore diffluentes: ubi dum fessi nimio languore consederint, vaporis
illius delectatione recreati et lassa viscera reficiunt et umores noxia infusione largatos
vitali ariditate constringunt: et quasi aliquo desiderabili cibo refecti valentiores queant
protinus inveniri, sic medicabili substantiae venit a sulfure quod calet, a salsedine
quod desiccat. talia posteris non tradere hoc est graviter in longa aetate peccare.
Quapropter antiqua illic aedificiorum soliditas innovetur, ut sive in cuniculis sive in 9
thermis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconstrui. virgulta quoque
noxia importunitate nascentia evulsis cespitibus auferantur, ne radicum quidam capilli
paulatim turgentes fabricarum visceribus inserantur et more vipereo prolem sibi fecundi-
tate contraria nutriant, unde se compago casura disrumpat. Palatium quoque longa 10
senectute quassatum assidua reparatione corrobora. spatium, quod inter aedem publicam
et caput igniti fontis interiacet, silvestri asperitate depurga. rideat florenti gramine
facies decora campestris: quin etiam ardentis aquae fertilitate laetatur miroque modo
dum proxime salem generet sterilem, nutriat pariter et virores. Sed non his tantum 11
beneficiis Antenorea terra fecunda est: infert et alia, quae multo grandius obstupescas.
corda illa, ut ita dixerim, montium in vicem secretarii negotia contentiosa discingunt.
nam si quis forte pecus furatum pilis nativis solito more spoliare praesumpserit, undis
ardentibus frequenter inmersum necesse est ut ante decoquat quam emundare prae-
valeat. o vere secretarium iure reverendum, quando in his aquis non solum sensum.
sed etiam verum constat esse iudicium et quod humana nequit altercatione dissolvi,
fontium datum est aequitate definiri. loquitur illic tacita natura, dum iudicat, et sen-
tentiam quodam modo dicit, quae perfidiam negantis excludit. Sed quis ista con- 12
servare neglegat, quamvis plurima tenacitate sordescat? siquidem ornat regnum, quod
fuerit singulariter toto orbe nominatum. et ideo pecunia, quae tibi data est, si opus
non potuerit implere susceptum, quantum adhuc expendendum esse credideris, missis
nobis brevibus indicabis, quia non gravamur expendere, ut tanta videamur ruris moenia
custodire.

LRKPMON(X)E(F)

1 naturae] nec *P* ill. fuiss. *K* internentu N^a fuisset A^e ammissum E^1, admissum *A*
2 contrahit E^1 facile] facilem *R*, *om. E* 3 recipit *Gar.*, repetit A^e insta *ME* 5 quae *om.* M^a
speciem] speram E^1 perferoatur R^a, perforata $M^b N$, perforauit M^a 6 interno] intercio E^1 dif-
fluentes] *scripsi*, defluentes *libri* ubi] ut *O* larguore L^a, langore *KO* considerint *O* 7 recreati]
tractati E^1 reficiuntur *E* nosciali fusione OE^2 largitos *N* 8 et] ut A^e queant protinus]
q. potius *XEF*, pr. q. *N* 9 medicabilis *MONXEF*, medicinali *P* substantia en euenit *MONXEF* salse-
dine] sale sed in eo $M^b N$, sale*ine M^a 10 quod siccat *R*, que desciciat *O* est *om.* R^1 longam
aetatem *malim* 11 siue in th. siue in cun. A^e 12 reconstitui (*superscr. m. eadem* uel strui) *N*
uirgulta] uirgul R^1 13 nascenti *L*, crescentia *O* quidem *RMN* 14 uipero *O* 15 nutriant]
nutriat *libri*, nutriunt *O* propago *P* palatium] paulatim *P* longa *bis N* 16 rep. ass. A^e publica *O*
17 caput] spacium *O* germine *A* 18 quin] *P*, qui *LRK*, qu(a)e *MONXEA* felicitate *E* laetetur *P*,
letauit E^1 19 geret L^a partim *O* 20 beneficiis *om. O* antenoria *L*, antenora *O* fecun-
data *P* obstupescat L^1, astupescant E^1 21 in] quae in *LRK* secretarii *om.* O^a discindunt *O*,
distingunt *NE*, distinguunt A^e 23 antea XA^e 24 quando] quoniam *OE* 26 definiri] dis-
solui R^1 natura] materia P^a 28 siquidem] siquid *O* 29 orbe toto *R* pecunia] penitentia *P*
30 poterit *MONXEA* impendendum *E* 31 nobis *om. E* indicabis *K* uideramur *O* ruris]
iuris *E*, rutis *O* moenia] media L^1, amena X^2F, amaenia A^e

XL.

BOETHIO PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507

1 Cum rex Francorum convivii nostri fama pellectus a nobis citharoedum magnis precibus expetisset, sola ratione complendum esse promisimus, quod te eruditionis musicae peritum esse noveramus. adiacet enim vobis doctum eligere, qui disciplinam
2 ipsam in arduo collocatam potuistis attingere. Quid enim illa praestantius, quae caeli machinam sonora dulcedine modulatur et naturae convenientiam ubique dispersam virtutis suae gratia comprehendit? quicquid enim in conceptum alicuius modificationis existit, ab harmoniae continentia non recedit. per hanc competenter cogitamus, pulchre loquimur, convenienter movemur: quae quotiens ad aures nostras disciplinae suae lege
3 pervenerit, imperat cantum, mutat animos artifex auditus, et operosa delectatio haec cum de secreto naturae tamquam sensuum regina tropis suis ornata processerit, reliquae cogitationes exiliunt omniaque facit eici, ut ipsam solummodo delectet audiri. tristitiam noxiam iucundat, tumidos furores attenuat, cruentam saevitiam efficit blandam, excitat ignaviam soporantem languore, vigilantibus reddit saluberrimam quietem, vitiatam turpi amore ad honestum studium revocat castitatem, sanat mentis taedium bonis cogitationibus semper adversum, perniciosa odia convertit ad auxiliatricem gratiam et quod
4 beatum genus curationis est, per dulcissimas voluptates expellit animi passiones. Incorpoream animam corporaliter mulcet et solo auditu ad quod vult deducit, quam tenere non praevalet verbo: tacitus manibus clamat, sine ore loquitur et per insensibilium obsequium praevalet sensuum exercere dominatum. hoc totum inter homines quinque tonis agitur, qui singuli provinciarum ubi reperti sunt nominibus vocitantur. miseratio quippe divina localiter sparsit gratiam, dum omnia sua valde fecit esse laudanda. Dorius prudentiae largitor et castitatis effector est. Phrygius pugnas excitat, votum furoris inflammat. Aeolius animi tempestates tranquillat somnumque iam placatis attribuit. Iastius intellectum obtusis acuit et terreno desiderio gravatis caelestium appetentiam bonorum operator indulget. Lydius contra nimias curas
5 animae taediaque repertus remissione reparat et oblectatione corroborat. Hoc ad saltationes corruptibile saeculum flectens honestum remedium turpe fecit esse commentum. hic vero numerus quinarius trina divisione consistit. omnis enim tonus habet summum et imum: haec autem dicuntur ad medium. et quoniam sine se esse non possunt quae alterna sibi vicissitudine referuntur, utiliter inventum est artificialem musicam, id est auctorum operationibus diversis organis exquisitam, modis quindecim
6 contineri. His rebus aliquid maius adiciens humana sollertia terris quandam harmoniam doctissima inquisitione collegit, quae diapason nominatur, ex omnibus scilicet con-

LRKPMON(A)E(F)

4 nobis *OEA* 5 collocatam] positam *EF* illa] ipsa *O* quae] *que enim *R* 6 modulatur *om. MONXEF* et] in *O* 7 in *om. R* 8 comnenientia *O* non] *inc.* L^1 10 peruenerint PA^r, peruenimt *O* 11 screto *O* 12 fecit P^a eieci *O* ipsas *E* 14 ignaniam] ignaniam *K*, ignauia *X* sopora*** M^a, soporat M^bZX, soporantemque *A* languore] languorem MXA^e, langorem OXA^r, langorem immittit *E* uitiatam] humatam *MOXXF*, humanatam *E* 15 taedium] redditum *O*, ocium E^2 16 auxiatricem P^a quid *O* 17 incorporea *O* 18 incorporaliter E^1 19 tacito *Cui.* 20 hoc] h. enim *MONXEF* 21 tonis] trans E^1 23 dorius] durius L^1, douus *O* prudentiae] pudiciti(a)e *XEA* largior E^1 caritatis *E* frigius *libri* pugnax *O* 24 uotum] et uotum *Forn.* somniumque R^1 25 placitis *O* iastius] iustius *X*, Iustius *K* 27 animae taediaque] animaeq; **** M^a, animaeque taedia A^e repertui *O*, reperat *[sic]* *E* oblectationem *K* haec *A* 28 saltones *P* corr. fl. saec. X^a, saec. corr. fl. X^b honestum] hostium *P* commercium R^1 30 summ. hab. *X* et imum] eterenum E^1 dicuntur] ducunt *vel* adignntur *malim* ad] et *P* 31 conferantur *E* 33 magius *R* humana] huma L^1 solacia *O* terracnis *L* 34 dyapason *LR*, dypason *O*

gregata, ut virtutes, quas universum melos habere potuisset, haec adunatio mirabilis contineret. hinc Orpheus mutis animalibus efficaciter imperavit vagosque greges contemptis pascuis ad audiendi epulas potius invitavit. illo cantante amaverunt siccas Tritones terras: Galatea lusit in solidis: deseruerunt ursi amabiles silvas: leones domestica tandem canneta reliquerunt: iuxta praedonem suum praeda gaudebat. in unum conventum contraria vota collecta sunt et fide dicente lyra omnia sibi adversa crediderunt. Amphion quoque Dircaeus canendo chordis Thebanos muros dicitur con- 7
didisse, ut, cum homines labore marcidos ad studium perfectionis erigeret, saxa ipsa crederentur relictis rupibus advenisse. Musaeum etiam, et artis Orphei filium et naturae, Maronis[1]) praepotens lingua concelebrat, dicens apud inferos in summa beatitudine constitutum, quod per Elysios campos felices animas septem chordarum pulsibus amoenabat, significans summo praemio perfrui, cui disciplinae huius contigerit suavitatibus epulari. Sed haec omnia humano studio per manualem musicam videntur 8
effecta. naturalis autem rhythmus animatae voci cognoscitur attributus: qui tunc melos pulchre custodit, si apte taceat, congruenter loquatur et per accentus viam musicis pedibus composita voce gradiatur. inventa est quoque ad permovendos animos oratorum fortis ac suavis oratio, ut criminosis irascantur iudices, misereantur errantibus: et quicquid potest eloquens efficere, ad huius disciplinae non est dubium gloriam pertinere. Poetis etiam, Terentiano[2]) testante, duo primum metra principalia sunt tributa, 9
id est heroicum et iambicum, unum quod erigeret, alterum quod placaret. ex quibus ad oblectandos animos audientum diversa progenita sunt et ut in organis toni, ita in humana voce varias animi affectiones gravida metra pepererunt. Sirenas in miraculum 10
cantasse curiosa prodit antiquitas et quamvis navigantes fluctus abduceret, carbasa ventus inflaret, eligebant suaviter decepti scopulos incurrere, ne tantam paterentur dulcedinem praeterire. quibus solus Ithacus evasit, qui nautis sollicitatorem protinus obstruxit auditum. contra noxiam dulcedinem cogitavit vir prudentissimus felicissimam surditatem et quam vincere intellegendo non poterant, melius non advertendo superabant. se vero soliditati arboris constrictis nexibus illigavit, ut et famosos cantus liberis auribus probare potuisset et pericula dulcisonae vocis unda rapiente vinctus evaderet. Verum ut et nos talia exemplo sapientis Ithaci transeamus, loquamur de 11
illo lapso caelo psalterio, quod vir toto orbe cantabilis ita modulatum pro animae sospitate composuit, ut his hymnis et mentis vulnera sanentur et divinitatis singularis

LRKPMON(X)E(F)

1 ut] scilicet ut *P* melos *om. O* admiracio *O* 2 multis *O* contentis *M* 4 tritouas *P* lusit] ludit *XE*¹*F* 5 canneta] dumeta *E* relinquerunt *O* iusta *E* 6 collata *L* fidem *XEF* decente *O*, dicte *P* lixa *O* 7 anfion *LM*, anphion *ON* 8 perfectionis] laboris *R*¹ 9 cred. relictis (erectis *P*) rup.] rel. rup. cred. *N* mescum *L*¹ filium *bis P* 10 inpotens *O* celebrat *M*ᵃ apud *om. L*¹ 11 quod] qui *E* elysios] ilyos *O* pusibus *O* 12 cuius *N* 14 effecta *om. O* attribuitus *O* 15 pulchre mel. *A*ᵉ 16 ped. mus. *N* permouendos] mouendos *O* 17 suauis] suis *O* iudice** *L*ᵃ errantibus] ex cantibus *O* 18 pert. gl. *A*ᵉ 19 etiam] et *O* terentio *K* attributa *A*ᵉ 20 iambucum *L*¹*[?]* placeret *ONE* 21 oblectandum *NFA*ᵉ, delectandos *E* audientium *KPOEA* 23 adduceret *RE* 25 itachus *PN* sollicitarem *N*ᵃ 26 obstringit *E*¹*[?]* noxium *O* 27 poterat *A* superabat *A*ᵉ 28 se] set *O* solidati *L*¹*ON*, solidate *E* arbori *E* constructis *O* alliganit *K* ut et] et ut *N* famos *O* 29 dulcisonae] dulcedine *O* uictus *O* 30 sapientis ithaci (itachi *N*)] sapiencia ita *O* 31 illo] ipso *O* lapso caelo] *O*, lapso e caelo *A*, lapsum caelo *plerique*, caelo lapsum *K* cantabilis] laudabilis (ct *ins. m. 2*) cantabilis *R* 32 sanentur] sacientur *E*¹, sanarentur *KA*ᵉ

1) *Aen. 6, 637 seq.:* devenere locos laetos ... sedesque beatas ... nec non Threicius longa cum veste sacerdos obloquitur numeris septem discrimina vocum ... quos ... sic est adfata Sibylla, Musaeum ante omnes. 2) *de metris v. 1580 seq.:* Hexametros tradit genitos duo prima vetustas, herous ille est, hunc vocant iambicum *et quae sequuntur.*

gratia conquiratur. en quod saeculum miretur et credat: pepulit Davitica lyra diabolum:
sonus spiritibus imperavit: et canente cithara rex in libertatem rediit, quem internus
12 inimicus turpiter possidebat. Nam licet huius delectationis organa multa fuerint ex-
quisita, nihil tamen efficacius inventum est ad permovendos animos quam concavae
citharae blanda resultatio. hinc etiam appellatam aestimamus chordam, quod facile
corda moveat: ubi tanta vocum collecta est sub diversitate concordia, ut vicina chorda
pulsata alteram faciat sponte contremiscere, quam nullum contigit attigisse. tanta
enim vis est convenientiae, ut rem insensualem sponte se movere faciat, quia eius
13 sociam constat agitatam. Hinc diversae veniunt sine lingua voces: hinc variis sonis
efficitur quidam suavissimus chorus, illa acuta nimia tensione, ista gravis aliqua laxi-
tate, haec media tergo blandissime temperato. ut homines se ad tantam perducere
non praevaleant unitatem, in quantam ad socialem convenientiam ratione carentia per-
venerunt. ibi enim quicquid excellenter, quicquid ponderatim, quicquid raucc, quic-
quid purissime aliasque distantias sonat, quasi in unum ornatum constat esse collectum,
et ut diadema oculis varia luce gemmarum, sic cithara diversitate soni blanditur
14 auditui. Musarum tela loquax, stamina verbosa, fila canentia, in quibus arguto plectro
tegitur quod dulciter audiatur. hanc igitur ad imitationem variae testudinis Mercurius
dicitur invenisse, quam tanta utillima procurantem astronomi inter stellas requirendam
esse putaverunt, persuadentes caelestem esse musicam, quando lyrae formam com-
15 prehendere potuerunt inter sidera collocatam. Harmonia vero caeli humano sermone
idonee non potest explicari, quam ratio tantum animo dedit, sed auribus natura non
prodidit. dicunt enim debere credi, ut beatitudo caelestis illis oblectationibus per-
fruatur, quae nec fine deficit nec aliqua intermissione marcescit. in ipso quippe in-
tellectu habitare referunt superna, ipsis deliciis caelestia perfrui et talibus contempla-
16 tionibus inhaerentia beatis iugiter delectationibus contineri. Bene quidem arbitrati,
si causam caelestis beatitudinis non in sonis, sed in creatore posuissent, ubi veraciter
sine fine gaudium est, sine aliquo taedio manens semper aeternitas, et inspectio sola
divinitatis efficit, ut beatius esse nil possit. haec veraciter perennitatem praestat,
haec iucunditates accumulat: et sicut praeter ipsam creatura non extat, ita sine ipsa
17 incommutabilem laetitiam habere non praevalet. Sed quoniam nobis facta est voluptuosa
digressio, quia semper gratum est de doctrina colloqui cum peritis, citharoedum, quem
a nobis diximus postulatum, sapientia vestra eligat praesenti tempore meliorem, facturus
aliquid Orphei, cum dulci sono gentilium fera corda domuerit. et quantae nobis gratiae
fuerint actae, tantae vobis et nostrae aequabili compensatione referuntur, qui et imperio
nostro paretis et quod vos clarificare possit, efficitis.

LRKPMON(X)E(F)

1 en] si E^1 saeculum] solum *O* 2 imperauit] imperium E^1 cithara] c. ter M^b*(sed* ter *additum rursus del.)ZNXE*^{1}, c. cum *O*, c. tunc E^2 rex *om. A* libertate *O* quem] qui M^a 3 org. hui. del. N^a 4 est inu. *MONXEA* promouendos A^e 5 existimamus A^e 6 corda *om. O* 7 contremiscere] *LKEA*, contremescere *reliqui* 8 est enim uis *E* insesualem *O* 9 sociam] scienciam *O* agitatam] esse ag. *OE* 10 laxitatate *P*, saxitate *O* 11 medica *O* perd. ad tant. *E* 12 praeualeant] ualeant *ONEF* ad soc.] se ad soc. R^1, associalem *E*, ad societatem *O* praeuenerunt *P* 13 quicq. pond. *post* rauce *E, om. O* 15 uana *O* 16 musarum .... 17 audiatur *om.* L^1 uerbosa] uerborosa E^1, uerborum OE^2, ubosa *N* filia *O* 17 tegitur] texitur A^e, regitur *N*, cogitur F^2, *om. O: fortasse scr.* tegitur quod arguto plectro hau *N* imitationem] miracionem *O* 18 quem *O* utillima] uitillima *O*, utilissima *P* procurantem] *KMNXA*, procurante *reliqui* astromi M^a, astronini *E* 21 idonee] idone est *O* tant. an. ded. rat. P^a 22 illius PA^e perfruantur P^a 23 quippe] quoque *O* 24 referunt] fecerunt *O* talibus] taliter *O*, talia *K* 25 arbitrari *O* 26 sonis] solus P^a potuissent *O* 29 iocunditatem *MNXEF*, iocunditas *K* creaturam *R*, craturam *K* extat *om.* O^1 31 digressio *om. in sp. vac.* O^1 est *om. K* 33 dum dulcis sono *O* 34 et nostrae] et nostra *X*, ex nostra *A*, et nestre *O*, et nostre dignitati M^bZN, e nostra dignitate *E* referuntur] referunt *P*, referentur RA^e 35 uos] nos E^2

XLI.

LUDUIN REGI FRANCORUM THEODERICUS REX.

a. 507

Gloriosa quidem vestrae virtutis affinitate gratulamur, quod gentem Francorum 1
prisca aetate residem feliciter in nova proelia concitastis et Alamannicos populos caesis
fortioribus inclinatos victrici dextera subdidistis. sed quoniam semper in auctoribus
perfidiae resecabilis videtur excessus nec primariorum plectibilis culpa omnium debet
esse vindicta, motus vestros in fessas reliquias temperate, quia iure gratiae merentur
evadere, quos ad parentum vestrorum defensionem respicitis confugisse. estote illis
remissi, qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus est Alamannum 2
acerrimum sic expavisse, ut tibi eum cogas de vitae munere supplicare. sufficiat illum
regem cum gentis cecidisse superbia: sufficiat innumerabilem nationem partim ferro,
partim servitio subiugatam. nam si cum reliquis confligis, adhuc cunctos superasse
non crederis. accipe in talibus causis frequenter expertum: illa mihi feliciter bella
provenerunt, quae moderato fine peracta sunt. is enim vincit assidue qui novit omnia
temperare, dum iucunda prosperitas illis potius blanditur, qui austeritate nimia non
rigescunt. cede itaque suaviter genio nostro, quod sibi gentilitas communi remittere
consuevit exemplo. sic enim fit, ut et meis petitionibus satisfecisse videamini nec
sitis solliciti ex illa parte, quam ad nos cognoscitis pertinere. Quocirca salutantes 3
honore et affectione, qua dignum est, illum et illum legatos nostros ad excellentiam
vestram consueta caritate direximus, per quos et sospitatis vestrae indicium et speratae
petitionis consequamur effectum. quaedam vero, quae ad nos pro vestris utilitatibus
pervenerunt, per harum portitores verbo vobis insinuanda commisimus, ut cautiores
effecti optata possitis victoria constanter expleri. vestra siquidem salus nostra gloria
est et totiens regnum Italiae proficere iudicamus, quotiens de vobis laeta cognoscimus.
Citharoedum etiam arte sua doctum pariter destinavimus expetitum, qui ore manibus- 4
que consona voce cantando gloriam vestrae potestatis oblectet: quem ideo fore credimus
gratum, quia vos eum iudicastis magnopere dirigendum.

LRKPMON(X)E(F)

3 residem] residere OE^1 feliciter] belliciter *E* alamanicos *O*, alemannicos *N* caesis] *scripsi*, causis *libri* 4 dextra OE^1 actoribus *XEF* 5 accessus *O* nec] *scripsi*, qui nec *LRPO*, q** que nec M^a, quia nec KM^bN, quia ex *A*, quin et *XE*, quin etiam *F*: *potest fuisse* neque *(orto errore ex* ne *archetypi) vel* quisque nec omnium] enim *E* esse deb. *O* 6 fexas E^1 merentur] uidentur *K* 8 remissus *MONXEF* qui *om. K* memoralis *O* alemannum *MONXEF* 9 sic] se *R* eum] eum L^1O 10 gentis] g. suae *PA*, gens *O* cec. (cedisse *N*) sup.] sup. cec. A^c part. ferro (caesum *add. Freher corp. Franc. hist. 1613 p. 185 interpolans*) part. seru.] part. seru. part. ferr. *P* 12 in t. c. acc. A^c in talibus] uitalibus *P* feliciliter L^1 13 his *L* uicit *O* 14 ill. prosp. *N* *post* qui *repetit* nouit omnia temporare N^a 15 nostr. gen. suau. *N* sibi *om.* L^1 16 et *om.* PEA^r paticionibus L^a fatis fecisse *L* 17 nos] uos *P* 19 per quos et *(om.* L^1*)*] et per quos et *R* sospitatis] spitatis R^a 20 consequamur *om. O* 22 optatam p. uictoriam *E* constanter *om. N* explere *E* 24 doctissimum (*superscr. m. ead.* uel doctum) *N* 25 glorie uestre potestatem *E* 26 uos] ad uos *A*, *om. E* magno opere *A* dirigentum *P*

LIBER TERTIUS.

I. Alarico regi VVisigotharum Theodericus rex.

inalarico *P*, alario M^tO^1, alaricho F^t

regi *post* uuis. K^t, *om.* F^t

uuisigotarum L^t, u^{i}usgottarum K^1, gotharum (*om.* uuisi) $E^{1(e}$. uuisigatharum X^1, uiusigotharum *E*, uisigotharum F^1, uuisigothorum F^t

II. Gundibado regi Burgundionum Theodericus rex.

gundibaudo R^1X^t, gundibaldo O^1N^1EF, gundibadio K^t

burgundiorum *KEF*, burgudiorum O^1

III. Epistula uniformis talis ad Erulorum regem: ad Guarnorum regem: ad Thoringorum regem Theodericus rex.

ep. un. tal. *om.* K^1A^e, un. tal. *om.* K^t

ad erulorum (herulorum $K^tX^tA^e$, erulocum M^1, ereulorum *E*, curiorum X^1, euirorum F^1, eculorum F^t) regem] herulorum regi A^e

ad guarn. (uuaruorum K^1, guariorum E^1, garnorum X^1, carnorum X^t, granarum N^1, gaiamorum O^1) reg.] guarn. regi A^e, et K^t

ad (et *E*, et ad *F*) thoringorum (*sic vel* toringorum *libri plerique,* thuringorum K^tP^1, turingorum R^t, thorigorum M^1O^1, nualandorum F^t) regem] thoringorum regi A^e, *om.* $L^1R^1K^1$

IIII. Luduin regi Francorum Theodericus rex.

ludum MN^1X^t, luduuin R^t, lòduuin R^1, ludmi F^1, ludeum K^t. indeuuin D^t, lodouico E^1F^t, loduico E^t, *om.* K^1

V. Inportuno v̄. ī. patricio Theodericus rex.

inportuno *vel* importuno *libri*

u. i.] $P^1D^tM^tA^e$, ūi illustri P^t, *om.* *K*

patricio] patri M^1. *om.* $L^1R^1K^1O^1$

VI. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

VII. Ianuario viro venerabili episcopo Salonitano Theodericus rex.

uiro uen. ep. (epo R^t)] ep. uir. uen. K^t, uen. ep. K^1

salonitano] saionitatio D^t, *om. laterculi praeter P et in textu KXEF*

VIII. Venantio v̄. s̄. conrectori Lucaniae et Bruttiorum Theodericus rex.

uenantio *vel* uenancio *libri,* uenanti P^1, uenanno X^t

u. s.] $PD^tMO^1N^1A^e$, *om.* K^1

corr. luc. et bruttiorum *(sic LR,* bructiorum P^1, brutiorum *vel* bruciorum *plerique,* briciorum N^1*) om. K*

VIIII. Possessoribus, defensoribus et curialibus Estunis consistentibus Theodericus rex.

possessoribus *om.* D^t

def. et cur. *om.* *K*

estunis] LRK^1, aestunis A^e, estuuis K^t, etcunis P^t. ettunis D^t, extunis O^1. estimis $P^1MN^1X^1$, oxtiuis X^tEF*: fortasse scr.* Sestini.

existentibus X^tEF

LRKPD(deficit lat., textus adest ab ep. 4 ad 9)MON(in textu inscr. nullae)(X)E(F)

X. Festo v. i. patricio Theodericus rex.
festo] fausto *laterculi et in textu* XEF
u. i.] $P^tO^1A^e$, uiro P^1X^t, *om.* K^1

XI. Argolico v̄. ī. praefecto urbis Theodericus rex.
arbolico P^t
u. i.] $P^tMO^1N^1A^e$, uiro $P^1X^tA^r$, *om.* K
praefecto urbis] praefecto EF, *om.* K^1

XII. Senatui Romano Theodericus rex.
romano] $LRK^tM^1N^1EF^1$, romanae (*om.* urbis) M^t, urbis romae $K^1PO^tXF^t$

XIII. Sunhivado v. s. Theodericus rex.
suniuado K^1P^t, sunhuiado P^1, sunibado M^tN^1, sinibaldo F^1, sunbiuado F^t, sunhuiado E^t, sune K^t
u. s.] $PMO^1N^1A^e$, uiro illustro *(sic)* K^t, *om.* $L^1R^1K^1$

XIIII. Aurigeni viro venerabili episcopo Theodericus rex.
aurieni K, aurigeno P^1O^1, aurigerno P^t, arigerno F^t
uiro uenerabili] uenerabili $L^tR^tK^tO^t$, *om.* K^1
episcopo *om.* A^e

XV. Theodahado v̄. s̄. Theodericus rex.
theodado $L^{1(2)}K^1$, theodohado P^t, theodoado P^1, theodobado N^1, theodahano R^t, theodano L^t, theodahalo X^t, teodobaldo F^t, thedano K^t
u. s.] $M^1O^1N^1$ *et sol. comp.* $K^tXE^tA^e$, ūī P^tM^t, uiro illustri LRO^t, *om.* K^1P^1

XVI. Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.
geniello N^1, gegiello $M^1O^1XEF^t$, segiello F^1
u. s.] PMO^1N^1, *om.* K^1

XVII. Universis provincialibus Galliarum Theodericus rex.
uniuersis *om.* K^t
om. K^1

XVIII. Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.
semello X^t
u. s.] $PO^1N^1A^e$
theodicus L^t
om. K^1

XVIIII. Commonitorium. Danieli Theodericus rex.
commonitocium E^1, comminito O^1, *om.* A^e
daniheli M^t

XX. Trivvilae saioni et Ferrocincto apparitori Theodericus rex.
triuuil(a)e] $L^1R^1K^1P^1M^1X^t$, triullile P^t, triuile N^1, triuiul(a)e $X^1E^1F^1$, triuule E^tF^t, triuili O^1, griuuil(a)e L^tR^t, gruuile M^tO^t, grimodae A^e, gaio K^t
saioni et ferrocincto (forrocincto P^1, ferro accincto R^t) apparitori (apparitoribus $M^1O^1N^1XEF$) *om.* K

XXI. Fausto v̄. ī. Theodericus rex.
u. i.] P^1MN^1, uiro O^1, ūs P^t, *om.* K

XXII. Artemidoro v̄. ī. Theodericus rex.
arthemidoro *plerique*, arthemedoro L^t, artemedoro M^t, art(h)imedoro $M^1N^1X^t$, archemidoro X^1, archimedoro E^tF^1, archimedro E^1, arcemedro K^t, archimidoro F^t, ortimedoro K^1
u. i.] PMO^1N^1, *om.* K^1

XXIII. Colosseo v̄. ī. comiti Theodericus rex.
colloseo E, collosco O^1, colosco F^t, soloseo K^t, closseo F^1
u. i.] $PD^tMO^1N^1$, uiro K
comiti *om.* $L^1R^1M^1O^1N^1XEF$

LRKPD(deficit lat. et textus ab ep. 10 ad 22)MON(in textu inscr. nullae)(X)E(F)

XXIIII. Universis barbaris et Romanis per Pannoniam constitutis Theodericus rex.

per *(om. O)* pannoniam (annoniam L^{t}) const.] propter annam constitutis N^{1}, *om.* K

consistentibus $L^{t}R^{t}M^{t}$, consist**s $O^{t(a)}$*[?]*

XXV. Simeonio v̄. c̄. Theodericus rex.

simeonio *vel* symeonio *in textu omnes praeter* XFA, simeoni *vel* symeoni *laterculi praeter* OE

u. c.] $P^{1}MN^{1}$, uiro comiti $LRX^{1}EF^{t}$, comiti K, uiro illustri comiti O^{t}, u̅.̅ ̅i̅. A^{e}, u̅s̅ $P^{t}O^{1}$

om. F^{1}

XXVI. Osnin v̄. ī. comiti Theodericus rex.

osuin] $L^{t}KP^{t}D^{t}N^{1}X^{t}E$, osunin $L^{1}RP^{1}O^{t}$, osum MO^{1}, osuni A^{e}, osui F^{t}

u. i.] $PD^{t}MO^{1}N^{1}$, *om.* K

comiti *om.* R^{1}

om. $X^{1}F^{1}$

XXVII. Iohanni v̄. s̄. consulari Campaniae Theodericus rex.

u. s.] $L^{t}P^{t}D^{t}O^{1}N^{1}A^{e}$, u̅i P^{1}, *om.* K

consulari] *in textu praeter XF omnes et laterculi KOE*, consiliario *in textu XF et laterculi reliqui*

XXVIII. Cassiodoro v̄. ī. patricio Theodericus rex.

cassiodori K^{1}

u. i.] $PM^{t}O^{1}A^{e}$, uiro $M^{1}N^{1}F^{1}$, *om.* K

princio O^{1}

XXVIIII. Argolico v̄. ī. praefecto urbis Theodericus rex.

agricolo K^{t}, *om.* F^{t}

u. i.] $P^{1}D^{t}MO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* $KP^{t}F^{t}$

urbis *om.* K^{t}

XXX. Argolico v̄. ī. praefecto urbis Theodericus rex.

argolico] a. item $L^{1}R^{1}$

u. i.] $P^{t}D^{t}M^{t}O^{1}A^{e}$, *om.* K

prefecture urbi P^{t}

om. $M^{1}N^{1}$

XXXI. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

senenatui P^{1}

romane P^{1}

XXXII. Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.

geniello N^{1}, camelo O^{1}

u. s.] $MO^{1}N^{1}A^{e}$ *et solutis compendiis* $L^{t}R^{t}K^{1}X^{1}$, u̅i P^{1} *et solutis compendiis* $L^{1}R^{1}$

XXXIII. Argolico v̄. ī. praefecto urbis Theodericus rex.

agricolo K^{t}

u. i.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* K

praefecto urbis] $L^{t}R^{t}M^{t}O^{t}$, praefecto K, patricio P^{t}, *om.* $L^{1}R^{1}P^{1}M^{1}O^{1}N^{1}XEF$

XXXIIII. Massiliensibus Theodericus rex.

messilieusibus L^{t}, masiliensibus K^{t}, massilensibus E^{1}

XXXV. Romulo Theodericus rex.

XXXVI. Arigerno v̄. ī. comiti Theodericus rex.

augerno N^{1}, atigerno E^{1}, trigerno K^{1}, aurigerno X^{t}, arigenno E^{t}

u. i.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* K

XXXVII. Petro episcopo Theodericus rex.

XXXVIII. VVandil Theodericus rex.

uuandil] $L^{1}RPMO^{1}X^{1}EFA^{e}$, uuandel K^{1}, uuadel K^{t}, uualdin L^{t}, uuandiu $O^{t}X^{t}$

XXXVIIII. Felici v̄. ī. consuli Theodericus rex.

u. i. consuli] PM^{t}, uiro illustri consnli (comiti R^{1}) LRO^{t}, ū. ī. comiti A^{e}, *om.* $M^{1}O^{1}N^{1}XEF$

om. K *(ipsa ep. adest)*

LRKPD(deficit lat., de textu adsunt ep. inscr. epp. 26. 27. 29. 30.)MON(in textu inscr. nullae)(X)E(F)

XL. Universis provincialibus in Galliis constitutis Theodericus rex.
uniuersis *om.* *K*
in *(om.* L^1R^1*)* galliis (gallia $E^1F^tA^e$) constitutis] gallie *K*, *om.* P^t

XLI. Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.
geniello N^1. gamello O^1
u. s.] $MO^1N^1A^e$ *et sol. comp.* $LRO^tX^tE^tF$, uiro E^1, $\overline{\text{ui}}$ *P*
om. *K (ep. adest)* X^1

XLII. Universis provincialibus in Galliis constitutis Theodericus rex.
in galliis const.] $M^1O^1EF^1$, galliis const. $LR^tPM^tO^tN^1$, in gallia const. F^tA^e, galliis R^1
om. *K (ep. adest)* X^1

XLIII. Unigis spathario Theodericus rex.
unigi O^1, ungis *K*, urugis N^1, uuigis X^t, uiugis F^t
spart(h)ario $M^1O^1XE^1F^1$, patario K^t

XLIIII. Universis possessoribus Arelatensibus Theodericus rex.
poss. *om.* *K*
arbatensibus K^t, et ar. O^1

XLV. Arigerno v̄. ī. comiti Theodericus rex.
angerno N^1, aurigerno X^t, arigenno E^t
u. i.] $PMO^1N^1A^e$, uiro L^tR^t
om. *K (ep. adest)* F^1

XLVI. Adeodato Theodericus rex.
adedato F^1
thedericus *P (et alibi aliquoties)*

XLVII. Fausto $\overline{\text{ppo}}$ Theodericus rex.
$\overline{\text{ppo}}$] $L^tM^{1(2)t}O^1$, pp* $M^{1(1)}$, praefecto (*om.* praet.) L^1R^1P, *om.* N^1
om. $X^{1(1)}$

XLVIII. Universis Gothis et Romanis circa Verrucas castellum consistentibus Theodericus rex.
un. gothis th. rex *(rel. om.)* *K*
earca $L^{1(a)}$
uerrugas *P*, uerruca L^tR^t, ueruca O^1E, uerrucha F^t, uerucam A^e, carruca N^1, curruca M^1XF^1
existentibus E^tF

XLVIIII. Honoratis, possessoribus, defensoribus et curialibus Catinensis civitatis Theodericus rex.
hon. (ornatum K^t) poss. *om.* $M^{1(1)}$
def. *(ante* poss. F^t*)* et *(om.* O^1*)* cur. (curiabus E^t) *om.* *K*
catinensis *vel* cathinensis *plerique*, catinensi M^t, cathinenensis $P^{1(a)}$, cat(h)eniensis M^1XF^1, cathenies N^1, cat(h)aniensis O^1E^t, chathaniensis E^1, cattaniensis F^t, catanensis A^e
ciuitatis *om.* K^t

L. Provincialibus Noricis Theodericus rex.
nirucis $L^{1(1)}$ *[?]*, norricis K^t, noticis E^tF^t
om. M^1N^1

LI. Fausto $\overline{\text{ppo}}$ Theodericus rex.
$\overline{\text{ppo}}$] MO^1, prefecto (*om.* praet.) *LRKP*

LII. Consulari v̄. ī. Theodericus rex.
u. i.] P^t, $\overline{\text{ui}}$ illustri P^1

LIII. Aproniano illustri viro comiti privatarum Theodericus rex.
apronio P^t, apro *K*, apiano E^1
illustri uiro] uiro ill. N^1A^e, *om.* *K*
comiti priu. *in laterculis solus P, in textu omnes praeter KXEF*

LRKPM(sic ordinans in laterculo: 48. 49. 51. 49. 51. 52. 53, *ut bis adsint* 49. 51, *desideretur* 50)*ON(in textu inscr. nullae)(X)E(F)*

I.

ALARICO REGI VVISIGOTHARUM THEODERICUS REX. *a. 507*

1 Quamvis fortitudini vestrae confidentiam tribuat parentum vestrorum innumerabilis multitudo, quamvis Attilam potentem reminiscamini VVisigotharum viribus inclinatum, tamen quia populorum ferocium corda longa pace mollescunt, cavete subito in aleam
2 mittere quos constat tantis temporibus exercitia non habere. Terribilis est hominibus conflictus, si non sit assiduus et nisi usu praesumatur, concertandi subito fiducia non habetur. absit ut vobis aliquid indignatio caeca subripiat. moderatio provida est, quae gentes servat: furor autem instantia plerumque praecipitat et tunc utile solum est ad arma concurrere, cum locum apud adversarium iustitia non potest invenire.
3 Quapropter sustinete, donec ad Francorum regem legatos nostros dirigere debeamus, ut litem vestram amicorum debeant amputare iudicia. inter duos enim nobis affinitate coniunctos non optamus aliquid tale fieri, unde unum minorem contingat forsitan inveniri. non vos parentum fusus sanguis inflammat, non graviter urit occupata provincia: adhuc de verbis parva contentio est: facillime transigitis, si non per arma vestros animos irritetis. obiciamus quamvis cognato cum nostris coniuratis eximias gentes iustitiamque, quae reges efficit fortiores: cito convertit animos, qui contra se tales
4 sentit armatos. Et ideo salutationis honorificentiam praelocuti legatos nostros illum atque illum ad vos credidimus esse dirigendos, qui vobis et mandata nostra sufficienter insinuent et usque ad fratrem nostrum Gundibadum vel alios reges cum vestra voluntate deproperent, ne videamini eorum inmissione laborare, qui maligne gaudent alieno certamine. avertant enim divina, ut supra vos iniquitas illa praevaleat. commune malum vestrum iudicamus inimicum. nam ille me iure sustinebit adversum, qui vobis nititur esse contrarius.

LRKPMON(X)E(F)

2 parentum *om.* *O* uestrorum inn.] inn. uestrorum *O*, nostrorum inn. *LRKP* 3 uuisigottarum *KO*, uisigotharum A^{c} 4 tantum *O* forcium *P*, ferocia A^{c} subitu L^{1} in aleam] *LRKPA*, in aliam M^{a} *(correctum est manu eadem ita ut primitiva scriptura non agnoscatur nisi data opera)*, in bella $M^{b}ZN$, bella in aliam *O* 6 afflictus *O* sit] assit *N* fid. sub. *E* 7 nobis OA^{c} caeca] certa *O* meditatio *P* 8 instantiam *RK* 9 locum] ad l. R^{1} 11 enim] etenim *E*, *om.* A^{c} nobis *om.* *O* 12 unum *om.* *XF* contingit *N* 13 non] nun M^{b}, num *N* inflamet *O* non] nun M^{b}, num *N* 14 transietis *P*, transitis *N* 15 coniuratas *malim; cf. p. 79,13* 16 iustitiamque] *scripsi*, iusticiam *LRKPE*, iustitia *MONA* reges (regis *O*) eff.] e. r. *R* qui] que $M^{b}N$ 17 sentit] sentis *O*, conuertit *P* leg. n. illum atque *(LKMNXEA^{r}, et reliqui)* illum] i. et ill. l. n. *R* 18 credimus $L^{a}KNA$ 19 fr. n. *post* gund. *E* gundibaldum *ONEF* nostra NA^{c} 20 deproperarent K^{1} 21 aduertant *E* praeualeat] non p *O* 22 uestr. mal. *K* iure me M^{a}

II.

GUNDIBADO REGI BURGUNDIONUM THEODERICUS REX. *a. 507*

Grave malum est inter caras regiasque personas voluntates sibimet videre contrarias et dissimulando spectare, ut de uno aliquid dolendum possit emergere. non sine invidia nostra geritur, si nobis patientibus affinium clade dimicetur. habetis omnes per me pignora magnae gratiae: non est unus ab alio segregatus: si quid in vobis delinquitis, meo graviter dolore peccatis. Nostrum est regios iuvenes obiecta 2
ratione moderari, quia illi, si nobis vere sentiunt displicere quod male cupiunt, audaciam suae voluntatis retinere non possunt. verentur senes, quamvis sint florida aetate fervent. sciant nos adversarios esse contrarietatibus suis et illud velle persequi, ne ab utrisque possit excedi. decet enim nos aspera verba dicere, ne affines nostri ad extremum debeant pervenire. Et ideo illum et illum legatos ad fraternitatem tuam 3
credidimus destinandos, ut, si filio nostro Alarico visum fuerit, ad regem Francorum cum coniuratis nobis gentibus dirigere debeamus, quatenus causa, quae inter eos vertitur, amicis mediis rationabiliter abscidatur. convenit enim tales tantosque reges non inter se lamentabiles rixas quaerere, ut de suis et nos possint casibus sauciare. Qua- 4
propter fraternitas vestra adhibito mecum studio eorum nitatur reparare concordiam: quia nemo potest credere sine nostro voto illos ad haec proelia pervenisse. nisi omnino clareat, ne ad conflictum veniant, nostra potius esse certamina. aliqua vero a praesentium gerulis litterarum sermone vobis commisimus intimanda, ut sic prudentia vestra cuncta componat, quemadmodum consuevit deo iuvante perficere, unde solet diligentissime cogitare.

III.

EPISTULA UNIFORMIS TALIS AD ERULORUM REGEM: AD GUARNORUM REGEM: AD THORINGORUM REGEM THEODERICUS REX. *a. 507*

Superbiam divinitati semper exosam persequi debet generalitatis assensus. nam 1
qui vult opinabilem gentem voluntaria iniquitate subvertere, non disponit ceteris iusta servare. pessima consuetudo est despicere veritatem. credit sibi omnia cedere, si elatum contigerit in abominabili certamine superare. Et ideo vos, quos conscia virtus 2
erigit et consideratio detestabilis praesumptionis accendit, legatos vestros una cum meis et fratris nostri Gundibadi regis ad Francorum regem Luduin destinate, ut aut se de VVisigotharum conflictu considerata aequitate suspendat et leges gentium quaerat aut omnium patiatur incursum. qui tantorum arbitrium iudicat esse temnendum. quid

---

LRKPMON(X)E(F)

2 caras] $KM^{b}ZN$ *coniectura*, curas *libri rell.* que personas *om.* O sibimet] sinere O, *om.* R 3 possit dol. K 4 uobis K 5 ab] sub O 6 nobis O religiosos O 7 illi si nobis] *scripsi*, illis in nobis *LRKP*, illi in nobis *MONXE*, illud in nobis (uobis A^{c}) A dispicere O quod male] qui dum male *XEA* audaciam *om.* O 8 uereantur *EFA* quauis O 9 nos O 10 utisque L^{a}, utriusque O enim *om.* O 12 credimus A si] su L^{1} alario O, inalarico P 14 tantosque reges] uiros tantos reges O, tantosque uiros E 15 saciare N^{a} 16 habito $M^{a}OXF$ reperire X 17 nisi omnino] niso animo O: *fortasse* his *scr. pro* nisi 18 a] ad K^{1} 20 cuncta *om.* X adiuuante O 24 subiam E^{1} generalis O 25 inoppinabilem E 26 est *om.* M^{a} 27 in *om.* E conscia] $L^{2}RKP$, consciti $L^{1}[?]$, conscientiae *reliqui* 29 nostri] uestri O, mei R gundibaldi *KONE* regis *om.* E^{1} luduin] L, luduuin R, luduim $M^{b}NA^{c}$, ludinm M^{a}, ludum P, ludeum K, luduum E, luduunisa X^{2}, ludouicum O, *inc.* X^{1} destinare O 30 uuisigotarum K^{1}, unisigottarum K^{2}, guisigotarum M^{a}, uisigotharum A^{c} conflictu] $R^{2}KPNEA$, conflictum O, conflicto *reliqui* suspendeat E^{1} 31 arbitrium] iudicium *XEF* cumtempnendum O

quaerit ultra, cui offertur absoluta iustitia? dicam plane quod sentio: qui sine lege
3 vult agere, cunctorum disponit regna quassare. Sed melius inter initia perniciosa reprimatur assumptio, ut sine labore perficiatur omnium, quod certamen esse poterat singulorum. recolite namque Eurici senioris affectum, quantis vos iuvit saepe muneribus, quotiens a vobis proximarum gentium imminentia bella suspendit. reddite filio eius gratiam, quam tamen agnoscitis vestris utilitatibus attributam. nam si tanto
4 regno aliquid praevaluerit, vos aggredi sine dubitatione praesumit. Quapropter excellentiam vestram epistulari sermone salutantes per legatos nostros illum et illum praesentium portitores verbo vobis aliqua dicenda commisimus, ut vos, qui nostrum sequimini deo iuvante dispositum, unus complectatur assensus et foris hoc agatis, ne in vestris provinciis dimicare possitis.

IIII.

LUDUIN REGI FRANCORUM THEODERICUS REX.

a. 507

1 Ideo inter reges affinitatis iura divina coalescere voluerunt, ut per eorum placabilem animum proveniat quies optata populorum. hoc enim sacrum est, quod nulla permittitur commotione violari. nam quibus obsidibus habeatur fides, si non credatur affectibus? sociantur proximitate domini, ut nationes divisae simili debeant voluntate gloriari et quasi per alveos quosdam concordiae adunata se possint gentium
2 vota coniungere? Quae cum ita sint, miramur animos vestros sic causis mediocribus excitatos, ut cum filio nostro rege Alarico durissimum velitis subire conflictum, ut multi, qui vos metuunt, de vestra concertatione laetentur. ambo estis summarum gentium reges, ambo aetate florentes. non leviter regna vestra quassatis, si data partibus libertate confligitis. virtus vestra patriae non fiat inopinata calamitas, quia
3 grandis invidia est regum in causis levibus gravis ruina populorum. Dicam libere, dicam affectuose quod sentio: impatiens sensus est ad primam legationem arma protinus commovere. a parentibus quod quaeritur, electis iudicibus expetatur. nam inter tales viros et illis gratum est dare, quos medios volueritis efficere. quid de nobis vos ipsi aestimare poteritis, si nos intentiones vestras reliquisse cognoscitis? absit ille conflictus, ubi unus ex vobis dolere poterit inclinatus. abicite ferrum, qui in meum
4 pugnare vultis opprobrium. Iure patris vobis interminor et amantis. ille nos et amicos nostros patietur adversos, qui talia monita, quod non opinamur, crediderit esse temnenda. quapropter ad excellentiam vestram illum et illum legatos nostros magnopere credidimus dirigendos, per quos etiam ad fratrem vestrum, filium nostrum regem Alaricum scripta nostra direximus, ut nullatenus inter vos scandala seminet

LRKP(D incipit ab ep. 4)MON(X)E(F)

2 melius] melius est ut *A* 3 deprimatur *O* esse poterat] esse non p. P^{a}, pot. esse *OE* 4 namque *om.* O^{1} eurici *E*, henrici *A* saepe] semper *MONXEA* 5 numeribus *P* nobis *O* redidite N^{a} 6 tamen] tantum *A* 7 praesumet *A* 10 unus] unus nos *libri praeter* O^{1}*EA* ages O^{1} 11 uestra prouincia N^{a} *post* possitis *pagina reliqua et sequens tota vacuae manserunt, finiente ibi quaternione, in P* 13 ideo] *LRKPDO*A^{r}, adeo *MNXE*A^{e} calescere *E* 14 pop. opt. R^{a} 15 obdibus M^{a} 16 proximitate] proximi *R* nationes] nouacione *O* 17 consordiae M^{a} 19 rege *(om. O)* alarico] inalarico rege *P*, al. rege A^{e} 23 est inu. *E* grauis] grandis *O* 24 prot. arma mouere A^{e} 25 quod] ** quod L^{1} expectatur *KE* 26 illis] *LRKPD*M^{a}*[?]*A^{e} *et Garetii Remensis, recte puto (illi quos medios efficere volueritis ii sunt, a quibus iudices petuntur, scilicet ipse Theodericus),* illos M^{b}*[?]ONXE* uol. med. *E* uobis *E* uos] uosmet M^{a}, *recte puto* 27 poteritis *R* uos *E* nostras *O* relinquisse L^{1}, deliquisse *O* 28 dolere] *LP*, doleri *RKD*, deleri *MONXEA* 29 multis *K* uob. patr. *O* interminor] incomminor E^{1} ille nos (nos *P*)] n. i. *R* 30 uestros A^{e} opinamur] putamus *O* credidit *O* 31 tenenda M^{a} ad *om. O* 32 magno opere *KA* etiam *om. O* fr. uestrum (nostrum *O*) fil. nostr.] fr. nostr. fil. uestr. *E* 33 regem alaricum] alarium regem *O*, alari** (*om.* regem) *P* nullatenus] ne *O* nos *R*

aliena malignitas: sed in pace perseverantes, quae sunt mediis amicis placabiliter finire
debeatis. Per eos etiam et verbo vobis aliqua dicenda mandamus, ut gentes, quae 5
sub parentibus vestris longa pace floruerunt, subita non debeant concussione vastari.
illi enim credere debetis, quem vestris utilitatibus arridere cognoscitis, quoniam qui
vult alterum in praecipites casus mittere, cum certum est fideliter non monere.

V.

INPORTUNO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 509/511*

Si te aut nobilitas sola decoraret aut meritorum tantum laude polleres, conferendas 1
forsitan dignitates dilatione probabili libraremus, ne magna vilescerent, cum simul omnia
funderentur. nunc autem cum te universa facto agmine comitentur nec desit uni quod
praedicatur in plurimis, convenit iustitiae nostrae, ut, cum tu copiosa bona protuleris,
uberrime te repleat munificentia principalis. Non enim crescendi vobis hic ordo qui 2
multis est: paulatim provehi mediocris probatur esse virtutis, dum morosius agnoscitur
quod sub lenitate praeparatur. saltu quodam se tendit vestra prosperitas solaque a
vobis perfectio quaeritur, cum vobiscum multa nascantur. elaboratae sunt enim longa
aetate vestri generis dignitates, quae notissimo quodam habitaculo lares in vestra
posuere familia. Nam, ut prisca saecula transeamus, quae affatim viros visa sunt 3
proferre praecipuos, gemino radias patris ac patrui decore conspicuus: qui non solum
ornamentum familiae suae, sed ipsi decus senatui praestitere: modernis saeculis moribus
ornabantur antiquis: bonitate praediti, constantia gloriosi, in amicitiam proni, ad odia
sumenda difficiles. ita, quod maximum felicitatis genus est, cum multae probarentur
esse potentiae, invidiam illos persequentium contigit non habere. Pendebant quin 4
immo circa eos anxia vota civitatis, crescens supra privatos publicus amor. eorum
senatus animum, eorum sequebatur turba propositum: et necesse erat Romam velle
quod cuncti videbantur optare, miroque prosperitatis eventu firmum circa eos custo-
diebat arbitrium voluntas vaga populorum, quod inter ceteras dignitates munus iudica-
mus esse praecipuum. nam si paucorum amor iuste iam gloria est, tantae civitatis
affectus quod potest habere praeconium? proinde sicut omnia ingrata videntur obscura,
sic generaliter dilecta praeclara sunt. Tot igitur parentum laude decoratus tu etiam 5
morum luce conspicuus sume post consulares fasces emeritos patriciatus insignia,
tuarum munus plenarium dignitatum et cani honoris infulis adultam cinge caesariem,
qui meritorum laude aetatis praeiudicia superasti. cur enim tardo evenirent praemia,
cui tot generis suffragabantur exempla? eligitur quippe in te nascendi laus, vivendi
gloria: et cum multa trahas ab antiquis, meruisti placere de propriis. Ab ipso quippe 6
vitae principio, quod inter adulantium greges rarum solet esse, nobilibus studuisti fidem

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 sunt] sunt inter uos *LRKA*: *requiritur* quae sunt dubia *similiare* 2 al. uob. *N* mandauimus *MONXEA* 5 alterum] alium A^e in *om. K* fideliter *om.* R^1 7 si] ui K^a laud. tant. *PD* 8 dilatione probabili] dignatione laudabili *R* libraremus] differentes l. *PD* 9 fundarentur L^1D, franderentur *O* fato E^1 committentur *K* nec] ne M^aN 10 pluribus A^e 12 mediocribus *E* uirt. esse R^a mosius L^a 13 leuitate *MONXEA* praestatur *A* a uobis qu. perf. *PD*, perf. a uob. qu. A^e 15 nostri *K* 16 posuerunt *MNXE* sunt uisa *MNXEA* 17 praeferre *E*, perferre A^e radians *O* 18 ornatum *E* suae *om. XF* praestitit *O* modenis L^1 19 amicitia *libri* 20 sumenda] summa *N* maxime *XEF* gen. fel. est *R*, fel. est gen. *N* 22 publicos *O* 23 turba *om. N* 25 iudicatur P^a[?] 26 gloria] amor R^1 27 uid.] uid. esse M^a 28 praecl. dil. *XEF* tu] tum *DX*, tuorum *E*, tot A^e 29 perspicuus *E* 30 inf. hon. *K* 31 praeiudicia] praeuidentia *E* tardo euenirent] euitarent tardo euenirent *O*, eue tardo euenirent *M*, euenirent tardo *XEF* praemia] praeconia *E* 32 suffragantur *E* ueuendi *P* 34 principio] primordio *E* ratum *K*

virtutibus exhibere. atque ideo instituti tui firma vestigium, ut qui primaevus gloriam consecutus es, florentibus annis gloriosis honoribus augearis. inspice denique, quanta tuorum praecipua laude decoreris. culpae genus est non te fecisse quod summum est. de maturitate quippe tua multo debent venire meliora, qui in aetate tenera te novimus fecisse praedicanda. confidimus enim nec tui generis institutum nec nostrum circa te errare posse iudicium.

VI.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 509/511

1 Gratum quidem nobis est, patres conscripti, personas novas ad honorum celsa
perducere. delectat peregrini germinis viros gremio Libertatis inserere, ut variis
frondescat senatus aula virtutibus. ornat enim talis multitudo conventum et laetam
reddit faciem publicam honorata frequentia. sed multo nobis probatur acceptius,
quotiens dignitatibus reddimus qui de ipsa curiae claritate nascuntur. quia non sunt
de vobis examina nostra sollicita, dum praeiudicata bona transfunditis qui merita cum
luce praestatis. origo ipsa iam gloria est: laus nobilitati connascitur. idem vobis est
dignitatis quod vitae principium. senatus enim honor amplissimus vobiscum gignitur,
2 ad quem vix maturis aetatibus pervenitur. Haec licet de vobis omnibus veraciter
iudicemus, ut ordinis genium complectatur gratia senatorum, maxime serenitatis nostrae
luminibus Deciorum sanguis irradiat, qui tot annis continuis similis splendet claritate
virtutis: et quamvis rara sit gloria, non agnoscitur in tam longo stemmate variata.
saeculis suis producit nobilis vena primarios: nescit inde aliquid nasci mediocre: tot
probati quot geniti, et, quod difficile provenit, electa frequentia. en pullulat ex uno
germine quadrifarium decus, honor civium, gloria generis, augmentum senatus, qui
quamvis fulgeant communione meritorum, invenies tamen quem possis laudare de
3 propriis. Respicite certe iuvenem per formae gratiam, mentis pulchritudine plus
placentem. refert facie sanguinis decus, proditur animi natura per vultum et serenitate corporis nubila quoque mentis abstergit. verum haec naturae bona litterarum
decoravit insignibus, ut cote magnarum artium detersus mentis penetralibus plus
luceret. in libris veterum Decios cognovit antiquos nobilemque progeniem gloriosae
4 mortis beneficio viventem. Felicissimus profecto studiorum labor, cui priscorum carmen
contigit discere per parentes et de avita laude primordia teneri pectoris erudire. libet
referre quam magno tunc spectaculo totius scholae in eum convertebatur aspectus:
quasi cum audiret parentem, illa mox intendebat heredem quaerens, ut quae auctorem
5 cognoverat dicere, per huius posset similitudines approbare. Nam sicut indigna
posteritas laudes antiqui generis abnegat, ita praeclara de patribus egregie dicta confirmat. creditum est de his omne quod legitur, dum praeconia veterum praesens docuit

LRKP(D)MON(X)E(F)

1 ideo *om. K* 3 laude praec. A^{e} deceris P^{a} 4 multorum *XF* debetur *O* qui] quia *Krusch* 5 nouissiums K^{1} 8 est *om.* E^{1} 9 producere OA^{e} geminis M^{a} iuferre *O* 11 prob. nobis N^{a} 12 qui] quae *N* 14 connascitur] cum nascitur *M*, coniuugitur et connascitur (cum nascitur *D*) *PD* nobis $L^{b}O$ 15 odor O^{a} nobiscum A^{e} 16 maturibus *O* peruenitur *om. O* ueriter M^{a} 18 similis] *LRKPD*, simul *MONXEA* spendet *O* 19 rara] *DMONXA*, rari *LRKP* stegmate *E*, fremate *O* 20 suis saec. *PD* uasci med. al. *PD* 21 quod] quid *O* difficile pronenit] raro contigit (contingit *D*) *PD* electa] elata L^{1} en] em *O* ex uno] eximio E^{1} 22 generis] grauis *O* 23 fulgeat A^{e} meritorum] multorum E^{2} 24 mentis] multis N^{a} 25 refer *O* tacies *KEF* sauguis *O* producitur *EF* 26 nubila] nedula *O* 27 cote] pote *KMONXE* magistrarum *A* detersus] detersis *A*, disertus *X*, dispertus *E* penetrabilibus *E* plus *om. K* 28 proieuiem *O* 30 laud. au. *P*, au. laude laude *D* 31 schoce *N* 32 quasi] *scripsi*, quem $MONXE^{1}$, quas *LRKPD*, que E^{2}, qui A^{e} 33 posse *K* post. indigne *E* 34 dicta] dona A^{e} 35 de his] his de P^{a}

vena virtutum, in auditorii officina ingeniorum flamma recalente. his quidem formabatur
exemplis, sed domesticis felicius producebatur imperiis. Subtracto enim solacio maritali 6
onus regendi mater gloriosa suscepit, quam nec ampla patrimonii cura nec tot filiorum
potuit turbare custodia. aluit nutrimentis, auxit patrimoniis, ornavit honoribus et quot
edidit familiae iuvenes, tot reddidit curiae consulares. haec igitur rimator morum
noster sensus inspexit, qui etiam bonum domesticae virtutis inquirit, ut inter privata
laudatis publica debeat ornamenta largiri. Atque ideo, patres conscripti, illustri et 7
magnifico viro Importuno patriciatus culmen indulsimus, ut vester coetus, sicut pullulat
sorte nascendi, ita et fascibus possit augeri. impendite parenti gratiam, adunate sen-
tentias: vestra est indoles, quam probamus. habetis certe quod vobis ingeniosa laude
tribuatis, si amore necessitudinum publicum faciatis esse iudicium et quod pro naturae
caritate dependitur, collatum nostris iussionibus aestimetur.

VII.

IANUARIO VIRO VENERABILI EPISCOPO SALONITANO THEODERICUS REX.

a. 507|511

Omnes quidem iustitiam colere et observare praecipimus, sed eos maxime qui 1
divinis honoribus eriguntur, ut supernae gratiae fiant proximi, dum a terrena fuerint
cupiditate longinqui. Iohannes itaque flebili nos allegatione pulsavit sanctitatem vestram
a se sexaginta orcas olei ad implenda luminaria suscepisse, quarum pretium sibi postulat
oportere restitui. bonum quidem votum, si tamen non ibi aliquid misceatur adversum.
Nam licet ubique deceat iustitiam custodiri, in illis rebus maxime necessaria est, quae 2
divinis obtutibus offeruntur, ne putemus ignorare deum, unde accipiat, si fraudatis
oblationibus adquiescat. et ideo, si veram querimoniam cognoscitis supplicantis, con-
sideratione iustitiae, quam sancta lege praedicatis, facite quae iure debentur sine tardi-
tate restitui: quatenus nullus ingemiscat illata sibi per vos fuisse dispendia, quos decet
potius praestare iuvamina. quapropter studete, ut, qui non soletis pro rebus magnis
excedere, nunc non videamini, quod absit, in parvitate peccare.

VIII.

VENANTIO V̄· S̄· CORRECTORI LUCANIAE ET BRUTTIORUM THEODERICUS REX.

a. 507|511

Iustitiae ratio persuadet ab unoquoque postulari quod ei constat iniungi et 1
pecunias publicas instanter quaerere, ne debitorem neglectus debeat ingravare. nam
si remissio in ammonitionibus veniat, cunctos necesse est contemptus involvat. et
quodam modo nascitur de pietate crudelitas, si quem neglegis ammonere, postea cogaris

LRKP(D)MON(X)E(F)

3 regendi] regni *N* 4 ornauit] honorauit *K* honoribus] moribus *MONXEA* 5 haec] hoc *N* rimator] amator *K* 7 laudis *E* debeat *om. O* atque] at *MOXE*, ac *N* 8 noster A^c 9 posset argeri *O* sententias] *LRK*A^c, sententiam *reliqui* 10 probabamus *O* nobis *OEA* 11 quod *om.* K^1 15 colere et] col** (*om.* et) K^1 16 honoribus *om. K* exiguntur *E* cup. fuer. *R* 17 ataque R^1 nos *om. O* 18 a se] ab eo *P*, ad *D*, a* M^a, *om. X* 19 tamen *om. O* ibi al. non *E* aliquod *R* misc.] non misceatur M^a 20 deceat iustitiam] doceat i. *P*, insticia debeat *O* rebus *om. O* quae] tamque *O* 21 offeruntur] feruntur *O* 23 sancta *om. O* iuste A^c 24 docet *O* 25 iuuamine L^1 pro rebus (p. r. *bis P*) magnis] pro magnis (magis M^a) reb. *MONXEA* 26 nunc non] *scripsi*, nunc *plerique*, non *XE* uideramini *O* quod] quidem *K* in paruitate] impratate *O* 30 instanter] instant *P* 31 si *om.* M^a cunctis P^a est] est ut *A* inualuat *N*

exigere. utilis ergo cura est praedicere, quando et occasio subtrahitur delictis et locus
2 emundatur illicitis. Quapropter illustris viri comitis sacrarum largitionum suggestione
comperimus pridem tibi secundum morem veterem exactionem binorum et ternorum
fuisse delegatam. unde te praesentibus commonemus affatibus, ut secundum canoni-
cariae fidem tempora debeas constituta complere, ne, quicquid dispendii assis publicus
sustinuerit, de proprio exsolvere tu cogaris, a quo nec tantae iussioni est habita
reverentia nec fides suae promissionis impleta.

VIIII.

POSSESSORIBUS DEFENSORIBUS ET CURIALIBUS ESTUNIS CONSISTENTIBUS THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Propositi quidem nostri est nova construere, sed amplius vetusta servare, quia
non minorem laudem de inventis quam de rebus possumus adquirere custoditis. proinde
moderna sine priorum imminutione desideramus erigere: quicquid enim per alienum
2 venit incommodum, nostrae iustitiae non probatur acceptum. In municipio itaque
vestro sine usu iacere comperimus columnas et lapides vetustatis invidia demolitos: et
quia indecore iacentia servare nil proficit, ad ornatum debent surgere redivivum quam
3 dolorem monstrare ex memoria praecedentium saeculorum. Atque ideo praesenti
auctoritate decernimus, ut, si vera fides est suggerentium nec aliquid publico nunc
ornatui probatur accommodum, supra memoratas platonias vel columnas ad Ravennatem
civitatem contradat modis omnibus devehendas: ut conlapsis metallis oblitterata facies
reddatur iterum de arte pulcherrima et quae situ fuerant obscura, antiqui nitoris
possint recipere qualitatem.

X.

FESTO V̄· Ī· PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Decet prudentiam vestram in augendis fabricis regalibus obtemperare dispositis,
quia nobilissimi civis est patriae suae augmenta cogitare, maxime cum sit studii nostri
2 illa decernere, quibus cunctos notum est sine suis dispendiis oboedire. Atque ideo
magnitudini tuae praesenti ammonitione declaramus, ut marmora, quae de domo Pin-
ciana constat esse deposita, ad Ravennatem urbem per catabolenses vestra ordinatione
dirigantur. subvectum vero direximus de praesenti, ne aut mora nostris ordinationibus
proveniret aut laborantes aliqua detrimenta sentirent.

LRKPD(deficit v. 14 in sine*)MON(X)E(F)*

1 ergo cura est] ergo est cura *P*, est ergo cura D^{b}*MNXEA*, est cura D^{a}, ergo cura (*om.* est) *O* praedicare *K* quando et] et quando *R*, et quando et N^{a} 2 emundatur] *scripsi*, (a)emendatur L^{t}*PD*M^{a}*ZN*, non emendatur L^{v}*R*, non datur *K*M^{b}*XEA*, tantum emendatur *O* sacrum *O* largionum *K* 3 compimus *K* secundum morem veterem] sermonem ueterum *O* exactione *N* et ternorum] aeternorum L^{1} 4 monemus *O* canonicarae L^{1}, canonicam *E* 5 fidei *A* temperata *O* complectere P^{a} nec *O* 6 tu *om.* *RPD* iussioni est hab.] iussione hab. *O*, uisioni hab. est *K* 7 suae] tu(a)e *PD* 10 est] e. sed K^{a} amplioris *E* conseruare *R* 11 de inu. quam] de inu. E^{1}, quam de inu. E^{2} adquirere *post* cust. N^{a} custodis *N* 12 priorum] priscorum *N* 13 itaque *om.* N^{a} 14 nostro *PEF* 15 quam] antequam *MONXE* 16 dolorem] decorem *O* saeculorum] populorum *K* ideo *om.* P^{a}*O* 17 suggerentum A^{e} nunc *om.* *N* 18 platomas *N*, platonas A^{e} uel] et *P* rauennatam *N* 19 *post* ciuitatem *fortasse ins.* vestra contracladat K^{2}, contrahat *A*, *inc.* K^{1} omn. mod. *P* cum lapsis M^{a} 20 arce *E* 21 possit *N* 23 augendis] geudis *O* dispotis L^{a} 25 cunctis E^{2} notum *K* est *om.* K^{1} 26 pintiana *R*, pincia K^{1} 27 disposita *E* rauennatam *N* catabuleuses *M*, cathalilenses *E* 28 mora] nora *O* uestris *O*, nostra *X*

XI.

ARGOLICO V·I· PRAEFECTO URBIS THEODERICUS REX. *a. 510/511*

Optamus cunctum diem plenum beneficiis nostris excurrere: optamus ubique 1
praestita nostra radiare, quia in aevum vivit quod munificentia principalis indulserit.
quid enim tam regium quam fecisse felicem et eo usque praestare, quo se erectus
stupeat attigisse? beneficia siquidem sunt, quae regna sublimant et libertatis dominus
iugiter potest crescere, si sibi subiectos studeat ampliare. hoc mansuetudinis nostrae
glorioso proposito, quoniam generalitatem patrio fovemus affectu, per indictionem
quartam praefecturae urbanae infulas tibi copiosa liberalitate largimur, ut paternis
honoribus successio clara laetetur et sub nobis possit proficere quicquid meruit ad
nostra saecula pervenire. Circuminspice itaque quam magnum sit primordiis tuis 2
canam Romam potuisse committi, ut in illo amplissimo coetu iudicis videaris eminere
suggestu, ubi est arduum vel ipsum obtinere collegium. stude ergo, ut a meritis tuis
exigere possis quod nos praestitisse cognoscis. avara fuge, iusta sequere, modesta
dilige, iracunda contemne. Quid erit suavius quam in illa turba summorum nobile 3
protulisse iudicium, ubi tot patriciorum corda provocantur ad gratiam, ubi bonum
factum celebretur ore sapientum? nusquam maiore laude virtus agitur, quam si recte
Roma tractetur. quas divitias aestimes aptiores quam in oculis senatus conscientiae
pretiosam gerere puritatem et ante ipsum Libertatis gremium nullis vitiis esse
captivum? Viderimus, reliqui fasces qua gloria censeantur: urbanus praesul dignitas 4
est honorum. non patitur claritas illa committere, quod possit nobilis turba nescire.
locatus in medium cunctorum ad se trahit aspectum et totius vitae iudicium promulgat
fama populorum. haec te et animo concipere et rebus evidentibus explicare credibile
apud nos faciunt studia litterarum. ubi cognovisti omne quod deceat et ad usum vitae
gloriosae animum, doctorum nimirum institutione, formasti. Fugiat ergo doctrina 5
delictum. indocilis est animi ad vitia trahi: aedificatus libris locum non relinquit
iniuriis. ubi in teneris annis adquiritur, quod matura aetate servetur. ad tramitem
recti hortentur te tuorum facta seniorum, ammoneat lectionis auctoritas, deinde iudicii
nostri electio gloriosa, ut maiora sumere de nobis possis, cum te ea quae commisimus
implere cognoveris.

XII.

SENATUI ROMANO THEODERICUS REX. *a. 510/1*

Amamus, patres conscripti, dignitates eximias de nostra benignitate nascentes. 1
publici enim decoris mater est mens regentis et quale fuerit dominantis arbitrium.

LRKPMON(X)E(F)

2 excurrere *om. O* 3 aeuum] eternum *E* principalis] regalis *M(superscr. m. ead. principalis)OZN* 4 quos *N* 6 stud. subi. *P* ampliare* R^1 7 quoniam] *scripsi*, quem *libri plerique*, quam *K*, quem gratia *A*, *om. R*, quo *Meyer* generalitatis *MONXEA*, *om. P* 9 honoribus] monitis *E* posset *E* 10 circuminspice] LR^aPMON, circumspice R^bKXEA primordium *O* tuis *om. MONXEF* 12 uel *om. R* a meritis tuis ex.] a mer. ex. (*om.* tuis) *LR*, ex. a multis *K* 13 cognosces L^a sequere] quaere *D* 14 iracundia K^1, iracundiam *E* quid] quod *LR* summ. turb. *E* 16 sapientium *PO* nunquam XEA^e uirtutis *A* si *om.* L^1 18 paritatem O^a 19 uidemus *A* 20 nescire] sentire *O* 21 aspectus N^a 22 euidentibus *om. O* 23 doceat *O* 24 institione K^1 25 ad] ado N^a uitia] iudicia *O* relinquat *K* 26 iniuriis] in iudiciis *O* matura] in matura *P* ad tramitem ... 27 seniorum *om. O* 27 nostri iud. *O* 28 de nob. sum. *MONXEA* 29 imples *O* 31 amamus] maximus *E* 32 decoris] doctores *K* est] eius *K* dominantis *bis* N^1

talem parit libertatis aspectum. facilius est quippe, si dicere fas est, errare naturam
quam dissimilem sui princeps possit formare rem publicam. hinc est quod cupimus,
ut perpetuis honoribus fulgeatis, quia quicquid de vobis fama loquitur, nostris insti-
tutionibus applicatur. nam cum omnia celsa mereamini, nostram invidiam tangit, si
2 quid vobis fortasse defuerit. Proinde, quod felicibus sanciatur auspiciis, illustrem
Argolicum praefecturae urbanae dignitate promovemus, ut et ille augeatur fascibus et
vobis tanti iudicis minime subtrahatur ornatus. scitis enim saepe ex hac familia viros
enituisse praecipuos. recordamini provecti avum praefecti dogmatis honore ditatum,
cuius innoxiam facundiam fora mirata sunt. studuit vero, cum abundaret eloquio,
sciens dicendi peritum debere esse puritate conspicuum. his meritis ad honorum
celsa perductus, largitiones sacras protexit fida custodia. implens etiam doctrina quam
susceperat magisterii dignitatem, ita in utroque laudatus, ut in singulis crederetur
3 esse praecipuus. Accedit etiam provecti nobilissimus pater, qui comitivae privatarum
infulas nullius calumniae acerbitate profanavit, qui affectans famae commoda, pecuniae
neglexit augmenta et, quod rarum virtutis exemplum est, his egit temporibus con-
tinentem, quibus crimen avaritia non habebat. principis enim propositum facit aut
neglegere iudices aut amare virtutes. tot igitur originis documenta praemittens
credamus bona de nobili: quia laudabilis vena servat originem et fideliter posteris
tradit, quae in se gloriosa transmissione promeruit. favete ergo, patres conscripti,
vestris dignitatibus consecrato, ut ad maiora virtutum desideria concitetis quos nos
munerum provocamus exemplis.

XIII.

SUNHIVADO V̄· S̄· THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Laborum tuorum longa servitia et exploratae fidei multa documenta hoc nobis
iudicium tradunt, ut qui tuos animos moderatus es, nunc alienis moribus praeferaris
et praestes provinciae disciplinam, qui privatus amasti continentiam. is enim potest
alios bene regere, qui se studuit sub decore tractare. Samnitarum itaque supplicatione
permoti hoc remedio laborantibus credidimus subvenire, si spectabilitatem tuam iubere-
2 mus ad finienda iurgia proficisci. Unde nunc enitere, ut tam bono iudicio laudabili
respondeas instituto, aptumque te nostris praebe mandatis, qui hactenus propria sponte
placuisti. intra provinciam itaque Samnii si quod negotium Romano cum Gothis est
aut Gotho emersit aliquod cum Romanis, legum consideratione definies, nec permittimus
discreto iure vivere quos uno voto volumus vindicare. censebis ergo in commune,
quae sunt amica iustitiae, quia nescit personas respicere qui meram cogitat aequitatem.

LRKPMON(X)E(F)

1 tale *O* est] enim *O* fas] nefas E^{a} 2 princeps possit] principes possit *L*, principem posse *E* est *om. O* 3 quicquid *om.* E^{1} fama *(om. O)* loq.] l. f. *P* 4 amplicatur *L* celsa] excelsa E^{a} inu. nostr. *E* 5 nobis *O* sanctiatur *LROX*, sanctiantur *K*, sauciatur *P* illustre *O* 6 fascibus ... 7 ornatus *om. O* 7 minime] minimis E^{1} sepe *bis N, om. O* 8 praefecti] $LR^{b}PONA^{r}$, profecti R^{a}, perfecti $K(M)EA^{e}$ docmatis *K* 9 innosciam *O*, maximam A^{e} forma E^{1} mirati *O* 10 deb. esse dic. per. *E* 11 fida prot. A^{e} qua *P* 13 praecipuus] perspicuus *E*, conspicuus et praecipuus *P* accidit *MN* 14 insulas L^{1} ac. cal. A^{e} affenctaus *O* 15 parum *P* egit] egit se *A* 17 organis *K* promittens A^{e} 18 laudabilis] $K^{2}MONXEA$, laudabili $LRK^{1}P$ 19 transmittere *O* 20 ad *om. N* concidetis K^{a}, conciteris *O* quos] quem *E* 21 munerum] numerum *O*, nimirum *XEF* 23 tuorum] seruorum tuorum K^{1} longissima *N* haec *O* 24 indicium *MON* praeferaris] *immo* praeficiaris 25 praestes] pares *E* 26 decore] equitate E^{1} sannitarum A^{e}, sanitarum *O* 27 commoti *E* lab. credidimus (credimus *MONXEA*)] cr. lab. A^{e} subueniri *KA* iubemus *O* 28 iurgia] negocia *K* tam] eam E^{1} 29 te nostris] n. te $P^{b}E$, nostris te nostris P^{a}, nostris (*om.* te) *O* 30 itaque prou. A^{e} samnii A^{e} ramano *N* cum *om. R* 31 emerserit *KA* desinies L^{1} 32 discreto] indiscreto $K^{2}A^{e}$ uiu. iure *O* uno uoto] innouato *O*, uno iudice E^{2} uindicata *O* 33 qui] que L^{1} miram *P*

XIIII.

AURIGENI VIRO VENERABILI EPISCOPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Quamvis iudicio vestro credamus omnia facinora displicere, maxime a vobis confidimus exsecrandum quod matrimonii genialis impugnat affectum. quibus enim animis a continentibus accipitur, quod etiam laicorum detestatione damnatur? Iulianus itaque nobis lacrimabili aditione conquestus est uxorem suam vel res a vestris hominibus iniusta usurpatione pervasas. unde si veram petitionem supplicantis agnoscitis nec se rationabiliter pulsatus absolvit, in auctorem facti sine aliqua tarditate resecate. malum enim cum perseverat, augetur, et remediale bonum est in peccatum accelerata correctio.

XV.

THEODAHADO V̄· S̄· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Iniuria quidem nostra est laesa iustitia, quia violationes earum rerum merito ad nos trahimus quas amamus. unde illud maxime inultum esse non patimur, quod in contemptum nostrae iussionis constat admissum. quae enim praesumptio plectenda non audeat, si sacrae iussionis reverenda contemnat? ideoque illum, quem dudum ad viri illustris Sonae iudicium decrevimus convenire isque se inveterata calliditate subtraxit, examini vestro committimus audiendum, ut finem detis iurgio plectibili machinatione dilatato. praestate itaque audientiae curam, ut iustitiae vobis crescat opinio, quando pro remedio causantium committuntur vobis ambigua iurgiorum.

XVI.

GEMELLO V̄· S̄· THEODERICUS REX.

a. 508

Firmum est iudicium cuius tenetur exemplum, nec locus ambiguitati relinquitur 1
ubi experimenta probabilia suffragantur. exploravimus efficaciam tuam per diversos
industriae gradus, sed uni parem meruisti gratiam, variis actionibus aequaliter approba-
tus. Hinc est quod praesenti tempore in Gallias nobis deo auxiliante subiectas vicarium 2
te praefectorum nostra mittit auctoritas. unde perpende qualia de te videamur habere
iudicia, quando ad illos populos mitteris corrigendos, quos nostris laudibus specialiter
credimus adquisitos. cara est principi gloria et necesse est de illis amplius esse
sollicitum, unde sibi triumphorum venisse sentit augmentum. Age igitur mandata, si 3
cupis in te proficere nostra iudicia. turbulenta non ames: avara declina, ut talem te

LRKPMON(X)E(F)

3 nostro *MONXE* omn. cred. *X* dispicere *O* a *om. R* nobis *XE* confundimus K^1 4 obsecrandum *XE* patrimonii *P* genialis] generalis E^1 impugnat *om.* O^1 5 laicorum] a laicorum (laic** R^a) *R* 6 uel] et K^2 7 iui. us. peruasas (inuasas K^2)] peru. ini. us. *P* 8 actorem *MONXEF* tarditate aliqua *A* 9 augentur P^a remediale] *LRMNX*, remediabile *KPOEA* acelera K^1 correptio E^1 11 est nostr. *P* 13 amissum *MN* 14 contempnatur M^a 15 sonae] persone *ON* isque] hisque *P*, is qui *MN*, qui se *XE*, qui *A* inueterate L^a, inuenta A^c calitate *E* 16 plectabili *O* 17 dilatato] *LRPXEA*r(1), dilato *KMONA*r(2)c 18 uob. comm. *XEF* 20 pirmum *R (errore miniatoris)* ambiguitate O^a relinquitur] committitur (*superscr. m. 1* uel relinquitur) *N* 21 exploramus *P* efficaciam *bis scr.* R^1 22 uni parem] imparem K^1, non imparem *XEA*: *malim* ubivis parem 23 deo aux. nob. *P* subiectas] subst**tas (*fuit fort.* substratas) M^a, substitutas M^b*OZ et Remensis Gareti*, subiugatas *XE*, *om. N* 24 perfectorum *O* *post* nostra *repetit* te *R* 25 regendos *N* spiritaliter *X* 27 sent. ven. agmentum *[sic]* *P* 28 prof. in te nostr. iud. *P*, in te nostr. prof. iud. *O* non] ne *P*

iudicem provincia fessa suscipiat, qualem Romanum principem transmisisse cognoscat. desiderat viros egregios coacta cladibus suis. effice ut victam fuisse delectet. nihil tale sentiat, quale patiebatur, cum Romam quaereret. abscedat omnis de calamitate tristitia: serenetur tandem nubilus vultus. nunc illam gaudere convenit, cum ad sua vota pervenit.

XVII.

UNIVERSIS PROVINCIALIBUS GALLIARUM THEODERICUS REX.

a. 508

1 Libenter parendum est Romanae consuetudini, cui estis post longa tempora restituti, quia ibi regressus est gratus, ubi provectum vestros constat habuisse maiores. atque ideo in antiquam libertatem deo praestante revocati vestimini moribus togatis, exuite barbariem, abicite mentium crudelitatem, quia sub aequitate nostri
2 temporis non vos decet vivere moribus alienis. Proinde de necessitatibus vestris innata nobis mansuetudine cogitantes, quod feliciter dictum sit, spectabilem virum Gemellum, vicarium praefectorum, fide nobis et industria comprobatum ad componendam provinciam credidimus dirigendum: sperantes in nullo eum posse delin-
3 quere, qui nobis peccantes graviter intellegit displicere. Quapropter ordinationibus eius ex nostris iussionibus oboedite, quia eum credimus vobis profutura decernere. recipite paulatim iuridicos mores. non sit novitas molesta, quae proba est. quid enim potest esse felicius quam homines de solis legibus confidere et casus reliquos non timere? iura publica certissima sunt humanae vitae solacia, infirmorum auxilia,
4 potentum frena. Amate unde et securitas venit et conscientia proficit. gentilitas enim vivit ad libitum: ubi magis mortem reperit propriam, qui potest habere quod placeat. vos iam securi ostentate divitias: parentum bona longo situ recondita prodantur in lucem: quia tantum quis nobilior erit quantum et moribus probis et luculenta
5 facultate reluxerit. Ideo enim vobis vicarium praefecturae direximus, ut cum tanta dignitate et civilem videamur regulam destinasse. fruemini quod tantum audiebatis. intellegite homines non tam corporea vi quam ratione praeferri et illos merito crescere qui possunt aliis iusta praestare.

XVIII.

GEMELLO V· S· THEODERICUS REX.

a. 508/511

1 Merentur bona, qui nostram visi sunt elegisse clementiam, ut eos veraciter iudicasse per augmenta propria possimus ostendere. quod si talibus viris publica decet prospici largitate, quanto magis eos sua dignum est possidere, quod commune munus
2 probatur esse iustitiae? Spectabilis itaque Magnus, hostium conversatione damnata quod natus est reminiscens, ad Romanum repatriavit imperium: cuius absentia con-

---

LRKPMON(X)E(F)

1 iudicem *om.* O^1 2 desideret *P* claudibus M^a 3 abscidat L^1 4 illam *om. O* 5 peruenerit A^e 8 ramane N^1 9 grat. ib. regr. est *MONXEA* nostros A^e 11 eruditatem *P* nostris temporibus *N*, nostri tempor* M^a 12 uestris *om. R* 14 gemellum *post* uic. *repetit* K^1 17 credidimus P^a nobis L^1*[?]* 18 respicite *EF* iuridicos] niridicos M^a, uridicos *O*, ueridicos *KXE* non] te *P* 20 certissime *E* 21 unde] undique L^a 22 libitum] libidinem *K* magis *om. E* rep. mortem A^e 23 longo] tanto *P* prodantur] producantur uel prodantur *P*, probantur *N* 24 luce *MONX* erit] est A^e quantum] quam *O* 25 praef. uic. A^e 26 reg. uid. *K* fruimini *MONXE*, fruamini *A* 27 illo *O* cresce *MO* 28 possint *ON* 30 nerentur *R (errore miniatoris)* eligisse *K* ueraciter *om.* LRK^1P 31 quid K^1 talis R^a uiris *om. MONXEFA* deceat *E* 32 prospicere O^a eos *(om. O)* sua] eos sua eos R^1 34 remuniscens K^1

tigisse dicitur ut eius potuisset perire substantia. atque ideo praesenti iussione sancimus, quatenus tam in agris quam mancipiis urbanis aut rusticis, vel quicquid sibi competens quolibet modo nunc amissum potuerit comprobare, sine aliqua recuperet tarditate, retinens ex nostra auctoritate dominii ius omne quod habuit: nec quaestionem cum de rebus sibi antiqua possessione competentibus volumus sustinere, cui propositi nostri est etiam nova praestare.

XVIIII.

COMMONITORIUM. DANIELI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Decet ut palatio nostro servientibus iustis commodis consulamus, quia fructuosus 1
esse debet publicus labor. ut, quamvis obsequia nobis gratuita iure debeantur, servitia
tamen per moderata compendia provocemus. et ideo artis tuae peritia delectati, quam
in excavandis atque ornandis marmoribus diligenter exerces, praesenti auctoritate con-
cedimus, ut, te rationabiliter ordinante, dispensentur arcae quae in Ravennati urbe ad
recondenda funera distrahuntur, quarum beneficio cadavera in supernis humata sunt,
lugentium non parva consolatio. quando animae tantum de mundi conversatione disce-
dunt, corpora vero dulces quondam superstites non relinquunt. Hinc quibusdam veniunt 2
dolores ad pretium, et miserabili sorte votorum crescit mercantibus de humana morte
compendium. ita tamen, ut non sit iniqua sub hac occasione taxatio, ne cogantur
miseri inter acerba luctuum gravia plorare dispendia facultatum et nefanda devotione
constricti aut urgeantur patrimonia pro mortuis perdere aut dilecta corpora vilissimis
foveis potius dolentes abicere. sit modus in voluntate poscentium, quando ipsa miseratio
pro ementibus facit. nam minus debet laedi, cui amplius pro pietatis officio videtur
imponi.

XX.

TRIVVILAE SAIONI ET FERROCINCTO APPARITORI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Inter gloriosas rei publicae curas, quas perpeti cogitatione deo auxiliante revolvi- 1
mus, cordi nostri est levamen humilium, ut contra potentiam superborum nostrae pietatis
erigamus obstaculum, nec liceat quicquam apud nos audaciae, cuius est propositi superba
calcare. Castorii igitur flebili calamitate permoti, quem exitialis hactenus diversorum 2
pressit invidia, occasionem praebuit salutaribus constitutis, ut plus valeret nostrae
pietatis auxilium quam iniqua calliditas improborum. atque ideo praesenti vobis auctori-
tate decernimus, ut, si praefectus vir magnificus Faustus ea quae Castorius possidebat

LRKPMON(X)E(F)

1 pot. subst. perire *R*, perire posset subst. *P*, posset perire subst. *X* praesenti] pre *MON* 2 sanctimus *RKON* in agris] maguis *O* aut] atque *O*, ac *E* 3 admissum MON^aX poterit A^e probare A^e tard. rec. A^e 4 habuerit *O* 5 uoluimus *O* 9 deb. esse publ. lab. *ON*, deb. esse lab. publ. A^e nob. obs. *P* 10 delectati] decorati *O* 11 in excauandis .... 12 rationabiliter *om.* E^1 excauandis] excauendis LR^1O^aX concedimus] decernimus *O* 12 comp**cutur P^a, compensentur P^b arcae] artes E^1 rauennenti O^a 13 recundenda *O* beneficia *P*, benefici* M^a 14 quando] quoniam A^e 15 ueniunt (*fortasse* ueneunt) dol. ad pr.] dol. uen. ad pr. *R*, uen. ad pr. dol. $A^{r(v)e}$ 16 nothorum *O* 17 iniqua sub] *LRK*. iniquitas ab *PMONXEFA* taxatio ne] $LRKPA^{r(1)}$, taxa** M^a, taxari (*om.* ne) M^bOZX, taxata ne $XEFA^{r(2)}$, taxari ne A^e 18 grata M^bX, gra*a M^a nefandi L^1 19 prodere *O* 20 dolente *O* quando] quoniam E^1, quem E^2 miseratio] moderatio A^e 21 pro ementibus] pro mentibus POE^1, pro merentibus M^bXE^2A, prementibus [?]M^a laed. deb. *O* proprietatis off. POA^r, off. proprietatis *E* 26 cordis R^2P nostri] *LRP*, nostro *KMONXEA* humilium] utilium *O* 27 erigamus] opponatur *XEF* nec] ne *O* 28 exici*** K^1 (exicialis K^2) 29 pressit] processit E^1 praebui *OX*, praebuimus *E* constitutis] institutis E^1A^e 30 praes. uobis] uob. pr. *MOX*, praesenti (*om.* uobis) *XEA* 31 praefatus *A*

vel titulis ingravavit vel privata usurpatione detinuit, mox ei praedium cum alio eiusdem meriti vobis imminentibus a pervasore reddatur, ut crudelibus damnis afflicto
3 pietatis nostrae remedio consulamus. Si quis autem in hac praesumptione medius invenitur, ut ad ea quae iussa sunt idoneus nequeat reperiri, ad nos deducite vinculis illigatum, ut poena possit satisfieri cuius facultas non sufficit ultioni. tali igitur confusione iam iniquae mentis impetus conquiescat, ne non tam Castorium quam nostrum
4 votum persecutus esse videatur. Quod si posthac qualibet occasione saepe memorátum Castorium notus ille artifex nocere temptaverit, quinquaginta librarum auri multa protinus feriatur sitque maior cruciatibus poena respicere illaesum, quem videre desideravit afflictum. en factum quod cunctas protinus temperet ac corrigat potestates: praetorii praefectus bacchari non est in humilis laesione permissus et cui a nobis assurgitur, officiendi potestas miseris abrogatur. hinc omnes intellegant, quo amore delectemur aequitatis, ut et potentiam iudicum nostrorum velimus imminuere, quatenus bona conscientiae possimus augere.

XXI.

FAUSTO V· I· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Humanae consuetudinis mos est, ut variata plus capiant et quamvis in usum habeantur eximia, fastidium praestet omne quod satiat. proinde sacris moenibus iugiter immoranti disponendae utilitatis propriae causa indutias tibi postulas debere concedi, non quod habitatio tam clara pertaedeat, sed quo dulcior fiat renovata regressio. atque ideo illustri magnitudini tuae secedendi ad provinciam quattuor mensium indutias pietas nostra largitur: ita ut expletis eisdem ad penates proprios redire festines, quatenus habitatio Romana, quam multiplici volumus densare conventu, subtractis incolis terrarum opinatissima non rarescat. hoc etiam et vobis iudicamus aptissimum, quando senator Romanus alibi possit dolere tardatus. ubi enim illa gratia parentum? ubi tanta moenium possit respici pulchritudo? piaculi genus est absentem sibi Romam diutius facere, qui in ea possunt constitutis laribus habitare.

XXII.

ARTEMIDORO V· I· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Congruit comitatum nostrum viris nos decorare nobilibus, ut et illorum expleatur votum et obsequium nostrum ornent merita personarum. proinde magnitudinem tuam ad conspectus nostros, quos tibi non ambigimus esse gratissimos, his oraculis evocamus, ut qui longa nobiscum aetate versatus es, praesentiae nostrae dulcedine capiaris. festinat enim ad principem, qui vel solum potest videre propitium: nam cui licet

LRKP(D incipit v. 31 nobiscum*)MON(X)E(F)*

1 uel] tibi *O*, publicis *E* titulus *RPO* priuauita R^1 ei] *MONXEA*, ei et *P*, ut *LRK* 2 peruasoere E^1 3 nostrae] vestrae *O*, *om. R* 4 uisa *E* reperiri] inueniri A^e reducite A^e uingulis X^a 5 alligatum *K* cuius] c. facinoris K^2*MONXEA*, *recte fortasse* 6 iniqua *O* impectus K^1 non tam] nostram *O* nostram *O* 7 persecuturus *E* quod] qui *O* posthac] post hec E^2 quelibet *O* 8 multa] dispendio *K* 10 temperaret *PO*, properet *E* corrigeret *P* 11 perfectus *O* humili *ONE* 12 arroga-tur *P* 13 delectamur *A* nostr. iud. A^e 16 consuetudines L^a sapiant A^e 17 fastidia L^a faciat *O* 18 postulas] postulat *X*, postulasti E^1 19 quod] quo *P*, quia *L* pertendeat L^1 quo] quod *MONXEA* fiat ren. *om. O* 20 congressio *R* prouincia *O* 21 ut] autem *P* 22 habitatio roma (romae A^e)] habitatione roma *malim* dens. uol. *X* 23 rarescant *P* apt. iud. A^e 24 enim] est A^e, *om. MONXE* 25 resp. poss. *P* sibi abs. *P* 26 latibus *O* 28 decorate *O* ut et] et ut *R* 29 ornetur *O* 32 uel] illum *E* uidere] habere *A* cui licet] *A coniectura*, cui libet *PDMONXE*, quilibet *LRK*

habere nostra colloquia, munera credit esse divina. quapropter non tardamus desiderium, cuius optamus aspectum. venire te gaudentem credimus, quem alacriter sustinemus.

XXIII.

COLOSSEO V·I· COMITI THEODERICUS REX.

a. 507/511

Iuvat probatis ordinanda mandare, siquidem et de talibus iudicium gaudet eligentis 1
et eorum secura substantia est, quae committitur approbatis. nam ut optamus esse qui placeat, ita curamus ut qui placuerit enitescat. Proinde prosperis initiatus auspiciis 2
ad Sirmiensem Pannoniam, quondam sedem Gothorum, proficiscere inlustris cinguli dignitate praecinctus commissamque tibi provinciam armis protege, iure compone, ut antiquos defensores recipere laeta possit, quae se nostris parentibus feliciter paruisse cognoscit. Nosti qua te nobis conversationis sinceritate commendes. sola tibi placendi 3
via est, si quae gerimus imiteris. aequitatem fove, innocentiam animi virtute defende, ut inter nationum consuetudinem perversam Gothorum possis demonstrare iustitiam: qui sic semper fuerunt in laudum medio constituti, ut et Romanorum prudentiam caperent et virtutem gentium possiderent. remove consuetudines abominanter inolitas: verbis ibi potius, non armis causa tractetur: non sit coniunctum negotium perdere cum perire: abiurator alieni furtum, non animam reddat: ne plus intentio civilis rapiat quam bella consumant: scuta in hostes erigant, non parentes. Et ne quem forte ad 4
mortem videatur praecipitare paupertas, redde pro talibus gloriosum plane damnum, lecturus a nobis gratiae uberrimum fructum, si civile ibi potueris plantare propositum et nostris vere iudicibus dignum, si dispendium iudex subeat, ut vitam periturus adquirat. quapropter consuetudo nostra feris mentibus inseratur, donec truculentus animus belle vivere consuescat.

XXIIII.

UNIVERSIS BARBARIS ET ROMANIS PER PANNONIAM CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Institutum suum providentia nostra non deserit, cum subiectis semper intenta 1
profutura disponit, ut ad maiorem devotionem concitentur qui sui curam nos habuisse cognoscunt. Hinc est quod Colosseo viro illustri nomine viribusque praepotenti 2
gubernationem vestram defensionemque commisimus, ut qui suae multa dedit hactenus experimenta virtutis, augeatur potius in futuris. atque ideo parientiam vestram saepius approbatam nunc quoque eidem praesenti monstrate, quatenus in his quae pro regni

LRKP(D deficit r. 21 in v. indicibus dig*)MON(X)E(F)*

1 esse *om. PD* 2 gaudente *O* 5 probitatis *K* ornanda *X* mandate *O* et *om. O* 8 sirmiensem] *LPOA*^{c}, syrmiensem *KMXE*, siyrmiensem *N*, sirmensem *R*, syrmensem *D*, siriniensem *A*^{r} sed. quond. *E* illustri singuli *O* 10 quae] qui *N* paruisse fel. *E*^{a} 11 cognoscis *O* qua] quia *M*^{a}, que *O* conuersationis] conuersatione *E*^{1}, *om. MXF* placendo *O*^{a} 12 equitate *R*, aequitati *L*^{2}*XEA*^{e} foue] *P*^{b}*D*^{2}*M*^{b}*ON*, faue *reliqui* 14 laudum medio] laudum *M*^{a}, laudem *M*^{b}*OZNX*, laude *EF*, laudis *A* romanorum] irannorum *E[?]* 15 consuetudinum *R* molitas *N* 16 causa *om. M*^{a} conuictum *DO*, conuicium *A* 17 perire] p***re *M*^{a}, pro re *M*^{b}*ONXE*, proprie *A* abiurator] adiutor *O* aliena *XE* ciu. rap.] rapiat *R*^{1}*[?]* 18 non] non in *A* 19 morte *O* pane *P*^{1} 20 ciuilem *MONX* 21 indiciis *KA* 22 tuculentus *O* 23 belle] *scripsi*, uelle *libri* 26 nstitutum *R* non *om. M*^{a} deserat *O* smeper *A*^{e} *(em. in err. typ.)* 27 maiorem] morem *O* concitentur] conferantur *MONXEF*^{1}, conferant *F*^{2} 28 coloseo *KO*, colloseo *E* potenti *A*^{e} 29 defentionemque *K*, defensionesque *O* haet. multa ded. *A*^{e} 30 urgeatur *E* faturum *A*^{e} patientiam *PONFA* 31 eidem] eodem *PMNA*, eundem *O* praesente *NA*, praesentes *K* monstrare *L*^{1}*[?]* in his] nobis *malim* pro *[sic] N*

nostri utilitate rationabiliter agenda praeceperit. devotione probabili compleantur: quia fidem constantia probat et ille integritatem propriae asserit mentis, qui iugibus persistit
3 obsequiis. Illud praeterea vos credidimus ammonendos, ut non in vos, sed in hostem saevire cupiatis. res parva non vos ducat ad extrema discrimina: adquiescite iustitiae,
4 qua mundus laetatur. Cur ad monomachiam recurratis, qui venalem iudicem non habetis? deponite ferrum, qui non habetis inimicum. pessime contra parentes erigitis brachium, pro quibus constat gloriose moriendum. quid opus est homini lingua, si causam manus agat armata? aut pax esse unde creditur, si sub civilitate pugnetur? imitamini certe Gothos nostros, qui foris proelia, intus norunt exercere modestiam. sic vos volumus vivere, quemadmodum parentes nostros cernitis domino praestante floruisse.

XXV.

SIMEONIO V̄· C̄· COMITI THEODERICUS REX. *a. 510/511*

1 Amamus publicis actionibus personas inserere morum probitate conspicuas, ut per obsequia fidelium nobis crescat utilitatis augmentum. proinde sinceritatem animi tui per praeclara documenta noscentes siliquatici titulum, quem fidae dominicatus iure dederamus discussioni indictionis primae, secundae vel tertiae per provinciam Dalmaticam, ordinatio tibi nostra committit: ut quolibet fraudis vestigio damnum publicum te fuerit explorante repertum, procul dubio nostris aerariis inferatur: quia non tantum
2 lucra quaerimus, quantum mores subiectorum deprehendere festinamus. Praeterea ferrarias praedictae Dalmatiae cuniculo te veritatis iubemus inquirere, ubi rigorem ferri parturit terrena mollities et igne decoquitur, ut in duritiam transferatur. hinc auxiliante deo patriae defensio venit: hinc agrorum utilitas procuratur et in usus humanae vitae multiplici commoditate porrigitur. auro ipsi imperat et servire cogit locupletes pauperibus constanter armatis. convenit itaque hanc speciem diligenti indagatione rimari, per quam et nobis generantur lucra et hostibus procurantur exitia. esto ergo de antefata discussione sollicitus et in publicis utilitatibus temperatus, ut nostrum rationabile compendium crescendi tibi procurare possit augmentum.

XXVI.

OSUIN V̄· Ī· COMITI THEODERICUS REX. *a. 510/511*

Quamvis prudentiae tuae sit utilitati publicae deputatis ferre praesidium, tamen ammonitio nostra se cumulat, ut securius fiat, ubi se reverentia nostrae iussionis

---

LRKP(D incipit v. 16 in v. ctionis primae*)MON(X)E(F)*

1 agenda *om.* R^1 perceperit *K* compleatur *O* 2 iugibus] regibus *O*, uigilibus *X* perstat *X* 3 credimus *KMONXEA* hostes *E* 4 saeuire cupiatis] seruire cupientis *O*, secure cupiatis E^1 non] nos M^a 5 recurritis E^1A qui] per *O* iudicem *bis* P^a 6 pessime] pessi est *O* 7 gloriose] esse *K* homini] horum *X*, mihi homini O^a 8 agat manus *P* armatura *K* unde pax esse *MONXEA*, pax unde esse *P* 9 molestiam *X* 10 uos *om.* *O* cern. dom. pr. (dom. pr. *om.* *O*)] pr. dom. cern. A^e 14 nobis *om.* *K* augrantum *O* sinceritatem] $PMNEF^1A$, sinceritate OXF^2, sinceris *LRK* 15 per praeclara] A^e, praeclara $LRKM^a$, perclara PA^r, et praeclara M^bONE^2 fidae *om.* K^1 16 discussionem *libri et* A^e, discussione *Forn.* indictionis] indictum *X* per] de O^a delmaticam *M*, dalmatiam R^2PDA^e 17 damn. fr. uest. A^e 18 repertum] compertum *XEF* inseratur *O* 20 ferrarias] f. uenas K^2A dalmatice *X* cuniculo] $PDXEA^e$, coniculo *reliqui* acquirere *P* 21 et igne dec. *om.* *O* duritiem EA^e 22 def. patr. A^e 25 uobis *O* lucra gen. A^e exitia] hospicia E^a 26 ante facta OXX^1 discutione *K* in *om.* *O* 27 compendium] ***pendium P^a possit proc. A^e 29 utilitatis *OX* 30 nostra] tuo *O* securius] serius E^1

accommodat. Simeonium itaque virum clarissimum, cuius fides olim nobis est cognita vel devotio comprobata, ad ordinationem siliquatici nec non ferrariarum ad provinciam Dalmatiam nostra ordinatione direximus. cui expetita solacia non negetis, ut sublimitas tua nobis commendatior fiat, cum actibus se publicis praebere festinat.

XXVII.

IOHANNI V· S· CONSULARI CAMPANIAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

Propositum est pietatis regiae locum iniustis odiis amputare et potestatis armatae 1
supercilium cohibere reverentia iussionum. infesta est siquidem humilibus superioris
offensa, cum ad laudem trahitur, si vindicta de mediocribus adquiratur. proinde diu
varia persecutione iactatus ad pietatis nostrae remedia haud irrite convolasti, asserens
eminentissimam praefecturam tibimet esse terrori, ne privata odia in te satiarentur per
publicam disciplinam. Sed nos, qui donatas dignitates iustitiae parere cupimus, non 2
dolori, contra illicitas praesumptiones nostra te tuitione vallamus, ut regiae maiestatis
obiectu ferventium furor animorum in suis cautibus elidatur et de se magis poenam
sumat protervia, dum cohibetur innoxia. tamdiu enim iudex dicitur, quamdiu et iustus
putatur, quia nomen, quod ab aequitate sumitur, per superbiam non tenetur. Restat 3
nunc, ut assumptum impleas consularitatis officium et te utilitatibus publicis, quas
tuos egisse constiterit decessores, sedulus ac devotus impendas quantumque a nobis
protegeris, tantum modestiae parere festines. nam si gaudio perfrueris, quod a laesione
tua praefectos praetorio remotos esse cognoscis, qui sub illo esse monstraris, quid te
male agentem passurum esse cognoscis?

XXVIII.

CASSIODORO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Gratus nobis est eorum semper aspectus qui nostris animis gloriosis actionibus 1
insederunt, quoniam perpetuum obsidem dederunt amoris sui qui apud nos probati
sunt studere virtuti. proinde magnitudinem tuam glorioso nobis servitio probatam ad
comitatum iussis praesentibus evocamus, ut et ornatus de te regalibus crescat obsequiis
et tu nostris conspectibus augearis. Convenit enim te etiam requiri, qui nostra fecisti 2
eximie tempora praedicari. ornasti de conscientiae integritate palatia: dedisti populis
altam quietem. hinc omnibus factus notior, quia qui voluit te positum in potestate
nescivit: praesentati autem tribunalibus iudicem sine damni aliquo terrore viderunt:

LRKP(D deficit v. 10 u conuolasti)MON(X)E(F)

1 simeonium *vel* symeonium *libri reliqui,* symeonem A^{r}, simeonem A^{e} uir. cl.] cl. uir. *P*, et cl. uir. *D* est *om. L^{a}* 2 ordinationem] ordinem *O* nec] ne *O* ferrariorum *O* 3 delmatiam *M*, delinatiam *O*, dalmaticam *E* odinacione *N* 4 tua] uestra *E* 7 in iniustis *O* 8 humilibus] hu humilibus *R* superiores $P^{a}D$ 9 cum] tum OM^{b}, cum um M^{a}[?] laudem] laudem nostram A^{r}, nostram laudem A^{e} diu uaria] uar. diu *R*, diu et uaria *A* 11 tibimet] tibi *P* in te odia $M^{a}XEA$ sociarentur $E^{1}A^{e}$ 12 publica *O* 13 doleri *O* uagestatis *O* 14 p(o)enas $MNXEA^{e}$, *om. O* 15 sumat *ante* poenas A^{e} cohibentur *E* in noxa KP^{b} 18 tuos *(om. K)* eg.] eg. tuos A^{e} nobis *N* 19 parare *KO* si] sic E^{2} quod] quod si *XE* 20 praefectum *malim* pretorii *XEA* quid] quod *PO*, qui KA^{e} 21 passurum] non p. P^{b} 23 est nob. EA^{e} actibus *O* 24 incederunt *K* 25 seruitio] sermone *O* comprobatam *A* 26 reg. de te *E* 27 etiam te *PA* 28 praedicare *O* de *om.* A^{e} 29 altam] alteram POE^{2} quietam N^{1} qui uoluit] multi *A* te in pot. pos. *N*, in pot. te pos. *E* 30 nescinit] nesciunt *A*, *ante* in E^{b}, *om.* E^{a} aliquo damni A^{e} tenore *N*

pretiosior factus cunctis, quia nullo praemio vendebaris. quis talem non desideret videre, cui nos publice constat gratiam rettulisse? nam qui alterum reprimere conati sumus, te etiam palatio teste laudavimus. tende gradus, accelera festinus adventum. alacrem venire convenit, qui se a principe sustineri posse cognoscit.

XXVIIII.

ARGOLICO V· I· PRAEFECTO URBIS THEODERICUS REX. *a. 510/511*

1 Quis nesciat nostrum esse commodum supplicantis quaestum et illud bonis principibus crescere, quod benigna possunt largitate praestare? hoc sunt enim regia dona, quod semina: sparsa in segetem coalescunt, in unum coacta depereunt. optamus ergo
2 munera multis collata dividere, ut possint ubique nostra beneficia pullulare. Atque
ideo viri illustris et magnifici patricii Paulini actorum supplicatione suscepta, quae habetur in subditis, horrea longi temporis vetustate destructa, quibus illud atque illud vocabulum praefixit antiquitas, si nunc usui publico minime necessaria esse monstrantur nec aliqua ibidem est species quae ad fiscum pertinet congregata, praefato viro cum omnibus ad se pertinentibus absoluta liberalitate concedimus, ut aedificandi et ad posteros transmittendi assumpta licentia suis utilitatibus profutura disponat, quia confert magis rei publicae munus quisquis diruta maluerit suscipere reparanda, in ea praesertim urbe, ubi cuncta dignum est constructa relucere, ne inter tot decora moenium deformis appareat ruina saxorum. in aliis quippe civitatibus minus nitentia sustinentur: in ea vero nec mediocre aliquid patimur, quae mundi principaliter ore laudatur.

XXX.

ARGOLICO V· I· PRAEFECTO URBIS THEODERICUS REX. *a. 510/511*

1 Romanae civitatis cura nostris sensibus semper invigilat. quid est enim dignius, quod tractare debeamus, quam eius reparationem exigere, quae ornatum constat nostrae rei publicae continere? proinde illustris sublimitas tua spectabilem virum Iohannem nos direxisse cognoscat propter splendidas Romanae cloacas civitatis, quae tantum
2 visentibus conferunt stuporem, ut aliarum civitatum possint miracula superare. Videas
illic fluvios quasi montibus concavis clausos per ingentia signina decurrere: videas structis navibus per aquas rapidas non minima sollicitudine navigari, ne praecipitato

LRKP(D incipit v. 4 a v. se a principe: *deficit v. 27 in v.* ingentia signa*)MON(X)E(F)*

1 praetio A^e 2 constat nos publ. *N* rettulisse] contulisse *LRKA* 3 laudamus *P* 4 sustineri (sustinere L^1) posse] sustentari *O* 6 commodum] regnum commodum *O* questum *LK*, ad q. *RPDONXEA*, acquestum *M* 7 possint *PD* haec *KEF* enim *om. O* 8 sparsa in segetem] sparsam in se gentem *O* deperunt *KE* 9 mult. coll. mun. *O* 10 ideo *om. N* u. i. et m. (magnificii *K*)] ill. et magn. uiri A^e auctorum *ONXEF*, ac eorum A^e 11 habentur *A* destrasta L^a illud atque illud] illud atque D^aM^a *(ubi in* atque *pagina finit).* illud aque M^b (aquae *in mg.*) *N*, illud aque atque *OE*, illud *X* 12 esse nec. min. *N* 13 congerata *E* 14 libertate *OE* 15 et *om. E* tramittendi *P* 16 magis] magnum K^2A noluerit A^e 17 ne] nec *K* tot *om.* R^a decora *om. O* 18 soxorum *O* minus *om.* K^1 19 qui M^a 22 sens. nostr. PD^b, *inc.* D^a est *(om. K)* enim *(om. O)* dign.] en. est dign. *PE*, en. dign. est *D* 23 exigere] *O coniectura*, erigere *plerique*, eligere *XE* quae] $LRKM^a$, quam P^bM^bNE, qua in *O*, quem P^a nostrae *(om. K)* rei p.] r. p. nostr. *P* 25 direxisse] dixisse *N* cloacas (coaclas *K*) eiu.] eiu. cl. $MONA^e$, ein. coaclas A^r tantum] tamen *O* 26 confert *E* possunt E^1 27 quasi] quoque *N* ingentia signina] *Cui. e coni. collato loco simili* V 38, ingentia signi* (*fort.* signia) M^a, ingentia signinu (ua *superscr.*) M^b (*emendator restituisse videtur primum* signinu, *deinde reposuisse* signina), ingentia sagimina *Z et Garetii Remensis*, ingentia signimina *N*, insigermina *O*, ingentia signa *libri reliqui* 28 structis] strictis L^aE, fructis *O* nauigari] nagari M^a ne] non *O* praecipitata *O*, praecipitati *XEF*

torrenti marina possint naufragia sustinere. hinc, Roma, singularis quanta in te sit potest colligi magnitudo. quae enim urbium audeat tuis culminibus contendere. quando nec ima tua possunt similitudinem reperire? et ideo supra dicto Iohanni officii vestri solacia vos praebere censemus, quoniam ordinationes nostras publicas volumus implere personas, privatas manus amoventes, quae audacius merguntur illicitis.

XXXI.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 510/511

Quamvis universae rei publicae nostrae infatigabilem curam desideremus im- 1
pendere et deo favente ad statum studeamus pristinum cuncta revocare, tamen Ro-
manae civitatis sollicitiora nos augmenta constringunt, ubi quicquid decoris impenditur,
generalibus gaudiis exhibetur. pervenit itaque ad nostram conscientiam suggestione
multorum, quae prava non potest dissimulare commissa, plura in praeiudicio urbis
Romanae detestabiles praesumptores assumere, ut cui nos summum adhibere desidera-
mus studium, dolum patiatur iniustum. Quapropter ordinationes nostras ad vestram 2
facimus notitiam pervenire, quibus amplius credimus civitatis vestrae dispendia displi-
cere. dicitur ergo commodi cura privati aquam formarum, quam summo deceret studio
communiri, ad aquae molas exercendas vel hortos rigandos fuisse derivatam: turpe et
miserabile hoc in illa urbe fieri, quod per agros vix deceret assumi. Et quia non 3
possumus admissi qualitatem ultra iura corrigere, ne, dum fabricis prodesse volumus,
legum culmina destruamus, si huius nefandissimae rei dominus tricennii praescriptione
munitur, accepto pretio competenti suum vendat errorem, ut, quod laesionem publicis
praestat fabricis, non praesumatur ulterius, ne quod nunc sub largitate corrigimus,
postea severissime vindicemus. Si vero tale aliquid moderna praesumptione temptatum 4
est, sine dubitatione tollatur. unius enim desiderio pravo generalis debet utilitas ante-
ferri, cui vel in causis iustis raro poterit obviari. mancipia vero formarum servitio
principum provisione deputata in privatorum cognovimus transisse dominium. aes
praeterea, non minimum pondus, et quod est facillimum direptioni, mollissimum plum-
bum, de ornatu moenium referuntur esse sublata, quae auctores suos saeculis con-
secrarunt. aes enim Ionos Thessaliae rex, plumbum Mida regnator Phrygiae rep-
pererunt. et quam miserum est, ut unde famam providentiae alii susceperunt, nos
opinionem neglegentiae incurrisse videamur? templa etiam et loca publica, quae
petentibus multis ad reparationem contulimus, subversioni fuisse potius mancipata. Et 5
quoniam malarum rerum emendatio nos delectat, ne concessa videatur ex taciturnitate

LRKP(D incipit v. 22 a c. ne uindicemus, *deficit v. 26 in* minimum*)MON(X)E(F)*

1 in te sit] intersit *P* 2 enim] tibi *E* condendere *P* 3 ima] una *KNX* tuam *N* similitudines *E* 4 uestri] nostri *REA*^{e}, uestra *O* solacia nos] *MONXEA*, nos solatia *P*, solacia uestra *LK*, solacia *R* 5 manus] maris *O* 7 cura *O* 8 stud. ad stad. pr. *P*, ad stat. pr. stud. *A*^{e} tamen] tam *O* 9 nos ciu. soll. *X* solliciora *MN* ubi] ut *M*^{a}*X* 10 exhibeatur *X* 11 parua *A*^{e} *(em. in err. typ.)* non] num *O* 12 romeacnae *L*^{a}*[?]* praesumptiones praesumere *O* des. adh. stud. *MON*^{b}*XEA*, des. stud. adh. *X*^{a} 14 nostrae *EA* 15 priuata *O* formanum *O* decet *A* 16 commoniri *L* rigandos] irrigandos *MONXEA* diriuatam *LRK* hoc et mis. *MNEA* 18 amissi *N* corrigere] committere *N*^{a} 19 legum] longum *MN* culmina *bis O* dominis *A*^{e}, domus *O* praescriptione] *KOXEA*^{r} *ex emendatione puto*, perscriptione *LRPMN*, praesumptione *A*^{e} 20 uendas erronen *O* 22 praesumptione temptatum] praesumptum *O* 23 uni *O* paruo *PD* 25 aes] est *MN*, e *O*, et *E*, eris *F* 26 est *om. LRK. post* direptioni *A*^{e} direptori *E* 27 actores *K* sedulis *O*, seculis sedulis *E*^{1}, *supra* seculis *scripsit* uel sedulis *E*^{2} 28 aes] est *M*^{a} iona *MONE* thessalli(a)e *LRMN*, thassallie *E*^{1} mida] muda *P*, midas *A*^{e} frigiae *fere libri* 29 prou******* aliis *L*^{a}, alii prou. *P* 30 incusse *O* 31 ad] et ad *O* subuersionum *O* pot. fuiss. *MONXEA* 32 malorum *L* delectet *L*^{a}

licentia, Iohannem virum spectabilem electum nostra iustitia ad haec, quae supra memoravimus, direximus inquirenda, ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio lucidentur. quatenus, quid de singulis rebus aut de praesumptoribus earum fieri oporteat, more nostrae iustitiae censeamus. adhibete nunc studia, praestate solacia. ut inquisitionem, quam debueratis petere, grata videamini mente complere.

XXXII.

GEMELLO V̄· S̄· THEODERICUS REX. *a. 510*

1 Constat apud nos fidelium non perire servitia, sed in tristibus impensa recipere
in meliore fortuna. Arelatensibus itaque, qui nostris partibus perdurantes gloriosae
obsidionis penuriam pertulerunt, per indictionem quartam fiscalia tributa nostra relaxat
humanitas, ita ut futuro tempore ad solitam redeant functionem, quatenus et nos bene
meritis vicissitudinem reddidisse videamur et ab illis, cum res poposcerit, solita devotio
2 non negetur. Satientur in libertate qui pro nobis in angustiis esurire maluerunt: sint
laeti qui tristitiam fideliter pertulerunt. non decet statim de tributis esse sollicitum,
qui casum vix potuit declinare postremum. a quietis ista, non obsessis inquirimus.
quid enim a domino agri exigas, quem eum non coluisse cognoscas? pretiosum vectigal
iam nobis dederunt fidei suae. iniustum est ut viles pecunias exigantur qui gloriosas
conscientias obtulerunt.

XXXIII.

ARGOLICO V̄· Ī· PRAEFECTO URBIS THEODERICUS REX. *a. 510/511*

1 Gratum nobis est vota nostra circa sacri ordinis augmenta proficere. laetamur
tales viros emergere, qui senatoria mereantur luce radiare, ut laude conspicuis deferatur
gratia dignitatis. curia namque disciplinis veterum patet: nec ei iudicari potest ex-
traneus, qui bonarum artium est alumnus. atque ideo illustris magnificentia tua in
clarissimo Armentario atque Superbo eius filio ea faciat exhiberi, quae circa referendos
2 curiae cana dictat antiquitas. Hic est enim praefatus Armentarius, qui et parentum
bono et suo nobis commendatur ingenio, exigens meritis quam sperat precibus digni-
tatem. nam quid dignius, si et senatorio vestiatur honore togata professio, ut in illa
turba doctorum audeat liberam proferre sententiam, nec frenetur imperitiae terrore,
3 quem hortantur ad vocem iura facundiae? Gloriosa est denique scientia litterarum,
quia quod primum est in homine, mores purgat: quod secundum, verborum gratiam
sumministrat: ita utroque beneficio mirabilis ornat et tacitos et loquentes. ducantur
ergo ad penetralia Libertatis laudati merito suo, ornati nostro iudicio, habituri sine

LRKPMON(X)E(F)

2 reuelationis *K* 3 praesumptoribus] pr(a)esumptionibus *MONXE*[1] 4 oportebat *P* iusticie nostre *R* censeamus] sentiamus *MOE*[2], senei**** *(abscis.) X* 8 atelatensibus *E* qui] *malim* qui in per- durantem *PXE*[1]*F* 9 pernuriam *O* 10 ut] in *L*[1]*[?]* tempori *O* functionem] factionem *E*[1] mer. bene *P* 11 ab] ad *O* deuocione *O* 12 qui] qui tristiciam *R*[a] sint l. q. tr. f. pertulerunt *om. O* 13 statim *om. O* 14 a quietis] ab aquietis *O*[a] 15 uectigal iam] uectigalem *O*, uectigale *MNXEF* 16 suae fidei *A*[e] pecuniae *OEF* exigant *PN*, exigantur ab illis *K*[2], exigamus ab illis *A* gloriosos *O* 19 nobis] tibi *O* uestra *A*[e] 20 emergere] eligere *A* 21 eis *K* 23 claūrissimo *N*[a] superno *MOXEF* *(deficit N)* fil. ei. *P* reuerendos *P*[2]*XEF* 25 spectat *R*[a]*[?]* 26 quid] quod *O* si et] fiet *O* uestiat *O* 27 audeat] audeat turba *A*[e] 28 quem] *inc. L*[1] iura facundiae] uia facundia *O* 30 ita] itaque *P* mirabiliter *A* orna *O* tacitos et] tacitos *L*[1] 31 ind. nostro *A*[e]

dubio gratissimum senatum. quorum ars est facere de irato benivolum, de suspecto placatum, de austero mitem, de adversante propitium. quid ergo patribus imponere non possit, qui flectere animum iudicantis evaluit?

XXXIIII.

MASSILIENSIBUS THEODERICUS REX. *a. 508/511*

Propositi nostri est probatas fortitudine et moderatione personas ad ordinationem 1
vestram defensionemque dirigere, ut et provincialium ratio sublevetur et utilitas publica
bonis praesidentibus augeatur. Proinde comitem Marabadum nobis aequitate compertum 2
ad Massiliensem civitatem credidimus dirigendum, ut quicquid ad securitatem vel civilitatem vestram pertinet, deo iuvante perficiat memorque gratiae nostrae curam possit habere iustitiae, minoribus solacium ferat, insolentibus severitatem suae districtionis obiciat, nullum denique opprimi iniqua praesumptione patiatur, sed omnes cogat ad
iustum, unde semper floret imperium. Quapropter designato viro in his, quae vobis 3
pro publica utilitate praeceperit, libentibus animis oboedite, ut fides vestra, quae iam prioribus monstratur exemplis, subsequentibus quoque declaretur indiciis. quia gratius est obsequium quod devotione perpeti custoditur. nos autem reddere cogitamus locum vicissitudini, qui impensa servitia non possumus oblivisci.

XXXV.

ROMULO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Liberalitatem nostram firmam decet tenere constantiam, quia inconcussum esse debet principis votum nec pro studio malignorum convelli. quod nostra noscitur praeceptione firmari. atque ideo praesenti iussione censemus, ut, quicquid ex nostra ordinatione patricium Liberium tibi matrique tuae per pittacium constiterit deputasse, in suo robore debeat permanere, nec a quoquam metuas irrationabilem quaestionem, qui nostri beneficii possides firmitatem.

XXXVI.

ARIGERNO V· I· COMITI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Pietatis nostrae propositum est miserandis fletibus audientiam non negare, maxime 1
cum moris nostri sit ad leges cuncta remittere, ut et conquerens mereatur effectum et pulsatus nullum se queratur sustinuisse praeiudicium. proinde Firminus contra magnificum virum patricium Venantium se dicit habere negotium et frequenter

LRKPMON(X)E(F)

1 dubio] iudicio *R* 2 mutem *O*¹ auersante *O* paribus *L*² 3 flectere] plectere *L*²*P* iudicantis eualuit] *plerique* (iudicanti se ualuit *P*), indicantis se ualuit *LRK* 5 moderatione] moderatas *O*¹ ordinationem] ordine *O*¹, ornationem *L* 6 publica] *K*²*PMONXEA*, *om. LRK*¹ 7 praesentibus *O*¹ maradum *MNXEA*, maraclum *O* 8 uel ciuilitatem (ciuitatem *MONXEF*¹, caritatem *F*², utilitatem *Guelf.*)] uestram uel utilitatem *A*ᵉ 9 nostram *E* adiuuante *P* 10 seucritatem] *P*ᵛ *et rel.*, securitatem *P*ᵗ*A* 11 nullum] nullumque *M*ᵃ cogat *bis M*ᵃ 12 unde] u. nostrum *A* flor. semp. *E* 13 utilitate] auctoritate *MONE*² 14 monstrantur *P*ᵃ indiciis *om. O*¹ gratius] gratum *MONXEF* 18 libertatem *M*ᵃ*[?]OE*¹ uestram *KM*ᵃ*[?]OE*² deb. esse *MONXEA* 19 conuelli] concedi *N*ᵃ quod] qd *R* 20 pr. iuss.] in iuss. pr. *P* 21 patricidium *P* pittacium] *M*, pitacium *LRN*, pictacium *vel* pictatium *plerique* 25 nostrae *om. K* est *om. K*¹*E*¹ audiciam *K* 26 legem *E* cumtas *K* et *om. O* meretur *O* 27 firmius *P*ᵃ*A*, firmanius *EF* 28 se] certum se *MONXEFA*ʳ

2 ab eo eius propositiones fuisse contemptas. Et quia in causis semper est suspecta potentia, dum velle creditur quod posse iudicatur, antefatum servata reverentia a te praecipimus ammoneri, ut sub sponsione legitima instructam personam ad comitatum nostrum dirigere se promittat, qui apud delegatos motu nostro iudices eius intentionibus valeat praebere responsum: actor hic poenam suae recepturus audaciae, si contra magnificum virum habuerit falsitatis eventum.

XXXVII.

PETRO EPISCOPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Si in alienis causis beatitudinem tuam convenit adhiberi, ut per vos iurgantium strepitus conquiescat, quanto magis ad vos remitti debet quod vos spectat auctores? atque ideo sanctitas vestra a Germano nos aditos flebili allegatione cognoscat, qui se filium legitimum asserit quondam Thomatis, dicens partem facultatis patris sui a vobis

2 detineri sibimet legibus competentem. Quae petitio si veritate fulcitur et genitoris eius substantiam probatis iure competere supplicanti, considerata iustitia, quam monetis, sine observationis longae dispendio debita tribuantur, quoniam causarum vestrarum qualitas vobis debet iudicibus terminari, a quo expectanda est magis quam vobis imponenda iustitia. quod si hanc causam sub aequitate vestrum minime definit arbitrium, noveritis supplicis querelam ad nostram audientiam perducendam. vos enim docetis voces pauperum non debere neglegi, quas potest iustitia comitari.

XXXVIII.

VVANDIL THEODERICUS REX.

a. 508

1 Quamvis pietatis nostrae constet esse votum, ut ubique civilia, ubique moderata peragantur, maxime tamen optamus bene geri in regionibus Gallicanis, ubi et recens vastatio non portat iniuriam et ipsa initia bene plantare debent nostri nominis famam. principis siquidem opinionem longe lateque disseminat subiectorum custodita securitas,

2 et ubi exercitus dirigitur, non gravandi, sed defendendi potius existimentur. Atque ideo praesenti auctoritate delegamus, ut in Avinione, qua resides, nulla fieri violenta patiaris. vivat noster exercitus civiliter cum Romanis: prosit eis destinata defensio nec aliquid illos a nostris sinatis pati, quos ab hostili nitimur oppressione liberari.

XXXVIIII.

FELICI V·I· CONSULI THEODERICUS REX.

a. 511

1 Aequitatis ratio persuadet, ut exercentibus laetitiam publicam consuetudinem servemus antiquam, praesertim a consule venientem, cuius constat esse propositi, ut

---

LRKPMON(X)E(F)

2 antefactum *PO* 3 comittum O^1 4 permittat A^e motu] *PMON*, mouitu $XEFA^{r(1)}$, motus $LRKA^e$, mouitus $A^{r(2)}$ uestro *A* iudices] indicio *LRKA* intensionibus *P* 5 actor (auctor OA^e) hic poenam suae recepturus *(om.* O^1*)* audaciae] auctori poenam sue audacie imponentes E^2 8 tuam] uestram K^2EA 10 nostra *O* auditos *N* 11 asserit *om. O* 13 ei *R* is] sibi *A* iure] hereditatis iure *EF* 14 obseruationes *P* 15 spectanda est *libri*, est spectanda A^c 16 uobis *om. A* definit] desinit L^1, defuit E^1 21 tantum *O* bene geri opt. A^e 22 ipsa] in ipsa *MON* 23 opinioni MOE^2 deseminat *N*, dissentiat E^1 custodia P^a 24 defendi K^1, defendi causa K^2, defendendi causa A^e existimentur] *LR*, estimentur *PX*, extimentur $KMONA^r$, extimetur *EF*, aestimetur A^e 25 auinione] anionione *K*, ea regione F^2 qua resides] *PNXE*, qua (quam M^b*[?]*) residis *MO*, quam resides *A*, quam regis *LRK* nullam f. uiolentiam *PA* 26 eius *N* 27 sinati L^1 liberare *R* 29 exercitibus *P* consuetudinem] et cons. P^b 30 antiquam *om.* R^1

debeat ex liberalitate laudari, ne videatur aliud dignitas promittere et aliud senatorem velle complere. quocirca sub opinione munifici parcum non decet inveniri, quia inumbrat famam publicam in consule tenacitatis obscuritas. Quapropter illustris magni- 2
tudo tua a Mediolanensibus aurigis nos aditos esse cognoscat illa sibi vestris temporibus fuisse subtracta, quae mos priscus indulserat, cum praestante tempore munificentia sit pro lege. proinde si nullo mendacio asserta vitiantur, sublimitatem vestram sequi convenit vetustatem, quae suo quodam privilegio velut debita quae donantur exposcit. nec licet negari, quod te cognoscis sub antiquitate largiri.

XL.

UNIVERSIS PROVINCIALIBUS IN GALLIIS CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 510 ante Sept. 1

Quamvis sensum nostrae pietatis turba multiplex cogitationis intraret et diversas 1
regni partes consueta sedulitate respiceret, festine tamen remedia vestrae utilitatis aspeximus, quoniam apud conscientiam nostram laesionis genus est profutura tardare nec possumus aestimare iucundum, quod ingrata fuerit dilatione suspensum. nam aegrescentibus morbis laesio debacchari permittitur, cum medicina differtur. Vobis 2
itaque hostili feritate vastatis pro qualitate laesionis per indictionem quartam relaxatam agnoscite tributariam functionem, quia non gratulamur exigere, quod tristis noscitur solutor offerre. ita tamen ut de illis, quae constat intacta, exercituales inventur expensae: quia in totum devotio deserere non debet quos pro se laborare cognoscit. invalidus est siquidem ieiunus defensor nec animus ministrat audaciam, cum virtus corporeo fuerit robore destituta.

XLI.

GEMELLO V̄· S̄· THEODERICUS REX.

a. 508

Tolerabile fit omne quod aequabili ordinatione disponitur, quia divisum onus sub 1
communione subiectos certum est non gravare: pars enim extrema ad unumquemque redit, cum summa universos incluserit. Tritici itaque speciem, quam ob exercituales 2
expensas nostra providentia de Italia destinavit, ne fatigata provincia huius praebitione laederetur, ad castella supra Druentiam constituta de Massiliensibus horreis constat esse portandam. Quapropter iubemus ut studium devehendi supradictae speciei com- 3
mune subeatur, quatenus celeriter possit fieri, quod universitatis studio videtur assumi.

LRKPMON(X)E(F)

1 ne] *LKOA*, nec *RPMNXEF* dignitas *om.* E^1 4 medilanensibus *R* aurigis *om. N* auditos *O* nostris *E* 6 nulla *P* uitiantur] iuuantur *X* 7 quondam *K* *post* priuilegio *repetit* sequi conu. uetustatem N^a uelut] uult *P* exposci *P* 8 cognoscit *X*. cognosci* M^a 11 sensus E^1 diuersa *O* 12 festina *E* 13 inspeximus *A* uestram *R* 15 aegrescentibus] *KPMON*, egressentibus *LR*, excrescentibus *EA* 16 ferocitate *XEA* 18 quae] quod R^1[?] constant *E* inuentur] KPM^bOXEA, iubentur LRM^a, iurentur *N* 19 quia] quia illos *A* non debet des. A^e 21 corporis A^e robore *om.* A^e 23 equabile L^1, equali *R* diuersum *X* 24 subiectos] subiectis est E^1 26 nec *X* huiusmodi FA^e 27 super *P* 28 portandam] K^2[?]A^e, portanda *libri plerique* ut] cum E^1 communiter *A* 29 subeat *O* uideatur *N*

XLII.

UNIVERSIS PROVINCIALIBUS IN GALLIIS CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 508

1 Non occurritur sub principe benigno remedia postulare subiectos, quoniam suppli-
cationem praecedit humanitas et miro modo posteriora fiunt vota quam praestita.
nuper siquidem moti iustitia iusseramus, ut pars aliqua illaesa provinciae Gothis
2 nostris alimonia reperta praestaret. Sed quia licet principem semper humaniora
censere, dum varietatis non habet vitium, quod pro beneficio fuerit immutatum, sed
ut nec minima possessores illatione gravarentur, ex Italia destinavimus exercituales
expensas, ut ad defensionem vestram directus exercitus nostris humanitatibus aleretur
3 solumque auxilium provinciae de tam magna congregatione sentirent. Ducibus etiam
ac praepositis sufficientem transmisimus pecuniae quantitatem, ut eorum praebendae,
quae non potuerunt convehi, ibi debuissent sine alicuius dispendio comparari, quia
delectui vestro nec illa volumus imponere, quae vos potuistis, ut arbitramur, offerre.

XLIII.

UNIGIS SPATHARIO THEODERICUS REX.

a. 508 aestate

1 Delectamur iure Romano vivere quos armis cupimus vindicare, nec minor nobis
est cura rerum moralium quam potest esse bellorum. quid enim proficit barbaros
2 removisse confusos, nisi vivatur ex legibus? Quapropter cum deo propitio Gallias
exercitus noster intravit, si qua mancipia servitium declinantia ad alios se, quam
quibus videbantur competere, contulerunt, prioribus dominis iubemus sine aliqua dubie-
tate restitui, quia confundi non decent iura imperante iustitia nec potest abiecto favere
3 servitio libertatis defensor. Aliorum forte regum proelia captarum civitatum aut
praedas appetunt aut ruinas: nobis propositum est deo iuvante sic vincere, ut sub-
iecti se doleant nostrum dominium tardius adquisisse.

XLIIII.

UNIVERSIS POSSESSORIBUS ARELATENSIBUS THEODERICUS REX.

a. 508/509 hieme

1 Quamvis primum sit laesos incolas refovere et in hominibus magis signum pietatis
ostendere, tamen utrumque humanitas nostra coniungit, ut et largitatis remedio civibus
consulamus et ad cultum reducere antiqua moenia festinemus. sic enim fiet, ut fortuna
2 urbis, quae in civibus erigitur, fabricarum quoque decore monstretur. Pro reparatione
itaque murorum Arelatensium vel turrium vetustarum certam pecuniae dereximus
3 quantitatem. Victualia quoque, quae vestras relevare videantur expensas, fecimus

---

LRKPMON(X)E(F)

3 occurritur] occuri *(seq. sp. vac. trium litt.) P* 5 prou. ill. *K* 6 alimoniam repertam *P* sed] et A^e, *om. E* 7 sed] sic *malim* 8 nec] haec O^1*[?]* minima] nimia *A* ill. grauarentur (granaretur *O*, grauentur *A*)] gr. ill. *E* 13 delectui] dilectui M^bON, dilectu $L^2K^1PM^a$, dilectū L^1*[?]*, dilecto *E* nostro *OA* uoluimus A^e 15 uindicare] iudicare *O* minor] minor e N^a 16 cura est A^e mortalium PX^1A^r, uictualium *E* 17 uiuatur] iuueut *E* deo *om.* L^1 18 intrauerit K^2*[?]A* declinantium R^a quam *om. N* 19 uidebantur competere] debebantur *XE* 20 debent M^aEF 22 propositum] dispositum *O* 23 tardius *om. O* 26 magis] magnum E^2 27 humanitas] pietas *N* 28 festimemus *L* forma K^a 31 re***are L^1M^a (*fuerit in utroque* reuelare)

praeparari, ut vobis destinentur, cum tempus navigationis arriserit. relevate nunc animos et de nostra promissione recreati futurae copiae spem tenentes divino favore habetote fiduciam, quia non minus est quod nostris verbis quam quod horreis continetur.

XLV.

ARIGERNO V· I· COMITI THEODERICUS REX. *a. 507|511*

Iustitiae nostrae convenit, ut de indultis beneficiis calumnias fieri non sinamus, 1
et quicquid prava interpretatione tegitur, fugata mendacii nube revelemus. defensores
itaque sacrosanctae ecclesiae Romanae conquesti sunt beatae recordationis quondam
Simplicium domum in sacratissima Urbe positam ab Eufraxio acolutho instrumentis
factis sollemniter comparasse, quam per annorum longa curricula ecclesiam Romanam
quieto iure suggerunt possedisse et in usus alios transtulisse securitate dominii. Nunc 2
autem existere Samareae superstitionis improba fronte duratum, qui synagogam ibidem
fuisse iniquis conatibus mentiatur, cum ad humanos usus habitacula longe aliter formata
doceantur, quam potest esse memorata constructio. quapropter magnitudo tua conscientiae suae probata iustitia causam diligenti examinatione discutiat et, si vera cognoverit quae veniunt in querelam, considerata aequitate definiat. nam si humanis actibus sunt calumniae summovendae, quanto magis emendanda credimus quae contumeliam divinitatis tangere indicamus!

XLVI.

ADEODATO THEODERICUS REX. *a. 507|511*

Materia est gloriae principalis delinquentis reatus, quia nisi culparum occasiones 1
emergerent, locum pietas non haberet. quid enim salubris ordinatio gerat, si morum
probitas cuncta componat? arida siccitas beneficium madentis pluviae exoptat. salutiferis medentium manibus nisi infirma valitudo non indiget. sic dum imbecillitati succumbitur, convenienter remedia tribuuntur. quapropter casibus asperis praestandum
est sub iustitiae laude moderamen, ut nec vindictam sinamus superare peccata nec
culpam insultare patiamur legibus impunitam. Datis itaque precibus allegasti viri 2
spectabilis Venantii Lucaniae et Bruttiorum praesulis odiorum te acerbitate compressum, custodiae longo situ laborantem, in confessionem raptus adultae puellae Valerianae fuisse compulsum, ut gratius fuerit spem citae mortis expetere quam tormentorum crudelia sustinere. inter supremas enim angustias anhelantis votum est perire quam vivere, quia detestabilis sensus poenarum excludit dulcissimae salutis affectum. illud etiam, quod minime iustitia pateretur, adiciens defensorum tibi patrocinia saepius

LRKPMON(X)E(F)

2 prouisione *A*[e] tenentes] *MONXEA*, tenente *LRP*, tenete *K* 3 *ante* horreis *repetit* nostris *K*[a] 7 rom. eccl. *A*[e] recordadionis *O* 8 eufraxio] *libri plerique*, eufraxo *O*, eufragio *EF*, eufrasio *A*: *fortasse* Eupraxio acolyto *fere libri* 9 longa *om.* *R*[1] curricula] circula *E*[2] 10 alienos *A* 11 samareae] samare *M*[a], amar(a)e *M*[b]*ONXEF* superstitionis] s. populum *K*[2]*XEA* fonte *L*[a] 12 ad humanos] in humanos *MONXEF*, humanitas *P* 13 quam potest — 15 cognouerit *bis* *N* 16 cred. em. *A*[e] 20 pietas] *KMONXEA*[r], pietatis *LRPA*[e] haberent *P* 21 ben. mad. pl.] ben. pl. mad. *MNXF*, mad. pl. ben. *OEA*[e] 22 man. med. *O* imbecillitate *P* 23 praestandus *M*[a] 25 legibus] rebus *MONXEF* itaque *bis* *M*[a] 26 bruteiorum *LR*, bructiorum *K*, brutiorum *vel* bruciorum *plerique et sic fere deinceps* odiorum *om.* *P* 27 in] et in *P* raptum *K* ualean(a)e *XE* 29 inter] item *O* supremas enim] suprema sunt enim *O[?]* ang. anhelantis] hanelantis (anhel. *A*[e]) ang. *MONXE*[2]*A*, melantis ang. *E*[1] est] est potius *XEA* 30 census *K* 31 etiam] enim *E* pat. inst. *K*

postulanti fuisse subtracta, cum adversarii florentes ingenio etiam innocentem te
3 possent legum laqueis obligare. Quae supplicatio cum efficaciter animum nostrae
pietatis intraret paulatimque ad misericordiae iura deflecteret, occurrit Bruttiorum
praesulis missa relatio, quae privatam allegationem tragoediae suae voce compressit,
4 negando credi contra fidem publicam fallaciter supplicanti. Ideoque asperitatem poenae
nostra lenitate mollimus, statuentes ut ex die prolati oraculi sex mensium patiaris
exilium, ita ut nulli post constituta nostra sub qualibet interpretatione tibi liceat
obicere crimen infamiae, quando fas est principi maculosas notas vitiatae opinionis
abstergere, sed hoc exacto tempore patriae rebusque omnibus reformatus, ius tibi
sit liberum omne quod primitus, quia nulla te ingemiscere probri adustione censemus,
quem temporali volumus exilio detineri: poenam trium librarum auri nihilominus com-
minantes, si quis aut obviando aut aliter intellegendo praesens nostrum violare tempta-
5 verit constitutum. Sed quoniam haec statuta ad innocentes nolumus usque protendi,
ne sua cuique minime videatur ignorantia profuisse, praesenti auctoritate eos a formi-
dine liberamus, quos utpote nescientes in eadem causa quolibet loco vel tempore inter-
fuisse constiterit. similis enim videtur absentis, qui conscientiam non habet criminosi.

XLVII.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 In partem pietatis recidit mitigata districtio et sub beneficio punit qui poenam
debitam considerata moderatione palpaverit. Iovinum curialem, quem corrector Lucaniae
Bruttiorumque humani nobis suggerit sanguinis effusione pollutum (ob hoc cum mutuae
contentionis ardoribus excitatus rixam verborum usque ad nefarium collegae deduxit
interitum, sed conscius facti sui intra ecclesiae saepta refugiens declinare se credidit
praescriptam legibus ultionem) Vulcanae insulae perpetua relegatione damnamus, ut
et sacrato templo reverentiam habuisse videamur nec vindictam criminosus evadat in
2 totum, qui innocenti non credidit esse parcendum. Careat proinde patrio foco cum
exitiabili victurus incendio, ubi viscera terrae non deficiunt, cum tot saeculis iugiter
consumantur. flamma siquidem ista terrena, quae alicuius corporis imminutione nutritur,
si non absumit, extinguitur: ardet continue inter undas medias montis quantitas in-
defecta nec imminuit, quod resolvi posse sentitur: scilicet quia naturae inextricabilis
potentia tantum crementi cautibus reponit, quantum illi vorax ignis ademerit. nam
quemadmodum saxa incolumia permanerent, si semper inadiuvata decoquerent?
3 Potentia siquidem divina sic de contrariis rebus miraculum facit esse perpetuum, ut

LRKPMON(X)E(F)

3 que *om.* X   6 nostra] nostrae O, misericordie M^{b}N, *inc.* M^{a} oraculis L   sex mensium] (a)emensum MONX, emersum EF   patiatur M^{a} 7 auxilium P   sub *om.* L^{1} 8 fax O   9 reformatus] reformato M^{b}ONXE   10 liberum *om.* MONXEF, *recte puto*   quod *om.* L^{a} ingemescere M   probri adustione] probaria ustione XE^{1} 12 temptauerint L   13 institutum N^{a} nulumus L^{1} 14 minima M^{a}XE   *gnorantia M^{a} 16 absenti P^{b} crim. non hab. A   18 decidit E^{2} 19 mod. cons. A^{e} iouinium K   corrector] correptat E   20 nobis] RKPEA, uobis *reliqui*   cum (quod A^{e}) mutuae contentionis (contentionibuis *[sic]* N, correptionis E) ardoribus *in litura* M^{b} 21 concitatus R   22 fugiens P   23 perscriptam $PMNA^{r}$ uulcan(a)e] LRKP, uulcani(a)e *reliqui*   relegatione] legatione K, religione *O[?]*   24 sancto A   nec] ne K   25 innocencia X   credit MNX, *inc.* O   patricio X   26 inexiciabili P   uicera X   28 ard* L^{1} continue] cot(t)idie M^{1}OZN   undas medias] med. und. XEF, undas (*om.* medias) $MO^{1}Z$ quant. mont. XEF   29 imminuitur *Meyer*   scilicet *om.* EF   quia] quod K   naturae] nec P   30 incrementi P   ignis] flamma K   31 permanerent] remanerent K   inadiuuata] $LRKP^{a}$, ea inadiuuata uis P^{b}, ignis adunata MONXEA   decoquerent] *scripsi*, dequoqueretur L^{1}*[?]*, dequoqueret L^{2}, decoqueret *rell.*   32 potentia] potensio X   fecit R

palam consumpta occultissimis instauret augmentis, quae vult temporibus stare diu-
turnis. verum cum et alii montes motibus vaporatis exaestuent, nullus simili appel-
latione censetur: aestimandum, quia gravius succenditur, qui Vulcani nomine nun-
cupatur. Mittatur ergo reus capitis in locum praedictum vivus: careat quo utimur 4
mundo, de quo alterum crudeliter fugavit exitio, quando superstes recipit quod eventu
mortis inflixit: salamandrae secuturus exemplum, quae plerumque degit in ignibus.
tanto enim naturali frigore constringitur, ut flammis ardentibus temperetur. subtile
ac parvum animal, lumbricis associum, flavo colore vestitum. vitam praestat soli, quae
mortalia cuncta consumit. Memorant autem aevi pristini servatores hanc insulam ante 5
aliquot annos undarum rupto terrore imitus erupisse, cum Hannibal apud Prusiam
Bithyniae regem veneno secum ipse pugnavit, ne tantus dux ad Romanorum ludibria
perveniret. plus inde mirabile, ut mons tanta flammarum congregatione succensus
marinis fluctibus haberetur absconditus et ardor ibi indesinenter viveret, quem tanta
unda videbatur obruere.

XLVIII.

UNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS CIRCA VERRUCAS CASTELLUM CONSISTENTIBUS THEODERICUS REX.

a. 507|511

Laetitia debet esse cunctorum provida iussio dominantum, quando illud, quod 1
vos debuistis expetere, nos videtis offerre. quid est enim gratius quam humanis rebus
cautelam semper adhibere, quae aut fit necessaria aut non gravat esse superfluam?
et ideo Leodefrido saioni nostro praesenti delegavimus iussione, ut eius instantia in
Verruca castello vobis domicilia construatis. quod a positione sui congruum nomen
accepit. Est enim in mediis campis tumulus saxeus in rotunditate consurgens, qui 2
proceris lateribus, silvis erasus, totus mons quasi una turris efficitur, cuius ima gra-
ciliora sunt quam cacumina et in mollissimi fungi modo supernus extenditur, cum in
inferiore parte tenuetur. agger sine pugna, obsessio secura, ubi nec adversarius quic-
quam praesumat nec inclusus aliquid expavescat. huic Athesis inter fluvios honorus
amoeni gurgitis puritate praeterfluit causam praestans muniminis et decoris: castrum
paene in mundo singulare, tenens claustra provinciae, quod ideo magis probatur esse
praecipuum, quia feris gentibus constat obiectum. Hoc opinabile munimen, mirabilem 3
securitatem cui desiderium non sit habitare, quam vel externos delectat invisere? et
quamquam deo iuvante nostris temporibus provinciam securam credamus, tamen pru-
dentiae nihilominus est cavere etiam quae non putantur emergere. Munitio coaptanda 4

LRKPMON(X)E(F)

1 instaret *O* quae] qui *P* 2 motibus] montibus $LRKP^1A^r$, ignibus P^2 uapor***is R^1 3 aestimandus KA^e, extimandus A^r, unde estimandum P^2 quia] qua K^1 nuncupantur M^a 4 uiuus] uiui P^a[?], uinqui P^b[?] 5 altero O^1 crudeli RA^e *coniectura probabili*, fideliter *P* quando] quoniam *EF* eventum *O* 6 degit] *PXEFA corrigentes*, deget *reliqui* 7 subtile] *KPNXFA corrigentes*, subtili *reliqui* 8 lumbricis] *LRK*, lubricis *PEF*, lubricis lumbricis *MONXA* quae] qui *MONXEA*: quod *Krusch, fortasse* flamma *aut subintellegitur aut excidit* 9 mortua *MONXEF* 10 imitus] *LRK*, primitus PA^e, ignitus $MNXEA^r$, ingnitus *O* hanibal L^1R brusiam *XE* 11 ipsum *P* dux] dips E^1 12 deueniret *R* 13 habere *O* 17 dominantium *RPNA* quando] quia *E* 18 est enim] est (*om.* enim) *R*, en. est *E* 19 semp. caut. *O* sit A^e 20 leodefrido] L^1, leodifredo *plerique*, leodifrido A^e, lufrido *K* 21 uerruca] $RKPONA^r$, uerucа $LMNEA^e$ nobis *A* a pos.] appositione *NX* 23 proceris] procriter *O*[?], praetis E^1 ima *om.* K^a 24 sunt] in *O*[!] modo supernus] modo superius *XA*, superius modo *E* in *om.* A^e 25 inferiori *PMONEA* ager *P* secura] sine cura *N probabiliter* 26 inclausus *O* pauescat *P* hunc A^e athesis] ateses *LRPMN*, atteses *KXE*, atheses *O* 27 muniminis] munitionis *E* 28 caustra *O*, castra *N* probatur magis A^e 29 obiectum] esse o. PA^r 30 delectat *om.* K^a 31 prudentiae] prouincie E^1, 'credo forte quod debet dici prouidentiae' E^2 32 quae] quod *XE* putatur *E* coaptanda] *LRK*, tractanda *PMONXEA*

semper in otio est, quia tunc male quaeritur, quando necessaria iudicatur. mergi, quibus nomen ex facto est, cohabitatores piscium, aquatiles volucres futuras tempestates naturaliter praevidentes sicca petunt, stagna derelinquunt. delphini fluctus pelagi metuentes vadosis litoribus immorantur. echini, qui sunt mella carnalia, costatilis teneritudo, croceae deliciae divitis maris, dum futuras tempestates agnoverint, loca mutare cupientes, quia illis pro levitate corporis nandi nulla fiducia est, lapillos, quibus pares possunt esse, complexi, quadam anchorarum ponderatione librati scopulos
5 petunt, quos fluctibus vexandos esse non credunt. Aves ipsae adventu hiemis patrias mutant. ferae pro qualitate temporis cubilia quaerunt. hominum sollicitudo non debet providere quod potest in adversitate requirere? non est in mundo unum: humanae res mutabilitate quatiuntur. et ideo providentia dicitur, ut quae sunt futura tractentur.

XLVIIII.

HONORATIS POSSESSORIBUS DEFENSORIBUS ET CURIALIBUS CATINENSIS CIVITATIS THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Optabilis nobis est et grata devotio, quae bonam praecesserit iussionem, et merito acceptum redditur, si quid, quod possumus imperare, poscatur. felicitas enim regnantis est famulantes amare quod expedit, quando labor nobis cogitationis aufertur, dum sub-
2 iecti sibi profutura disponunt. Atque ideo suggestionis vestrae tenore comperto, quam caritate civica in communiendis moenibus suscepistis, absolutam huius rei vobis censemus esse licentiam: nec quicquam de hac re vereamini, unde gratiae nostrae expectare praemia mox debetis. vestra enim munitio nostra est nihilominus fortitudo: et quic-
3 quid vos ab incerto eripit, famam nostrae defensionis extendit. Saxa ergo, quae suggeritis de amphitheatro longa vetustate collapsa nec aliquid ornatui publico iam prodesse nisi solas turpes ruinas ostendere, licentiam vobis eorum in usus dumtaxat publicos damus, ut in murorum faciem surgat, quod non potest prodesse, si iaceat. quocirca perficite confidenter, quicquid cautio ad munimen, quicquid ornatus expetit ad decorem, tantum nobis scituri gratum fore quod facitis, quantum exinde gratia vestrae se civitatis extulerit.

L.

PROVINCIALIBUS NORICIS THEODERICUS REX. *c. a. 507*

1 Grate suscipienda est ordinatio, quae dantem iuvat et accipientem pro temporis necessitate laetificat. nam quis putare possit onus, ubi magis meretur in commuta-
2 tione compendium? Et ideo praesentibus decernimus constitutis, ut Alamannorum boves, qui videntur pretiosiores propter corporis granditatem, sed itineris longinquitate

---

LRKPMON(X)E(F)

1 est semp. in ot. A^{e} 2 ex f. (factio *O*) est] est ex f. A^{e} 3 relinquunt *P* 4 pelagi] maris *O* constatilis *MONX* 6 illis] in illis *N* 7 possint *MNXEA* anachorarum L^{1} 8 credant A^{e} 9 non] nec *E* 10 prouidere] querere N^{a} unum] *LRKPMOX*, unde *NEFA* 14 et *om. EF* 15 quid quod] $M^{b}Z$, quidquid *RPO*, quidqu*d M^{a}, quicquid *L*, id quod *NXEA*, quid *K* poscantur P^{a} 16 nobis labor A^{e} subditi A^{e} 17 quam] quanta O^{2} 18 ciuica] cura O^{2}, auita E^{1} 19 licentiam] letitiam O^{1} nec] ut nec *E* quicquam] quam M^{a}, quem $M^{b}O^{1}ZN$, quemquam O^{2} 20 muncio L^{1} 21 eripitis A^{e} 22 amphiteati L^{a}*[?]* longua *K* ornatu $L^{1}P$ 23 eor. uob. in usus *N*, uob. in usus eor. *E* 24 publicos damus *om.* E^{a}, *ins. ante* in usus E^{b} in *om.* L^{1} 25 proficite *P* 26 gratia] gratie *N*, gloria *R* 27 se uestr. $M^{a}XEA^{e}$ extulerit] e. grate suscipienda est ordinacio N^{1} (*cf. v.* 29) 30 maius *A* mutatione E^{1} 31 decreuimus *A* constitucionibus $MONXEA^{r(t)}$, institutis $A^{r(v)e}$ alemannorum *MONX* 32 uidebantur *P*, uinduntur M^{a}

defecti sunt, commutari vobiscum liceat, minores quidem membris, sed idoneos ad
laborem, ut et illorum profectio sanioribus animalibus adiuvetur et vestri agri armentis
grandioribus instruantur. Ita fit ut illi adquirant viribus robustos, vos forma con- 3
spicuos et, quod raro solet emergere, in una mercatione utrique videamini desiderata
compendia percepisse.

LI.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

Quantum histrionibus rara constantia honestumque votum, tanto pretiosior est, 1
cum in eis probabilis monstratur affectus. carum est enim homini repperisse, ubi
aliquid se laudabile non putaverat invenire. dudum siquidem Thomati aurigae ex
Orientis partibus advenienti annonas rationabiles consideratio nostra largita est, donec
eius artem probaremus et animum. sed quoniam in hoc agone primatum noscitur
obtinere eiusque voluntas patria derelicta nostri sedes fovere delegit imperii, menstrua
eum duximus largitate solidandum, ne adhuc ambiguum redderemus, quem Italiae
dominatum elegisse cognovimus. Is enim frequenter victor per diversorum ora voli- 2
tavit, plus vectus favore quam curribus. suscepit partem populi protinus inclinatam
et quos ipse fecerat tristes, laboravit iterum reddere laetiores, modo agitatores arte
superans, modo equorum velocitate transcendens. frequentia palmarum eum faciebat
dici maleficum, inter quos magnum praeconium videtur esse ad talia crimina pervenire.
necesse est enim ad perversitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis
non potest applicari. Spectaculum expellens gravissimos mores, invitans levissimas 3
contentiones, evacuator honestatis, fons irriguus iurgiorum, quod vetustas quidem
habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse ludibrium. primus enim hoc apud
Elidem Asiae civitatem Oenomaus fertur edidisse: quod post Romulus in raptu Sabi-
narum necdum fundatis aedificiis ruraliter ostentavit Italiae. Sed mundi dominus ad 4
potentiam suam opus extollens mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Murciam
tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter praecincta montibus contineret, ubi
magnarum rerum indicia clauderentur. bis sena quippe ostia ad duodecim signa
posuerunt. haec ab hermulis funibus demissis subita aequalitate panduntur, docentes
totum illic, ut putabant, consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari. Colores 5
autem in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur: prasinus virenti verno,
venetus nubilae hiemi, russeus aestati flammeae, albus pruinoso autumno dicatus est,
ut quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur. sic factum, ut
naturae ministeria spectaculorum composita imaginatione luderentur. Biga quasi lunae, 6
quadriga solis imitatione reperta est. equi desultorii, per quos circensium ministri
missus denuntiant exituros, luciferi praecursorias velocitates imitantur. sic accidit ut,

---

LRKPMON(X)E(F)

2 labores A^e illorem *O* prouectio N^a 3 nos A^e forma] et f. *E* 4 in una] uerica *[sic] E* comp. des. *E* 7 histrionibus] in istr. *LRK* 8 effectus *PA* enim *om.* *MONXE* 10 annosas *O* 12 obtinere] habere *P* delicta *O* 13 ne] nec *K* adhuc] ad haec *P* 15 uectos P^a suscipit *P* 16 ipse] ipe *N* 17 dici fac. *MONXEA* 18 praeconium *om. N* ad talia *bis O* 20 non] nec A^e 21 contemptiones *O* euacuatio *A* 22 contemptiosa *O* lubricum A^e 23 elidam *K* asiae *om. N* oenomaus] aenomaus A^e. enomaus N^b, enomagus M^vO^b, inomagus *plerique, in his* $M^tO^aN^a$ postea *A* sauinarum LRK^1 25 mirandum L^a murceam *E*, marsiam A^r, martiam A^e 26 contineret] continet *MONX* 28 finibus *R* 29 ill. tot. *N* ut *om. K* putabatur A^e imago] magis A^e 30 prassinus *MONXE* urenti P^a 31 nubilo *RE* hyemis *K* russeus] ruseus *K*, roseus M^vO^bNEA aestati flammeae] aestati (*om.* fl.) K^1, feruenti aestati K^2 33 ministeria] mysteria *Meyer* 34 reperta] temperata E^1 desultorii] desultatorii LRK^bPA, desulatorii K^a, desolutorii *E* mininistri *O* 35 missos *libri*

7 dum se colere putarent astra, religionem suam ludicra similitudine profanarent. Alba
linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa perducitur, ut
quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne, dum se praepropere conantur
elidere, spectandi voluptatem viderentur populis abrogare. septem metis certamen
omne peragitur in similitudinem hebdomadis reciprocae. ipsae vero metae secundum
zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas ad instar solis quadrigae celeres
8 pervagantur. Eoae Orientis et Occidentis terminos designant. euripus maris vitrei
reddit imaginem, unde illuc delphini aequorei aquas influunt. obeliscorum quoque
prolixitates ad caeli altitudinem sublevantur, sed potior Soli, inferior Lunae dicatus
est, ubi sacra priscorum Chaldaeicis signis quasi litteris indicantur. spina infelicium
captivorum sortem designat, ubi duces Romanorum supra dorsa hostium ambulantes
9 laborum suorum gaudia perceperunt. Mappa vero, quae signum videtur dare circensibus,
tali casu fluxit in morem. cum Nero prandium protenderet et celeritatem, ut assolet,
avidus spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, iussit
abici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. hinc tractum est, ut
10 ostensa mappa certa videatur esse promissio circensium futurorum. Circus a circuitu
dicitur, circenses quasi circuenses: propterea quod apud antiquitatem rudem, quae
necdum spectacula in ornatum deduxerat fabricarum, inter enses et flumina locis
virentibus agerentur. nec vacat quod XXIIII missibus condicio huius certaminis
expeditur, profecto ut diei noctisque horae tali numero clauderentur. nec illud putetur
irritum quod metarum circuitus ovorum ereptionibus exprimatur, quando actus ipse
multis superstitionibus gravidus ovi exemplo geniturum se aliqua profiteretur. et ideo
datur intellegi volitantes atque inconstantissimos inde mores nasci, quos avium matribus
11 aptaverunt. Cetera circi Romani longum est sermone decurrere, dum omnia videantur
ad causas singulas pertinere. hoc tamen dicimus omnimodis stupendum, quod illic
supra cetera spectacula fervor animorum inconsulta gravitate rapiatur. transit prasinus,
pars populi maeret: praecedit venetus et ocius turba civitatis affligitur. nihil pro-
ficientes ferventer insultant: nihil patientes graviter vulnerantur et ad inanes con-
12 tentiones sic disceditur, tamquam de statu periclitantis patriae laboretur. Quod merito
creditur dicatum numerosae superstitioni, ubi ab honestis moribus sic constat excedi.
haec nos fovemus necessitate imminentium populorum, quibus votum est ad talia con-
13 venire, dum cogitationes serias delectantur abicere. Paucos enim ratio capit, raros

LRKPMON(X)E(F)

1 se *om.* *XEF* astra put. A^e ludrica *O* solitudiue P^a[?] 2 utrumque] utrum *LR* producitur PA^e 3 oreretur *M* se praepropere] LR^bKPMON, se propropere R^a, semper propere *XEA* 4 abrogare] rogare O^a omne cert. *N* 5 similitudiue *MON* 6 terrenas *E* summitates] dignitates R^1, firmitates *E* 7 eoae] *libri*, rotae A^e, eae *coni. W. Meyer apud Zangemeisterum ann. inst. arch. 1870, p. 242 collato Isidoro or. 18, 30:* metarum .. appellatione proprie terminum ac finem mundi designari uolunt, ab eo quod alicui emensus finis est siue ad testimouium orientis occidentisque solis orientis] origentis *K* euripus] euríppus MO^bN, (a)erippus XE^1 8 reddit] reddi *O*, designat KE^1 interfluunt *A*, infundunt *coni. Meyer l. c.* oboliscorum *LKMON*, oboliseorum *R*, oboliquorum *E* quoque *om.* *K* 9 soli] $KP^bMONXEA$, sol LRP^a 10 est *om.* *X* chaldaicis RA^e 11 designant *P* 12 dare uid. A^e 13 nero] u(a)ero *KX* 14 quam *MONX* 15 postulanti *MXE*, postulasti K^a 17 circum enses KM^bON, circumensens M^a, circuensens *E* 18 spectula N^a duxerat *R* enses et *om.* *P* fulmina *E* 19 missibus] missilibus $R^2OA^r(^2)$, mensibus $PA^r(^1)^e$ 20 profecto *om.* MA^e 21 ereptionibus] M^aONXE, erectionibus $LRKPM^bA$ 22 grauibus *MNXA* profitetur *KA* 23 uoluntates E^2 constantissimos *P* 24 romani] rationabili *P* 25 caulas *O* tamen] tantum *A* stupendum] stipendium E^1 26 spectula *N* inconsulsa *K* prassinus *E* 27 ocius] *scripsi*, potius *libri*, potior A^e, protinus *coniecit W. Meyer l. c.* turba] pars *K* 28 sic cont. *P* 29 descenditur *EA* periclitationis *E* laboraretur N^a 30 excidi L^1MNXEA 31 baec nos] hoc nec *E* necessitatem *K* pop. imm. A^e 32 delectatur *E* raros] *PMONE*, et raros K^2 (*deletis verbis* aut probabilis) *A*, aut LRK^1

probabilis oblectat intentio: ad illud potius turba ducitur, quod ad remissionem curarum constat inventum. nam quicquid aestimat voluptuosum, hoc et ad beatitudinem temporum iudicat applicandum. quapropter largiamur expensas, non semper ex iudicio demus. expedit interdum desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.

LII.

CONSULARI V̄· Ī· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Sicut invidiosa nimis interpellantium suggestione comperimus, inter Leontium 1
atque Paschasium spectabiles viros finalis orta contentio est, ita ut terminos casarum
suarum non legibus, sed viribus crederent vindicandos. unde miramur tanta animosi-
tate fuisse litigatum, quod aut terminis testibus aut iugis montium aut fluminum ripis
aut arcaturis constructis aliisque signis evidentibus constat esse definitum. Quid isti 2
facerent, si in Aegyptiacis partibus possiderent, ubi Nili fluminis superveniente diluvio
indicia finium vastissimus gurges abradit et indiscreta terrae facies redditur, ubi omnia
limus tegere comprobatur? quapropter nec tunc ad arma concurrere debuissent, si
excitata lis nulla satisfactione superata discederet. hoc enim per geometricas formas
et gromaticam disciplinam ita diligenter agnoscitur, quemadmodum litteris omnis sermo
conclusus est. Geometriam quippe, ut est hominum genus nimis acutissimum atque 3
sollicitum, Chaldaei primum invenisse memorantur, qui rationem ipsius disciplinae
generaliter colligentes et in astronomicis rebus et in musicis et in mechanicis et in
architectis et in medicinam et ad artem logisticam, vel quicquid potest formis generali-
bus contineri, aptam esse docuerunt, ut sine ea nihil horum possit ad agnitionem
verissimam pervenire. Hanc post Aegyptii, non dissimiliter animi calore ferventes, 4
propter augmenta Nilotica, quae singulis annis votiva inundatione patiuntur, ad dimen-
sionem terrae et recuperandas formas finium transtulerunt, ut fieret arte distinctum,
quod litigiosae confusioni videbatur obnoxium. Quapropter agrimensorem peritissimum, 5
cui ab arte nomen est, vestra nihilominus adhibeat magnitudo, ut iam omnia, quae
manifesta ratione distincta sunt, per evidentia debeat documenta monstrare. nam si
hoc egit illa disciplina mirabilis, ut indeterminatos agros ratione certa distingueret,
quanto magis iste monstrare debet omnia, quae iam probantur suis finibus terminata?
Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris divisus censuque descriptus est, ut 6
possessio sua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum susceperat quantitate
solvenda. Hoc auctor Heron metricus redegit ad dogma conscriptum, quatenus 7
studiosus legendo possit agnoscere, quod deberet oculis absolute monstrare. videant
artis huius periti, quid de ipsis publica sentit auctoritas. nam disciplinae illae toto

LRKPMON(X)E(F)

1 ad] et ad A^e cur. rem. A^e 2 uoluptusum *P* ad beatitudinem] beatitudinem *F*, beatitudini *E* 6 interpellacionum *X* 7 pascasium *LPXA* casarum] *bis O*, causarum R^2XE 8 suarum *om.* K^1 10 arcturis *P* 11 parpartibus *O* diluuii *P* 12 gurges] R^2PXA *corrigentes*, gurgis *plerique*, gragis *O* abradit *ante* gurg. *R* reddatur *E* 13 tergere K^a 15 gromaticam] *Cuiacius e coni.*, grammaticam *vel* gramaticam *libri* cognoscitur *R* 16 geometria *O* hominis *P* nimis *om. R* 17 ratione A^e ipsius] eius *O* 18 musicis] sicis *O* 19 architectis] architecticis PA^e art. logisticam (logicam *XE*)] log. art. *K* uel] ut *O* 20 aptam *in litura maiore* R^b sine ea *(ins.* docuerunt O^a*)* nihil (nil *P*)] si non ei nunc E^1 21 prouenire *A* feruore calentes A^e 22 augmenta] argumenta E^1 disuensionem *M* 23 et *om. E* 24 ligiose *K* obnoxius X^a agrimessorem *K* peritistissimum P^a 25 magn. adh. *E* 27 eget *X* interminatos *X* *certa *R* 28 monstrare] praestare *E* 29 discretus *E* 31 heron] iron *L*, yron $RKPMONXEA^r$, hyrum A^e redegit] *KMNXEA*, redigit *reliqui* 32 oculis *bis X* 33 illae *om. XEF*

orbe celebratae non habent hunc honorem. arithmeticam indicas, auditoriis vacat.
geometria, cum tantum de caelestibus disputat, tantum studiosis exponitur. astro-
8 nomia et musica discuntur ad scientiam solam. Agrimensori vero finium lis orta com-
mittitur, ut contentionum protervitas abscidatur. iudex est utique artis suae, forum
ipsius agri deserti sunt: fanaticum credis, quem tortuosis semitibus ambulare conspexeris.
indicia siquidem rerum inter silvas asperas et dumeta perquirit, non ambulat iure
communi, via illi est lectio sua, ostendit quod dicit, probat quod didicit, gressibus suis
concertantium iura discernit et more vastissimi fluminis aliis spatia tollit, aliis rura
9 concedit. Quapropter auctoritate nostra suffulti talem eligite, post quem partes
erubescant impudenti fronte litigare, quatenus possessorum iura confusa esse non
debeant, quibus est necessarium rebus propriis adhibere culturam.

LIII.

APRONIANO ILLUSTRI VIRO COMITI PRIVATARUM THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Magnitudinis vestrae relatione comperimus aquilegum Romam venisse de partibus
Africanis, ubi ars ipsa pro locorum siccitate magno studio semper excolitur, qui aridis
locis aquas dare possit imatiles, ut beneficio suo habitari faciat loca nimia sterilitate
2 siccata. Hoc nobis gratum fuisse cognosce, quatenus industria illa maiorum libris
exposita nostris temporibus venerit approbanda. signis quippe virentium herbarum
ac proceritate arborum vicinitatem colligit decenter undarum. terris enim, quibus
dulcis umor non longe subest, ubertas quorundam germinum semper arridet, ut est
iuncus aquatilis, canna levis, validus rubus, salix laeta, populus virens et reliqua
3 arborum genera, quae tamen ultra naturam suam felici proceritate luxuriant. Sunt
et alia huius artis indicia: cum nocte adveniente lana sicca in terram ponitur iam
provisam et rudi caccabo tecta relinquitur, tunc, si aquae proximitas arriserit, mane
umida reperitur. sole autem declarato intuentur etiam magistri loca solliciti et ubi
supra terram volitare spissitudinem minutissimarum conspexerint omnino muscarum,
tunc promittunt laetificale quod quaeritur inveniri. addunt etiam in columnae speciem
conspici quendam tenuissimum fumum, qui quanta fuerit altitudine porrectus ad summum,
tantum in imum latices latere cognoscunt, ut hoc sit mirabile, quod per haec aliaque
signa diversa mensura definita praedicitur, quanta profunditate quaesita monstretur.
praedicunt etiam sapores aquarum, ut nec aspera dispendioso labore debeat quaeri,
4 nec dulcis necessariaque inhonora contemni. Hanc scientiam sequentibus pulchre

---

LRKPMON(X)E(F)

1 hunc *bis O* arithmeticam] *KP*A^e, arithmetica *plerique*, arimethicam *MN*, arismetrica *E* indicas] *LRKP*, dicas *MONXE*, dictis A^e, dicis *Gar.*, *fortasse* dictas auditoriis] adiutoriis *K* 2 geometri R^1 cum tantum] cum tamen *LRKE* stidiosis L^1 3 dicuntur M^a agrimessori *K*, agrimensorum *O* 4 proteruitas] proternias L^1, propter uitas *O* abscindatur A^e utique] itaque *KMONXE* 5 deserti sunt] desertissimum *P* cortuosis *O* semitibus] *L*R^a*KP*, semitis *reliqui* 6 indicias *O* 7 lectio sua (tua *EF*)] s. l. A^e probat ... 8 tollit *om.* E^1 8 rura] pura *MON*E^2, plura *X*E^1*F* 9 suffulti] fulciti suffulti E^1 14 aquilegium *KA:* aquilegus *redit in titulo Hispano C. I. L.* II, 2694 16 poss. dar. *MONXEA* imatiles] uernatiles *MONXEFA*, uenatiles *Gar.* habitare *L* 17 fuisse gratum A^e ill* R^a 21 rubus ual. A^e salis O^a laeta] lenta *EF*A^e pupulus L^1 22 tamen] tantum *MONXEF* 23 terra *P* 26 super *MONXE* uol spiss. (pissitudinem K^1) min.] min. uol. spiss. A^e conspexerit *P* 27 laetificale] laeti facile *MONXEFA* *fortasse recte* columbe *R* 28 conspici *om. E* 29 tanto A^e in imum] in unum *X*, etiam imo *O* latere *om.* L^1 mirabili *R* quod per] quicquid *LK*, quidquid *R* aliaque] et alia *R* 30 mensura *om.* R^1 mostrentur *E* 31 praedicuntur A^e dispendio *O* debeant *E* 32 in honore *E* sciam *N*

tradiderunt apud Graecos ille, apud Latinos Marcellus: qui non solum de subterraneis
fluentis, sed de ipso quoque ore fontium sollicite tractaverunt. dicunt enim aquas,
quae ad orientem austrumque prorumpunt, dulces atque perspicuas esse et pro sua
levitate saluberrimas inveniri, in septentrionem vero atque occidentem quaecumque
manant, probari quidem nimis frigidas, sed crassitudine suae gravitatis incommodas.
Atque ideo, si memorato illi viderit sapientia vestra et lectione codicum et usu rerum 5
quae sunt praedicta constare, conpetentibus annonis de publico deputatis peregrinationem
eius inopiamque relevabis: accepturus mercedes, ubi artis suae dona praestiterit. Nam 6
quamvis Romana civitas aquis abundet irriguis sitque fontibus gaudens et formarum
inundatione ditissima, reperiuntur tamen plurima suburbana quae hanc videantur
desiderare peritiam, et merito continetur, qui vel pro parte necessarius esse cogno-
scitur. huic tamen mechanicus omnino iungendus est, ut undas, quas iste repperit,
ille levet et arte subire faciat, quod ascendere non praevalet per naturam. habeatur
ergo et iste inter reliquarum artium magistros, ne quid desiderabile putetur fuisse,
quod sub nobis non potuit Romana civitas continere.

LRKPMON(X)E(F)

1 latinus *N* subterraneis] terraneis *LRK* 2 font. ore *K* 4 septrentrionem *L* 6 memorato (memorata N^b) illi uiderit (uiderunt *MON*)] uid. mem. illi A^e cod. lect. A^e 7 de publico *om. N* 8 eius *om. N* ubi] *scripsi,* cui *libri* praestiterit] *LRPA,* praestiterunt *MONXEF* 10 des. uid. *R* 11 continentur *N* cogn. esse *R* 13 habetur *K* subire] salire *malim* 14 ne] et *N,* et ne *MO* 15 potuerit A^e

LIBER QUARTUS.

I. Herminafrido regi Thoringorum Theodericus rex.

germinafrido X^1, hermanifrido P^t
thuringorum *RP*, turingorum K^1, turindorum K^t
thedericus L^1

II. Regi Erulorum Theodericus rex.

erulorum] *P*, herulorum *plerique*, herculorum K^1E, curulorum K^t

III. Senario v. i. comiti privatarum Theodericus rex.

u. i.] $MO^1N^1A^e$, uiro PX^t
com. priu. *om.* *K*

IIII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

in litura M^1(b)

V. Amabili viro devoto comiti Theodericus rex.

in litura M^1(b)

VI. Symmacho v. i. patricio Theodericus rex.

symmacho] L^tR, *corruperunt ut antea rell.*
u. i.] PMN^1, uiro $O^1X^tA^e$, *om.* *K*

VII. Senario v. i. comiti privatarum Theodericus rex.

senatorio $N^1X^tE^1$
u. i.] $P^1M^tO^1A^e$, $\overline{\text{un}}$. N^1, $\overline{\text{uu}}$ M^1, uiro X^t, *om.* *K*
priu. *om.* P^t

VIII. Honoratis, possessoribus et curialibus Forolivensibus Theodericus rex.

horatis L^t(a), honeratis O^1E^t
posseseribus O^1
et cur.] et (*om.* cur.) P^t, *om.* *K*
foroliuiensibus $M^1N^1F^t$, liuientibus O^1(a) (*om.* foro), liuiensibus O^1(b), forolinensibus K^t, foroiulensibus *P*, foroiuliensibus E^tA^e, forouiliensibus F^1, *om.* K^1X^t

VIIII. Osuin v. i. comiti Theodericus rex.

osuin] PM^1N^1, osum $K^tM^tO^1X$, osuuin LRO^tN^t, *suum K^1, osium E^1F^t, osni F^1, ofuim E^t, osuni A^e
u. i.] $K^tP^1MO^1N^1A^e$, uiro X^t

X. Iohanni v. s. consulari Campaniae Theodericus rex.

u. s.] $PMO^1N^1A^e$, uiro X^1EF, uiro illustri L^tR^t, *om.* *K*
consulati K^t, consuli A^e

XI. Senario v. i. comiti privatarum Theodericus rex.

senatorio N^1E^1
u. i.] PM^tA^e, uiro $M^1O^1N^1XEF^t$, *om.* K^1
com. priuatarum *ante* seuario R^t

LRKPMON(in textu inscriptiones nullae)(X)E(F)

XII. Marabado v̄. ī. comiti et Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.
marabado . . . et *om.* K
marabido L^{1}(a), marabodo P^{1}, mirabado $X^{t}E^{t}F$, morabodo P^{t}
u. i.] $PM^{t}A^{e}$, uiro XEF, *om.* $M^{1}O^{1}N^{1}$
comiti *om.* R^{t}
et] er M^{t}
u. s.] $L^{t}PMO^{1}N^{1}A^{e}$, senatori (*om.* uiro) F^{1}, *om.* K

XIII. Senario v̄. ī. comiti privatarum Theodericus rex.
senatorio N^{1}
u. i.] $P^{1}MA^{e}$, niro $O^{1}N^{1}XEF$, *om.* K
com. pr. *om.* K

XIIII. Gesilae saioni Theodericus rex.
*ile K^{1}, gefile E, selisae L^{t}(¹), sesil(a)e $R^{t}K^{t}$, gesilio F^{1}

XV. Benenato v̄. s̄. Theodericus rex.
benedicto F^{t}
u. s.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$, uiro illustri $L^{t}R^{t}K$

XVI. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XVII. Ibbae viro sublimi duci Theodericus rex.
ibb(a)e $L^{t}R^{t}KPM^{t}$, ib(a)e *reliqui*
uiro sublimi] *sic perscribunt non solum LR, sed item* $MO^{1}N^{1}X^{1}EF$, *qui laterculi notas* u. s. *aut retinent aut solvunt* uiro senatori *ostendentes ita etiam in suo archetypo* uiro sublimi *perscriptum fuisse,* ūs̄ PA^{e}, *om.* K

XVIII. Annae v̄. s̄. comiti Theodericus rex.
amne N^{1}, ane K^{1}
u. s.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$
comiti *om.* K^{1}

XVIIII. Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.
gamello O^{1}
u. s.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* K^{1}
ins. argelico uiro ill. (argelico *del.*) R

XX. Geberic v̄. s̄. Theodericus rex.
geberich $L^{1}R^{1}A^{e}$, giberio N^{1}, giberic F^{1}, geberio E^{t}, geberie E^{1}
u. s.] $PMN^{1}A^{e}$

XXI. Gemello v̄. s̄. Theodericus rex.
gamello O^{1}
u. s.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* K

XXII. Argolico v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.
argelico $L^{1}R^{1}M^{t}$
u. i.] $P^{t}MO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* K
post illustri *add.* comiti $L^{1}X^{1}$
p. u.] P^{t}, urbis praefect̄ M^{t}
om. P^{1}

XXIII. Arigerno v̄. ī. comiti Theodericus rex.
argerno R^{1}, angerno N^{1}, aurigerno X^{t}, arigenno E^{t}
u. i.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$, *om.* K

XXIIII. Helpidio diacono Theodericus rex.
helpido $E^{1}F^{t}$, elpido E^{t}, elipido F^{1}

XXV. Argolico v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.
argholico E^{t}
u. i.] $PMO^{1}N^{1}A^{e}$
p. u.] PMO^{1}, pontifici $X^{t}EF$, *om.* K

LRKPMON(in textu inscriptiones nullae)(X)E(F)

XXVI. Uniuersis Massilia constitutis Theodericus rex.

massilia (massilie N^1(a), in assilia E^1F, assilia E^t, marsilia K^t) const.] massiliensibus P^tA^e

XXVII. Tutizar saioni Theodericus rex.

tutizar] LR^tK^1, tutisar K^t, tutitar R^1, tzutizar P, tzutzar M^1N^1, tzuttzar M^t, tezuzzar X^1, tezutzar X^t, tuzuzar O^1, terzuzzar E^1, terzuzar E^tF, teruthar A^e

XXVIII. Dudae v̄. s̄. comiti Theodericus rex.

dud(a)e $K^1M^1O^1N^1XEFA^e$, dudd(a)e $LRK^tPM^tO^tN^t$

u. s.] $P^tMO^1N^1A^e$, ūi P^1

comiti *om.* K

XXVIIII. Argolico v̄. ī. p̄. ū. Theodericus rex.

u. i.] $PMO^1N^1A^e$, *om.* K

p. u.] PO^1, p̊u M^1, prouin. N^1, pontifici XEF, patricio M^t

XXX. Albino v̄. ī. patricio Theodericus rex.

u. i.] $PMO^1N^1A^e$, uiro comiti F^1, *om.* K

patr. *om.* K

XXXI. Aemiliano viro venerabili episcopo Theodericus rex.

ūi uenerabili N^1, uenerabili (*om.* uiro) R^tK

XXXII. Dudae saioni Theodericus rex.

dudd(a)e $L^tR^tKM^t$

XXXIII. Uniuersis Iudaeis Genua constitutis Theodericus rex.

ienua F^1, ganua K^t, genuae A^e, in genua E^tF^t, *post* const. M^t

consistentibus P^tA^r

om. E^1

XXXIIII. Dudae saioni Theodericus rex.

duddae $L^tR^tKM^t$

om. E^1

XXXV. Actoribus Albini v̄. ī. Theodericus rex.

auctoribus O^1A, actitoribus L^tR^t

abini O^1, *om.* L^tR^tK

u. i.] P, uiro illustri L^1R^1, uiris illustribus L^tR^tK, *om.* MO^1N^1XEFA

XXXVI. Fausto pp̄ō Theodericus rex.

pp̄o] L^1PM^t, patricio $M^1O^1N^1$

XXXVII. Theodagundae iilustri feminae Theodericus rex.

theodagundae] L^tA, teodagundae P^1, t(h)eodagunt(a)e *laterculi plerique et* $R^tM^tE^t$, theodagunthae X, theodagute F^t, theodegunde K, theodighunte *(altero loco)* E^1, theodacuncte F^1, theogunde P^t

37. 38 errore bis ponit E^1

XXXVIII. Fausto pp̄ō Theodericus rex.

pp̄o] $L^1R^1PMN^1$

habet bis (cf. ad 37) E^1

XXXVIIII. Theodahado v̄. ī. Theodericus rex.

theodohado P^1, theoado P^t, theodadachado $M^1O^1X^1$, theodadrachado M^t, teodadrachodo N^1, *heodadrachodo K^1(2), theodochado E, theodocado F^1, theodobaldo F^t

u. i.] K^1(2)PMO^1N^1

om. in sp. vac. K^1(1)^t, symacho patricio xxxix th. rex xxxuiii *(cf. ep.* 51*)* N^t

XL. Actoribus Probini v̄. ī. Theodericus rex.

auctoribus O^1A

pluni O^1, probiui uel pluni E^t, albini F^t

u. i.] PMO^1N^1, uiro illustri L^1R, uiris illustribus L^t, *om.* KX^1EFA

XLI. Iohanni archiatro Theodericus rex.

arciatro L^t, artiatro K^1, arthatro K^t

LRKPMON(X)(in libro O textus finit in *ep.* 20, *in libris MX* in *ep.* 39, *N in textu inscriptiones non habet; laterculus in quattuor libris his adest integer)E(F)*

XLII. Argolico p̄. n̄. Theodericus rex.
arghоlico E^t, agricolao K^t
p. u.] PMO^1, ū. p̄. A^e, ui prouint̄. N^1, pontifici *EF*, patritio A^r

XLIII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XLIIII. Antonio viro venerabili Polensi episcopo Theodericus rex.
anthonio L^tR^t
n̄ī uenerabili N^1, uiro uen. *om.* *K*
polensi *in laterculis unus P, in textu omnes praeter KEF*

XLV. Comitibus, defensoribus et curialibus Ticinensis civitatis Theodericus rex.
def. et cur.] def. et cur. uniuersis *P*, *om.* *K*
ticininsis O^1, thicinensis L^t

XLVI. Marabado v̄. ī. Theodericus rex.
marrabado L^tR^t, marabdo N^1, morabodo *P*, mirabado EF^1, mirabaldo F^t
u. i.] $PMO^1N^1A^e$

XLVII. Gudisal saioni Theodericus rex.
godiscalco *PA*, guodiscaleo L^t, gotiscalco R^t, godiscalcho K^t
saioni *om.* K^t
om. K^1N^1

XLVIII. Eusebio v̄. ī. Theodericus rex.
u. i.] $PMO^1N^1A^e$, *om.* *K*

XLVIIII. Universis provincialibus et capillatis, defensoribus et curialibus Siscia vel Savia consistentibus Theodericus rex.
et (*om.* F^t) capillatis (capllatis P^t) def. et eur. (def. c̄ F^t) *om.* *K*
sisthia M^{1b}, sithia O^1, scithia $M^{1a}N^1X^1$, schitia E^1, sichia E^t, *om.* (*cum* uel) KFA^e
sania] *scripsi*, suauia *plerique*, sueuia L^tRK^1, in sueuia F^t, sueuis K^t
constitutis $L^tR^tKF^t$

L. Fausto p̄p̄ō Theodericus rex.
fasto M^1
p̄p̄ō] $L^1R^1M^1O^1$, p̄p̄ *P*

LI. Symmacho patricio Theodericus rex.
symmacho] L^tR^t, simmacho L^1R^1, *reliqui corruptius*
princio O^1

LRKPMON(X)(in quattuor his libris laterculus adest textu deficiente)E(F)

I.

HERMINAFRIDO REGI THORINGORUM THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Desiderantes vos nostris aggregare parentibus neptis caro pignori propitia divinitate sociamus, ut qui de regia stirpe descenditis, nunc etiam longius claritate Hamali sanguinis fulgeatis. mittimus ad vos ornatum aulicae domus, augmenta generis, solacia fidelis consilii, dulcedinem suavissimam coniugalem: quae et dominatum vobiscum iure
2 compleat et nationem vestram meliore institutione componat. Habebit felix Thoringia quod nutrivit Italia, litteris doctam, moribus eruditam, decoram non solum genere, quantum et feminea dignitate, ut non minus patria vestra istius splendeat moribus
3 quam suis triumphis. Quapropter salutantes gratia competenti indicamus nos venientibus legatis vestris inpretiabilis quidem rei, sed more gentium suscepisse pretia destinata, equos argenteo colore vestitos, quales decuit esse nuptiales. quorum pectora vel crura sphaeris carneis decenter ornantur: costae in quandam latitudinem porriguntur: alvus in brevitate constringitur: caput cervinam reddit effigiem, imitantes velocitatem cuius videntur habere similitudinem. hi sunt sub pinguedine nimia mansueti, magna mole celerrimi, aspectibus iucundi, usibus gratiores: incedunt enim molliter, sessores insanis festinationibus non fatigant: quiescitur in ipsis potius quam laboretur et com-
4 positi delectabili moderatione agilitate norunt continua perdurare. Verum hunc quamvis nobilissimum gregem beluasque morigeras vel alia quae direxistis eximia victa cognoscitis, quando omnia iure superat, quae decus regiae potestatis exornat. destinavimus et nos quidem, quae principalis ordo poscebat: sed nihil maius persolvimus, quam quod vos tantae feminae decore copulavimus. assint vestro divina coniugio, ut sicut nos causa iunxit affectionis, ita et posteros nostros obliget gratia parentalis.

II.

REGI ERULORUM THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Per arma fieri posse filium grande inter gentes constat esse praeconium, quia non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosci. in subole frequenter

---

LRKPMON(X)E(F)

3 neptem *A* diuinitate] deitate A^c 4 sociamus] coniungimus *R* descendentis *K* hamali] *LRK*, amali *P*, imperialis *MONXEFA* 5 domus *om.* E^1 augmentata P^2 6 dominatum] dominam *LRKP* iure uobiscum *MONXEA* 7 compleat] impleat A^e thoringa *R* 9 spendeat PO^a 10 sal.] sal. nos *A* uos *O* 11 nostris M^1XE quidem] quod *P* 15 hii *RKMONXEA* sunt *om.* *XEF* magna m. c. a. (sunt *ins.* *K*) iucundi *om.* *MONXEF* 16 sessores] s. suos KA^e 17 pot. in ipsis A^e 18 norunt] nolunt *K* perdurare] durare *K* quamu. hunc K^a 19 uicta] uita *K*, iuncta *E* 21 quidem quae] quod quae P^a, quidquid P^b nihil] nunc E^1 22 decori XEA^e copulamus *MONXEF* 23 parentelis L^1 25 posse fieri *K* 26 adaptari *N* firmissimus *N* subole] sole K^a

fallimur: ignavi autem esse nesciunt, quos iudicia pepererunt. hi enim gratiam non
de natura, sed de solis meritis habent, quando vinculo animi obligantur extranei, et
tanta in hoc actu vis est, ut prius se velint mori quam aliquid asperum patribus
videatur infligi. Et ideo more gentium et condicione virili filium te praesenti munere 2
procreamus, ut competenter per arma nascaris, qui bellicosus esse dinosceris. damus
tibi quidem equos enses clipeos et reliqua instrumenta bellorum: sed quae sunt omnimodis fortiora, largimur tibi nostra iudicia. summus enim inter gentes esse crederis,
qui Theoderici sententia comprobaris. Sume itaque arma mihi tibique profutura. ille 3
a te devotionem petit, qui te magis defensare disponit: proba tuum animum et opus
non habebis obsequium. adoptat te talis, de cuius gente tu potius formideris. nota
sunt enim Erulis Gothorum deo iuvante solacia. nos arma tibi dedimus: gentes autem
sibi olim virtutum pignora praestiterunt. Salutantes proinde gratia competenti reliqua 4
per illum et illum legatos nostros patrio sermone mandamus, qui vobis et litteras
nostras evidenter exponant et ad confirmandam gratiam quae sunt dicenda subiungant.

III.

SENARIO $\overline{V}\cdot\overline{I}\cdot$ COMITI PRIVATARUM THEODERICUS REX. *a. 509/510*

Ad ornatum palatii credimus pertinere aptas dignitatibus personas eligere, quia 1
de claritate servientium crescit fama dominorum. tales enim provehere principem
decet, ut quotiens procerem suum fuerit dignatus aspicere, totiens se recta iudicia
cognoscat habuisse. moribus enim debet esse conspicuus, qui datur imitandus. facile
est quemque sibi degere: multis autem electum vivere decet. Cape igitur per in- 2
dictionem tertiam illustris comitivae nostri patrimonii dignitatem, quam tibi non
inmerito tribuit regalis auctoritas. diu namque nostris ordinationibus geminum mutuatus obsequium et consilii particeps eras et disposita laudabili assumptione complebas.
subisti saepe arduae legationis officium: restitisti regibus non impar assertor, coactus
iustitiam nostram et illis ostendere, qui rationem vix poterant cruda obstinatione
sentire. non te terruit contentionibus inflammata regalis auctoritas, subiugasti quin
immo audaciam veritati et obsecutus ordinationibus nostris in conscientiam suam
barbaros perculisti. Quid studium tuum longa lucubratione sollicitum et laboris con- 3
tinui inculpabile referamus obsequium? usus es sub exceptionis officio eloquentis ingenio: favebat ipse sui delectatus auditor, dum meliora faceres, cum recitare coepisses.
pronuntiatio tua nostrum delectabat arbitrium, quia tantum dictantium reficiebas animum,
quantum se lassare poterat cura cogitantum. fuit quoque in te pars altera vitae laudabilis, quod arcana nostra morum probitate claudebas, multorum conscius, nec tamen,
cum plura nosses, elatus. collegis gratia, superioribus humilitate placuisti. Sic omnium 4

LRKPMON(X)E(F)

1 esse *om. R* hii *RKMONXE* enim *om. MONXEF* 3 patribus *om.* E^1 4 uideatur] uideantur *A*, *om. X* 5 disnosceris *M* 6 quid. tib. *MONXEA* euses *om.* E^1 7 largi*mur *M* esse *om. N* 8 theoderiei *PMONXE* sentia R^a itaque] itaque tibi L^1 9 probat *MONXEA* 10 habebit *MONXEA* potius] poscius *P* formidaris *EF* nata L^a 11 herulis *reliqui*, herculis E^2 12 sibi] ibi *O*, *om.* A^e 13 et] atque *K* et *om.* A^e 14 firmandam *P* 16 palatii] rei publicae *K* 17 seruitium *R* princ.proueh. X^eEF 18 procerum *N* fuerit dignatus] fuerit d. fuerit *R*, dignatur *EF* recta i. cogn. (recognoscat E^a)] cogn. recta i. A^e 20 quemque] *scripsi*, qualemque *LRKM*, qualem *ON*, qualemcumque *PXEFA* degere] diligere *P*, deligere A^e niuere] uidere *LRKPA* 21 tertiam] quartam *A* 23 obsequium] officium N^a 24 subistis *N* restituisti *R* asserto *K* 27 ueritatis P^a 28 pertulisti *E* lugubracione *NE* cont. lab. A^e 29 inculbabile *N* reseramus L^1, referemus *R* eloquentis] obloquentis *P* 30 cum *om. X* 32 laxare *EF* cogitantium *PXEA* 34 nossces *E*, nosceres *P* elatus] elata sunt *LRK*

pro te factus est unus animus ex magna diversitate sociatus. carpes certe probatae institutionis gratissimum fructum, quando provectus tuus ita potuit omnes laetos efficere, ut universi in te iudicent sua desideria profecisse. tuere igitur hanc virtutum amabilem praeclaramque constantiam nostraeque domus auctoritate subnixus tanto studiosius gratiam quaere, quantum te locum beneficiis respicis invenisse. tende itaque adhuc bonis actibus tuos ad potiora successus, sciens gratiam nostram in illo semper augeri, qui se dignum adepto culmini desiderat inveniri.

IIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX.

a. 509 ante Sept. 1

1 Gloriosum quidem nobis est, patres conscripti, honores passim impendere, sed
laudabilius bene meritis digna praestare. quicquid enim talibus tribuimus, pro generali
potius utilitate largimur. cunctis siquidem proficit recti tenax provectus nec locus
2 relinquitur iniuriae, cum ad bonos pervenit regula disciplinae. Hoc itaque praeclaro
desiderio illustrem virum Senarium comitivae patrimonii dignitate subveximus, qui
venalitatis obscura animi claritate refugiat, qui calumnia non laetetur, nec patrimonii
auctoritate suffultus de nostro sibi faciat terrore compendium, sed ius aequabile possit
tenere cum ceteris, unde nobis placere respicit servientes. haec de illo futura pro-
3 mittere praeteritorum facit temporum fides. In ipso quippe adulescentiae flore palatia
nostra meritis maturus intravit et, quod robustas quoque fatigat aetates, nullo deceptus
novitatis errore ad imperantis conversus arbitrium effectum bonarum praestitit iussionum,
nunc ad colloquia dignus, nunc ad exceptiones aptissimus. frequenter etiam in honorem
legationis electus, cuius multiplex meritum incertum apud nos reddebat officium. non
4 enim unius loci vir debet dici, a quo multa videntur impleri. Sed haec amplius com-
mendabat humilitas, quae tam clara quam rara est. novum est enim sub amore prin-
cipis custodire modestiam, quia gaudia semper animos inquietant: modus enim raro
5 laetis rebus imponitur, qui magis in tristibus invenitur. Verum inter haec stupenda
meritorum originis quoque simili claritate resplendet, ut haereas, qua parte sit ditior,
cum copiosius utraque possideat. habent ergo singulatim distributa praeconium, iuncta
miraculum. quapropter, patres conscripti, assurgat primaevis introeuntibus cana Liber-
tas. nihil de genio vestro subtrahitur, quando venientium novitas honorabiliter in-
vitatur. parentes publici de clementia nominati, duplex vos ratio benignitatis invitet:
incipiens mereatur gratiam, provectus favorem.

LRKPMON(X)E(F)

2 laetos] legatos *O* 6 tuis *XEF* potiora successus sciens] potiores (porciores *O*) uoces (uices *EF*) suscipiens *MONXEF* 7 cumini *O*, culmine *E* 10 bene] bona E^{1} 11 tenax] ucrax *P* 12 iniuri**** L^{1} 13 senatorium XE^{1} 14 refigiat *K*, refulgeat *O* 15 terr. fac. *E* 16 tenere ... placere *bis O* unde] et inde *altero loco O* plac. nob. resp. *P*, nob. resp. plac. *K* 17 fac. praet. *MONXE* 18 meritis] mentis E^{2} quod] condam E^{1} 20 etiam] et EA^{e} leg. hon. A^{e} 21 incertum] **certum M^{a} 22 unius] uuus E^{1} hoc E^{1} 23 humilitas] ****litas K^{1}, humanitas O^{a}, utilitas *A* tam] tantum *MONXEF* 24 modestestiam *P* gaudia *om.* E^{1} modus enim raro laetis rebus imponitur q. m. in tr. inuenitur] modus enim raro (rarus *X*) l. r. interuenit *(om. mediis) MONXEF;* modus etiam raro internenit garrula res est laetitia nec enim prae gaudio potest spiritus contineri (*omissis verbis* laet. r. imp. q. m. in tristibus) *ex ms. Praevostiano Fornerius* 26 haereas] habeas *K* 27 ergo] igitur *E*, *om. X* singulatim] *LP*, singillatim *RKMONX*, sigillatim *EA* 28 quaspropter E^{1} 29 uenientium] et u. P^{2} 30 ben. inuitet (inuitat *P*)] inu. ben. X^{a}

V.

AMABILI VIRO DEVOTO COMITI THEODERICUS REX. *a. 508/511*

Nullum decet nostras gravanter suscipere iussiones. quae magis utilitates noscuntur 1
extollere devotorum. in Gallicana igitur regione victualium cognovimus caritatem, ad
quam negotiatio semper prompta festinat, ut empta angustiore pretio largius distrahantur.
sic evenit ut et venditoribus satisfiat et illis provisio nostra subveniat. Atque ideo 2
devotio tua praesenti auctoritate cognoscat omnes navicularios Campaniae, Lucaniae
sive Tusciae fideiussoribus idoneis se debere committere, ut cum victualibus speciebus
tantum proficiscantur ad Gallias, habituri licentiam distrahendi sic ut inter emptorem
venditoremque convenerit. Grande commodum est cum indigentibus pacisci: quando 3
fames totum solet contemnere, ut suam necessitatem possit explere. nam cum ambitioni suae serviat, prope modum donare videtur, qui vendit rogatus. ad saturatos cum mercibus ire certamen est: suo autem pretium poscit arbitrio, qui victualia potest ferre ieiunis.

VI.

SYMMACHO V· I· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Rationales petitiones supplicum libenter amplectimur, qui etiam non rogati iusta 1
cogitamus. quid est enim dignius quod die noctuque assidua deliberatione volvamus.
nisi ut rem publicam nostram sicut arma protegunt, aequitas inviolata custodiat?
spectabilis itaque Valerianus in Syracusana civitate consistens reverti se ad lares
proprios supplicavit, qui studiorum causa liberos suos ad Romanam civitatem deduxit.
Quos illustris magnificentia tua ex nostra continens iussione in supra dicta urbe faciat 2
commorari: nec illis liceat ante discedere, nisi hoc noster proloquatur affatus. ita
enim et illis studiorum provectus adquiritur et nostrae iussionis reverentia custoditur.
Non ergo sibi putet impositum, quod debuit esse votivum. nulli sit ingrata Roma, 3
quae dici non potest aliena, illa eloquentiae fecunda mater, illa virtutum omnium latissimum templum. sentiatur plane, quod clarum est: non sine gratia esse creditur, cui habitatio tanta praestatur.

VII.

SENARIO V· I· COMITI PRIVATARUM THEODERICUS REX. *a. 509/510*

Propositum nostrae pietatis est iniuste periclitantium sublevare fortunas, quia 1
quod aliena vi constat impositum. trahere non possumus ad delictum. iniquum est
enim, ut hominis vitio deputetur quod eius voluntate non regitur: et illud imputetur
periclitanti, unde raro datur evadere. Atque ideo sublimitas tua prosecutores frumen- 2
torum, qui de Sicilia fuerant ad Gallias destinati, lacrimabili nos aditione pulsasse

---

LRKPMON(X)E(F)

2 grauiter P^b, graua**** M^a 3 gallica K^1 4 semper neg. semper *N* augustiore pretio largius] *scripsi*, largius angustiore (augustiore *L*, congustiore P^a) pretio *libri* 6 tuo *O* omnis *O* 7 uictualus P^a, uictualum P^b 8 sicut *om. O* 10 famis *LRKMN* expellere *A* 11 qui] quod *N* ire cum merc. *K* 15 rationales] *LMO*, rationabiles *RPXEA*, *hiat N* 16 enim] *inc.* M^1, *om. E* 17 aeq.] aeq. quoque *A* *(ex ep. I, 39)* 19 romam *O* 20 tua *om.* K^a iussion A^c *(em. in err. typ.)* facia K^1 21 affectus M^1XE 25 clarum] *LRKPA*, carum $MONXE^2F$, cautum E^1 29 pietatis] clemencie *N* 30 quod al. ui constat *om. P* 31 imputetur] RK^2XEA *coniectura*, iuputet *reliqui* 33 silicia *L* lacrinabili *K* pulsatos *K*

cognoscat, dum susceptum onus promovissent in pelagus, adversis flatibus fuisse susceptum: ubi fatiscente compage trabium, omnia vis absorbuit undarum nec quic-
3 quam miseris de aquarum nimietate nisi solas lacrimas restitisse. Unde illustris sublimitas tua, praesenti auctoritate commonita, modiationem tritici quam sub hac sorte perisse probaverint, supradictis prosecutoribus sine aliqua faciat cunctatione reputari. crudelitatis enim genus est ultra naufragium velle desaevire et illos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur inmania elementa cessisse.

VIII.

HONORATIS POSSESSORIBUS ET CURIALIBUS FOROLIVENSIBUS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Grave videri non debet, quod nostra ordinatione censetur, quia novimus aestimare, quod vos oportet implere. a nobis quippe potestis rationabiliter custodiri, quibus profecistis non gravati. proinde devotioni vestrae praesenti auctoritate decernimus, ut accepto pretio competenti de locis vestris ad Alfuanum trabes sine aliqua dilatione devehatis, quatenus et nostra ordinatio sortiri possit effectum et perceptis mercedibus nec vos videamini sustinere dispendium.

VIIII.

OSVIN V̄· Ī· COMITI THEODERICUS REX.

a. 507/511

Innocentiae professio est nostram elegisse praesentiam, ubi nec violentiae locus datur nec avaritiae vitia formidantur. Maurentius atque Paula patris auxilio nudati multorum se iniuriis testantur exponi: quorum adulescentia pervia videtur incommodis, cum facile possit subrepi vel iuvenibus destitutis. et ideo nostrum merentur praesidium, a quibus se calliditas non abstinet improborum. proinde sublimitas vestra tenorem praesentis iussionis agnoscens supra memoratos adultos, si quis iurgantium pulsare maluerit, ad nostrum comitatum noverit dirigendos, ubi et innocentia perfugium et calumniatores ius possint invenire districtum.

X.

IOHANNI V̄· S̄· CONSULARI CAMPANIAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Foedum est inter iura publica privatis odiis licentiam dare nec ad arbitrium proprium vindicandus est inconsultus fervor animorum. iniquum quippe nimis est

---

LRKPMON(X)E(F)

1 suspectum *O* promouissent] *PM*ᵇ*O*²*NXA correctura*, promouisset *LRKM*ᵃ*E*, promouiss* *O*¹ 2 ubi] ut *P* abs. (absorbuisset *K*, absorpsit *P*) und.] und. abs. *A*ᵉ nec] ne *N* 3 unde] bene *XE* 4 modiationem] in ordinationem *E* 5 probauerit *ON*, probauerunt *E* cunctatione] percunctacione *N* 6 crudelitas *E*¹ en. gen. est] est en. gen. *MON*, en. est gen. *EF* ultra] ulica *E*¹ deseruire *E*¹ 7 inmonia *N* elementa cessisse] pericula concessisse *XEF* 11 a nobis] ambis *O* profecistis] *LRK*¹*A*ᵉ, proficitis *P*, profuistis *MONXEFA*ʳ, prospicitis *K*² 12 non] etiam non *EF* 13 nostris *O* alfianum *P*, alsuanum *A* 15 uideramini *O* 17 professessio *O* praesentiam] prouinciam *K* 18 auxilia *N* 20 subrepi] *Krusch*, subripi *libri* 21 reproborum *K*, improrum *O* 22 iugantium *K* 23 profugit *MN* 24 ius] uix *N* possint] possunt *PMONXA* 28 uindicandus] indicandus *M*ᵃ*XEA*

quod delectat iratum. furentes iusta non sentiunt, quia dum commoti in vindictam saeviunt, rerum temperantiam non requirunt. hinc est quod legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. quid enim a bellica confusione pax tranquilla distabit, si per vim litigia terminentur? Provincialium igitur 2
Campaniae atque Samnii suggestione comperimus nonnullos neglecta temporum disciplina ad pignorandi se studia transtulisse et quasi edicto misso per vulgus licentiam crevisse vitiorum. his multo acerbiora iungentes: alienis debitis ad solutionem alios trahi solamque causam probabilem videri, si aliqua debitori potuit vicinitate coniungi. o iniquum persuasionis errorem! dividuntur causae germanis: filius obligationibus paternis, si non sit heres, exuitur: uxor maritalibus debitis nisi per successionis vincula non tenetur: et audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absolvant iura coniunctos. hoc hactenus fieri nostri ignorantia fortasse pertulerit: nunc necesse est remedium de legibus habeat, quod nostram potuit intrare notitiam. Proinde edictalis programmatis tenore comperto 3
spectabilitas vestra in cunctorum faciat notitiam pervenire, ut quisquis quod repetere debuisset pignorandi studio fortassis invaserit, voce iuris amittat nec liceat cuiquam sua sponte nisi obligatum forsitan pignus auferre. si vero alterum pro altero, quod nefas dictu est, pignorare maluerit, in duplum cui vim fecit direpta restituat, quia scelera damna plus cohibent et sola detrimenta cogitant qui pudoris fecere iacturam. quem vero ab hac redhibitione foedum patrocinium tenuitatis excusat, pro admissi qualitate facinoris in eum fustuario supplicio vindicetur. non enim patimur impunitum quod nolumus esse permissum.

XI.

SENARIO V̄· Ī· COMITI PRIVATARUM THEODERICUS REX. *a. 509/510*

Spes est certa remedii vota supplicum ad prudentis remisisse iudicium, ut per ordinationis beneficium confusionis abrogetur incertum. proinde magnitudo tua, cuius ordinationi videtur subiacere provincia, inter possessores Volienses atque curiales causam diligenti examinatione discutiat, quatenus inter eos sopiatur querela a vobis patefacta iustitia. non enim decet post audientiam vestram negotium trahi, a quo post alios iudices debuisset audiri.

XII.

MARABADO V̄· Ī· COMITI ET GEMELLO V̄· S̄· THEODERICUS REX. *a. 508/511*

Propositi nostri est, ut provincias nobis deo auxiliante subiectas, sicut armis 1
defendimus, ita legibus ordinemus, quia semper auget principes observata iustitia et quantum probabili institutione vivitur, tantum summis adhuc provectibus aggregatur.

LRKPMON(X)E(F)

1 delectum N^a quia ... 2 saeuiunt *om.* N comm.] comm. animo A^e 3 nihil manu] manu nihil L^1, tunc manu E^1 nihil] tunc E^1 ageretur] agere N 4 tranq. pax XE distabat L per uim litigia terminentur] per iura litigia (legittima E^1) non term. XE^1F igitur] itaque N 6 pignerandi P *fortasse* edicto omisso uulgus] A^e, uulgos *libri* 7 multo] multos LR acerbiora] acceptiora E^1 8 probabilem] culpabilem E^1 uicinitate] in ciuitate A, *inc.* K^1F^1 9 profusionis N, peruasionis F hoc *om.* P 13 nostram] *om.* P^bO, *inc.* P^a 14 in] ad EA faciat] *inc.* L^a 15 pignorandi] et p. O uocem $MONXE$ 17 dictu est] L^2XEA, dictum est L^1RMON, est dictu K cui uim] ciuium P fecerit K directa E quia] quod P 18 scelerata N 19 quem] que O redimitione A^e amissi MNX^1A^e, ammissi A^r, commissi E 20 fustario P 23 spes] opes P *(errore miniatoris)* remisse K 25 possessiones E uolientes O, udienses E: *fortasse* Velienses 26 sapiatur N 27 audaciam O tr. neg. K 32 princeps A 33 adhoc E

2 Arcotamia itaque illustris femina flebiliter ingemiscens nepotis sui calamitatem tali conquestione deploravit, dum semper aviae cura tenerior est suorum, asserens Aetheriam nurum suam, mariti postposita dilectione, cuidam se Liberio iugali foedere sociasse et cum ornatior cupit novis thalamis apparere, studuerit prioris viri facultates evertere,
3 allegans ditatam filiorum spoliis, quibus magis decuit congregari. Ideoque nos, qui desideria supplicantum consuevimus remittere ad statuta divalium sanctionum, ut nec insinuationem supplicum renuamus nec adversarii negotium credula facilitate damnemus, sublimitatis vestrae iudicio hanc causam legibus committimus audiendam, ut omni incivilitate summota mediis sacrosanctis evangeliis cum tribus honoratis, quos partium consensus elegerit, qui legum possint habere notitiam, quicquid prisci iuris forma constituit inter eos, considerata disciplina nostri temporis, proferatis, quia non decet per vim eos aliquid agere, qui ad nostra meruerunt regimina pervenire.

XIII.

SENARIO V̄· I· COMITI PRIVATARUM THEODERICUS REX. *a. 509/510*

1 Emolumenta deesse laborantibus non oportet, ut et bonae spei aditus aperiatur et desudantium querela iusta compensatione claudatur. atque ideo providentiam nostram, quae omnes rei publicae partes sub caelesti favore circumspicit, ordinasse cognosce, ut Colosseo illustri viro pro laboribus et meritis ad Sirmiensem Pannoniam destinato iuxta consuetudinem veterem victualia praebeantur, quatenus, dum memorato viro
2 necessaria fuerint praeparata, locus iniustis praesumptionibus abrogetur. Disciplinam siquidem non potest servare ieiunus exercitus, dum quod deest semper praesumit armatus. habeat quod emat, ne cogatur cogitare quod auferat. necessitas moderata non diligit, nec potest imperari multis quod nequeunt custodire paucissimi.

XIIII.

GESILAE SAIONI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Magni peccati genus est alienis debitis alterum praegravare, ut qui potest exigi non mereatur audiri. sua quemque damna respiciant et is solvat tributum, qui possessionis noscitur habere compendium. atque ideo praesenti tibi auctoritate delegamus, ut Gothi per Picenum sive Tuscias utrasque residentes te imminente cogantur
2 exsolvere debitas functiones. In ipsis enim initiis comprimendus excessus est, ne foeda imitatio quasi turpis scabies paulatim reliquos comprehendat. si quis ergo iussa nostra agresti spiritu resupinatus abiecerit, casas eius appositis titulis fisci nostri viribus vindicabis, ut qui iuste noluit parva solvere, rationabiliter videatur maxima perdidisse.

LRKPMON(X)E(F)

1 arcotamia] arcothamia *P*, archotamia *MXEA*, archotomia *O* ingemescens ME^1 2 conquestioni *P* aitheriam *K* 4 auertere K^1 6 supplicantium *KPO*, supplicium *F* cousueuimus] nouimus *E* statut O^1*[?]*, studia *N* 7 insinuacione *O* facitate K^a 10 legam *N* possunt *L* 11 nostris N^a 14 laborantibus (laboribus N^a) deesse *N* ut *om.* E^1 aperitur N^a 16 *ordinasse *R* 17 colloseo *NE* uiro illustri A^e syrmiensem *PMONXEA* pannoniam] coloniam *R* 18 iusta *E* cons. uet.] uet. cons. *R*, cons. (*om.* ueterem) *N* 19 praesumptionibus] pe***ticionibus *N* 21 armatus *om.* *N* emet *N* cogatur *om.* R^1 moderata] moderamen XEA^e 22 potest *om.* R^1 nequeant A^e pacissimi *O* 24 qui] quod *A* 25 quique A^e is] si *O* 26 possessionibus *E* auct. tibi *N* 27 piscenum *N*, pincenium *E* te *om.* *O* 28 initiis] iuitiis et primordiis *P* 29 comprehandat L^1 30 agresti spiritu resupinatus] agrestis (grestis *N*) spiritus iure supinatus *MONXEF* causas *O* uostris *P* uiribus] *RMNE*, iuribus *(ut videtur) reliqui* 31 inste] iste K^1 noluit] noluerit E^1 uideatur *om.* R^1

qui enim debent ad fiscum celerius esse devoti, nisi qui capiunt commoda donativi, quando amplius de nostra humanitate recipiunt quam stipendii iure praestetur? nam si liberalitatis nostrae causa tractetur, nos potius voluntaria tributa solvimus, qui fortunas omnium sublevamus.

XV.

BENENATO V· S· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Illustris et magnifici viri comitis patrimonii suggestione comperimus dromonarios viginti et unum de constituto numero mortis incommodo fuisse subtractos. unde providentiam nostram, cuius est proprium quod casu subducitur recuperare consilio, hoc statuisse cognosce, ut supra dictos dromonarios probare sine aliqua dubitatione festines, qui tamen ad hoc opus possint idonei reperiri. 1
Remigum enim labor operosus valentes animo et viribus quaerit, ut confidentia mentis procellis obviare possit undosis. quid enim audentius quam illud infidum ac vastissimum mare intrare parvo navigio, quod eluctari facit desperationis sola praesumptio? quapropter iussis te nostris hanc cautelam convenit adhibere, ut querelam de congregatis debilibus non facias, cum nos robustissimos quaesisse cognoscas. 2

XVI.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 509/511*

Utilitatis publicae causa, quam noster animus semper aspectat, virum illustrem comitem Arigernum civem paene vestrum dudum ad Gallias aestimavimus dirigendum, ut eius maturitate consilii titubantium potuissent corda firmari. novitatem quippe sollicitam prudentes convenit habere rectores, ut quemadmodum fuerit vitae formatus ordo, sic currat instituta devotio. his rebus ad nostra vota compositis et gloriam civilitatis retulit et quod inter vos didicit diligenter ostendens et bellorum insignia reportavit. 1
Quem desideratum, sicut putamus, coetui vestro reddidimus, ut qui vobis longa aetate placuit, nunc gratior fiat, cum eum adiecta bona commendant. quapropter disciplinae se praefati viri Romanus ordo restituat et quod quietis amore praecipitur, devotis animis impleatur: quatenus et excessibus tollatur licentia et quod optamus maxime, locum nequeat invenire vindicta. 2
Si qua etiam per eius absentiam culpa provenit, inter vos iustitiae consideratione corrigite, sicut nobilitati vestrae convenit agere, cui semper probitas placet: quoniam nos specialiter iniunxisse cognoscite, ut error, qui ab auctoribus suis minime fuerit emendatus, legum districtione resecetur. parcatur ergo, patres conscripti, viro multis temporibus iam probato, cui necesse est praedicanda sequi, qui se hactenus sub vestra omnium laude tractavit et in tanta frequentia nullius repperit adversa iudicia. 3

LRKPMON(X)E(F)

1 donatiuis *XEF* 3 uoluntaria] ad u. *E* 6 dromanarios *XE*¹*FA*ᵉ, drom∗narios *M*ᵃ 7 num. const. *E* 8 proprium] commodum pr. *K*ᵃ quod] ut quod *K* recuperare] reparare *MONXEA* 9 dromanarios *XE*¹*FA*ᵉ, drom∗narios *M*ᵃ 10 hoc] hec *N*, *om. E* possunt *E* enim *om. K* 11 possint *E* 12 audacius *M*ᵛ*N* 13 electuri *N* te iuss. *R* 14 non *om. E* nos] nec *A*ᵉ 17 plublicae *L* aspectat] *LR*²*KP*, asspectat *R*¹, spectat *MONXEA* 18 argernum *R* 19 maritate *L*ᵃ possint *N* firmari] *inc. K*¹ 21 curat *O* uot. nostr. *N* 22 et bell.] bell. *M*²*XEA* insignita reportarat *A*ᵉ putauimus *E* 24 eum] e. nobis *E* commendat *O* 25 restituit *E* et] ut *EA* 27 optimus *MON* uindict(a)e *MONXEF* eius *om. O* 28 prouenerit *XEA* inter] in *P* 30 error] terror *MON* ab *om. M*ᵃ actoribus *O* 31 parcatur *E* conconscripti *O* cui] cuius *MONXEA* 32 praecanda *K* nostra *EF*

XVII.

IBBAE VIRO SUBLIMI DUCI THEODERICUS REX. *a. 508/511*

1 Definitam rem ab antiquo rege, quam tamen constat rationabiliter esse decretam,
nulla volumus ambiguitate titubare, quia decet firmum esse quod commendatur proba-
bili iussione. cur enim priora quassemus, ubi nihil est quod corrigere debeamus?
2 Atque ideo praesenti tibi auctoritate praecipimus, ut possessiones Narbonensis ecclesiae
secundum praecelsae recordationis Alarici praecepta, a quibuslibet pervasoribus occu-
patae teneantur, aequitatis facias contemplatione restitui, quia versari nolumus in
ecclesiae dispendio praesumptiones illicitas, dum nostra deceat tempora sedare con-
3 fusa. Esto contra talia omnino sollicitus, ut qui es bello clarus, civilitate quoque
reddaris eximius. sic et arma tua deo iuvante corroboras, si iustitiam mediocribus
servare contendas. improbis enim non potuisse resistere non praevales excusare, quando
omnes tibi libenter cedunt, quem gloriosum in bellorum certamine cognoverunt.
ignavus forte audacibus iubere nihil possit: nemo plus praesumentibus imperat, quam
quem sua facta commendant.

XVIII.

ANNAE V̄· S̄· COMITI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Consuetudo est nostrae clementiae probatae nobis fidei agenda committere, ut
cum iudices delegamus praeditos tractatu maturo, locum prava nequeat invenire sur-
reptio. dudum siquidem ad nos multorum suggestione pervenit Laurentium presbyterum
effossis cineribus funestas divitias inter hominum cadavera perscrutatum concussionem-
que mortuis intulisse, quem oportet viventibus quieta praedicare. non abstinuisse per-
hibetur tam crudeli contagio piis dicatas consecrationibus manus: aurum exsecrabili
quaesisse fertur affectu, quem suam decuisset egentibus dare substantiam vel sub
2 aequitate collectam. Quod te diligenti examinatione praecipimus indagare, ut, si veri-
tati dicta perspexeris convenire, hominis ambitum eo tantum fine concludas, ne possit
supprimere quod eum non licuit invenire. scelus enim, quod nos pro sacerdotali honore
relinquimus impunitum, maiore pondere credimus vindicandum.

XVIIII.

GEMELLO V̄· S̄· THEODERICUS REX. *a. 508/511*

1 Decet principalem providentiam fessa refovere, ut asperitatem casuum mitiget
lenitas iussionum. non enim sentitur incommodum, si, quod per adversitatem constat
2 oppressum, concessa prosperitas ostenderit sublevatum. Siliquatici namque prae-

---

LRKPMON(X)E(F)

2 quam tamen] quantum *EF* 5 tibi *om. O* 6 alaricis *EF*, alari M^a occupata *LRK*M^a 7 con|placione L^1 quia] quoniam *XEFA*, qui M^a nersari] aduersari M^b*ONXE*, aduersario M^a 8 sedare] fedare *O* 9 qui es] quie *N* non pot.] *Meyer*, potuisse *libri* quando] quoniam *EF* 13 ignauis *NE* audacia *MONXEF* iub. nihil (nil A^e)] nichil iub. *N*, nihil (*om.* iub.) K^a 17 praeditos] *LRP*M^2*EF*A^r, praedictos *K*M^1*ONX*A^e nequeant E^1 19 cad*uera R^1 confusionem quae *K* 20 uiuentibus] quietibus E^a 21 crud. contagio (*tagio L^1)] cont. crud. *E* dicatas *post* cousecr. *R* consecrat**nibus R^1, conseclationibus *O* 24 dicta *om. MONXE* prospexeris *K*, perspexerit *E* 25 suppr.] aurum suppr. *Gar.* sacertali R^1 26 reliquimus *O[?]* maiori *A* 28 asperitate *O* 30 ostendat *P* siliquati E^1 *post* namque prae *anticipat* bemus inferri, ut haec remissio .. respirent aliquatenus (*ex p.* 123, 2. 3) E^1, *delet una cum* prae E^2

stationem, quam rebus omnibus nundinandis provida definivit antiquitas, in frumentis,
vino et oleo dari praesenti tempore non iubemus, ut haec remissio solutionis copiam
possit praestare provinciis et respirent aliquatenus fessi praesentis salubritate decreti.
Quis enim ad vendendum non incitetur largius, cui solita dispendia subtrahuntur? 2
portus nostros navis veniens non pavescat, ut certum nautis possit esse refugium, si
manus non incursarint exigentum, quos frequenter plus affligunt damna, quam solent
nudare naufragia. sit hoc forsitan sub quiete tolerandum: nunc autem, dum pro-
vincialibus praestare cupimus, mercium dominis interim consulamus.

XX.

GEBERIC V̄· S̄· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Si desideramus locum beneficiis invenire, ut titulos nostrae possimus pietatis 1
erigere, quanto magis aliena beneficia intacta volumus defendi, qui propria cupimus
sponte largiri, maxime quando et illud conscientiae nostrae reponitur, quod de fisco
sub antiqua sollemnitate praestatur! proinde viri venerabilis episcopi Constantii suppli-
catione comperimus sacrosanctae ecclesiae ipsius unum iugum, veterum principum pietate
collatum, et nunc quorundam usurpatione violenta retineri. Sed quia nos uti nullum 2
volumus fraudibus suis, praesertim cum in dispendio pauperum detestabili mente
versetur, praesenti auctoritate decernimus, ut ea, quae retro principum constiterint
humanitate deputata, supra memorata ecclesia sine aliqua imminutione percipiat,
manente poena etiam pervasori, qui et veterum dona et ecclesiae probatur violasse
compendia.

XXI.

GEMELLO V̄· S̄· THEODERICUS REX. *a. 508/511*

Quamvis efficaciam tuam insistere credamus iniunctis et studiose deflectere quae 1
nobis cognoveris displicere, tamen sollicitum ammonitio nostra non deserit, ut instructior
reddaris, dum infra scriptis brevibus definita susceperis. proinde ordinatio nostra nulli
videri debet ingrata, cum necessitas temporis excuset onera iussionis. Esto itaque ad 2
iniuncta sollicitus, quia licet sit semper adhibenda, maxime tamen utilis est in necessi-
tate custodia. parebis ergo commonitus, ut sic possis cum provincialibus agere, quem-
admodum nos eis respicis velle praestare, quatenus securus de nostra gratia con-
sequaris, quicquid sollicitus de pravo studio habere contempseris.

XXII.

ARGOLICO V̄· Ī· P̄· Ū· THEODERICUS REX. *a. 510/511*

Intolerabilis excessus est, qui supernae maiestatis adfectat iniuriam et oblitus 1
pietatis crudelia sectatur erroris. quem enim sperabit veniae locum, qui reverendum

---

LRKPMO(finit v. 20 in compendia*)N(X)E(F)*

1 quam] *XEA coniectura,* quem *LRKPMON* 2 dari *om. MONXEF* iubemus] i. inferri *E* (*utroque loco, v. ad p.* 122, 30) haec *om. N* 3 praesentis *om.* R^1 4 cui] cum *O* 6 incursarint] *K,* incurserint *L*R^1*PMONA*r(1), incurrerint R^2*XEA*r(2)e exigentum] *LRPE,* exigentium *KMONXA* 10 nostr. poss. er. piet. *R,* poss. nostr. piet. er. *KA*e 11 propria] proba *E* 12 largiri] defendi R^a 15 nullum *om.* P^a 16 suis *om. N* pauperm *[sic] P* 17 principum *om. R* 19 peruasoris *E* 22 tuam *om. K* 23 nobis *om. N* tamen] inde *E* 26 sit *om. KN* in nec. ut. est *N* 28 nos eis resp.] nos (uos *X*) resp. (*om.* eis) *MXE,* resp. nos (*om.* eis) *N* de n. gr. sec. *N* 29 quicquid *om. R* sollicitus *om. N* 31 *(sp. vac.)* ntolerabilis *R* 32 sperabit uen.] *KEFA*r(2), uen. sperabit *R.* superabit uen. *L.* sperauit uen. *MNXA*r(1)e uerendum *P*

contempsit auctorem? abscedat ritus e medio iam profanus: conticescat poenale
2 murmur animarum. versari non licet in magicis artibus temporibus Christianis. Magni-
tudinis itaque tuae relatione comperimus Basilium atque Praetextatum, artis sinistrae
iam diu contagione pollutos, in accusationem tui examinis personarum intentione
deductos. super qua re nostram te asseris spectare sententiam, ut confidentius fiat
3 quod pietatis nostrae mandat auctoritas. Sed nos, qui nescimus a legibus discrepare,
quorum cordi est in omnibus moderatam tenere iustitiam, praesenti auctoritate de-
cernimus, ut quinque senatoribus, id est magnificis et patriciis viris Symmacho Decio
Volusiano atque Caeliano nec non illustri viro Maximiano, hanc causam legitima
examinatione pensetis, et per omnia iuris ordine custodito, si crimen quod intenditur
fuerit comprobatum, ipsarum quoque legum districtione plectatur, ut rei abditi atque
secreti per hoc vindictae genus a culpis talibus arceantur, quos ad leges trahere non
4 potest incerta notitia. De qua re illustri viro comiti Arigerno praecepta direximus,
ut omnium violenta defensione summota, si se occulunt, ad iudicium protrahat impetitos
et vobiscum in hac causa residens nec opprimi faciat innoxios nec leges sinat evadere
criminosos.

XXIII.

ARIGERNO V· I· COMITI THEODERICUS REX. *a. 510/511*

1 Quamvis oporteat commissam tibi disciplinam Romanae civitatis in omnibus
custodiri, tamen in eis maxime studiosior esse debes, quae nostra tibi auctoritate
delegata cognoscis, ut circa te augeat gratiam custodita iustitia et augmenta sumas
2 nostri iudicii, qui nobis hactenus de integritate placuisti. Praefectus igitur urbis sua
nobis relatione declaravit Basilium atque Praetextatum magicis artibus involutos impeti
accusatione multorum: quos elapsos intimat mentis alienatione custodum. eos te prae-
cipimus ubicumque repertos ad iudicium quinquevirale ducere, quod in praesenti
negotio nostra delegavit auctoritas, ubi te residere censemus, ut violenta omnium
3 defensione summota hanc causam discuti facias legibus et finiri. Et si rei criminis,
cuius impetuntur, fuerint approbati, sententiam subeant, quam iuris definita sanxerunt.
si vero innocentia eorum detestabili pulsatur invidia, opprimi eos nulla ratione patiaris,
quia in omnibus causis consideratione divina illud fieri volumus, quod opinionem
nostrae pietatis accumulat.

XXIIII.

HELPIDIO DIACONO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 In lucrum cedunt quae bene meritis conferuntur et de ipso munere magis ad-
quiritur, cum optimis digna praestantur. petitionis tuae proinde tenore comperimus
loca in Spoletina civitate, quae iam longo situ squalor vetustatis obnuberat, splendorem

LRKPMN(X)E(F)

1 e] de *A* 2 mumur P^a magicis] magnis E^1 temporibus] nostri temporis P^b christianorum *X* 3 reuelatione *MNXE* praetestatum *K*, praestatum *MN*, praetexatum *EF* 6 nesc. qui P^a 9 caeliano LA^e, celiano *RKMNEA*r. ceciliano *P* uiro] uni *E* maximiano] m. praesentibus K^2 10 pensetis] praesentis K^1 12 arceantur *R* 14 occulant *K* protrahat] trahat *X* 15 innoxius P^a lege *K* 18 *(sp. vac.)* amuis *R* 19 custodire E^a 20 delegato *X* cognoscis] *LRKEA*, cognosces *PMNX* 21 igitur *om.* M^a*XEF* 22 praetexatatum *X*, praetaxatum *K*, praetexatum *EF* 23 custodum] custodiendum *MNEF*, custodiendis *X* eos *om. X* 24 deducere *X* 25 auct. del. P^a omnium] omni *XE* 28 eos *bis* K^a 29 quia] qui *XEF* opinationem *MNXF* 30 accumulet X^2 32 in] *(sp. vac.)* n *R* 34 spoletina] *A*, spolitina *reliqui*, spolitana *R* obnuberat] obnunerat *LRKP*, obnupserat $MNXA^e$, obmiserat *E*, obduxerat *FA*r, obruerat *Ven. Guelf.*

reparationis expetere, ut rebus antiquitate confusis novitatis facies adulta reddatur et
beneficio tuo rediviva consurgant, quae annositate inclinata corruerant. quod nos,
respectu meritorum tuorum et impensi longa sedulitate servitii, libenti animo duximus
annuendum, ut et votis iusta poscentium tribuatur effectus et civitati reparationis
crescat ornatus. Atque ideo petitioni tuae robur praesenti humanitate largimur, ut 2
porticum cum areola post Turasi thermas, si tamen publico usui non deservit, absoluta
liberalitate potiaris: quia in licentiam reparationis accipiuntur potius praemia quam
donantur. hac igitur auctoritate suffultus in supra dictis locis aedificandi sume fiduciam
nec aliquam in posterum metuas quaestionem, cum te et civitatis tuetur utilitas et
reverenda principis voluntas.

XXV.

ARGOLICO V· I· P· U· THEODERICUS REX. *a. 510/511*

Constat eum de se praesumere, qui ad sacri ordinis cupit fastigia pervenire. 1
merita enim suggerunt bonae appetentiae nisus et in qualitate desiderii potest mens
honesta cognosci. quis enim palaestricae artis ignarus in stadium luctaturus introeat?
aut quis certamini misceatur, quod virtutis conscientia non suadet? in ipsis conatibus
aegra languescunt, quae meritorum praesumptionibus non iuvantur. Praeconiorum 2
ergo professio est collegium desiderasse summorum bonumque de se iudicium tradit,
qui celsae gradus expetit dignitatis. his igitur desideriis pietas se nostra libenter
indulget, qui etiam in spe erigimus vota marcentia, ut, dum provectus quaeritur, probi-
tatis studia plus amentur. Proinde illustris magnificentia tua Petrum parentum luce 3
conspicuum suaque iam gravitate senatorem in album sacri ordinis secundum priscam
consuetudinem curet referri, ut et tanto coetui proficiat numerus et candidato de sacro
ordine crescat ornatus.

XXVI.

UNIVERSIS MASSILIA CONSTITUTIS THEODERICUS REX. *a. 508/511*

Libenti animo antiqua circa vos beneficia custodimus, cum nova utilitatibus vestris 1
praestare cupiamus. servare quippe terminos ignorat humanitas et novellis decet blandiri
beneficiis post longa tempora restitutis. Proinde immunitatem vobis, quam regionem 2
vestram constat principum privilegio consecutam, hac auctoritate largimur nec vobis
aliquid novae praesumptionis patiemur imponi, quos ab omni volumus gravamine vindi-
cari. censum praeterea praesentis anni relaxat vobis munificentia principalis, ut et
illa possitis accipere quae vos non contigit postulasse. ipsa est enim perfecta pietas,
quae antequam flectatur precibus, novit considerare fatigatos.

LRKPMN(X)E(F)

1 confusus P^a facies] f. ut *E* reddantur *E* 2 inclita *K* 3 tuorum *om.* *R* 4 iusta] iustis L^1*[?]* 6 areola] areda E^1 post turasi (thurasi *X*, turasii *Gar.*) termas (terhmas *K*) *LRKXF*, post curasi thermas *A*, post urasi termas *E*, post tura sitam M^2, post rura situm *ZN*, positurus thermas *P*, post tura si*** M^1: *debuit esse* post Torasi thermas: *nam Spoletii inter rudera aedificii retusti, quod in alio titulo ibidem erudento thermarum vocabulo appellatur, inventus est titulus Grut. 179, 3 = C. I. L. XI, 4815 hic:* C. Torasius C. f. Hor. Severus IIII vir i. d. augur ... loco et pecunia sua fecit 7 libertate KE^1F 9 mestuas *N* 10 reuerenda principis uol.] pr. reu. uol. *KA*, reuerentia principis et noluntas E^2 13 apparentiae *A* 14 ignarus] gnarus K^2 15 quis *om.* *K* conscientiam A^e 16 langueuscunt *M* 17 summorum] multorum *E* bonorumque *X* 18 qui] quae *N* igitur] ergo *MNXEA* 19 spem *KEA* 20 luce par. *K* 21 suaque iam gr. (gratuitate *R*)] suaque gr. iam A^e, sua gr. *(om.* iam*)* *E* 22 et tanto] tanto K^1 de] **de R^1 25 anqua K^1 uestr. ut. *K* 26 praestare *om.* *K* cupimus N^a humani***s L^1 27 quem L^a 30 pr. a. relaxat (relaxa L^1)] rel. praes. anni *N*. 31 contingit X^1F

XXVII.

TUTIZAR SAIONI THEODERICUS REX.

a. 508/511

1 Detestabilis est quidem omnis iniuria et quicquid contra leges admittitur iusta
execratione damnatur: sed malorum omnium probatur extremum inde detrimenta
suscipere, unde credebantur auxilia provenire. exaggerat enim culpam in contrarium
2 versa crudelitas et maius reatui pondus est inopinata deceptio. Vir spectabilis itaque
Petrus ammiranda nobis sorte conquestus est saionis Amarae tuitionem, quam ei contra
violentos indulsimus, in se potius fuisse grassatam, ita ut ictum gladii in se demersum
aliquatenus postium retardaret obiectio: subiecta est vulneri manus, quae ut in totum
truncata non caderet, ianuarum percussa robora praestiterunt: ubi lassato impetu
3 corusca ferri acies corporis extrema perstrinxit. O execrabilem casum! impugnavit
hominem auxilium suum et solacii prosperitate subtracta crevit ex defensione necessi-
tas. his multo acerbiora subiungens, ut quasi laesio veniret ad pretium, ita scelus
proprium enormi exactione taxatum est. atque ideo iuste in illos pietatis nostrae ira
consurgit, qui benigna iussa in truculenta ministeria mutaverunt. nam quae erunt
4 refugia supplicantibus, si et nostra beneficia vulnerabunt? Proinde praesenti iussione
censemus, ut quicquid suprascriptus Amara commodi nomine de causis memorati
supplicantis accepit, quasi oppugnator ingratus a te constrictus in duplo ei cogatur
exsolvere: quia sub poena restitui dignum est, quod improba temeritate constat extortum.
5 De plaga vero, quam educto gladio temerarius praesumptor inflixit, ad iudicium comitis
Dudae saepe dictus saio te compellente veniat audiendus, ut secundum edictorum seriem
quae male commissa claruerint, sine aliqua dilatione componat. tuitionem vero postu-
lanti contra inciviles impetus ex nostra iussione salva civilitate praestabis, non exemplo
accusati, sed consideratione decenter electi.

XXVIII.

DUDAE V· S· COMITI THEODERICUS REX.

a. 507/511

Conscientiam probamus, cui iudicanda committimus, quia dignus est inter alios sequenda decernere, qui sibi modum visus est legitimae conversationis imponere. Petrus itaque vir spectabilis Amaram saionem nostrum, qui contrario omine pro eius tuitione directus est, educto gladio se asserit vulnerasse defensoremque fecisse, quod vix inimicus potuisset audere. hoc te et legitima volumus disceptatione cognoscere et probabili sententia terminare: quatenus nullus temptare ausus sit, quod nobis displicere cognoscit.

LRKPMN(X)E(F)

2 est quidem] quid. est *RKN* amittitur *MN* 4 peruenire *E* 6 amarae] nomen amare *K* (nomen *super* amare *L hic ut saepius*) tuitione *LRK* 7 crassatam *PMXEFA* ictum] cum ictum (cum *rursus del.*) M^2 dimensum *XE* 8 aliquatenus postium] aliquos post uim A^e subiecta] subiectaque *EF* 10 o *om. X* 11 hominibus L^1*[?]* et solacii] ut s. (salacii *N*) M^a*NA* 12 ut] et L^1 13 inormi *MEF* illos] illo *N* 14 consurgat *P* mutauerunt] mutauit *N* 15 uulnerabuntur *EF* 16 nomine] necessitate *N* 19 iudicum *K* 20 saio] saius *LRKP* compellante *MNX* ueniat] uadat E^1*F* 21 claruerunt M^a 22 inciuiles] ciuiles *EA* ex nostra] extra *P* 25 dignum *K* 26 conuersatiotionis L^1 27 homine *LX*, nomine *EF* 28 defensoremque] et defensorem *EF* 29 hoc] haec *P* legittime *R*

XXVIIII.

ARGOLICO V̄· Ī· P̄· Ū· THEODERICUS REX. *a. 510/511*

Si loci vestri cogitaretur auctoritas, si reverentiae cura Romanae, ultro debueratis 1
expetere, in quibus arguimini. quid enim praesenti tempore potuistis culmini urbano
tam proprium quam senatus crementa cogitare, quando famae praesulis proficit, quod
ordo sacer adquirit? Sed quantum viri clarissimi Armentarii testatur missa suggestio, 2
in contrarium foedo ambitu de mora quaeritis commoda, cuius vos optare debuisse
constat augmenta. quid enim amplius esse possit incongruum, quam nostris iussionibus *III, 33*
expeditis supplicantium vota suspendere et post sacrae praeceptionis affatum, si dici
fas est, adhuc regium suspendisse iudicium? Sed nos, quibus cordi est post primam 3
culpam non statim desiderare vindictam, ad ammonitionem potius iussa convertimus.
ne sit nostra districtio nimia, quam lenis patientia non praecedat. ideoque praesenti
auctoritate decernimus, ut iussionibus nostris nulla dilationis calliditas afferatur. quia
non habet veniae locum, qui delinquit ammonitus.

XXX.

ALBINO V̄· Ī· PATRICIO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Decet quidem cunctos patriae suae augmenta cogitare, sed eos maxime, quos 1
res publica sibi summis honoribus obligavit, quia ratio rerum est, ut cum necesse sit
plus debere, qui visus est maiora suscipere. Porrecta itaque supplicatione testatus es 2
Curvae porticus, quae iuxta domum Palmatam posita forum in modum areae decenter
includit, superimponendis fabricis licentiam condonari, ut et privatarum aedium habitatio protendatur et antiquis moenibus novitatis crescat aspectus. ita fit, ut, quod per
incuriam poterat labi, manentum videatur diligentia sustineri. quia facilis est aedificiorum ruina incolarum subtracta custodia et cito vetustatis decoctione resolvitur,
quod hominum praesentia non tuetur. Unde nos, qui urbem fabricarum surgentium 3
cupimus nitore componi, facultatem concedimus postulatam, ita tamen, si res petita
aut utilitati publicae non officit aut decori. quapropter rebus speratis securus innitere,
ut dignus Romanis fabricis habitator appareas perfectumque opus suum laudet auctorem.
nulla enim res est, per quam melius possit agnosci et prudentis ingenium et largitatis
effectus.

XXXI.

AEMILIANO VIRO VENERABILI EPISCOPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Ad finem debet perducere, quae prudentum intentio visa est suscepisse, quia sicut 1
perfecta laudem pariunt, ita vituperationem generant, quae in mediis conatibus aegra

---

LRKPMN(X)E(F)

2 nostri *PEF* cogitatur P^a ultra *LRKP* 3 arguimini] M^2*NXA*, arguimini peccare *E*, argui *LRKP*, argui *** M^1 quid] quod *P* culmiue L^1K^1 5 adquiritur *P* uiris X^a armtarii *P* 6 in] per *EF* 7 possit esse *MN* 10 potius *om. X* 11 leuis *A* praecedit *EF* 12 decreuimus A^e 13 relinquit *P* 17 debere] dedere *N* supplicationem *L* 18 curuae] *LRK*^{1}, curbae *PMNXEA*, curiae K^2, turbe *F* porticu M^b*N*, porticum *E*, portichii *F* arce X^1, arche X^2 19 includat *E* 20 fit] sit *P* 21 manentum] *LRKMN*, manentium *PXEA* 23 hominis *K* nos *om. XEF* nit. cup. fabr. surg. *XEA* 24 praetita [?]P^a 25 superatis *P* imitere] immittere *N* 26 fabricis *om. E* habitato *K* perfectumque] et perfectum *EF* actorem *MNXE* 28 effectus] A^e, affectus *libri* 31 decet A^e intentio uisa] intentionis *P* 32 perfectam *A* ita] i. et *MNXEA* uiturationem L^1 aegre A^e

deseruntur. defectus enim rerum aut consilium titubare aut vires arguit defuisse.
quapropter sanctitas vestra a tali oblocutione refugiens, quae in aquae ductu reficiendo
probabili cura ex nostra auctoritate suscepit, celeriter ad effectum faciat pervenire.
2 Nam quid aptius quam ut sitienti plebi provideat aquas sanctissimus sacerdos et
humana providentia satiet quos etiam miraculis pascere debuisset? imitaris enim
antiquissimum Moysen, qui Israhelitico populo longa ariditate siccato de saxi sterili-
tate copiosos latices eduxit et ad implendum miraculum inde fecit currere umidos
liquores, ubi erat sicca durities. tu autem si fontes irriguos saxorum constructione
deducis, hoc labore tuo praestas populis, quod ille miraculis.

XXXII.

DUDAE SAIONI THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Cum in omnibus causis velimus iustitiam custodiri, quia regni decus est aequi-
tatis affectus, in eis maxime quae fisci nostri nomine proponuntur nequaquam de-
testabilis calumnia in invidiam regnantes affligat. patimur enim superari salva aequi-
tate per leges, ut inter arma semper possimus esse victores. nam quem licenter
2 subiectus superat, non debellat adversus. Marini itaque relatione comperimus res
Tufae apud Iohannem quondam sub emissione chirographi fuisse depositas. et quia
nobis competere manifestum est quod ad proscriptum poterat pertinere, ideoque prae-
senti auctoritate praecipimus, ut uxorem supra dicti Iohannis filiumque eius Ianuarium
3 moderata exsecutione convenias. Qui si intentata iniuste se retinere cognoscunt, aequi-
tatis consideratione restituant: minus ne, competenti sponsione praemissa ad consularem
Campaniae veniant legibus audiendi, ut coram partibus positis te imminente, quod
forma continet sanctionum divalium, censeatur: ita tamen, ut nullo praeiudicio, nulla
iniuria, nullo damno innocentia praegravetur, ne alienae accusationis invidiam tuam
facere videaris offensam.

XXXIII.

UNIVERSIS IUDAEIS GENUA CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Custodia legum civilitatis est indicium et reverentia priorum principum nostrae
quoque testatur devotionis exemplum. quid enim melius quam plebem sub praecepto
degere velle iustitiae, ut conventus multorum disciplinabilium sit adunatio voluntatum?
hoc enim populos ab agresti vita in humanae conversationis regulam congregavit.
haec ratio a feritate divisit, ne arbitrio casuali vagarentur, quos regi consilio divina
2 voluerunt. Oblata itaque supplicatione deposcitis privilegia vobis debere servari, quae
Iudaicis institutis legum provida decrevit antiquitas: quod nos libenter annuimus, qui

---

LRKPMN(X)E(F)

2 fugiens N^a in aquae ductu] in aquae ducto *L*. ***queductu M^a, iamqu(a)e ductu NX^1, iam ductu X^2 4 sanctissimus] s. ille EFA^e, ille s. $A^r(^2)$ 6 moysem *E*, mosen A^e israhelitico] *LR*, israelitico *P*, *plerique compendio* saxis L^1R^1 sterelitate *M* 7 copiosas *LRK* 12 nequaquam] ue quemquam *MN*, nec quamquam *X*, nequicquam *EF* 13 inuidia *M* reguautis *libri* affigat *EF* 14 inter] per R^1 16 tuf(a)e *plerique*, tuphae A^e, nimphe *F* queudam *R* cyrographi, cyrografi *similiterve libri* 17 pertinere] peruenire *EF* ideoque] PM^bZNXA^r, ideo $LRKM^a$ *(ubi* que *add. est et rursus deletum)* EA^e 18 supra scripti *E* 19 qui] quod *MNEF* intentata] $LRKA^e$, intentata *P*, inte*tata M^a, intestata M^bNXE ret. se *P* 20 minus ne] minusne *A*, si quo minus *P* 21 te imminente *om.* K^1 22 formas M^a 27 est *om.* *PMNXEFA* 29 conuentu R^1 30 haec *EA* 31 consilia *R* 33 annuamus L^a

iura veterum ad nostram cupimus reverentiam custodiri. atque ideo praesenti auctoritate censemus, ut quaecumque legum statuta moverunt, circa vos illibata serventur, quatenus quod ad civilitatis usum constat esse repertum, perpeti devotione teneatur.

XXXIIII.

DUDAE SAIONI THEODERICUS REX.

a. 507/511

Prudentiae mos est in humanos usus terris abdita talenta revocare commercium- 1
que viventium non dicere mortuorum, quia et nobis infossa pereunt et illis in nullam
partem profutura linquuntur. metallorum quippe ambitus solacia sunt hominum. nam
divitis auri vena similis est reliquae terrae, si iaceat: usu crescit ad pretium, quando
et apud vivos sepulta sunt, quae tenacium manibus includuntur. Atque ideo moderata 2
iussione decernimus, ut ad illum locum, in quo latere plurima suggeruntur, sub publica
testificatione convenias: et si aurum, ut dicitur, vel argentum fuerit tua indagatione
detectum, compendio publico fideliter vindicabis: ita tamen ut abstineatis manus a
cineribus mortuorum, quia nolumus lucra quaeri, quae per funesta possunt scelera
reperiri. aedificia tegant cineres, columnae vel marmora ornent sepulcra: talenta non
teneant, qui vivendi commercia reliquerunt. Aurum enim sepulcris iuste detrahitur, 3
ubi dominus non habetur: immo culpae genus est inutiliter abditis relinquere mortuorum, unde se vita potest sustentare viventium. non est enim cupiditas eripere, quae nullus se dominus ingemiscat amisisse. primi enim dicuntur aurum Aeacus, argentum Indus rex Scythiae repperisse et humano usui summa laude tradidisse. quod nos in contrarium neglegere non debemus, ne sicut latentia cum laude sunt prodita, ita inventa cum vituperatione videantur esse neglecta.

XXXV.

ACTORIBUS ALBINI V· I· THEODERICUS REX.

a. 507/511

Consulto provida decrevit antiquitas minores contractus liberos non habere, ut 1
et insidiantium laquei frustrarentur et lapsis aetas lubrica subveniret. obrueretur
quippe innocentia, si relaxaretur audacia, essetque cunctis fallendi studium, si fraus
subrepticium lucraretur effectum. Et ideo priscae consuetudinis supplicatione porrecta 2
suggeritis patronum vestrum in annis minoribus constitutum facultatibus suis potius
aggregasse dispendia, dum ignara pueritia contraria gerit, quae profutura putaverit, et
nunc id tempus aetatis agere, quo lapsui possimus per ignorantiam subvenire, allegantes,
ut quod iura tribuerunt, nostra quoque beneficia largiantur. Atque ideo, si petitio vestra 3
a veritate non deviat et intra annorum spatia deget, quibus hoc beneficium leges sacratissimae praestiterunt, nihilque est quod iure contra referatur, patronum vestrum sol-

LRKPMN(deficit v. 23 in liberos*)(X)E(F)*

2 quaeque *N*, quemcunque *X* instituta *EF* mouerunt] *LRKP*, mouuerunt *MEA*, mouuerint *NX*: *fortasse scr.* amouerunt 3 ciuitatis *MNXEF* 6 nulla parte A^{e} 7 lincuntur E^{1}, reliuquuntur *K*, locantur *F*, loquuntur A^{e} 9 moderata] praesenti *K* 11 testatione A^{e} 12 compedio *L* fideliter *om. P* abstineas *EF* mani** R^{1} 13 possint *R* 16 abditis] in a. P^{b} 18 ingemescat $M^{1}N$, ingemiscit *K* aurum *om. K* aeacus] eacus *fere libri*, eucus *K*, tacus *E* 19 indux *X* 21 esse *om. N* 23 libros *L* 24 obruetur M^{a} 25 relaxetur A^{e} 26 subripentium *E*, subrepentium *F* 27 fac.] in fac. *MEF* 28 aggreganda R^{1} puritia K^{1} contraria *om. P* quae] qui M^{a}*[?]* 29 id] ad *KA* lapso] *Krusch*, lapsu *LR*, lapsis *MXEA*, lapsui *KP* subuere L^{1} 30 quod] que *EF* uestra] *PMXEA*, tua *LRK* 31 degit $PM^{b}EF$ 32 nihilque] nihil *X*, et nichil *EF* contra] cuncta M^{a}

lemniter causa cognita in integrum restitui nostra quoque permittit auctoritas. ita tamen, ut omnia secundum iustitiam legesque peragantur, quia sic supplicantibus consulere volumus, ut eorum adversarios per iniustitiam non gravemus.

XXXVI.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX.

a. 509 ante Sept. 1

1 Providentissimi principis est graviter imminutis relinquere tributariam functionem,
ut redivivis studiis ad implenda sollemnia recreentur qui pressi damnorum acerbitate
defecerant. nam si fessis minime relevetur onus, necessitate cernitur iacere prostratus.
melius est enim praesentia damna contemnere quam exiguo quaestu perpetua commoda
2 non habere. Atque ideo illustris magnificentia tua provincialibus Alpium Cottiarum
assem publicum per tertiam indictionem nos relaxasse cognoscat. quos transiens noster
exercitus more fluminis, dum irrigavit, oppressit. nam licet pro generali securitate
frementi adunatione proruperit, praeteriens tamen istorum culta vastavit. radit enim
semper fluvius alveum suum et licet molliter egrediens vicina fecundet, illud tamen
3 reddit sterile, quo collectus influxerit. Unde necesse fuit civica vastatione deiectis
porrigere dexteram salutarem, ne ingrati dicant se perisse solos pro defensione cunctorum: misceantur potius laetitiae, qui viam Italiae defensoribus praestiterunt. tributa
enim non debent tristes exigi, per quos tributarios feliciter adquisivi. dicat pro illis
noster animus, quod regi non potest imputare subiectus. emimus nostro dispendio
prosperitatem Gothorum: nos necessaria praebuimus, ut hostis vinceretur illaesus.

XXXVII.

THEODAGUNDAE ILLUSTRI FEMINAE THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Decet prudentiae vestrae curam subiectorum negotiis adhibere custodiam, quia
vobis ordinantibus illa fieri debent quae regiam possunt demonstrare praesentiam.
sic enim credimus, quia memor natalium tuorum a te abicias omne vitiosum et illa
sola diligere possis, quae et nos amare cognoscis. proavorum forsitan oblitterentur
exempla, si longi generis minus facta recolantur: similes autem filii patrum praeconia
2 mox sequuntur. Renatus itaque flebili nobis aditione conquestus est vobis delegantibus cognitores iudicatum se contra Inquilinam nomine post longa temporis intervalla
meruisse et excubiis damnisque confecto vestram tandem prospexisse iustitiam: nec
tamen litigatoris improbam cessare calumniam, dum redivivis litibus tenuitatem insequitur supplicantis, ut non tam vincendi votum quam adversarii videatur quaesisse
3 detrimentum. Quapropter si vobis iubentibus iudicata cognoscitis nec constat adver-

---

LRKPM(X)E(F)

3 iustitiam A^e 6 recitentur *E* pressi] passi P^a ac. damn. *K* 7 fesso *EF* 8 dampna praes. *R* 9 cotiarum *EF* 10 assam L^1 relaxare *K* 11 irrigauit] irrigat A^e, irruit *EF* 12 adunatione] inaudatione P^2, *inc.* P^1 rodit R^b 14 quo] quod *K* deuastatione E^1 15 dextram A^e ne] nec PM^1XA 16 misceatur *E* uiam] iam *MXEF* 17 decent *X*, decet *EF* exigi] eigi P^a feliciter *om.* K^1 18 imputari *K* emimus] $RKPA^e$. eminus $LMXEFA^r$ 19 prosperitati *MXE* *malim* illaesis 22 nostrae $KEFA^e$ subi. cur. P^a 23 uobis] *LRKPX*, uobis *EA*, uestris M^2, u*** M^1 ordinationibus *MX et sic vel* ordinatoribus *EF* 25 prauorum *MXEF* 26 si *om.* $MXEA^e$ recolentur *R* 27 flabili K^1 uobis] nobis A^e degantibus P^a 28 cogni*tores R^1 iudicantum L^1 iquilinam A^e: *videtur subesse nomen masculinum aliquod Gothicum* loga *K* int. temp. *K* 29 metuisse *A* excuriis *XEF* perspexisse EFA^e 30 litigatores L^1, litigautis *EF* 31 tam] tantum *MXEF* 32 uobis A^e iudicatis *R*

sarium provocasse legaliter, finitum iure negotium in sua manere facite firmitate, ne longa quaestio litigantium non tam augeat patrimonia, sed evertat et quod fit ambitu lucri, causa videatur esse dispendii.

XXXVIII.

FAUSTO PPO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Cum omnes rei publicae nostrae partes aequabiliter desideremus augeri, crementa tamen fiscalium tributorum iustissimo sunt pensanda iudicio. quia servientium imminutio est huius illationis accessio quantumque pars illa proficit, tantum se haec a firmitate subducit. sed a nobis, qui fisci utilitatem stabili volumus diuturnitate consistere, excludenda est dispendiosa semper enormitas. ne augmento suo tumens summa deficiat incipiatque magis deesse, quia immaniter visa est accrevisse. Proinde illustris magnitudo tua Gravassianos atque Pontonates nobis supplicasse cognoscat a Ianuario, sed et Probo discussoribus iniquis se oneribus ingravatos. cum sterilitas ieiuna locorum nulla sibi fieri augmenta patiatur. repugnante siquidem natura quaelibet cedit industria. nec prodest studium laboris impendere, quem ubertas loci non cognoscitur adiuvare. ibi potest census addi, ubi cultura profecerit. inde et varia tributa, quia non est agrorum una fecunditas. Atque ideo consuetudinem eis pristinam censemus esse revocandam, ut sicut Odovacris tempore tributa solverunt, ita et nunc ab eis publicis utilitatibus serviatur: et si quid amplius probatur adiectum, consideratione defectarum virium summovemus. nolumus enim tale aliquid indici, quod sit necesse removeri.

1 (at "Cum omnes"), 2 (at "Proinde"), 3 (at "Atque ideo")

XXXVIIII.

THEODAHADO V· I· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Inter ceteras, quibus humanum genus sollicitatur, inlecebras praecipue vitanda est alienarum rerum turpis ambitio, quia in immensum iactata rapitur, si iustitiae ponderibus non prematur. avaritiam siquidem radicem esse omnium malorum et lectio divina testatur, quae tali sorte punita est, ut cum multa rapiat, semper egeat, quam propter vicinitatem generis nostri sic in animis vestris coalescere nolumus, ut illi nec initia concedamus. (I. Tim. 6, 10.) 2 Quid enim faciunt sordes animorum in splendore natalium? illud te potius decet eligere, quod nos possit ornare. Hamali sanguinis virum non decet vulgare desiderium, quia genus suum conspicit esse purpuratum. corrigamus itaque te per incitamenta praeconii, in quo adhuc non debemus esse districti. 3 Domitius itaque vir spectabilis data nobis supplicatione conquestus est, possessiones iuris sui, id est illam atque illam, ab hominibus vestris neglectis legibus fuisse pervasas, dum civiliter oportuit recipi, si iure videbatur exposci. 4 Sed quia de vobis non patimur diutius obscura iactari, qui generis claritate fulgetis, praesenti auctoritate censemus, ut im-

---

LRKPM(X)E(F)

1 procasse *K*   m. facite (facias *E, om. F*) firm.] facias firm. man. A^e ne] nec *P*   2 urgeat *EF*   sed] quam *KA*   7 huius] huiusmodi *P*   quantumcumque *EF*   hec se *R*   11 grauasianos *MXEA*   pontonatas *P*, pontonatos K^1XEF sed] scilicet *E*   13 augm. fieri A^e 14 laboribus *K*   17 ydouacris *K*   18 et *om. EF*   abiectum *K*   consideratione] consuetudine *EF*, *om.* K^1 22 rap. iact. *R*   23 omnium *om. R*   24 punita] *LRPA*, potita *MXEF*   qua PM^bE^2FA, qua* E^1 25 sic] si *K*   nostris *MEF*   calescere *EF*   uolumus *EFA*   26 ininitia M^a 27 hamali] *R*, amali *P*, amalis L^a, hamalis L^bA^e, amare *MXEF*   28 esse consp. *LR*   itaque] ergo *EF*   29 incitamenta] incrementa *K*   constricti *K*   31 omnibus *K*   32 oportuerit *MXEFA*   iure] in re A^r, ire A^e uideatur A^e

minente Duda saione nostro, si momenti tempora suffragantur, occupata nuper cum
5 omnibus, quae direpta sunt, supplicanti faciatis sine aliqua dilatione restitui. Et si
quid partibus vestris de legibus creditis posse competere, instructam personam ad
nostrum comitatum destinare vos convenit, ut intentionibus partium sub aequitate
discussis feratur sententia, quam iuris dictat auctoritas. generosos quippe viros omnia
convenit sub moderata civilitate peragere, quia tantum potentibus laesionis crescit
invidia, quantum premi posse creditur, qui fortuna inferior comprobatur.

XL.

ACTORIBUS PROBINI V· I· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Districtius aliqua iubere compellimur amore iustitiae, dum circa minores fortunas
clementiora sunt nostri pectoris instituta. trahit enim ad misericordiam, qui potuit
subdi, et hoc habet beneficium mediocritatis suae, ut probatione salva interim moveat
2 ad dolorem, quia crudelitas sublevat humiles, premit invidia potiores. Datis itaque
precibus allegatis Basilium virum spectabilem nostra dudum praecepta meruisse, ut
possessio Arcinatina, quam patronus vester a coniuge eius Agapita iuris fuerat sol-
lemnitate mercatus, postposita dilatione cum documentis omnibus praedicto coniugi
redderetur, dum a suis penetralibus sollicitatam lacrimabili conquestione quereretur
uxorem: addentes more nostrae iustitiae postea fuisse praeceptum, ut, si patroni vestri
de causae qualitate praesumerent, ad nostrum comitatum ocius destinarent, ut quae
3 ratione convenire poterant, velut a iustitiae fontibus emanarent. Quapropter si nullo
mendacio asserta vitiantur, per officium nostrae sedis Basilium decernimus ammoneri,
ut, si non nihil est, quod pro suis partibus possit opponere, quominus in hac causa
pulsetur, vestris intentionibus responsurus occurrat, seu ad comitatum venire seu in
competenti foro iurgare maluerit, quia nullis necessitatem longinquitatis imponimus, nisi
qui suis hoc commodis expedire cognoscunt. in locum siquidem beneficii nostram
praesentiam damus: et ideo non debet invitis imponi, quod meretur optari.

XLI.

IOHANNI ARCHIATRO THEODERICUS REX. *a. 507/511*

1 Propositum regale est pressis labe fortunae pietatis remedio subvenire et acerbos
casus iniuriae meliore sorte mutare. data siquidem supplicatione conquereris virum
spectabilem Vivianum legum artificio, quo callet, elatum, personam tuam obiectis
criminationibus insecutum et eo usque perventum, ut indefensus contra iuris ordinem
vicarii urbis Romae sententia damnareris: nunc autem religiosae mentis affectu odia
2 mundana damnasse auctorique suo tuum displicuisse periculum. Et ideo, si nullis
impugnationibus enervantur asserta, laesionem non patimur miseris inhaerere, quam

LRKPM(deficit v. 7 in comprobatur*)(X deficit v. 2 in* restitui*)E(F)*

1 duda] X^2, guda *libri* 2 supplicante *R* facias *EF* 4 destinare] destinase P^a, destinasse P^b 10 nostr. pect. sunt *P* 12 crudelitas] *L*, credulitas *RKPEFA* sublevat humiles (-lem *E*) *om. F* potentiores PA^r 14 arcinatiua *E*, arrinatiua *F* noster L^1*[?]* 16 sollicitam E^1 conquestione] quaestione *KEFA* 17 more *om.* L^1 18 ocius] socios PA^r 19 rationi PFA^r 20 uit. asserta EFA^e decreuimus *F* 21 non nihil] *scripsi*, nihil *libri* opponere] opptinere *P* in hac *om. F* 23 ingare *P* nullus E^a 25 decet A^e 27 propositi nostri est oppressis *F* fortunae] iniurie *F* et *om. K* 28 iniuriae *om. F* 29 uiuanum *K: malim* Vibianum legum] legis *K* callet] $L^bRKPE^2A^e$, calet L^aE^1F, claret A^r eleuatum *E* 30 insecutus R^a 33 eneuantur *P*

suis constiterit machinatoribus displicere. quapropter in abolitum missa sententia,
quae a vicario urbis Romae super hac parte cognoscitur promulgata, patriae te rebus-
que omnibus nostra reddit auctoritas, nec ullo tempore calumniam super hac parte
formides. Sed ne cuiusquam forsitan plectenda temeritas in te impetus reparare possit 3
audaciae, patricii Albini salvis legibus tuitio te deputata communiet, quia nihil fieri
volumus incivile, cuius cottidianus labor est pro generali quiete tractare.

XLII.

ARGOLICO P̄· Ū· THEODERICUS REX. *a. 510/511*

Bene principalis clementia suscipit quos pietas paterna destituit, quia sub parente 1
publico genitoris minime sentiri debet amissio. ad nos siquidem iure recurrit infantia
destituta, quibus universorum hominum proficiunt incrementa. Clarissimorum igitur 2
adultorum Marciani atque Maximi nos querela pulsavit, cum paschalibus diebus paterni
luctus essent vulnere sauciati et in ipso laetitiae tempore soli cogerentur tristitiam
sustinere, utilitatem suam pio neglexisse contemptu, cum vel firmae aetati inter lacri-
mas ista cogitare genus videretur insaniae. cessat enim lucri ambitus, cum vacatur
ad planctus, nec mens quodlibet aliud capit, cum eam qualitas pietatis impleverit. Hac 3
crudeli subreptione captata turrem circi atque locum amphitheatri illustris recordationis
patris eorum detestabili ambitu a vestris suggerunt fascibus expetitum. quorum in-
sidiatorem non humanitatis ullus revocavit affectus, non similis terruit casus: gravavit
infantiam, cui non subvenire merito pudoris aestimatur esse iactura. Sed nos, qui 4
regulas veterum, qui servamus momenta pietatis, salubri ordinatione censemus, ut, si
quondam patricius atque magnificus vir Volusianus pater supplicum supra memorata
loca communi iure possedit, filiis perire non debeant, praesertim cum germen sena-
torium novis cupiamus beneficiis enutrire quam inter ipsa initia spem adultae aetatis
aliqua laesione comprimere. atque ideo illustris magnitudo vestra, si quid tale factum
esse meminit, ilico noverit corrigendum, ne venerandum examen senatorii ordinis
iniqua praesumptione temeretur.

XLIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 509/511*

Urbis Romanae celebris opinio suo conservanda est nihilominus instituto, nec 1
vitia peregrina capit, quae se semper de morum probitate iactavit. levitates quippe
seditionum et ambire propriae civitatis incendium non est velle Romanum. ideoque
in auctoribus facti legum est servanda districtio, ne detestabilis aspectus incendii ad
imitationem nefandam vulgi pectora comprehendat. Viri illustris itaque comitis Ari- 2
gerni suggestione comperimus Iudaeorum querela se fuisse pulsatum, quod in domi-

LRKPE(F)

1 constiterit] constiter P^a 2 noscitur $KEFA^e$ 3 nostra] nostra te F 4 fositan P temeritas] securitas KF 5 audacia A^e albini *om.* F communiet] coicet E 8 parenti K 9 sentire E^1 11 martiani R 14 enim] tantum E^1 15 quomodolibet F caput K eam] eorum K impietatis R^1 16 atque] ac F 17 faucibus P expetitam E 18 simul E grauauit] non gr. K^2 19 infantia E 20 momenta] $LKEFA^e$, monimenta RP, munimenta A^r 21 supra memorata] commemorata A^e 22 possidet L^1 senatorum F 23 quam] non FA^e 24 magnificentia tua $KEFA^e$ 27 senatui urbis Romae] *immo data est ad magistratum; de praefecto urbis cogitavit Gaudenzi p. 4, de vicario urbis Meyer* 28 est *om.* F 29 semper se A^e 31 incendii *om.* A^e 32 nefariam F 33 dominorum] domino E^1

norum caede proruperit servilis audacia: in quibus cum fuisset pro districtione publica
resecatum, statim plebis inflammata contentio synagogam temerario duxerunt incendio
concremandam, culpas hominum fabricarum excidio vindicantes, dum, si quis Iudaeorum
probaretur excedere, ipse debuisset iniuriae subiacere, non autem iustum fuit ad sedi-
3 tionum foeda concurri aut ad fabricarum incendia festinari. Sed nos, quibus deo
propitiante cordi est perperam commissa dirigere, ut cunctis possit placatis moribus
convenire, praesenti auctoritate decernimus, ut causam supra memoratam legitima
discussione noscatis et in auctoribus paucis quos potueritis huius incendii reperire,
habita districtione resecetis: quia nolumus aliquid detestabile fieri, unde Romana
4 gravitas debeat accusari. Illud pari ratione censentes, ut, si aliquid sibi contra
Iudaeos rationabiliter quispiam crediderit suffragari, ad vestrum iudicium veniat
audiendus, ut quem reatus involverit, censura condemnet. hoc enim nobis vehementer
displicuisse cognosce, ut intentiones vanissimae populorum usque ad eversiones per-
venerint fabricarum, ubi totum pulchre volumus esse compositum.

XLIIII.

ANTONIO VIRO VENERABILI POLENSI EPISCOPO THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Invidiosa est contra eum querela, cui sunt reverentiae iura servanda, quia nescio
quid admissum grave creditur, ubi contra tales silentium non tenetur. Stephanus
siquidem flebili aditione conquestus est casam iuris sui ante decessorem prodecessorem-
que vestrum longa aetate possessam ante hos fere novem menses ab hominibus ecclesiae,
cui praesidetis, despecto civilitatis ordine fuisse pervasam. quod si ita factum esse
cognoscitis, eam iustitiae consideratione momenti iure restituite supplicanti. decet
2 enim a vobis corrigi, quod a vestris familiaribus non debuisset admitti. Verumtamen
si partibus vestris in causa momentaria vel principali iustitiam adesse cognoscitis,
tractato prius diligenter inspectoque negotio, quia sacerdotem protendere non decet
improbam litem, instructam legibus ad comitatum nostrum destinate personam, ubi
qualitas negotii agnosci debeat et finiri. quapropter sanctitatis vestrae animus non
gravetur nec se fallacibus verbis doleat accusatum: multo maior est opinio purgata,
quam si desinentibus querelis non fuerit impetita.

XLV.

COMITIBUS DEFENSORIBUS ET CURIALIBUS TICINENSIS CIVITATIS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Ad comitatum supplices Erulos auctore deo nostris venire iussimus constitutis, quibus navis est praebenda subvectio, ne in patria nostra adhuc provinciae suae laborare videantur inopia. itaque praesenti iussione commoniti et navis eis usum

LRKPE(F)

1 cedem *F* proruperit (prorupit *KE*, prorumpit *F*) seru.] seru. prorupit *K* fuerit *F* 2 reseratum *EF* 3 frabricarum *K* 4 seditionem $R^b K$ 5 nos *om.* *K* 7 supra mem. caus. *F* 8 discutione E^1 huius incendii] huius inc. reos *Gar. cum* A^r, huius reos inc. *Cuiacius* 10 grauitas] ciuitas *F* 11 nostrum *EF* ueniat *om.* R^1 13 cognosci*** R^1 19 causam *EFA* sui iuris A^e prodecessoremque] LR^1, praedecessoremque $R^2 KPEFA$ 21 depecto K^1 24 causa] tam A^e, hac tam A^r momentaria] possessionis mom. *Gar.* iustitia *A* 25 prot. non decet] *LR*, n. d. pr. $KEFA^e$, pr. non licet PA^r 32 herulos *codd.* 33 pr. est *K* sua *EF* 34 itaque] ideoque *F*

usque ad Ravennatem urbem et annonas dierum quinque sine aliqua dilatione praeparate nec aliquid eis necessarium deesse faciatis, quatenus provinciam se deseruisse ieiunam de copiae inventione cognoscant sitque illis uberior peregrina terra quam patria.

XLVI.

MARABADO V· I· THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Convenit pietatem nostram petitiones supplicum salubri ordinatione disponere, quia subiectorum animi relevantur, quotiens maerentium querela componitur. vir spectabilis itaque Liberius dolenda nobis aditione suggessit coniugem suam in vestro iudicio contra iuris ordinem praegravatam. quod si ita est, remotis praeiudiciis apud arbitros, quos partium consensus elegerit, te imminente causa legibus audiatur. quod si illic finis negotii nequiverit inveniri, per instructas personas, si tamen ipsae venire non eligunt, nostro comitatui occurrendi licentiam partibus non negamus, ubi nec redemptio sit forte suspecta nec insidiosa possit nocere calumnia.

XLVII.

GUDISAL SAIONI THEODERICUS REX. *a. 507/511*

Assidua sollicitudine refovenda sunt, quae continuis exercitiis subiacere noscuntur. 1
quemadmodum enim subvectio veredorum necessario sufficiat labori, si permittatur ex-
cedi? incitamentum siquidem inprobae praesumptionis est neglecta custodia. legatorum
itaque nostrorum suggestione comperimus cursuales equos frequenti usurpatione fatigari
et quos nos necessitatibus publicis cupimus custodiri, in usum cognovimus privatae
voluntatis assumi. Atque ideo in urbe Roma ordinatione praefecti praetorio et magistri 2
officiorum, quousque utilitas publica suaserit, te residere censemus, ut nullum Gothorum
vel Romanorum exinde egredi patiaris, nisi quos praedictarum dignitatum vices agentes
forte dimiserint. Et quod nobis frequenter usurpatum esse suggeritur, si quis invitis 3
his quibus haec cura mandata est, veredos praesumere fortassis assumpserit, cuiuslibet
nationis fuerit vel honoris, per unum equum centum solidos multae nomine cogatur
inferre: non quod tanti aestimanda est unius iumenti laesio, sed quia grandi damno
reprimenda est importuna praesumptio. Nullum praeterea saionum discursus facere 4
patiaris, sed ad causam, quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere
vel redire. quibus in superiorem multam cadat interdicta frequentia. Parhipporum 5
quin etiam onera centum librarum nullus excedat. expeditos enim properare mitten-
darios volumus, non migrare censemus. inertiam suam prodit quisquis secum multa
portaverit, nec cogitat de celeritate qui delicata se maluerit conversatione tractare.
grues denique pelagus transiturae parvos lapillos uncis pedibus amplectuntur, ut nec
eorum levitas nimio vento rapiatur nec nativa celeritas iniquis ponderibus ingravetur.

LRKPE(F)

1 praeparate] *LRP*, praestate *KEFA* 2 eis al. *F* 3 de *om.* *EF* cognoscant] gaudeant R^1 patria] propria *EF* 5 uestram *RP* 6 reuelantur *K* maerentium *om.* *F* 10 iustructas] structas R^1 11 eligunt] negliget *P*, negligit A^r concurrendi *A* 12 forte sit PA^r 15 subiectio ueredorum] P^bF^2, subuectiu(a)e redorum (uerodorum K^b) $LRKP^aEF^1$, subiecti ueredorum (uerendorum A^r) *A* sufficiant *A* 19 praetorii P^bA^r 21 praedicatarum *K* augentes *K* 22 suggeritur] cognoscitur E^a 23 uerendos *K* 25 est unius aest. A^e quia] quod *EF* 27 quam] ad quam *R* tantum *om.* *P* 28 parhipporum] *Cui. e coni.*, pahipporum *LRKEF*, phaipporum *P*, phayporum A^r, paphipporum A^e 29 centum] id est c. *P* properare mittendarios] propter mittenda nos *EF* 30 quisquis *om.* R^1 32 pelagos *rell.*, pellagos *K* lepillos P^a 33 nimio uento] u. modico *F*

hoc imitarine queunt, qui se ad publicas necessitates electos esse cognoscunt? et
ideo quinquaginta solidorum multam iam non veredarius, sed catabolensis incurrat.
6 quisquis ultra centum libras parhippum crediderit onerandum. His autem, qui supra
scriptarum dignitatum vicibus in urbe praesunt, te observare praecipimus, quatenus
excessus, qui ab illis detectus fuerit, exsecutione tua supra dicta condemnatione
puniatur. si quos autem intemperans culpa perculerit, collectam quantitatem per vices
agentes mancipibus mutationum volumus applicari, ut cursualis tractus inde habeat
7 remedium, unde hactenus sumpsit incommodum. Mundanis siquidem rebus frequenter
nascitur de adversitate prosperitas et homines cum laedere cupiunt, beneficia frequenter
impertiunt. sed omnia sic efficaciter ac diligenter implebis, ut provocati bonis actibus
devotioni tuae maiora committere debeamus.

XLVIII.

EUSEBIO V· I· THEODERICUS REX.

a. 507/511

1 Post tumultuosae urbis sollicitudines taediosas et observationum molestias in-
gravantes magnitudo tua provinciali desiderat amoenitate recreari, asserens occupa-
tionum tibi causas praesentibus emersisse temporibus, quibus expeditis rurali desideras
2 suavitate gaudere. Et quia vere illa securitas est, quae nostris iussionibus datur, cum
tempus tibi fuerit occupationis emensum, octo mensium indutias in Lucaniae dulces
recessus nostra auctoritate concedimus, ut ex illo tempore supputentur, cum te egredi
ex urbe divino favore contigerit. quibus peractis multorum desiderio ad Romanas
sedes venire festina, conventui nobilium et digna tuis moribus conversatione reddendus.

XLVIIII.

UNIVERSIS PROVINCIALIBUS ET CAPILLATIS DEFENSORIBUS ET CURIALIBUS SISCIA VEL SAVIA CONSISTENTIBUS THEODERICUS REX.

a. 507/511

Districtio semper subtrahi non debet regiae iussionis, ut et audaces metus comprimat et laceratos spes futura refoveat. plerumque enim denuntiata comminatio plus efficit quam poena componit. et ideo deo auspice Fridibadum locis vestris praeesse censuimus, qui abactores animalium legitima severitate coerceat, homicidia resecet, furta condemnet quietosque vos ab sceleratis ausibus reddat, quos nunc praesumptio iniqua dilacerat. vivite compositi, vivite bonis moribus instituti, nullum natio, nullum promeritus honor excuset. necesse est vindictae subiaceat qui pravis moribus obsecundat.

LRKPE(F)

1 hec *F* necessitates] utilitates *F* 2 ueredarios *LR*P^a catabulnensis A^e 3 pahippum L^b*R*, pahibpum L^a, paphip(p)um *A* supra *om. F* 4 in urbe *om. F* 6 pertulerit *K* 7 habet P^a 8 frequenter] sepe *F* 9 de] ex *F* ***ficia K^1 frequenter *om. P* 10 impertiuntur *EF*, imperiunt *K* 13 tetiosas P^a obseruationes *R* 14 des. prou. *K* amoenitate] suauitate *F* 15 des. suau.] amenitate des. R^a, suau. des. R^b 16 uere] uera $E^b A^e$ est *om. F* 17 emersum *EF*A^e 18 supputent *(lineola R^2 in ras.) R* 20 et *fortasse delendum* digna] condigna *E* 24 decet A^e et *om. EF* metus] *KPEFA*, motus *LR* 25 rei foueat P^a comminatio] commina *K* 26 fridabadum *E*, fundibatum *F* 27 quia R^1*[?]* securitate A^e 28 uos *om.* E^1 ab] a *KEFA* 29 ratio A^e 30 pro meritis *P*A^r est] est ut *F*

L.

FAUSTO PPŌ THEODERICUS REX.

a. 507/511

Campani Vesuvii montis hostilitate vastati clementiae nostrae supplices lacrimas 1
profuderunt, ut agrorum fructibus enudati subleventur onere tributariae functionis.
quod fieri debere nostra merito pietas adquiescit. Sed quia nobis dubia est unius- 2
cuiusque indiscussa calamitas, magnitudinem vestram ad Nolanum sive Neapolitanum
territorium probatae fidei virum praecipimus destinare, ubi necessitas ipsa domestica
quadam laesione grassatur, ut agris ibidem diligenter inspectis, in quantum possessoris
laboravit utilitas, sublevetur: quatenus mensurate conferatur quantitas beneficii, dum
modus integer cognoscitur laesionis. Laborat enim hoc uno malo terris deflorata pro- 3
vincia, quae ne perfecta beatitudine frueretur, huius timoris frequenter acerbitate con-
cutitur. sed non in totum durus est eventus ille terribilis: praemittit signa gravia, ut
tolerabilius sustineantur adversa. Tantis enim molibus natura rixante montis illius 4
hiatus immurmurat, ut excitatus quidam spiritus grandisono fremitu vicina terrificet.
fuscantur enim aera loci illius exhalatione taeterrima et per totam paene Italiam
cognoscitur, quando illa indignatio commovetur. volat per inane magnum cinis de-
coctus et terrenis nubibus excitatis transmarinas quoque provincias pulvereis guttis
compluit, et quid Campania pati possit, agnoscitur, quando malum eius in orbis alia
parte sentitur. Videas illic quasi quosdam fluvios ire pulvereos et harenarum sterile 5
impetu fervente velut liquida fluenta decurrere. stupeas subito usque ad arborum
cacumina dorsa intumuisse camporum et luctuoso subito calore vastata, quae laetissima
fuerant viriditate depicta. vomit fornax illa perpetua pumiceas quidem, sed fertiles
harenas, quae licet diuturna fuerint adustione siccatae, in varios fetus suscepta germina
mox producunt et magna quadam celeritate reparant, quae paulo ante vastaverant.
quae est ista singularis exceptio unum montem sic infremere, ut tot mundi partes
probetur aeris permutatione terrere et sic suam substantiam ubique dispergere, ut non
videatur damna sentire? Longe lateque pulveres rorat, vicinis autem quasdam moles 6
eructuat et tot saeculis mons habetur, qui erogationibus tantis expenditur. quis credat
tam ingentes glebas usque in plana deductas de tam profundis hiatibus ebullisse et
spiritu quodam efflante montis ore consputas quasi leves paleas fuisse proiectas? Alibi 7
cacumina magna terrarum localiter videntur ardere: huius incendia paene mundo datum
est posse cognoscere. quemadmodum ergo non credamus incolis, quod testimonio
potest universitatis agnosci? quapropter, ut dictum est, talem eligat vestra prudentia,
qui et remedia laesis conferat et locum subreptionibus non relinquat.

LRKPE(F)

2 camparii *E* uesunii *KE*, uexuuii *F* mortis F^1*[?]* uastata *K* 4 nobis *om. P* 5 nostram *K* nolarium F^1 neap.] ad neap. F^1 6 necessitas] uestitas F^2 7 crassatur *PF* ibidem] ibi *E* 8 mensurato F^2*[?]* conferatur *om.* F^1 10 fruerentur *F* 13 murmurat *K* 14 fuscantur enim aera (haerea *F*)] fuscatur enim aer E^2 exaltatione *K* 15 inane] *L*(*potest item legi* mane) *RPE*F^2 (*recte puto: cf. Vergilius egl. 6, 31* magnum per inane), mare *K*F^1*A* 16 pulueris *K* 17 agnoscitur] cognoscitur *E*, non agn. L^2 18 uides *P* arenarum *LRP*, (h)arenam *KEA* sterile] *P*, sterilem *LRK*E^2F^2*A*, subtilem E^1, s**li F^1 20 uestata E^1 *(cum adn. de dea Vesta)*, uestita *P* 21 pumiceas] $R^2F^2A^r$ *coniectura recte*, puniceas *plerique*, punices P^a 23 quad. magn. *E* uastauerat L^1*R*A^e 24 est *om.* A^e fremere *R* 25 subst. suam *F* 26 rotat *E* 27 eruptuat *F*, eructat *E* ergationibus F^1 28 plena *P* 29 montis] de montis *E*F^2 *fortasse recte* consputas] conspicias *E*F^2, consp***us F^1 pallas F^2 proiectas] superiectas P^a 30 uideretur *P* 32 prouidentia *F*

LI.

SYMMACHO PATRICIO THEODERICUS REX.

a. 507|511

1 Cum privatis fabricis ita studueris, ut in laribus propriis quaedam moenia fecisse
videaris, dignum est, ut Romam, quam domuum pulchritudine decorasti, in suis mira-
culis continere noscaris, fundator egregius fabricarum earumque comptor eximius, quia
2 utrumque de prudentia venit, et apte disponere et extantia competenter ornare. Notum
est enim, quanta laude in suburbanis suis Romam traxeris, ut, quem illas fabricas
intrare contigerit, aspectum suum extra urbem esse non sentiat, nisi cum se et agrorum
amoenitatibus interesse cognoscat: antiquorum diligentissimus imitator, modernorum
nobilissimus institutor. mores tuos fabricae loquuntur, quia nemo in illis diligens
3 agnoscitur, nisi qui et in suis sensibus ornatissimus invenitur. Et ideo theatri fabri-
cam magna se mole solventem consilio vestro credimus esse roborandam, ut quod ab
auctoribus vestris in ornatum patriae constat esse concessum, non videatur sub
melioribus posteris imminutum. quid non solvas, senectus, quae tam robusta quas-
sasti? montes facilius cedere putarentur, quam soliditas illa quateretur: quando et
moles ipsa sic tota de cautibus fuit, ut praeter artem additam et ipsa quoque naturalis
4 esse crederetur. Haec potuissemus forte neglegere, si nos contigisset talia non videre:
caveas illas saxis pendentibus apsidatas ita iuncturis absconditis in formas pulcherrimas
convenisse, ut cryptas magis excelsi montis crederes quam aliquid fabricatum esse
iudicares. fecerunt antiqui locum tantis populis parem, ut haberent singulare specta-
5 culum, qui mundi videbantur obtinere dominatum. Sed quia nobis sermo probatur
esse cum docto, libet repetere, cur antiquitas rudis legatur haec moenia condidisse.
cum agri cultores feriatis diebus sacra diversis numinibus per lucos vicosque celebrarent,
Athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt. theatrum
Graeco vocabulo visorium nominantes, quod eminus astantibus turba conveniens sine
6 aliquo impedimento videatur. Frons autem theatri scaena dicitur ab umbra luci den-
sissima, ubi a pastoribus inchoante verno diversis sonis carmina cantabantur. ibi actus
musicus et prudentissimi saeculi dicta floruerunt. sed paulatim factum est, ut hone-
stissimae disciplinae improborum consortia fugientes verecunda se exinde consideratione
7 subtraherent. Tragoedia ex vocis vastitate nominatur, quae concavis repercussionibus
roborata talem sonum videtur efficere, ut paene ab homine non credatur exire. erigitur
autem in hircinos pedes, quia si quis inter pastores tali voce placuisset, capri munere
donabatur. comoedia a pagis dicta est: comus enim pagus vocatur, ubi rustici
8 gestientes humanos actus laetissimis carminibus irridebant. His sunt additae orche-
starum loquacissimae manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam
musa Polymnia repperisse narratur, ostendens homines posse et sine oris affatu suum
velle declarare. Musae vero Eoa lingua quasi homousae dicuntur, quod invicem sicut

LRKPE(F)

3 udearis L^a 6 quata L^a traxeris] *fortasse* erexeris frabricas *P* 7 et *om. PE* 10 et *om. KEF* ornantissimus *F* 12 auctotoribus R^a, actoribus F^1 uestris (nostris *KE*) in orn.] in orn. nostris F^a 13 soluat *KF* senectus] o senect. A^e quae] qui *EF* 15 arcem *K* 17 absidatas *plerique,* absidiatas *P* 18 cryptas] cristas E^2 20 obtinere] PE^2A^r, optinere *LR*, habere KE^1FA^e 21 doctoribus F^1 condisse L^a 22 argicultores K^a muneribus F^1*[?]* 23 collegerunt *om.* P^a 24 uisorium *om. P* turb** R^1, turbis *F* 25 lucis *LK* 26 pastoribus] postoribus L^a, posterioribus *K* inchoante] in incboante R^1 27 bonestissimae] inhonestissimae E^1F 28 nerecundaa L^1 31 capre *EF* 32 pagis] paganis *P* uocatur] dicitur *K* 33 horcistarum *libri* 34 lig°si *K*, lingosi *E* 35 et] etiam *EF* affectu *K* 36 eoa] eoia *P*, eoea *EF* linga P^a homous(a)e] *LRKF*, homuose *P*, bomuse *EA*

virtutes necessariae sibi esse videantur. his levium pinnarum acumina ideo in fronte
pinguntur, quoniam earum sensus celeri cogitatione subvectus res altissimas intuetur.
Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, cum primum in scaenam 9
plausibus invitatus advenerit, assistunt consoni chori diversis organis eruditi. tunc
illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit et per signa composita quasi
quibusdam litteris edocet intuentis aspectum, in illaque leguntur apices rerum et non
scribendo facit quod scriptura declaravit. idem corpus Herculem designat et Venerem,
feminam praesentat in mare, regem facit et militem, senem reddit et iuvenem, ut in
uno credas esse multos tam varia imitatione discretos. Mimus etiam, qui nunc tantum- 10
modo derisui habetur, tanta Philistionis cautela repertus est, ut eius actus poneretur
in litteris, quatenus mundum curis edacibus aestuantem laetissimis sententiis temperaret.
Quid acetabulorum tinnitus? quid dulcissimi soni referam varia percussione modula- 11
men? quod tanta gratia iucunditatis accipitur, ut inter reliquos sensus auditum sibi
ad munus summum tunc homines aestiment fuisse collatum. ubi aetas subsequens
miscens lubrica priscorum inventa traxit ad vitia et quod honestae causa delectationis
repertum est, ad voluptates corporeas praecipitatis mentibus impulerunt. Hos ritus 12
Romani sicut ceteras culturas ad suam rem publicam inutiliter trahentes aedificium alta
cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. unde non inmerito creditur
Pompeius hinc potius Magnus fuisse vocitatus. et ideo sive masculis pilis contineri
sive talis fabrica refectionis studio potuerit innovari, expensas vobis de nostro cubiculo
curavimus destinare, ut et vobis adquiratur tam boni operis fama et nostris temporibus
videatur antiquitas decentius innovata.

LRKPE(F)

1 leuium] uero *K* pennarum A^e 3 imitatione] mutatione E^2 4 organis] choris R^a 5 sgna L^a 6 illaque] illaque quae L^2 legantur *E* 7 facit] farit E^1, fatur E^2F declaratur *F* 8 in mare] in mari A^r, minari *P*, et marem A^e 9 discretos] decretos *K*, dicertos E^1 minus *KE* 11 leuissimis *F* 13 quod] quo *EF* 14 ubi] ut *A* 17 inutiliter] utiliter P^2A 18 creditur] dicitur *F* 19 pompegius *LR* magnus *om.* *R* 20 talis] tas *K* cubilo *E* 21 tam *om.* *EF* operis] hominis *EF*

LIBER QUINTUS.

I. Regi VVarnorum Theodericus rex.

uarnorum E^{1}, nurnorum K^{t}, unarnorum A^{e}, uualandorum F^{t}, uuandaliorum *Cui.*

II. Hestis Theodericus rex.

haestis A^{e}

III. Honorato v̄. ī. quaestori Theodericus rex.

u. i.] PA^{e}, illustri L^{t}, *om.* KEF
quaestori *om.* KEF

IIII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

V. Mannilae saioni Theodericus rex.

mamile P, mamille F, mamille A^{r}, manule K^{t}

VI. Stabulario comitiaco Theodericus rex.

stapulario K^{t}
comitiaco] comitiano K^{t}, *om.* $K^{1}EF$

VII. Iohanni v̄. c̄. arcario Theodericus rex.

u. c.] A^{e}, uiro comiti $L^{1}R^{1}$. uiro consulari $L^{t}R^{t}KEF$, ui P^{1}. us P^{t}
arcario *om.* KEF

VIII. Anastasio consulari Theodericus rex.

VIIII. Possessoribus Feltrinis Theodericus rex.

festrinis R^{t}

X: Verani saioni Theodericus rex.

uerano $R^{t}KPEFA^{r}$

XI. Gepidis ad Gallias destinatis Theodericus rex.

gelpidis P^{t}, gebidis D^{t}
destinatis] de K^{1}, constitutis PA^{r}

XII. Theodahado v̄. ī. Theodericus rex.

theodahado] $L^{1(a)}L^{t(b)}RP^{1}D^{t}A$, theodehado K^{1}, theodohado P^{t}, theodobado EF^{1}. theodado $L^{1(b)}L^{t(a)}$, theodebado K^{t}, theodobaldo F^{t}, theodato A^{r}
u. i.] $P^{1}D^{t}$, *om.* $K^{1}P^{t}EFA^{r}$

XIII. Eutropio et Agroecio Theodericus rex.

eutrepio $K^{1}EF$
et acrecio $L^{1}R^{1}P^{t}$, et acretio $L^{t}R^{t}P^{1}D^{t}A^{e}$, et atrecio A^{r}. *om.* KEF

XIIII. Severino v̄. ī. Theodericus rex.

seuerino] $L^{1}R^{1}P^{1t(a)}D^{t}F^{t}$, seueriano $L^{t}R^{t}KP^{t(b)}EF^{1}A^{e}$
u. i.] $PD^{t}A^{e}$, *om.* KEF^{1}, *erasum* F^{t}

LRKP(D lat. deficit, textus incipit ab ep. 9)E(F)

XV. Universis possessoribus in Savia provincia constitutis Theodericus rex.
in suauia *(sic* $L^1R^1KP^1D^tA$, suenia L^tP^tEF*)* prouincia *(om.* $K^tP^tD^tEFA^e$*)* constitutis *(om.* K^t, const. prou. R^1*)* $LR^1K^tPD^tEF$, etc. K^1
om. R^t

XVI. Abundantio ppo Theodericus rex.
$\overline{\text{ppo}}$] L^1D^t, $\overline{\text{pp}}$ P^1, $\overline{\text{ppe}}$ A^r, preposito P^t, *om.* KEF

XVII. Abundantio p̄po Theodericus rex.
$\overline{\text{ppo}}$] RP^tD^t, $\overline{\text{pp}}$ P^1, *om.* KEF
suppl. in fine laterculi F^1

XVIII. VViliae v̄. ī. comiti patrimonii Theodericus rex.
uuile E, uiule E^tF^1
u. i.] $P^1D^tA^e$, *om.* KEF
patrimonii *om.* P^t
ad ep. 19 K^t

XVIIII. Gudinando saioni Theodericus rex.
gudinardo EF, gundinando L^t, cundibando D^t
ad ep. 18 K^t

XX. Aliulfo saioni Theodericus rex.
ailulfo P^1, aiulfo E^tF, auilfo A^e, anulso E^1, aluulfo K^t

XXI. Capuano v̄. s̄. Theodericus rex.
capiano $L^{1(a)}$
u. s.] PD^tA^e, *om.* K^1

XXII. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XXIII. Abundantio ppō Theodericus rex.
$\overline{\text{ppo}}$] $L^1RP^tD^t$, $\overline{\text{pp}}$ P^1, pp̄ A^r

XXIIII. Epiphanio v̄. s̄. consulari provinciae Dalmatiae Theodericus rex.
pithanio K^1, epifanto E^1F^1
u. s.] PD^tA^e, *om.* KEF
prouinciae *om.* K^1
dalmatiae *om.* KEF

XXV. Bacaudae v̄. s̄. Theodericus rex.
bacande K^tF^1, becalde F^t, racaude E^t
u. s.] PD^tA^e, *om.* K^1

XXVI. Universis Gothis per Picenum et Samnium constitutis Theodericus rex.
gothis *om.* P^tD^t
per picenum] $L^1R^1K^1PD^tA^r$, per piceum $L^tR^tEF^t$. per prouinciam F^1, *om.* K^t
et samnium *om.* KEF

XXVII. Guduin saioni Theodericus rex.
guduin] P^1, gudui LRP^tD^t, ,nduui K^1, gudnim *vel* gudium K^tEFA^e
saioni *om.* K^1

XXVIII. Carino v̄. ī. Theodericus rex.
u. i.] PD^tA^e, *om.* K^1

XXVIIII. Neudi v̄. ī. Theodericus rex.
heudi P^1, nendi P^t. meudi D^t
u. i.] $P^1D^tA^e$, *om.* KEF

XXX. Guduin v̄. s̄. Theodericus rex.
guduin] P, gudui LR, cudui D^t, anduin K^1, gudnim *vel* gudium EF, gaudium K^t
uiro sublimi LRD^tEFA^e, uiro deuoto P^t *(cf. ad ep. 31)*, *om.* KP^1

LRKP(D lat. deficit)E(F)

XXXI. Decorato viro devoto Theodericus rex.

deorato P^t, *om.* P^1
uiro *om.* D^t, uiro deuoto *om.* *K*
ad ep. 32 (ep. 31 inscriptione caret) P

XXXII. Brandilae Theodericus rex.

brandil(a)e $L^tR^tK^tP^tD^tEFA^e$, /radile K^1, blandilae $L^1R^1P^1$

XXXIII. VVilitanco duci Theodericus rex.

uuilitancho A^e, uiulic(h)anc(h)o *EF*, ‚uillitantho K^1, uuillicandocho K^t, drauuile P^t
duci *om.* P^t

XXXIIII. Abundantio $\overline{\text{ppo}}$ Theodericus rex.

habundantio P^1A^r, abuntio D^t, abuncio P^t
$\overline{\text{ppo}}$] $L^1R^1D^t$, $\overline{\text{pp}}$ P^1, pp̈ A^r, praeposito P^t

XXXV. Livvirit comiti et Ampelio $\bar{\text{v}}$. $\bar{\text{i}}$. Theodericus rex.

luuirit A^e, liuuri P^t, luitfrid P^1, lirit *KEF*
th. *ante* com̄ *ins.* P^t
comiti *om.* D^t
amplelio *EF*, aurelio P^t, amrelio D^t
u. i.] *P*, *om.* KD^tEFA

XXXVI. Starcedio $\bar{\text{v}}$. $\bar{\text{s}}$. Theodericus rex.

u. s.] P^1A^e, uiro sublimi P^tD^t, *om.* K^1

XXXVII. Iudaeis Mediolanensibus Theodericus rex.

medilanensibus $L^{t(1)}$, mediolanensis K^t

XXXVIII. Universis possessoribus Theodericus rex.

possessionibus K^t

XXXVIIII. Ampelio $\bar{\text{v}}$. $\bar{\text{i}}$. et Livvirit $\bar{\text{v}}$. $\bar{\text{s}}$. Theodericus rex.

ampellio L^t, amplelio *F*
u. i.] *P*, *om.* *KEF*
liuuirit] *scripsi ad ep.* 35; liuerit $L^tR^tK^1E^1$, liuerit K^t, liutrit E^t, liurit F^t, lurit F^1, libertino $L^1R^1PA^r$, liueriae A^e
u. s.] *P*, *om.* *KEF*

XL. Cypriano comiti sacrarum Theodericus rex.

cypriano] *L*, cipriano *plerique*
sacrarum *om.* *KEF*
bis ponit P^1

XLI. Senatui urbis Romae Theodericus rex.

XLII. Maximo $\bar{\text{v}}$. $\bar{\text{i}}$. consuli Theodericus rex.

u. i.] P^1A^e, *om.* *K*
consuli *om.* $KEFA^e$

XLIII. Transimundo regi VVandalorum Theodericus rex.

trasimundo P^1, transmundo *KEFA*
uualandorum F^t

XLIIII. Transimundo regi VVandalorum Theodericus rex.

trasimundo P^1, transmundo FA^e, traismundo K^t
uandalorum *K*, uualandorum *F*
tr. r. uuand.] idem eidem *E*

LRKP(D lat. deficit, textus deficit in ep. 37 fin.)E(F)

I.

REGI VVARNORUM THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Cum piceis timbribus et pueros gentili candore relucentes, spathas nobis etiam 1
arma desecantes vestra fraternitas destinavit, ferro magis quam auri pretio ditiores.
splendet illic claritas expolita, ut intuentium facies fideli puritate restituant. quarum
margines in acutum tali aequalitate descendunt, ut non limis compositae, sed igneis
fornacibus credantur effusae. harum media pulchris alveis excavata quibusdam videntur
crispari posse vermiculis: ubi tanta varietatis umbra conludit, ut intextum magis credas
variis coloribus lucidum metallum. Hoc vestra cotis diligenter emundat, hoc vester 2
splendidissimus pulvis ita industriose detergit, ut speculum quoddam virorum faciat
ferream lucem, qui ideo patriae vestrae natura largiente concessus est, ut huius rei
opinionem vobis faceret singularem: enses, qui pulchritudine sui putentur esse Vulcani, qui tanta elegantia fabrilia visus est excolere, ut quod eius manibus formabatur,
non opus mortalium, sed crederetur esse divinum. Proinde per illum et illum legatos 3
vestros solventes debitae salutationis affectum arma vestra libenter nos accepisse
declaramus, quae bonae pacis studia transmiserunt: vicissitudinem muneris pro expensarum vestrarum consideratione tribuentes. quae tantum vobis reddantur accepta,
quantum nobis vestra fuere gratissima. praestent divina concordiam, ut haec inter
nos grata mente facientes gentium nostrarum velle iungamus et invicem solliciti
mutuis possimus utilitatibus obligari.

II.

HESTIS THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Illo et illo legatis vestris venientibus grande vos studium notitiae nostrae habuisse 1
cognovimus, ut in Oceani litoribus constituti cum nostra mente iungamini: suavis nobis
admodum et grata petitio, ut ad vos perveniret fama nostra, ad quos nulla potuimus
destinare mandata. amate iam cognitum, quem requisistis ambienter ignotum. nam
inter tot gentes viam praesumere non est aliquid facile concupisse. Et ideo saluta- 2
tione vos affectuosa requirentes indicamus sucina, quae a vobis per harum portitores
directa sunt, grato animo fuisse suscepta. quae ad vos Oceani unda descendens hanc
levissimam substantiam, sicut et vestrorum relatio continebat, exportat: sed unde

---

LRKPE(F)

2 cymbribus *E*[1], ymbribus *E*[2], imbribus *F* gentili] geniali *Cui.* relucentes] lucentes *EF* sparthas *P*, et spathas *A*[e] et. nob. *R* 3 resecantes *F* magis *om.* *A*[e] auri pretio] auro *R* 4 clari|ritas *K* expoliata *P* ut] ubi *EF* 6 fornatibus *P* 7 narietatis umbra concludit *RKA*[e], narietas umbram concludit (includit *F*) *EF* 8 metallum] fuisse m. *F*[2] diligunter *K* 9 industrie *R* 11 nobis faciat *A*[e] ensis *P*[a] sua *PA*[r] uulcanii *LRK* 13 per] *PEFA, om.* *LRK* 14 nostros *EFA*[e] affectu *R* nos lib. *EF* 16 uestra *L*[1] 21 nostris *F* habere *F* 24 ambigenter *KPA*[r] 25 salutione *P* 26 affectiosa *L* 27 susc. fuiss. *REF*

veniat, incognitum vos habere dixerunt, quam ante omnes homines patria vestra offerente suscipitis. haec quodam Cornelio describente[1] legitur in interioribus insulis Oceani ex arboris suco defluens, unde et sucinum dicitur, paulatim solis ardore
3 coalescere. Fit enim sudatile metallum, teneritudo perspicua, modo croceo colore rubens, modo flammea claritate pinguescens, ut, cum in maris fuerit delapsa confinio, aestu alternante purata vestris litoribus tradatur exposita. quod ideo iudicavimus indicandum, ne omnino putetis notitiam nostram fugere, quod occultum creditis vos habere. proinde requirite nos saepius per vias, quas amor vester aperuit, quia semper prodest divitum regum adquisita concordia, qui, dum parvo munere leniuntur, maiore semper compensatione prospiciunt. aliqua vobis etiam per legatos vestros verbo mandavimus, per quos, quae grata esse debeant, nos destinasse declaramus.

III.

HONORATO V· I· QUAESTORI THEODERICUS REX.

a. 524 ante Sept. 1

1 Usu quidem provenit bene meritos dona nostra suscipere: sed tu iure hereditatis principis tibi beneficia vindicasti. honorem fratris adipisceris, quia sapientia quoque germanus es. ab eisdem bonis non repellimus quem similem comprobamus. eant nunc parentes ac liberi et bonarum artium studia incitamento similitudinis aemulentur. novam in te fecimus legem parentes in amministratione succedere. hic provectus non adimitur et mutatur: quia licet persona subrogata sit, familiae tamen non deficit quod
2 gratissimus germanus adquirit. O vere vestris meritis electi et auspicio nominis honorati! praesentiunt quaedam parentes positis in prole vocabulis et ut venturarum rerum cursus ex alto est imperio divinitatis, cogitatio praesagantis instruitur: loqui datur, quod nos sensisse nescimus, sed post casum reminiscimur quod ignorantes
3 veraciter dixeramus. Tali igitur omine Decoratus evaluit: evaluit, inquam, ac se honoribus palatinis iudicio nostro laudatus immiscuit. dignitatem sumens quam solemus dare prudentibus, hoc plane supra ceteros adipiscens, quod potuit emergere post electos. sub genii nostri luce intrepidus quidem, sed reverenter astabat, opportune tacitus, necessarie copiosus, curarum nostrarum eximium levamen. et cum potestatis nostrae gratia ditaretur, morum magis laude contentus mediocribus se potius exaequabat. vivit apud nos recordatio bonorum, quia fides hominis nescit cum morte

LRKPE(F)

1 omnis *K* 2 scribente *KEFA*^{e} 3 defluere P^{2} 4 sudacile *K* metallum *om.* *F* conspicua *EF* 5 confinia *E* 6 purgata *PA*^{e} tradatur] credatur *P* 7 ne] non P^{a}, ut non P^{b} 9 qui] quia *K* maiori *F* 10 aliqua] alia *L* 13 bene] in bene P^{a} 14 fratris *om.* *K* adispisceris *K* 15 non *om.* K^{a} eant] *PA*^{e}, eant al. fiant A^{r}, fiant *LRKEF* 16 solicitudinis *EF* 17 in te] uite F^{1}, inde $E^{2}F^{2}$ 18 et] sed et *P*, sed A^{r} licet] licet et *P* non] nomen non *P* 19 uestr. uer. *K* 20 pesentiunt F^{1} in prole] inprobe P^{a} ut *om.* *F* 21 praesagientis R^{2} 23 homine *LEA* eualeit eualuit L^{a} 25 super *P* adispiscens *K* 29 hominis] bonis *F*

1) *Cornelius Tacitus Germ. 45:* dextro Suebici maris litore Aestiorum gentes adluuntur .... mare scrutantur ac soli omnium sucinum, quod ipsi glaesum vocant, inter vada atque in ipso litore legunt, nec quae natura quaeve ratio gignat, ut barbaris quaesitum compertumve ... sucum tamen arborum esse intellegas, quia terrena quaedam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quae implicata umore mox durescente materia cluduntur. fecundiora itaque nemora lucosque ... Occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quibus sucina (quae vicini *traditur*) solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur ac vi tempestatum in adversa litora exundant.

deficere. secreta nostra, quasi oblivisceretur, occuluit: iussa, quasi scriberet per
ordinem, retinuit, sine avaritia serviens et gratiam nostram summa cupiditate per-
quirens. Divertimus quidem ad bene meriti laudes, sed compendio sermonis assumpti, 4
cum illum referimus, te docemus. fuit nimirum gratus, quod apud nos et post fata
esse non desinit: tristes quaerimus quem nos amisisse dolemus. sed acerbum casum
mitigat, quod ei vicaria virtute succedis, quia nemo perdidisse se sentit quod in
alterum invenisse cognoscit. non extranea secteris exempla, cui domestica suppetunt
tam magna praeconia. tu Decoratus ex illo es, ille Honoratus ex te est. adunent
se merita, quando se iunxere sic nomina. Nam de te iustius credimus meliora, qui 5
sequeris, quia semper est diligentior imitator prioris, quando te praecedentis bona
licet eligere et nova cumulare. atque ideo ab indictione tertia quaesturae te dignitate
subvehimus facimusque nostri consilii claritate vivere Honoratum, ut esse nunc in-
cipias, quod ante vocabaris. age nunc inhaerendo iustitiae, ut, qui inexperto honorem
dedimus, meliora tibi probatissimo conferamus.

IIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 524 ante Sept. 1*

Certum est, patres conscripti, prudentibus viris vestrum florere consilium: sed et 1
hoc probatur egregium, quod vobis permiscetur dignitas litterarum. omnes enim, quos
ad quaesturae culmen evehimus, doctissimos aestimamus, quales legum interpretes et
consilii nostri decet esse participes: dignitas, quae nec divitiis nec solis natalibus
invenitur, sed tantum eam doctrina cum coniuncta potest impetrare prudentia. nam
licet in aliis honoribus beneficia conferamus, hinc semper accipimus. est nimirum
curarum nostrarum felix portio: ianuam nostrae cogitationis ingreditur: pectus, quo
generales curae volvuntur, agnoscit. Aestimate, quid de illo debeat iudicari, qui tanti 2
particeps fit secreti. ab ipso legum peritia postulatur: illuc vota confluunt supplicantum
et, quod est omni thesauro pretiosius, penes ipsum civilitatis nostrae fama reponitur.
quaestore iusto innocentium conscientia fit secura. improborum tantum vota redduntur
anxia, et cum malis subripiendi spes tollitur. studium bonis moribus adhibetur. Uni- 3
cuique propria iura custodit, pecuniae continens, aequitatis profusus, nescius decipere,
promptissimus subvenire. ingenio principis servit, quod universa superat: illius ore
loqui cogitur, cui nullus similis invenitur. hunc locum vitiis vacuum, virtutibus plenum
qui sub nostra potuit expedire praesentia, nonne vobis dignus est esse collega? scitis
enim qua glorietur stirpe provectus. Meministis igitur Decoratum advocationis labori- 4
bus insudantem, qua se unicuique bonorum probitate coniunxerit. causis vestris fidelis
orator affuit: necessariis rebus insistens iudicantis portavit animum ad subsellia cogni-
torum: cui merito frequens palma contigit, quia sapienter alleganda tractavit. pudoris
enim sustinere iacturam nesciunt, qui se prius iudice corriguntur. inferior gradu prae-

LRKPE(F)

1 scriberentur *EF* 2 siue *R* summa *om. K* 3 deuertimus *P* sed *om. K* 4 fuit] fit P^{a} fata] $PEA^{r(b)e}$, facta $LRKFA^{r(a)}$ 7 in *fortasse del.* altero P^{b} secteris] sinueris K^{a}, secretis E^{1} 8 illo] illis *F* ille] et ille *F* ex] in *EF* adiuneut L^{1} 9 qui] quae *E* 10 est *om. P* 11 licet] decet *F* ab *om. P* 13 uocaberis *L* 14 melora L^{a} 16 nostrum *F* 18 culmen] ordinem R^{1} 19 uestri *K* nec] non *P* 20 cum *om. F* 21 hon. al. A^{e} hinc] hic *P* 22 nostrarum *om. K* 24 fit] sit *A* subplicantium *PA* 25 est omni (homini F^{1})] omni est *K* curilitatis *K* 26 inuoceutum PA^{e} fit] $LRKA^{e}$, sit $PEFA^{r}$ secura] pura R^{1} 28 necius P^{a} 29 quod *om. P* 30 uac. uiciis R^{1} 31 nobis $RP^{a}EF$ 32 igitur] enim A^{e}, *inc.* $A^{r(a)}$ 33 coniunxit prob. *P* nostris *EF* 34 affluit *P* insistens] assistens *A*

stabat viris consularibus se patronum et cum honoribus vestris impar haberetur. patricius
5 ei dictus est in celeberrima cognitione susceptus. Nimis rarum est, patres conscripti, solidum loqui et, cui multa necesse est dicere, titubantia non proferre. hoc in Decorato certissimum fuit. hoc et ante nostra iudicia vos probastis. quis enim tempore suo eum quasi gubernatorem litium ignorare potuit, qui causarum scopulos transire contendit? legibus profecto minus indiguit, qui eius solacia non quaesivit. iam non de morte festinata conquerimur: ex huius fecunda pullulavit stirpe germanus. nam qui prius fratris umbra tegebatur, illo naturae lege subducto famae suae comas per aperta
6 distendit. Bona siquidem germinis iuste praecox intulit, qui nascendi ordine primus evaluit: sed fetura nobilis fructum, quem in decessore perdidit, in successore servavit. concordat huic familiae ramus ille ditissimus qui Vergiliano carmine semper enascitur: hoc enim avulso non deficit alter aureus et simili frondescit virga metallo [1]. nutrivit quippe et hic advocatione facundiam: opinionem Romanae urbis cedens fratri Spoletinorum se maluit miscere negotiis: res tantum dura, quantum a vestra prudentia cognoscitur segregata. inter bene moratos enim asseruisse iusta facillimum fuit: pro-
7 vincialibus autem se vaga libertate tractantibus nimis arduum. Videtur iuris suasisse modestiam, ubi ipsi quoque iudices improba plerumque cupiditate rapiuntur et quantum sibi inter mediocritatem videntur esse praecipui, tantum non sinunt suis voluntatibus obviari. inter talia leges vindicare difficile est et magnae persuasionis vis ad propositum recti venalitatem revocare iudicantis. sumite ergo, patres conscripti, libenter nostra iudicia et Honoratum quaesturae culmine provectum gremium vestrum gratanter excipiat. dignus est enim a vobis diligi qui par tantis honoribus meruit reperiri.

V.

MANNILAE SAIONI THEODERICUS REX.

a. 523/526

1 Laudabile est in illa parte geminare custodiam, quam constat rei publicae necessitatibus exquisitam. per hanc enim et legationum utilitas et ordinationum nostrarum celeritas explicatur: hoc etiam aulicis potestatibus per varias iussiones ministrat effectum: hoc crebris illationibus nostrum ditat aerarium, ut paene quicquid in re publica geritur, cursuali ministerio compleatur. decet proinde semper esse paratum, quod utilitatibus publicis probatur accommodum, ne, quod ad celeritatem
2 repertum est, incongruam potius festinantibus inferat tarditatem. Atque ideo praefecti praetorio et magistri officiorum ubi pro publica utilitate delegerint ordinatione locatos, excedentium improbam praesumptionem tali te praecipimus districtione resecare, ut, sive Gothus sit aut Romanus qui sine nostra vel eorum quorum interest evectione

LRKPE(F)

1 patronus *F* 2 cogitatioue *K* carum *KEF* 4 et] est K^1 suo] K^2PEFA, *om.* LRK^1 5 scropulos *F*, scrupulos *E* 6 miuus] omnibus *Krusch* non quaesiuit] quaesiuit *expectes* monte K^a 8 fratris *om. R* 9 procax *R*, preto* F^1, pretor F^2 10 fetura] $E^2F^2A^r$, foetura PA^e, fectura E^1, fertura LR^1KF^1, latura R^2 11 qui] qui in *KEF* uirgiliano *libri* 12 nutriu** L^1 13 fecundiam *P* spoletinorum] *A*, spoletunorum *P*, spolitinorum *reliqui* 14 negotiis] *inc.* R^1 15 iuxta *K* 16 autem] aut *K* nimis] uiuus *K*, *om. F* iuris] nostris *K* suadisse *K* 17 molestiam R^a 18 tantum] tamen *K*, tantum animo A^r *Cui.* suis] uestris *E* 19 talia l. uindicare] tales leges iudicare E^2F ius *E* 22 nobis *E* 25 hanc] hoc E^2, *recte puto* 26 hoc etiam] haec etiam A^r, haec et A^e 27 affectum E^1 hoc] haec *A* celebris E^1 29 quid *P* 30 festiuitatibus *E* 31 locatos] *scripsi*, locatus *libri* 32 reserare *E* ut] ubi *K*

1) *Aen. 5, 143:* primo avolso non deficit alter Aureus et simili frondescit virga metallo.

veredum praesumit attingere, per unum equum centum statim solidos a te cogatur exsolvere. et de illis quoque pari severitate censemus, qui supra evectionum numerum
cursuales equos usurpare praesumunt. Parhippis quin etiam non ultra quam centum 3
libras iubemus imponi. nimis enim absurdum est, ut a quo celeritas exigitur magnis ponderibus opprimatur. avis ipsa onere gravata pigrescit. carinae quae laborem non sentiunt repletae gravius moventur. quid quadrupes facere possit, qui pressus nimietate succumbit? si quis autem a modulo definito amplius fuerit habere repertus,
duarum unciarum auri damno feriatur. Quam summam protinus exactam, sicut iam 4
anterioribus edictis constitutum est, per officium magisteriae dignitatis cursui proficere debere censemus. iustum est enim ut cogatur illa vendere, unde publicum equum male noscitur onerasse: sit nuditatibus expeditus qui voluntate noluit esse celerrimus. praeterea commonemus, ut praepositorum commoda non praesumas nec quicquid eos potestatis habere reverenda sanxit antiquitas, aliqua usurpatione degenies. nos enim per te geminare volumus custodiam, non antiquae consuetudinis removere cautelam.

VI.

STABULARIO COMITIACO THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Suscipienda precatio est quae publicis utilitatibus non repugnat et amplectenda 1
desideria privatorum, quae sic remedium quaerunt, ut nobis non videantur generare dispendium. viri itaque clarissimi Iohannis querela comperimus Thomatem domus nostrae certa praedia suscepisse, id est illud atque illud, et nunc decem milia solidorum reliquatorem nostris utilitatibus extitisse et per diversas ludificationes non implere debitam quantitatem, quod apud nos quoque procerum nostrorum suggestione
perclaruit. Ideoque causam tali credidimus remedio muniendam, ut universam sub- 2
stantiam supradicti Thomatis sub hac condicione fixis titulis publico debeas applicare, quatenus, si intra kal. Septembrium diem quod rationabiliter exponitur a Thomate minime fuerit exsolutum, praedicta substantia Iohanni viro clarissimo contradatur, qui eius debitum lucre nostro promisit aerario. quod si obligationem suam praedictus Thomas solvere intra praefinitum tempus fortasse potuerit, universa ei quae sublata sunt illibata reddantur, ita ut nec fiscus noster sustinere videatur incommoda et nos cognoscamur subiectis solitam praestitisse iustitiam. possemus enim adhuc ultra differre, si quid prodesset neglegentissimum sustinere, quem per tam longum temporis spatium semper invenimus imparatum.

VII.

IOHANNI V· C· ARCARIO THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Decet eorum vota in ratum reddere, qui malunt utilitates publicas continere: nec 1
patimur de damno proprio esse sollicitos, qui nos a dispendiis fecere securos. tua

---

LRKPE(F)

1 uerendum KP^a praesumunt E^a 3 parhippis] L^2RKPA^e, parhippus L^1, pathippis *E*, pahyppis *F*, parphipis A^r quam *om. F* 5 labores A^e 7 succumbitur *K* a *delendum* 8 uuntiarum *K* 10 debere *om. F* 11 cognoscitur *KEF* 13 degenies] $LRK^a[?]PA^{er(a)}$, degemiues K^b, deneges $EFA^{r(b)}$ *et ita Cuiacius* 14 cautelam] custodiam *P* 16 est prec. *F* 17 sic remedium] sicut r. communiter *F* 18 cl. it. *P* toniatem *K*, toniate *F* 19 decem] ad decem *Meyer* (*cf. p.* 148, 3) 21 quod] qui P^a, quae A^r 22 praeclaruit *KF* credimus *KEFA* 23 publico] iuri p. *F* 24 infra *F* exponitur] exposcitur *Meyer* 27 praefinitum tempus] praefinito *** P^a, praedictum t. *F* 28 nostre *K* 29 solitam *om. K* enim] et *E* 30 si] sed *K* prodest *E* logum *K* 33 in ratum] E^2F^2, ingratum F^1, in tantum LRK^aPE^1A, interdum K^b 34 sollicitas K^a

igitur suggestione comperimus per illam indictionem patrimonii nostri praedia in Apulia
provincia constituta, id est illud atque illud, honesto viro Thomati libellario titulo com-
misisse, sed eum male amministrando suscepta usque ad decem milia solidorum de
indictionibus illa atque illa reliquatorem publicis rationibus extitisse: qui a proceribus
nostris frequenter ammonitus debita reddere detestabili calliditate neglexit. et ne tibi
aliqua in posterum quaestio nasceretur, publicis utilitatibus debitam quantitatem sub
hac ratione satisfacere te velle testaris, si tibi praedia supradicti debitoris loco pignoris
2 contradantur. Hinc est, quod desiderium tuum iusta ratione conceptum praesenti
iussione firmamus: primum, ut nullam ex hac re nomine publico metuas quaestionem:
deinde sub hac condicione tibi universam substantiam, quam vel nunc tenet vel primo
tempore possidebat, cum nostris rationibus obnoxius esse iam coeperat, Thomatis debi-
3 toris addicimus, quam pridem nostro nomine fixis titulis fecimus vindicari: hoc tantum
humanitatis intuitu relaxantes, ut usque ad kal. Sept. spatium habeat reddendi debitam
quantitatem: minus ne, cum ad supradictum diem tu pecuniam viro illustri comiti
patrimonii nostri, quae debetur, intuleris, facultas eius universa, sicut diximus, tuis
compendiis applicetur. quod triste non credimus esse perdenti, quando nec ex toto
videtur amittere, quod te generum suum cognoscit adquirere: nam quod poteras ad-
ipisci iure successionis, condicione a te possidetur emptoris.

VIII.

ANASTASIO CONSULARI THEODERICUS REX.

a. 523/526

1 Convenit sublimitatem tuam nostris iussionibus oboedientiae tribuere sedulam
firmitatem, quatenus ad effectum trahatur quod salubri ordinatione disponitur. mode-
rate siquidem novit iniuncta sibi complere prudentia et sine ingratitudinis naevo
2 delegata explicabili procurare consilio. Atque ideo ad Faventinam civitatem civilem
exsecutionem te praecipimus destinare, ut sine cuiusquam concussione vel damno
quadrati ad Ravennatem urbem ex nostra iussione devehantur, quatenus et nostro
desiderio gratulemur impleto et querulis vociferandi amputetur occasio.

VIIII.

POSSESSORIBUS FELTRINIS THEODERICUS REX.

a. 523/526

1 Necessitas publica multorum debet devotione compleri, quia non decet paucos
suscipere quod constat plurimis expedire, ne regia iussa tepefacta lentescant, dum res
utilis delegatur infirmis. in Tridentina igitur regione civitatem construi nostra prae-
2 cepit auctoritas. Sed quia territorii parvitas magnitudinem operis non potest sustinere,
hoc sollicitudo nostra prospexit, ut acceptis mercedibus competentibus pedaturam
murorum omnes in commune subeatis qui vicinitate iungimini, quatenus accommodato

---

LRKP(D incipit ab ep. 9)E(F)

1 *post* indictionem *excidisse videtur* comitem 2 id est] idem *K* th. hon. uir. *F* commisisse] constituto *R*: commissa esse *Meyer (cf. ad v. 1)* 3 adm. mal. *P* 4 ext. publ. rat. F^a 7 testari L^1 praedicti *K* 8 iuxta *K* 10 sub] simili *F* 11 obnixius *K* esse iam] iam F^1, iam esse F^2 12 tantum] tamen *F* 13 humanitis R^1 habeat] hanc *K* 14 ne] ue FA^e supradictam *A* 16 esse *om.* F^1 17 cognoscat *F* 20 tuam *om.* *R* sedulam] solidam E^1 21 firmitatem *om.* F^1 22 complere] tractare *F* ingratudinis L^1 23 fauentiam K^1 25 rauennataem R^2, rauennatam R^1 26 querelis E^1 28 decet] debet *P* 30 tudernia *F* 31 quia *om.* E^a prauitas *L* subst. non pot. *A* 32 haec *F* competentibus *om.* K^1 33 uicinitate] in ciuitate *EF*

solacio securius impleatur, quod paucis inexplicabile fortasse cognoscitur: hac scilicet condicione definita, ut nullus ab his oneribus excusetur, unde nec divina domus excipitur.

X.

VERANI SAIONI THEODERICUS REX.

a. 523/526

Cum deo iuvante pro defensione generali felicissimus producatur exercitus, pro- 1
videndum est, ne aut ipsi penuria inconsulta fatigentur aut (quod dici nefas est) vasta-
tionem nostrae videantur provinciae sustinere. primus enim prosperitatis gradus est
suis non esse damnosum, ut, pro quorum compendio laboramus, eorum non videamur
afflixisse fortunas. Et ideo devotioni tuae praesenti auctoritate delegamus, ut multi- 2
tudinem Gepidarum, quam fecimus ad Gallias custodiae causa properare, per Venetiam
atque Liguriam sub omni facias moderatione transire. quibus ne aliqua excedendi
praeberetur occasio, per unamquamque condamam sumptus eis tres solidos largitas
nostra direxit, ut illis cum provincialibus nostris non rapiendi votum, sed commercii
sit facultas. Illud plane pro cunctorum quiete laborantibus indulgentia nostra concedit, 3
ut, si aut eorum carpenta itinere longiore quassantur aut animalia attrita languescunt,
te custode atque mediante cum possessoribus sine aliqua oppressione mutentur, ut,
qui daturi sunt corpore aut qualitate meliora, quamvis parvis sanis animalibus ad-
quiescant, quia incerta est vita eorum, qui nimia fatigatione lassantur. ita fit, ut nec
illis desit subvectio necessaria et nullus se laesum tali permutatione cognoscat.

XI.

GEPIDIS AD GALLIAS DESTINATIS THEODERICUS REX.

a. 525/526

Fuerat quidem dispositionis nostrae, ut vobis iter agentibus annonas iuberemus expendi: sed ne species ipsae aut corruptae aut difficile praeberentur, in auro vobis tres solidos per condamam elegimus destinare, ut et mansiones vobis, prout herbarum copia suppetit, possitis eligere et quod vobis est aptum magis, emere debeatis. nam et possessorem haec res occurrere facit, si vos necessaria comparare cognoscit. movete feliciter, ite moderati. tale sit iter vestrum, quale decet esse qui laborant pro salute cunctorum.

XII.

THEODAHADO V̄· Ī· THEODERICUS REX.

a. 523/526

Si iustitiam colere universos et amare praecipimus, quanto magis eos qui nostra 1
proximitate gloriantur, quos omnia decet sub laude gerere, ut regiae possint fulgorem
consanguinitatis ostendere. haec est enim indubitata nobilitas, quae moribus probatur
ornata: quia pulchrum est commodum famae foeda neglexisse lucra pecuniae. Argolici 2

LRKP(D)E(F)

1 inexplicabile forte *F*, inexplicabile f. inexplicabile *R*[1] cond. scil. *A*[e] 2 definita *om.* *A*[e] 7 uid. nostr. *F* prosperitatatis *P*[a] 10 ueneriam *E* 11 ligatiam *E* excendendi *K* 12 proberetur *K* condamam] *LRKDEF*, condomam *P*, ebdomadam *A*[r], hebdomadam *A*[e] *et reliqui edd.* tris *plerique*, tri *F* 13 uestris *EF* 15 itenere *L*[1] 17 meliores *PD* 18 *requiritur* quae 19 ullus *K* 22 ne] nec *K* aut corruptae *om.* *K* aut] ut *L*[1] difficiles *E* 23 condanam *L*[1], condomam *PDE*[2], ebdomadam *A*[r], hebdomadam *A*[e] elegimus] eligimus *E*[1]*A*, degimus *P* 25 si] sic *K* cognoscat *F* 26 fideliter *K* ite moderati *om.* *P* debet *A* 30 possit *F* 31 hoc *K* est *om.* *K*[a] enim *om.* *F* indubita *F*[1] 32 ornata] honorata *F*

itaque viri illustris et Amandiani viri clarissimi heredes supplici nobis aditione conquesti sunt Pallentianam massam, quam eis pro compensatione largitas nostra transfuderat, ut casae Arbitanae amissionem hac commoditate solarentur, ab hominibus vestris nullis causis extantibus indecenter invasam et inde crevisse culpandae sur-
3 reptionis vitium, unde dari debuit gloriosae moderationis exemplum. Quapropter si nullo mendacio asserta vitiantur, magnitudo vestra quae sunt ablata restituat: et, si quid vobis creditis posse competere, ad comitatum nostrum instructam iure personam modis omnibus destinate, ut civiliter plantata causatio finem de legibus sortiatur. ibi enim quicquid geritur, invidiae tuae potius applicatur et maiora detrimenta famae suscipis, dum talia non vitare contendis: hic autem confligunt causae viribus suis et sine derogatione quilibet mediocris addicitur, quando iustitia teste superatur.

XIII.

EUTROPIO ET AGROECIO THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Studium vestrum rei publicae grata mente debetis impendere, quia nos agnovistis bene meritis multa praestare. nam pietatis intuitu vicissitudinem pollicemur, cum tamen pro vobis omnia iubeamus. atque ideo praesenti iussione vos credidimus ammonendos, ut annonas constitutas exercitui praebere debeatis, quatenus nec illi neglegantur adverso voto nec provinciales perniciosa debeat gravare direptio. Commodius enim sub expensarum lege tenetur exercitus, quam si cuncta fuerit vastare permissus. ignorat modum servare praesumptio nec potest sub modo redigi, cui licentia fuerit visa concedi. quapropter consequatur exercitus alimoniam deputatam, ne qua pars praedictam possit sustinere molestiam.

XIIII.

SEVERINO V· I· THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Iustitiae ratio persuadet excedentes reprimere, ut ad cunctos possit quietis suavitas pervenire. nam quemadmodum aequabilitas agitur, si vires mediocrium consurgere non sinantur? provincialium itaque nostrorum saepius querela comperimus possessores idoneos Saviae non solum casarum suarum tributariam functionem in tenuem relisisse fortunam, verum etiam scelerato commercio aliquid exinde suis
2 applicare compendiis, ut functio publica commoditas sit privata. Hoc quidem per plurimos desideravimus corrigi, sed hactenus in tuam laudem videtur potuisse differri, quatenus fides haberetur acceptior, quando post multos neglegentes studium vestrum efficacissime comprobatis. atque ideo prudentia, qua notus es, universum possessorem considerata iustitia te iubemus inspicere et aequalitatem tributi hac ratione moderari,

---

LRKP(D)E(F)

1 aditicione P^a, adiectione A^r 2 pallentianam] *LRD*, palencianam *K*, palentianam *EFA*, pallencianam *P* 3 amissione *R* 4 caus. uull. *K* extantibus] *PDEFA*, excitantibus *LRK* 5 uitium] initium *PD*, inicium al. uicium A^r ude *P* mederationis R^a 10 uiribus] *LRP*, iuribus KEA^e, *utrumque legi potest* DFA^r 11 *fortasse scr.* mediocri 14 meritis bene (*om.* multa) *PD* 15 credimus *KEF* 17 neglegantur] intelligantur *EF* 18 tetetur L^a 20 uisa] iussa E^1 23 cuctos L^a quietas R^1, quietos *E* 24 equalitas E^2 agetur *Trossius* mediocrum $PDEFA^r$ 25 signantur K^a 26 sauuiae *D*, suauiae *plerique*, sueuiae E^2 causarum EF^1*[?]A* in *om.* P^a 27 relisisse] resilisse *F et Cuiacius*, redigisse K^2 suis] suis possit A^r *Forn.*, suis passim *Gar.* 28 applicare compendiis] utilitatibus applicare *F* hoc] hic P^a 30 acceptior q. p. m. neglegentes (neglectus A^e)] post m. negl. quando acceptum F^1, acceptior quando p. m. negl. acceptum F^2 31 prouidentia *F* 32 aequabilitatem *A*

ut quae sub aliis facta est omni redemptione cassata pro possessionum atque hominum
qualitate assis publicus imponatur. sic enim et iustitia perficitur et vires nostrorum
provincialium sublevantur. Eos autem, quos sine iussione nostra censum imposuisse 3
constiterit et pro libito suo quorundam onera in alios proiecerunt, legum severitas in-
sequatur, ut omnia illis detrimenta sarciant, quibus incompetenter damna fecerunt.
illud quoque praecipimus inquirendum, ut inter defensores, curiales et possessores
illatorum ratio vestigetur et quicquid ab octava indictione nuper exempta super tribu-
tarium solidum se possessor probaverit intulisse nec nostro aerario constat illatum aut
in expensis necessariis, quae in provincia factae sunt, iusta ratione non claruerit
erogatum, iniqua praesumptio modis omnibus corrigatur. Hanc quoque partem non 4
aestimes neglegendam, ut si hoc, quod tabularius a cubiculo nostro suscepit, rationa-
biliter non docetur expensum, ab iniusto retentatore reddatur. quid enim tam absurdum,
nisi ut liberalitas nostra, quam universis proficere volumus, nunc a paucis furtivo com-
pendio opprimatur? Iudices quoque provinciae vel curiales atque defensores tam de 5
cursu quam de aliis rebus illicita dicuntur possessoribus irrogare dispendia: quod te
perquirere et sub ratione legum emendare censemus. Antiqui barbari, qui Romanis 6
mulieribus elegerunt nuptiali foedere sociari, quolibet titulo praedia quaesiverunt, fiscum
possessi cespitis persolvere ac superindicticiis oneribus parere cogantur. Iudex vero 7
Romanus propter expensas provincialium, quae gravare pauperes suggeruntur, per
annum in unumquodque municipium semel accedat: cui non amplius quam triduanae
praebeantur annonae, sicut legum cauta tribuerunt. maiores enim nostri discursus
iudicum non oneri, sed compendio provincialibus esse voluerunt. Domestici comitis 8
Gothorum nec non et vicedomini aliqua dicuntur provincialibus concinnatis terroribus
abstulisse: quibus iustitia vestra in examinationem deductis, quicquid super hac parte
inique gestum esse cognoverit, amotis dilationibus legaliter ordinabit. His ergo ac 9
talibus, quae ad utilitatem publicam vel provinciales pertinent, sub omni ratione
discussis ea te per omnia volumus agere, quae nostrae mansuetudini non debeant
displicere. illud sane providentia nostra respexit, ut omnibus a te sollicita atque
aequabili indagatione compertis polyptychi iubeantur ascribi: quatenus et testimonia
vestrae fidei clareant et nulla posthac, quae abrogari volumus, semina fraudis iterentur.

XV.

UNIVERSIS POSSESSORIBUS IN SAVIA PROVINCIA CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 525/526

Licet cunctis laborantibus comitatus noster concedat deo auxiliante iustitiam et 1
hinc remedia subiectis ad reliquas regni partes quasi a vivo fonte descendant, tamen

LRKP(D)E(F)

1 omni] omnium *A*, omn*** *F* pensionum R^1 atque] et *K* 4 libitu P^b 5 detrimentum *P* competenter F^a 6 illud] istud *E* 7 et q.] ut q. *F* ind. oct. *F* 8 prob. int. poss. *F* 10 *** omnibus modis *P*, omn. mod. *D* 11 uestro A^e 12 retentore *F* absursum *P* 13 nisi] quam F^2, *inc.* F^1 14 opprimatur] comprimatur EF^b, *om.* F^a uel *om.* *F* 15 irrigare L^1 16 rat. legum (regum *K*)] leg. rat. *F* 17 elegerint A^e quaesiuerint A^e 18 superiudictis *KDEF* cog. par. F^a, pendere cog. R^1 19 prou.] pro prouincialium R^1 20 unumquodque] *PDFA*, unum quoque *LRKE* accredat P^a triaduanae P^a 21 tribuantur *E* uestri *PD* discursus] discursos *L*, decursus *E* 23 et *om.* *F* uicedomini] uicedium *K* continuatis *EF* 24 examinatione *KEF* super] sub *F*, in *E* 25 iniquum *R* cognoscitur *F* ac *om.* *F* 27 magnitudini P^a 28 dispicere L^a 29 polyptici *LRKF*, pollyptici *PD*, poliptici *EA*, polyptychis *Gar.* 30 fid. uestr. KEA^e post h(a)ec *KDEF* 33 laboratoribus E^1 34 reliquias LR^1 regni] mundi *E*

frequenti aditione permoti ingeniosa pietate repperimus et aequitatem vobis concedere et fatigationem longi itineris abrogare, quia dulciora sunt beneficia, quae nullis diffi-
2 cultatibus obtinentur. Misimus itaque illustrem et magnificum Severinum nostris institutionibus eruditum, ut hoc apud vos gereret quod nobis semper placuisse cognovit. vidit enim quam honorabilis apud nos iustus habeatur. quemadmodum bonis actibus clementia nostrae serenitatis arrideat. exercet profecto quod nos aestimat gratanter accipere: nec potest amari rapacitas continenti principi nulla redemptione placitura. praesumenter ergo conveniat ad eum laesorum tumultus: speret remedium qualibet
3 pressus iniuria. Difficultatem vobis querelae summovemus, dum in ipsis cunabulis scelera commissa resecantur: sine aliqua formidine alieni tributi sarcina gravatus exclamet, accepturus remedium quod de legibus habet. sic enim confidimus, quia per eos, quos instituta nostra componunt, innocentibus detrimenta non veniant. qualia vero pro quiete vestra vel aequalitate tributorum disponenda censuimus, oracula nostra, quae dedimus ad supradictum virum illustrem Severinum, vulgata declarabunt, ut unusquisque unde supplicare debeat, evidenter agnoscat.

XVI.

ABUNDANTIO PPO THEODERICUS REX.

a. 525/526

1 Quamvis utilia rei publicae nostra semper consuetudine censeamus et ob id omnibus possint esse gratissima quae iubemus, quia cunctis profutura noscuntur, tractandum tamen est, ut principis desiderium nulli existere debeat onerosum. nam et si praeclare cogitata non bene agantur, ingrata sunt: illud autem solum perfectum
2 dicitur, quod de voluntate simul et actione laudatur. Cum nostrum igitur animum frequens cura pulsaret naves Italiam non habere, ubi tanta lignorum copia suffragatur, ut aliis quoque provinciis expetita transmittat, deo nobis inspirante decrevimus mille interim dromones fabricandos assumere, qui et frumenta publica possint convehere et adversis navibus, si necesse fuerit, obviare. sed tantae rei quem desideramus effectum
3 magnitudinis vestrae sollicitudine credimus esse procurandum. Ideoque per cunctam Italiam directis artificibus apta operi ligna perquire, et sicubi cupressos aut pinos reppereris in vicinitate litoris, dato competenti pretio dominis consulatur. haec enim tantum sunt quae ad taxationem vocentur. cetera vilitate sui non indigent aestimari.
4 Sed ne provisio nostra in mediis conatibus deserta languescat, nautarum te iubemus sub hac moderatione iam nunc competentem numerum divinitate iuvante procurare. et si is qui nobis necessarius aestimatur servus fuerit alienus, aut conducat eum classibus serviturum aut, si hoc ipse magis elegerit, accepto pretio rationabili publico cedat sui iura dominii. si vero libertate gaudet electus, quinos solidos donativum et
5 annonam se noverit accipere competentem. Eo modo et illi tractandi sunt qui a suis

LRKP(D)E(F)

1 et *om. F* 3 et] atque *RF* seuerinum] uirum *F* 5 iustus *om. R* quemadmodum] quem R^1 6 arriderat] acciderat E^1 gr. aest. *KEFA*^{e} 7 armari E^1 redemptioue] ratione *KEF* 8 praesumunt P^a, presumentur D^1*[?]*, praesumentes A^e eam L^1*[?]* spectet E^1 9 difficultate *K* 10 alieni] alicui E^1, pene alieni *F* 11 habetur E^2 13 disponenda] dispendia *P* 14 ill. uir. *F* suerinum *K* 15 unde] ūu (*pro* ūn) *K* 17 consuetudine] *scr. fortasse* consulta cons. semp. *R* 19 tameu] nou *F* 20 et *om. F* solum] solummodo *EFA* 21 ig. uostr. *F* 23 transmittaut *P* 24 fabricando K^1 assumere *om. K* publica *om. F* 27 cupressos] *PDFA*^{e}, cipressos *LKEA*^{r}, cypressos *R* 28 reperieris *F* littoris — 29 uilitate *om.* L^1 29 utilitate *EF* 31 hac *om.* A^e deitate *A* 32 extim. nec. *F* seruus] cum seruus PD^1, cum seruis D^2 conducat] conducas *Meyer* 33 cassibus L^1 ipse hoc *E* plublico *L* 34 domini *PD: fortasse scr.* dominii dominus

dominis exuuntur, quando libertatis genus est servire rectori (frequenter enim laborum patientes existunt, quibus districti domini colla presserunt): ita tamen, ut supradicti nautae arrarum nomine pro hominum qualitate binos aut ternos solidos a vestra debeant sede percipere, quatenus unusquisque, cum fuerit ammonitus, paratus debeat inveniri. piscatores vero non iubemus in hac definitione concludi, quia dolenter amittitur, qui ad procurandas delicias possidetur, quando et altera consuetudo est ventis saevientibus occurrere et litora piscosa sulcare.

XVII.

ABUNDANTIO PPO THEODERICUS REX.

a. 523/526 ante Iun. 13

Alacriter incumbendum est incohatis, cum iam vicinitas perfectionis arriserit, 1
quando spes effectus taedium laboris excludit et magnum genus incitamenti credere
desiderata compleri. dudum igitur magnitudini vestrae ex Italiae litoribus officia
iussimus praeparare nautarum, ut dromones, quos industria fabricare valuisset, manus
remigum provisa susciperet. sed tu indicio nostro electionique respondens ostendisti,
quam fuerit indubitata perfectio efficacissimis imperasse, quod quaeritur. renuntias
ilico completum, quod vix credi poterat incohatum, ut paene quanta velocitate navigari
solet constructio navium, tanta sit celeritate completa. Nec solum verba narrata sunt: 2
obtulisti oculis nostris subito classeam silvam, domos aquatiles, exercituales pedes, qui
nullo labore deficiant, sed inconcussos homines ad destinata perducant, trireme vehi-
culum remorum tantum numerum prodens, sed hominum facies diligenter abscondens.
hoc primum instituisse legimus Argonautas. quod et armatis aptum et congruum
probatur esse commerciis, ut, qui peregrinas classes optabamus aspicere, nunc mit-
tamus aliis provinciis et terrorem pariter et decorem. Ornasti rem publicam tua in- 3
stitutione reparatam. non habet quod nobis Graecus imputet aut Afer insultet. illud
apud nos invidi vigere respiciunt, unde illi per magna pretia sua vota complebant.
nunc praedictis rebus armamenta procurate, vela praecipue alas navium facientia,
lignum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, praenuntia mercium, auxilia
quieta nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi, quod a celerrimis avibus vix pro-
batur impleri. Hoc Isis rati prima suspendit, cum per maria Harpocran filium suum 4
audaci femina pietate perquireret. ita dum materna caritas suum desiderium festinat
explere, mundi visa est ignota reserare. atque ideo, divino nobis auxilio suffragante
cuius virtutis est hominum vota perficere, proximo die iduum Iuniarum ad urbem
Ravennatem congregatio navium cuncta conveniat, quatenus res vicino fine gaudentes
ad plenissimum perducantur effectum. Sed quoniam dromonum numerum iuvante deo 5
cupimus ampliari, si qua ligna fabricis eorum necessaria per utramque Padi ripam

---

LRKP(D)E(F)

1 exumentur K^1, eximentur K^2 3 nautae *om.* R^1 arrarum] curarum A^e hominum qual.] armorum qual. hominum F^2 aut] uel *P* trinos KFA^e nostra *A* 4 recipere *F* un. cum] cum un. eum *F* 6 delias K^1 et] in *K* 7 uentis] et u. *E* 9 spes] res P^a 10 inc. gen. *F* 12 iussionis *P* 13 uestro *K* 14 profectio *P* renuneiaris *K*, renuntians *EF* 15 ilico *om.* *F* 16 sunt uerb. narr. *R* 17 obstulisti *K* sub. oc. nostr. *F* siluam] s. hominum *Cui.* extituales *K* 20 argonistas *E* 22 et terrorem] terrorem *F* tuam K^1 23 reparatam] *KPEA*, reparata *LRDF* imputet *om.* *R* 24 ille *PD* implebant *E* 25 procurare *P*, procura *A* 26 linum A^e 28 ratis *F* arpocran *LRKPD*, arpocram *E*, apocram *F*, apochran A^e, ampocraci A^r 30 mundo *KEFA* est *om.* E^1 resecare *P* 31 proxima A^e induum P^a 32 reuennatem L^a nau. cuncta] nau. K^1, cuncta nau. K^2 res] de *Cui.* 33 dromoneum F^2, *inc.* F^1 numerum] nostrum E^1F

potuerint inveniri, nullo obsistente iubemus abscidi, quia sine praeiudicio dominorum operi tantum praesenti volumus inventa concedi. mittat Padus noster indigenas pelago naves et abies, quae fluentis amnicis nutrita surrexit, marinarum superare cumulos discat undarum.

6 Illud etiam magnopere credidimus amputandum, quod vestra fieri suggestione comperimus: ne quis in fluminibus navigeris diversis territoriis meantibus, id est in Mincio Ollio Ausere Arno Tiberi, audeat fluminum alveos piscandi studio turpissima saepe concludere, et quae sunt praesumpta, protinus auferantur. pateat amnis in navium cursus: sufficiat humano desiderio consuetis artibus delicias quaerere, non commento rustico libertatem fluminis impedire, ne, quod dici nefas est, utilitati publicae voluptas privata obstitisse videatur.

XVIII.

VVILIAE V· I· COMITI PATRIMONII THEODERICUS REX.

a. 523/526 ante Iun. 13

1 Utilitas publica sicut ad conservationem respicit omnium, ita debet perfici studio ac labore cunctorum, quia magnae laudis occasio est, si in causa communi aliquid singulariter videatur impleri. facit enim unde commendetur et reliquis, qui tamen et sibi se profuisse cognoscit. pridem igitur nos iussisse meministi, ut per domum

2 nostram navigandi quaererentur artifices. Quos deo auxiliante provisos ad Ravennatem urbem die iduum Iuniarum praecipimus incunctanter occurrere, ut adventus eorum constructioni navium opportune videatur offerri, ne res divisae generare sibi videantur aliquam tarditatem et parum sit unam perficere, nisi contingat utramque procurare.

3 Si qua etiam per ripam fluminis Padi ligna fabricandis apta dromonibus in praediis regalibus potuerint reperiri, artificibus huic operi a magnifico viro Abundantio praefecto praetorio deputatis abscidendi sit permissa licentia. volumus enim hoc exemplum a nostris praediis incohare, ut nulli gravis sit iussio, quae constringit et principem.

XVIIII.

GUDINANDO SAIONI THEODERICUS REX.

a. 523/526 ante Iun. 13

Maiora sibi facit credi, quisquis efficaciter iniuncta peregerit, quia indubitanter illi aliquid committitur qui optime comprobatur, et honestum suffragium est secundi iudicii documentum prioris. atque ideo ordinatione magnificorum virorum Abundantii praefecti praetorio atque VViliae comitis patrimonii ad illam provinciam te iubemus excurrere, ut tam de domo regia quam in locis aliis habitantes secundum priora

---

LRKP(D)E(F)

1 potuerunt P^a, potuerit *D*, poterunt A^r abcidi *R*, abscindi *F* 2 tantum (*malim* tanto) pr. uol.] tantum uol. praes. *PD*, uol. tamen praes. A^r inuenta] iniuncta A^e indigena L^1 3 amicis *PDF*, amnis *E* cum. sup. *EF* 4 illud] illudque *K* credimus *REF* 6 id est] idem *K* mincio] miscio *P*, *om. D* ausere] A^e, ansere *LRKPDEA*, auseu *F* arno] *PDEF*A^e, ano *LRK*A^r *(ex corr. m. 1, incerta scriptura priore)* albeos P^a 7 turpissimo *EF* pateant *R* 8 deliciis K^1 9 commento rust.] commertio rusticano *F*, artificio rust. A^r 13 studeo *P* 14 causa] eam K^a, causam K^b 15 et] a *EF* tamen] tantum *EF* 16 se *om. EF* prodesse *PD* igitur] si quidem E^2F 18 iduum *om. K* praecepimus *PD* incontanter E^1F, incuntanter E^2 20 utramque *KEFA*, utraque *LRPD* 21 dromodibus P^a 22 potuerit *PD* reperiri] *LRP*A^r, repperiri *D*, inueniri *KEF*A^e habundatio *F* praefato E^1 23 abscindendi *A* 26 credi] reddi E^1 27 optime] oportune *E* 29 praetorii P^b, *om.* D^a uulie *F*, ulie *E* 30 al. loc. *PD*

praecepta provisos nautas ad urbem Ravennatem die iduum Iuniarum deo auxiliante festinare compellas, quatenus nulla tarditas tam praeclaris iussionibus afferatur. cave ergo ne te venalitas maculet aut neglectus turpis involvat et tam magnae rei supra te ruentis pondere comprimaris, si tantis ac talibus rebus impar extiteris.

XX.

ALIULFO SAIONI THEODERICUS REX.

a. 523/526

Per utramque ripam Padi reperiri ligna comperimus fabricandis apta dromonibus, ideoque tibi praesenti iussione delegamus, ut secundum ordinationem magnificorum virorum Abundantii praefecti praetorio atque VViliae comitis patrimonii ad loca designata cum artificibus incunctanter accedas et, sive in domo regia seu in privata reperta fuerint, sine aliqua facies tarditate procurari, quia nulli grave credimus praebere, quod deo auxiliante pro communi utilitate praeparatur. 1

2 Verum ita volumus te iniuncta peragere, ut nihil ad laedendum possessorem studiose videatur inquiri, sed tantum quae sunt necessaria utilitatis nostrae causa praesumantur. non exquiratur aliquid a domino, quod postea publico non dicatur acceptum. ligna silvestria iubemus caedi, non aliquid de alienis facultatibus violenter abscidi. talia nobis prosunt, qualia nostros gravare non possunt, quae, si causa praesens non exquireret, ille se crederet non habere.

3 In Mincio Ollio Ausere Tiberi et Arno fluminibus comperimus quosdam saepibus cursum fluminis, quantum ad navigandi studium pertinet, incidisse. quod te volumus ordinatione magnifici viri Abundantii praefecti praetorio modis omnibus amputare, nec tale aliquid permittatis quemquam ultra praesumere, sed inviolati alvei tractus navium relinquatur excursibus. scimus enim retibus, non saepibus esse piscandum. nam hinc quoque detestabilis aviditas proditur, ut sibi tantum festinet includere, quantum ad multos poterat pervenire.

XXI.

CAPUANO V· S· THEODERICUS REX.

a. 523/526

1 Si te tironem indicia nostra delegissent, si ad examinis trutinam venisses incognitus, monendum aestimaremus, quali te prudentia, quo decore tractares. sed omnium crederis intellegentiam habere virtutum, qui exerceri meruisti militia litterarum. aestimas enim, qua te debeas modestia continere, qui alieni negotii visus es vota peregisse. nam si te iudicis suspicio saeva tetigisset, laudando iustitiam leni ac penetrabili remedio eius animum corrigebas, obtinens suavi persuasione, quod superiori non potuisses imponere. quis ergo dubitat illa te diligere, quae constat publica voce suasisse!

2 Professa bona non habentur ambigua: nec cuiusquam adquiescit ingenium, ut quod ipse potuit emeritus prosequi, ab aliis tamquam rudis videatur edoceri. prolati documenti fidem fieri legitima voce poscebas examinans, si

LRKP(D)E(F)

3 turpis] urbis A^e 4 exciteris *P* 6 pad. rip. *EF* reperire *K* dromodibus *P* 8 praetorii P^b uulie *KF*, ulie *E* 9 incontanter *EF* siue *EF* 10 facies] *LRKD*A^e, facias *PEF*A^r 11 te uol. *R* 13 nec. sunt *EF* praesumantur] praeparentur *R* 15 facultatibus] f. iubemus *F* absc. uiol. F^a nostros] rationem E^1 16 illa *EF* crederent *EF* 17 ausere] *KA*, auxere *E*, ausere *F*, ansere *LRPD* aruo *K* 20 permittas *EF* 21 hinc] hinc n L^2, hic *PD*, *om.* L^1 25 nostra ind. A^e uenisset *P* 26 mouendum aest. *K*, aest. mon. A^e 29 saeua] *PDEFA*, *om.* *LRK* lene *P*, leui *F* 31 non *om.* *EF* potuisset L^a dubitet A^e quae] q. nos F^2 32 uoc. publ. *EF*A^e habentur] uidentur *F* 33 ut] ubi *EF*^{1}*A* emonitus *F*

retinerent incorruptam scrinia veritatem. iudex nunc exhibe, quod te volebas apud alios obtinere. age, ne tua tibi obiciatur oratio, quia pondus est pudoris gravissimi propria voce convinci. sume igitur auctore deo recturam decuriarum, humanorum actuum veracissimum testem, securitatem possidentium, publicae fidei splendidissimum templum. unde tantum tibi laudis adquiritur, quantorum illic utilitas incorrupta ser-
3 vatur. Vivat ibi perpetuis saeculis decedentium voluntas: transeant in posteros iudicia parentum: scriniis tuis servetur omnium quies. alii honores habeant et terribiles fasces: tibi humanae vitae gratissimi videntur militare custodes. ibi enim absolutiones sunt hominum, vincla causarum, catena litium, carcer furoris. de quo verius diceret vates Mantuanus [1]): 'clauduntur litis portae, furor impius intus inclusus fremit horridus ore cruento.' decuriales igitur habita meritorum aestimatione deligito, quia non decet tantae urbis appellare quod vile est. maioris etiam natu utere, cum fuerit necesse, sententia, factus tot patribus senior, tantis tacentibus vox senatus. vide quid dignitatis acceperis, ut inter tot eloquentes viros sis dicendi primarius, quos etiam nobis profitemur esse reverendos. assume ergo concedere quae iubemus, praestare quae cedimus, ut illis aperias ianuas curiae, quos nostra electio aulam iusserit Libertatis intrare.

XXII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Licet caute semper eligendus sit qui vobis mittitur approbandus, quia ipse magis traditur examini, cuius sententia noscitur prolata pensari. illas tamen prudentibus viris sociari cupimus dignitates, quae Romanis arcibus quasi gemmae nobiles affiguntur. ubi enim dignius eloquens quam in civitate proficiat litterarum, ut ibi declaret meritum, ubi nutrivit ingenium? aptum est omne bonum locis suis et laudabilia quaeque sordescunt, nisi congrua sede potiantur. requirit pugna validas manus, desiderat navigium pectus animosum: sic scrinia vestra fidele propositum, sic curia facunda disertum. multa ergo deliberatione pensandus esse creditur, qui cottidie vestris sensibus offeratur.
2 Capuanum igitur spectabilem virum aestimatio nostra respexit, qui curiae vestrae sententiam maioris natu auctoritate facundus ediceret et senatus scrinia conscientiae puritate servaret, ut actus illos mundo celeberrimos sua reddat integritate laudandos. magnum munus est, patres conscripti, ad integritatem deligi, nec mediocriter probatur conscientia, cui est veritas commissa saeculorum. nam si praedicatur testis qui in praesenti negotio vera dixerit, qua laude censeri poterit, qui cunctis temporibus certa transmittit? sed quamvis alumni vestri habeatis cuncta notissima, iuvat magis illa

LRKP(D)E(F)

2 pud. est *R* 3 decuriarum] decumanarum A^e, decimarum al. decuriarum A^r 4 uerissimum *KEF*A^e splendissimum L^a, splendissi|dissimum R^1 5 quantorum] quantum K^2, *om.* K^1 6 ibi] *LRK*, tibi *PDEFA* 7 honorem *E* 8 uit. hum. *KEF*A^e uideantur *F*, dentur L^a militare] honores militare R^1 absolutiones (ad solutiones A^e) sunt] sunt abs. *R* 9 uincula *EF* causarum] R^2*KPDEFA*, clausarum *L*R^1 carceres P^b*D*, carceles P^a doceret P^a 10 horr. or. cr. fr. F^a 11 diligito *EF* 12 maiores *PD* natu utere] naturae A^e 15 quae cedimus (credimus *EFA*) *om.* R^1 19 probata *PD* tamen] tantum *P* 20 artibus *EF et Cuiacius* 22 quaeque] quoque *R* 23 nauium R^1 24 nostra *FA* 25 uestris sens.] *EF*, nostris sens. *LKPDA*, sens. nostris *R* 26 nostre *REF* 28 mundi *R* 29 deligi] A^e, diligi *libri* 30 predicitur *E* 32 iubeat *P* ill. mag. *K*

1) *Aen. 1, 294 seq.:* claudentur belli portae: Furor impius intus saeva sedens super arma et centum vinctus ahenis Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.

repetere quae omnium consensus possit agnoscere. Adest semper electo quaedam 3
sermonum gratia, blanditur auribus, mentem trahit, utitur perspicuitate facundiae,
qualem de pura conscientia decet emanare. est enim quoddam speculum morum
agentis oratio nec maius potest mentis esse testimonium quam qualitas inspecta
verborum. nam ut eius propria describamus, patitur in simplicibus rebus linguae
retinacula: his eo tamen terrentior cum perorat: et hoc illi ad gratiam datum est
providente natura, ut quem prae foribus haesitantem videras, eloquentem in certa-
minibus obstupescas. Illa vero memoria, quae oratorum thesaurus iure vocitatur, 4
tanta in eum firmitate consedit, ut semel audita scripto apud eum putes esse recon-
dita. magnum beneficium oblivionis nescire defectum: et quaedam similitudo vere
caelestium est tempore decursa semper habere praesentia. quae nunc ideo declara-
mus, ut cognoscatis subiectorum gratas nos habere virtutes et iudicium nostrum non
per casuale votum, sed per electionis studium doceamus esse conceptum. His ergo, 5
patres conscripti, Capuanum bonis dotatum a praesenti indictione decuriarum rectorem esse praecipimus, maioris etiam natu auctoritate subvehimus, ut, qui se morum cana maturitate tractavit, quod est amplissimum reverentiae genus, in vestro ordine aetatis honore gratuletur. augebit eloquentiam officio meliore ditatus, quoniam multum facundior est qui sententiam dictat quam ille qui supplicat. libertas verba nutrit, metus autem copiam frequenter intercipit. actus quoque ipse longe dissimilis, ut qui pridem assistebat etiam mediocribus humilibusque fortunis, nunc introducat vestrae curiae consulares.

XXIII.

ABUNDANTIO PPO THEODERICUS REX.

a. 525/526

Tatanem saionem nostrum cum sagittariis ad illustrem virum comitem VViliarium aestimavimus esse dirigendum, ut maius sumeret robur duplicatus exercitus. ostentent iuvenes nostri bellis, quod in gymnasio didicere virtutis. Schola Martia mittat examina: pugnaturus ludo, qui se exercere consuevit in otio. atque ideo illustrem magnitudinem vestram eis annonas et navigia secundum consuetudinem praebere censemus, quatenus iuvante deo quo directi sunt debeant pervenire. vestrae enim sollicitudini damus nostrarum efficaciam iussionum, quia nullatenus destitui posse creditur, quod ordinationibus tuis iuvante deo incohatur.

XXIIII.

EPIPHANIO V· S· CONSULARI PROVINCIAE DALMATIAE THEODERICUS REX.

a. 525/526

Iohanna Andreae quondam iugali suo successisse legis munere perhibetur, quae 1
intestata nullis existentibus proximis luce dicitur esse privata. cuius substantia a diversis nullo legitimo iure suffultis usurpatione voluntaria suggeritur possideri, et

LRKP(D)E(F)

1 electio *PF*, electa *A*c 4 ess. ment. *KEFA*c 6 terrentior] *LRKEF*, torrentior *PDA* cum] est *K*¹, est cum *K*² 9 eum] eo *F*² 11 tempore] ratione tempore *K*¹, temporum *K*² habere] habereque *E*a, *bis F* 13 casuale] *E*²*FA*r(2)e, causale *LRKPDE*¹, *inc. A*r(1) 14 donatum *R*a 15 maiores *PD* 17 *ante* gratuletur *videtur excidisse* sibi me*iore *R*a multo *REF* 19 que *om. E*¹ 22 patanen *(errore miniatoris) P*, gatanem *K*, tutamen *F*², *inc. F*¹, *om. D* uuiliarium] *L*, uuiliarum *RKPD*, iulianum *EFA* 24 quod *om. P*a, quid *D* schola *PD*, scola *plerique* 25 pugnaturum *F*² 26 uestram] tuam *KEFA* eis] ex eis *K* 28 quia] qua *F* deo iuu. tuis ord. *A* 32 prohibetur *E*¹

quia caduca bona fisco nostro competere legum cauta decreverunt, ideo te praesentibus oraculis ammonemus, ut huius rei veritate discussa. si re vera, ut ad nos perlatum est, nullus ei aut testamento heres extitit aut proximitatis iure successit, fisci nostri eam facies compendiis aggregari: quando innocentiae nostrae professio est iusta com-
2 pendia non neglegere, apud quem calumnia numquam locum potuit invenire. Rogari enim in talibus causis, non fraudari principem decet, quia neglegentiae vitium est praesumptiones relinquere, quas iura praecipiunt amputare. si quid autem contra reppereris, quietos dominos habere patieris, quia magis illa nostra sunt patrimonia, quae a subiectis legitime possidentur.

XXV.

BACAUDAE V̄· S̄· THEODERICUS REX.

a. 523/526

Fessos annos munificentia nostra corroborat, dum aetatem occiduam penuriae non facit detrimenta sentire. iuvenum siquidem virtus praesumptione laboris animatur: sola senum vita est quietis invenisse remedia. atque ideo tua supplicatione permoti designati tribunatus curam in Mediolanensi urbe diligentissime peragendam ad te decernimus pertinere ita, ut, quod est in rei publicae militia novum, donec vixeris, numquam tibi successorem tribuat cuiusquam plectenda praesumptio, quatenus in exhibendis voluptatibus officii huius cura, mansuetudinis nostrae beneficio, iugiter perfruaris, habens in utroque, quod tuam consoletur aetatem, loci commodum et laetitiam voluptatum.

XXVI.

UNIVERSIS GOTHIS PER PICENUM ET SAMNIUM CONSTITUTIS THEODERICUS REX.

a. 523/526 ante Iun. 6

1 Quamvis munificentia nostra sit omnibus ubique gratissima, multo tamen acceptiora credimus quae nostri praesentia conferuntur, quia maiora de conspectu principis populi sumunt, quam de largitate beneficia consequuntur. nam paene similis est mortuo, qui a suo dominante nescitur nec sub aliquo honore vivit, quem regis sui notitia non
2 defendit. Et ideo praesenti iussione mandamus, ut octavo iduum Iuniarum die deo auxiliante ad praesentiam nostram venire debeatis: qui sollemniter regalia dona suscipitis, si venire protinus festinatis. illud tamen necessario commonentes, ut venientium nullus provenire possit excessus, ne possessorum segetes aut prata vastetis, sed sub omni continentia properantes de custodita disciplina grata nobis esse vestra possit occursio, quia ideo exercituales gratanter subimus expensas, ut ab armatis custodiatur intacta civilitas.

LRKP(D)E(F)

1 decreuerunt] noluerunt *F* ideo te] *RKEF* $A^{r(2)e}$, ideo** L^1, ideoque te L^2, ideo *PD*, *om.* $A^{r(1)}$ 2 uere L^a 3 succedit *E* 4 facias *EF* professio] manifestatio E^2 5 quam F^2 6 causis *om.* A^e 8 reperiris P^1, reperieris P^2 quietos] q. animos E^1 patieris] LR^bKDA^e, patiaris R^aPEFA^r 11 penuriae] *inc.* L^1 14 peragenda *K* 15 decernimus (decreuimus A^e) pertinere (peruenire E^1)] pert. dec. *PD* ut] uero *K* 18 consuletur LP^1 23 praesentia] praesententia D^1, *(sp. vac. 3 litt.)* sententia *P* 24 *ante* sumunt *fortasse excidit* gaudia benefica *F* sim. paene *PD* 25 qui] quia *EF* 28 protinius *K* festinetis *EF* 29 ne] nec *A* 30 uastentur *PD* 31 nestr. poss. esse occ. *PD*, esse nestr. occ. poss. A^e ideo *om.* R^1 quia id. ex. gr. sub. exp. (exp. gr. sub. F^2) *om.* F^1

XXVII.

GUDUIN SAIONI THEODERICUS REX. *a. 523/526 ante Iun. 6*

Consuetudine liberalitatis regiae commonemur, ut Gothis nostris debeamus sol- 1
lemnia dona largiri. et ideo devotio tua millenarios provinciae Piceni et Samnii sine
aliqua dilatione commoneat, ut eos, qui annis singulis nostrae mansuetudinis praemia
consequuntur, pro accipiendo donativo ad comitatum faciat incunctanter occurrere,
quatenus, qui bene nobis meriti fuerint, maiore munificentia gratulentur. Inculpabiliter 2
enim necesse est vivat, qui suam praesentiam novit principibus offerendam: bonos enim
laus, malos querela comitatur. decet etiam nos sub hac occasione singulorum facta
perquirere, ut nulli possit perire quod fecit in acie. nam si semper consuetudinarias
res expectet exercitus, virtutem non potest amare neglectus. trepidus discat ad iudicem
venire, qui se non meminit aliquid audacter egisse: ut melius possit hostibus violentus
insurgere, qui nostrae mavult imputationis vulnera declinare.

XXVIII.

CARINO V· I· THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Habent hoc gloriosum praeiudicium bonarum merita personarum, ut otio torpescere non sinantur qui probis actionibus innotescunt: et ideo tam desiderio vestro satisfacientes, quam quod vos necessarios esse credidimus, iussis praesentibus evocamus, quatenus et viris nobilibus obsequia nostra decorentur et quae utilia nobis credimus, per te expedire possimus.

XXVIIII.

NEUDI V· I· THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Movit nos quidem Anduit fusa precatio, sed magis miserabiliorem reddidit virum 1
luminis sui ademptus ornatus, quia necesse est ut amplius permoveat visa quam audita
calamitas. is enim perpetua nocte superstes ad remedia nostra mutuati luminis bene-
ficio festinavit, ut quem videre non poterat, saltem clementiae suavitate sentiret.
clamat enim sibi Gudila vel Oppane incognitam suo generi condicionem servitutis
imponi, cum pridem sub libertate nostros fuerit secutus exercitus. Mirati sumus talem 2
in famulatum trahi, qui a vero domino debuisset expelli. novus ambitus talem quaerere,
quem possis horrere servumque dicere, cui debeas divina consideratione servire. adi-
ciens enim huiusmodi calumnias Pitziae comitis celebratae opinionis viri sibi examina-
tione summotas, nunc autem infirmitatis suae mole compressum manu vindicare non
posse, quae patrona fortibus probatur assistere. Sed nos, quorum est proprium inter 3
pares ac dispares aequabilem iustitiam custodire, praesenti iussione decernimus, ut, si

LRKP(D)E(F)

2 libertatis *KE* 3 picenii *F* samnii *E*, scamnii *F* 5 comitatum] c. nostrum F^{2} 7 enim *om. F* qui] quia *K* 8 etiam] *LRKE*A^{c}, enim *PDF*A^{r} occasione] actione F^{2} 10 ex(s)pectet] *PD*A^{c}, expetitit L^{1}, expetitet $L^{2}R$, expediret *K*A^{r}, expectat *EF* exercitus] exemptus F^{1} 11 se *om.* $R^{1}F^{a}$ al. aud.] aud. (*om.* al.) F^{1}, aud. al. *KE*A^{c} uiol. host. *PD* 15 nostro *EF* 16 credidimus] *LRKFA*, credimus *PDE*A^{r} 20 nouit *R* anduit] *LRP* (*idem nomen Vandali apud Victorem Vitensem* 1, 13, 41), oceri *KEFA*, *om. D* reddit *PD* 21 adeptus *K* permoueat] moueat *F* 22 mutriatri *K* ben. lum. *F* 23 ∗saltim R^{1}, saltim *LP* 24 gudila] gondilia *F*, *omissum in sp. vac. postea adiecit L: requiritur* a gudila oppane] opacie *E*, opatie F^{2}, operarie F^{1}*[?]* 27 quam *K* 28 enim] etiam *Gar.* huiusmodo *R* calumniam P^{2} pitzi(a)e] L^{2}*RPD*, pithi(a)e L^{1}*[?]KEF*A^{c} extimatione *E*, examinationem A^{c} 29 summotam *vel* submotam *libri* infirmitatis] *KP*E^{b}*F*A^{c}, infirmitati *LR*, infirmitas E^{a}, infirmitate A^{r} manum F^{1}

in iudicio supra memorati quondam Pitziae se probavit ingenuum, calumniantes protinus amovete: nec audeant ulterius necessitatibus alienis illudere, quos semel convictos decuerat sua vota damnare.

XXX.

GUDUIN V· S· THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Quos duces eligimus, eis simul et aequitatis momenta iure delegamus, quia non tantum armis quantum iudiciis vos effici cupimus clariores. Costula igitur atque Daila cum deo propitio Gothorum nostrorum libertate laetentur, onera sibi servilia a vobis causantur iniungi, quae nec ipsos deceat perpeti nec cuiquam irrationabiliter fas sit imponi. quod si ita gestum esse cognoscis, sine aliqua dilatione facias amoveri, ne ad nos exinde ulterius querela revocetur et incipiat gravis esse animo nostro in ducem revoluta causatio, quem magis oportet talia peragere, quae nos delectet audire.

XXXI.

DECORATO VIRO DEVOTO THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Thomas vir clarissimus intra Apuliam Calabriamque provincias de siliquatici titulo indictionum octavae nonae undecimae primae secundae et quintae decimae, quas ad conductionem suam pertinuisse commemorat, nonnullos maximam pecuniae quantitatem debere conqueritur. et quia utilitatem publicam diuturna non convenit ludificatione differri, ideoque devotio tua praesentia decreta suscipiens Marcum presbyterum, Andream et Simeonium vel reliquos, quos brevis subter adnexus eloquitur, servata in omnibus civilitate conveniat, ut, si eos non per calumniam, sed manifestos re vera fisco constiterit esse debitores, summam, quae rationabiliter postulatur, sine aliqua
2 imminutione persolvant. Providendum est enim, ne spiritus contumacium personarum publicis rationibus aliquod videatur afferre dispendium. qui vero minus intentata cognoscunt, ad iudicium competens te imminente conveniant, ut quod aequitati congruit, utrarumque partium allegatione recognita salvis legibus impleatur.

XXXII.

BRANDILAE THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Adiit nos innumeris vicibus Patzenis repetita conquestio, qui cum esset in expeditione felicissima constitutus, a Procula coniuge tua uxorem suam asseruit trina fuisse caede laceratam, ita ut solo beneficio desperationis evaderet, cum non plagis

---

LRKP(D)E(F)

1 quondam *om. F* pitzi(a)e] *LRPD,* pithi(a)e *KEFA*^c ingeninm *FA* 2 admouete *E,* amoucatis *A*^r *et margo Forn.* audiant *P* 3 coniunctos *E* docuerat *PDE*^1*A*^r 5 eligimus] *RKEFA,* elegimus *LPD* 6 nos *PA* cossulla *F* dalia *E* 7 seruilia *om. F*^1 a nobis *K* 8 decat *P*^1, doceat *K* rationabiliter *F* 9 ne] nec *K* 11 quem] quae *A*^c quae] quam *K,* quem *A*^e delectet] debeat *E*^1 13 inter *EFA*^c 14 primae secundae] *scr. fortasse* tertiae (*scil.* decimae) *errore orto ex notis numeralibus* 15 condicionem *P* commemorat *om. K* 16 debere] *Cui. e coni.,* redibere *libri rell. et A*^e, redimere *D,* retinere *Gar.* utilitas publica *EF* 17 ideoque] *LRA*^r, ideo *reliqui* marchum *EF* 18 simeonium] *PDA*^c, symeonium *L,* symonicum *R,* symeonum *K,* simonium *EF,* simoninum *A*^r uel rel. *om. F* breuiter *R* seruata] s. iusticia *P*^a 20 esse const. *F* summamque *A*^e *(em. in err. typ.)* 21 contumantium *R*^a, contimatium *K* 22 *scr.* intenta agnoscunt ut] ubi *F* 24 utrumque *K* 26 patzenis] *L*^2*RPEFA*^e, patzonis *D,* patzeius *K,* pathenis *L*^1, patenis *A*^r retita *L*^1 27 procule *K* tuo *K*^b

fessa, sed iam crederetur extincta. hanc nos, si tamen vera est, in femina quam
maxime mirantes audaciam, transire non patimur impunitam. Atque ideo decretis te 2
praesentibus ammonemus, ut, si factum evidenter agnoscis, delatam querimoniam, pudori
tuo consulens, maritali districtione redarguas, quatenus ex eadem causa ad nos querela
iusta non redeat. et legibus noveris resecari posse, quod te oportuerat domestica
districtione corrigere. Quod si mendacium magis petitoris accusans causam dicere 3
fortasse volueris, summoto dilationis obstaculo ad comitatum nostrum cum supra dicta
coniuge tua incunctanter occurre, exceptura aut de iniqua praesumptione vindictam
aut de mulieris improbitate victoriam.

XXXIII.

VVILITANCO DUCI THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Gravis est Patzenis clementiae nostrae sensibus intimata conquestio. qui se in 1
expeditione Gallica constituto in eum Brandilam prosiluisse testatur excessum, ut
uxorem eius Reginam proprio sociandam duceret esse coniugio et in iniuriam nostrorum
temporum adulterium simulata matrimonii fuerit lege commissum. haec nos, si vera
sunt, transire nequaquam patimur impunita. nam quando affectus tutos quis habeat,
si tunc sceleri subiacebit, cum pro omnium salute pugnaverit? Respicite, impudicae, 2
gementium turturum castissimum genus: quod, si a copula sua fuerit casu intercedente
divisum, perpetua se abstinentiae lege constringit: gratiam coniunctionis non repetit,
quam reliquit: fidem servat, dum laudem pudoris ignoret, et moribus studere deprehen-
ditur, quod nulla viduitatis gloriatur conversatione. Mulierum se, pro dolor! vota con- 3
tinere nequeunt, quibus castitatem ratio persuadet, poena legis imponit, terror maritalis
extorquet. perierunt profecto mores, si nec illis comparari possunt, quae ratione carentia
temperantur. et ideo sublimitas tua impetitos ad suum faciat examen occurrere et
rerum veritate discussa, sicut iura nostra praecipiunt, in adulteros maritorum favore
resecetur, quia defensorem rei publicae redire noluerunt qui scelerata praesumptione
coniuncti sunt. Confundi sine dubio desideraverunt omnia, qui temptaverunt legibus 4
inimica. sed melius est paucorum damno malorum corrigatur intentio, quia omne matri-
monium, quod absit, incertum relinquitur, si in tanta reverentia sine aliquo terrore
peccetur.

XXXIIII.

ABUNDANTIO PPO THEODERICUS REX. *a. 523/526*

Frontosum sui nominis testem frequenti nobis insinuatione suggestum est pecuniae 1
publicae decoxisse non minimam quantitatem. quem a diversis iudicibus fecimus iusta
examinatione perquiri, ne forsitan, ut assolet, eum non veritas, sed infamaret invidia.
ille omnia confessus reddere se posse constituit, si ei largae praeberentur indutiae:

LRKP(D)E(F)

1 fessa] euaderet R^{a} uera] natura *K* quam max. in fem. P^{a} 3 ammonemus *K* si *om.* P^{a}
4 eadam R^{a} 7 nol. fort. P^{a} 11 patzenis] $L^{2}RPEFA^{c}$, pattenis L^{1}, pazonis *D*, pagenis *K*
12 gallico PD^{1} prosil. protestatur *E* 13 regimim *E[?]* propri*o R^{1} 14 matrimonium *A*
15 effectus *F* tutos] tuos *KEF* 16 respite K^{a} 17 a *om.* E^{1} 19 quam] quod *P* reli-
quit] *RPEA fortasse ex emendatione*, relinquit *KDF*, relinquid *L* 20 gloriatur conu.] *K*, gloriantur
conu. *LRE*, conu. gloriatur *PDFA* 22 si] sed *K* 23 suum] nostrum *PD* 24 uerita F^{1} praec.
nostra *R* 25 publ. rei P^{a} uoluerunt *PD* praesumptione] coniunctione R^{a} 26 coniuncti]
corrupti *EF*, conuincti A^{e}, conuicti DA^{r} 27 int. corr. *K* 31 arontosum R^{1} 32 iuxta *KF*
33 infamaret] EFA^{r}, infirmaret $LRKPDA^{c}$

quibus frequenter emensis immemor promissionis suae ad constituta semper imparatus
occurrit, fugere quidem nescius, sed suae sponsionis ignarus, obliviosus cum relinquitur,
trepidus cum tenetur. mutat verba, variat constituta nec in una dicti sui qualitate
2 contentus diversis imaginibus immutatur. Merito chamaeleonti bestiae conferendus,
quae parvorum serpentium formae consimilis aureo tantum capite et reliquis membris
subalbentis prasini colore distinguitur. haec quotiens humanos aspectus incurrerit,
dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia timiditate confusa colores suos multifaria
qualitate commutat, ut modo veneta, modo blattea, modo prasina, modo possit cyanea
3 reperiri. unde mirum est in una superficie tot diversa conspicere. Quam non immerito
pandiae gemmae dicimus esse consimilem, in qua unus se fulgor non potest continere:
fluctuat aspectibus tremulis, dum lapis teneatur immobilis. nam quod modo videris,
mox aliud ibi, si amplius intuearis, advertis: sic mutatum credis, quod neminem cri-
4 puisse cognoscis. His permutationibus aestimatis mens Frontosi simillima reperitur,
quae dicti sui non habet fidem, quae tot varietates continet quot verba protulerit:
Protei fabulis iure sociandus, qui subito comprehensus substantiae suae formam omni-
modis non habebat. nam ut celaret hominem, aut leo frendebat aut sibilabat anguis
5 aut in undas liquidas solvebatur. Et quia sic notus est, cum facies ad tuum venire
iudicium, primum agito, ne promittat, caveto ne constituat, quia levissimi animi mos
est polliceri facile quae non disponit implere. quicquid autem persolvere considerata
aequitate potuerit, constrictus sine aliqua dilatione iam reddat, quia post tot falsitates
argutiae suae reputare poterit, quod se frequenter illusisse cognoscit.

XXXV.

LIVVIRIT COMITI ET AMPELIO V· I· THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Cum pro incerti temporis eventu Romanas aedes inopia facie castigata pulsaret
et quamvis rara, tamen tam pulchrae civitati videretur esse foedissima, aequum iudi-
cavimus Hispaniae triticeas illi copias exhibere, ut antiquum vectigal sub nobis felicior
Roma reciperet. iussis quidem nostris viri spectabilis Marciani laude digna servivit
industria: sed parum diligenter impleta sunt, quae constat optime fuisse procurata.
ii enim, qui portanda susceperant, morarum taedia non ferentes destinatum frumentum
2 in Africae partibus pro suo dicuntur vendidisse compendio. Quod quamvis inultum
minime transire debuisset, ut amor proprii commodi tot populorum ieiuna vota suspen-
deret, tamen quia nobis insitum est culpas remittere, quas possumus cauta ordinatione
corrigere, Catellum et Servandum viros strenuos credidimus esse dirigendos, ut, quia
naucleri ducentos octoginta solidos in triticum et in naulis septingentos quinquaginta
octo solidos accepisse perhibentur, si apud vos facti veritas innotescit, in summam

LRKP(D)E(F)

1 emersis *EF* 2 occ.] inoccurrit R^1 quidem] siquidem EFA^e ignarus *om.* R^1 oliuiosus *R* 3 cum tenetur] tenetur *PD* uaria *K* 4 cameleonti] *plerique,* camaleonti *F* 5 serpentum *EFA* 7 ei *om. PD* uel. fug. *R* denegetur *EF* timiditate] tar|tarditate *F* 8 cranea *P,* cynea *E,* cinea *F* 10 fulgur LR^1 12 aliud ibi] a. i. atque aliud *EF* 16 habeat P^a sibilat L^1, sibilauit *PD* 17 cum] A^e, eum *libri* 18 caueto] PA^r, cancte *LRD,* caue $KEFA^e$ 21 illusse *P* 23 pro incerti] pro certi *P,* inprocerti *D,* prouecti *R* romanos K^1 facile *R* castigata] *fortasse* adstricta 25 triciceas *K* cop. illi *RF* nobis] n. esse P^a 26 iussus *K* quidem] si quidem *KEFA* seruiuit] seruum P^a 28 hii *plerique,* hi DA^e non ferentes] perferentes *EF* 29 pratibus P^a conpendio] remedio P^a 30 commodi] commodis L^1, compendii P^a 31 possimus P^1D 32 esse cred. EFA^e 33 nauclerii *LKEF* octuaginta *E* solidis *K* septinguntos *K* 34 summa *DE*

ratione collecta, ab eis mille triginta octo solidorum quantitas inferatur, ut, qui vindictam remisimus, damna minime sentiamus. in qua parte ita se sublimitas vestra diligenter impendat, ut et iustitiae et publicis utilitatibus satisfecisse videatur.

XXXVI.

STARCEDIO V· S· THEODERICUS REX.

a. 523/526

Continuatis laboribus attritum corpus debilitatem tibi causaris attulisse membrorum, 1
ut, qui ante bellicis fueras aptus insignibus, nunc vel ad otiosam vitam vix idoneus
approberis: expetens, ut ad expeditiones felicissimas non cogaris, a quibus non voto,
sed necessitate subduceris. atque ideo allegationibus tuis diutius perquisitis et ad
rerum fidem deductis otium tibi non ignobile praesenti iussione largimur, quia non est
ignaviae culpa, quem excusat miseranda calamitas. Sed sicut tibi remissam vitam 2
concedimus, ita te donativo praesenti auctoritate privamus, quia non est aequum, ut,
cum de tuo cognoscaris idoneus, rem laborantium accipere debeas otiosus. fruere
igitur secura vita a diversorum insidiis nostro munimine liberatus. nec aliquis tibi
imputabit desertoris opprobrium, quando illi, quos contigerit a militia morbi causa
suspendi, ex prioribus factis habendi sunt iure reverendi. nec enim dignus est a
quoquam redargui, qui nostro iudicio meretur absolvi.

XXXVII.

IUDAEIS MEDIOLANENSIBUS THEODERICUS REX.

a. 523/526

Libenter annuimus quae sine legum iniuria postulantur, maxime cum pro servanda 1
civilitate nec illis sunt neganda beneficia iustitiae, qui adhuc in fide noscuntur errare.
atque ideo discant rerum bonarum suavissimum saporem, ut, qui humanam iustitiam
nituntur quaerere, sollicitius incipiant divina iudicia cogitare. Proinde quoniam non- 2
nullorum vos frequenter causamini praesumptione laceratos et quae ad synagogam
vestram pertinent perhibetis iura rescindi, opitulabitur vobis mansuetudinis nostrae
postulata tuitio, quatenus nullus ecclesiasticus, quae synagogae vestrae iure competunt,
violentia intercedente pervadat nec vestris se causis importuna acerbitate permisceat,
sed ut religionis cultu, ita et actuum sint conversatione discreti: hac tamen moderatione
principalis auxilii beneficium concedentes, ut nec vos quod ad praefatae ecclesiae ius
vel religiosas certe personas legibus pertinere constiterit, inciviliter attrectare temptetis.
Tricennalis autem humano generi patrona praescriptio eo, quo cunctis, vobis iure serva- 3
bitur nec commodalia vos irrationabiliter praecipimus sustinere dispendia, ut hac
pietatis nostrae defensione muniti petitio vestra ab illicitis se liberatam gratuletur

LRKP(D deficit v. 23 in opitulabitur*)E(F)*

1 r*one R^{a}, rationem A^{e} mille] *Fornerius e coniectura Cuiacii,* simile *LRKP*A^{e}, similae *D,* similiter *EF*A^{r} 2 nestra] tua *F* 5 contritis P^{a} 6 apt. fuer. *E* 7 non *ante* cog. *om.* P^{a} 8 subduceris] induceris *P,* subducetis E^{1} 9 ignobile] nobile P^{a}, ignorabile $E^{1}F$ *et Cuiacius* largimur] delelargimur P^{a} quia] qui P^{a} 10 quem] quam *F* 12 cum] quod *P,* quidem *D* de* R^{1} res *F* 13 secure *E* a diuersorum] aduersorum A^{e} nostro munimine] minime *PD* 14 quos] quis F^{2}, qu****s F^{1} 15 est *om. F* 18 postulamur A^{e} 19 sint *EF* cognoscuntur *F* 20 rer. bon. disc. *F,* disc. bon. rer. *PD* iustiam R^{1} 21 nonnullos *F* 23 iure *A* opitulabatur *K* 24 tuitio] defensio *F* iura F^{1} 25 intercidente *F* nec] ne F^{1} 26 cultuum *F* actutum K^{1} 27 ad] a $F^{1}A^{e}$ 28 certe personas] personas certe A^{e}, ceteras personas *Paris. 2188* attractare PA^{r} 29 geniri L^{a} perscriptio *LR*A^{e} quo] quod F^{2} 30 commoda alia F^{1} 31 defensionem *K*

incommodis. concedimus quidem clementiae nostrae consuetudine quae rogastis: sed quid, Iudaee, supplicans temporalem quietem quaeris, si aeternam requiem invenire non possis?

XXXVIII.

UNIVERSIS POSSESSORIBUS THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Ammonet nos formarum cura praecipua, ut quae possunt noxie crescere, debeamus celerius amputare, quatenus et soliditas aquaeductus deo auxiliante incorrupta servetur et vobis leve sit opus, quod in teneris arboribus adhibetur. nam quae nunc virgulta sunt, erunt, si neglegantur, et robora. ista enim quae modo facili avulsione dirimuntur, postea vix securibus icta succumbunt. atque ideo sociata debetis properatione contendere, ut praesenti diligentia futuri laboris evadatis incommoda. haec est enim civilis eversio, sine oppugnatione discidium, aries, ut ita dixerim, fabricarum.
2 Quapropter omnem silvam, quae parietibus inimica consurgit, de Ravennati forma iubemus radicitus amputari, ut signini alvei reparata constructio talem nobis deducat liquorem, qualem potuit a fontibus suscipere puritatem. tunc erit exhibitio decora thermarum, tunc piscinae vitreis fontibus fluctuabunt: tunc erit quae diluat aqua, non inquinet, post quam lavari continuo non sit necesse. additur etiam quod, si ad potandum unda suavis influxerit, omnia nostro victui redduntur accepta, quando humanae vitae nullus cibus gratus efficitur, ubi aquarum dulcium perspicuitas non habetur. nam si lavari cupimus purissimis liquoribus, quanto magis satiari talibus festinamus? quae si nunc futura tractentur, nulli labor facit taedium, qui sumitur pro delectatione cunctorum.

XXXVIIII.

AMPELIO V· I· ET LIVVIRIT V· S· THEODERICUS REX. *a. 523/526*

1 Decet provincias regno nostro deo auxiliante subiectas legibus et bonis moribus ordinari, quia illa vita vere hominum est, quae iuris ordine continetur. nam beluarum ritus est sub casu vivere: quae dum rapiendi ambitu feruntur, inprovisa temeritate succumbunt. agrum suum denique a dumosis sentibus doctus purgat agricola, quia laus excolentis est, si agreste solum dulcissimis fructibus amoenetur. sic quies suavissima populi et dispositio tranquilla regionum praeconium probatur esse regnantum.
2 Multorum itaque querela comperimus in provincia Hispaniae, quod summum inter mortales crimen est, vitas hominum vaga praesumptione populari et levium occasione causarum subire multos interitum. sic mala pace quasi ludo corruunt, quanti vix potuissent cadere sub necessitate bellorum. dehinc non polyptychis publicis, ut moris est, sed arbitrio compulsorum suggeruntur provincialium subiacere fortunae. quod genus evidentis est praedae pro illius voluntate dare, qui ad suum commodum amplius
3 festinat exigere. Cui rei nos regali providentia succurrere cupientes sublimitatem vestram per universam Hispaniam loco muneris credidimus destinandam, ut sub ordina-

---

LRKPE(F)

5 possint *P*[a] 7 nobis *F* quod] quidem *P* exhibetur *F* 8 neglegantur] non negl. *P*[b] ista] iacta *KEF* 11 enim *om. R* cibilis *P* dissidium *EA*[e] acies *EF* 12 rauennata *K*[1]*EF*, rauennate *A*[e] 13 amputari *bis P* signini] *LRA*[e], signum *KPEFA*[r] albei *A*[e] reperta *P* 15 erat *P*[a] 16 lauacri *K* 17 reddantur *KE*, darentur *F* 20 futura (*fortasse* cum cura) tract.] tract. fut. *P* facito *malim* 25 ambitu] animo *F* 28 tranq. disp. *A* regnantium *PEFA* 29 comp. quer. *R* summum] maximum *F* 30 uitam *EF* 32 sub nec. bell. cad. *KEF* polypticis *LR*, politicis *E*[2]*F* 34 est euid. *R* dare uol. *R* 36 locum *L* credimus *KEF*

tionis vestrae novitate inveteratae possit consuetudini nil licere. verum ut more medi-
corum saevioribus morbis accelerata remedia tribuamus, inde curationis nostrae fiat
initium, ubi maius noscitur esse periculum. Homicidii scelus legum iubemus auctori- 4
tate resecari: sed quantum vehementior poena est, tanto eius rei debet inquisitio plus
haberi, ne amore vindictae innocentes videantur vitae pericula sustinere. pereant
itaque soli nocentes in correctione multorum, quando et hoc pietatis genus est coercere
infantiam criminis, ne iuvenescat augmentis. Exigentes vero assem publicum per 5
gravamina ponderum premere dicuntur patrimonia possessorum, ut non tam exactio
quam praeda esse videatur. sed ut totius fraudis abrogetur occasio, ad libram cubiculi
nostri, quae vobis in praesenti data est, universas functiones publicas iubemus inferri.
quid enim tam nefarium quam praesumptoribus liceat in ipsa etiam trutinae qualitate
peccare, ut quod est iustitiae proprie datum, hoc per fraudes noscatur esse corruptum?
Conductores domus regiae, quacumque gente sint editi, ad liquidum veritate discussa 6
tantum decernimus solvere, quantum nostra praedia constiterit pensitare. et ne cui-
quam labor suus videatur ingratus, solaria eis pro qualitate locatae rei vestra volumus
aequitate constitui. non enim nostra, sed illorum rura dicenda sunt, si pro voluntate
conducentis modus eveniat pensionis. Transmarinorum igitur canonem, ubi non parva 7
fraus fieri utilitatibus publicis intimatur, vos attonite iubemus exquirere atque statutum
numerum pro virium qualitate definire, quia contra fraudes utile remedium est nosse
quod inferant. Monetarios autem, quos specialiter in usum publicum constat inventos, 8
in privatorum didicimus transisse compendium. qua praesumptione sublata pro virium
qualitate functionibus publicis applicentur. Telonei quinetiam canonem nulla faciatis 9
usurpatione confundi, sed modum rebus utillimum, quem praestare debeat, imponentes
commerciandi licentiam aequabili ratione revocate, ne se tendat in vagum ambitiosa
enormitas exigentium. Actus praeterea Laeti, cuius conscientia summa pulsatur in- 10
vidia, sub consueta nobis censemus aequitate perquiri, ut nec fraus astutis machina-
tionibus occulatur nec innocentia falsis criminationibus ingravetur. Quoscumque vero 11
in furtivis actionibus reperitis fuisse versatos, pro fortunarum quantitate suppressam
reddant vestra aestimatione pecuniam. quod si haec per alios dispersa esse constiterit,
et illi nihilominus teneantur obnoxii qui scientes passi sunt in tali actione misceri:
complices enim extiterunt criminis, qui non detexerunt facta raptoris. Praebendarum 12
tenor adscriptus, quem nostra diversis largitur humanitas, provincialibus suggeritur
intolerabilis causa esse damnorum, quando et in species exigitur et impudenter eius
pretium postulatur. detestabilis cupiditatis sunt ista documenta competentia sibi
distrahere et ad exigendi impudentiam mox redire. quod nimis improbum, nimis
videtur absurdum, ut et nostra constituta praetereant et tributariorum, qui fovendi
sunt, videantur afflixisse substantiam. sint igitur praefixo modo contenti. sive ibidem

LRKPE(F)

1 nostrae *A*   2 moribus *R*   3 maius] magis K^1A^e esse *om.* *K*   homicidium P^a scelus] genus *R*   4 quanto *F*   6 quando] quoniam K^b 7 infamiam R^1 9 librum *E*   11 quam] q. si *EF*   in *om.* P^a 12 proprium *R*   14 ne *om.* R^a 15 solaria] P^aE^1, salaria $LRKE^2FA$, solacia P^b eis] eius *EF*   16 oquitate L^a rura] iura *A*   17 igitur] ergo *R*   18 attonite] attente *Cui.*, attente al. attonice A^r 19 uirium] iurium PA^e 20 inferant] inferatur A^e 21 oblata L^1 22 applicetur *F*   t(h)elonei] $LRKPE^2A^e$, tholonei E^1FA^r canonem] eātionem *E*, campsionem *F*   23 utilissimum PA^r debeant *EF*   25 exigentum *RKEF*   loeti *P*   conscia *P*   pulsetur *E*   27 occulatur] *RKPEFA*, occultatur L^1, occultetur L^2 uero *om.* *F*   28 rep(p)ereris *EF*   30 obn. ten. *R*   31 raptores L^1, raptionis K^1 32 quem] quod *P*, intolerabilis quem R^1 33 impidenter K^1 34 cup. sunt ista doc.] sunt ista doc. cup. *R*, cup. ista sunt doc. A^e, cup. ista doc. (sunt *om.*) *K*, cupiditas ista est doc. *EF*   35 inprudentiam *P*   37 sunt *E*   igitur] *LPA*, ergo *RKEF*

positi, sive hinc nihilominus destinati: habeant liberum unum tantum de duobus ex-
13 petere, dummodo geminata exactione fortunas alienas non debeant ingravare. Ex-
actorum quoque licentia amplius fertur a provincialibus extorqueri, quam nostro
cubiculo constat inferri. quod diligenti examinatione discussum ad hunc vos modum
functiones publicas revocare decernimus, quem Alarici atque Eurici temporibus constat
14 illatas. Paraveredorum itaque subvectiones exigere eos, qui habent veredos adscriptos,
provincialium querela comperimus. quod nullum penitus sinatis praesumere, quando
per turpissimos quaestus et possessor atteritur et commeantium celeritas impeditur.
15 Vilicorum quoque genus, quod ad damnosam tuitionem queruntur inventum, tam de
privata possessione quam publica funditus volumus amoveri, quia non est defensio,
quae praestatur invitis: suspectum est quod patiuntur nolentes. nam hoc est re vera
beneficium, si sine murmure feratur acceptum. servitia igitur quae Gothis in civitate
positis superflue praestabantur, decernimus amoveri. non enim decet ab ingenuis
famulatum quaerere, quos misimus pro libertate pugnare.

XL.

CYPRIANO COMITI SACRARUM THEODERICUS REX.

a. 524 ante Sept. 1

1 Quamvis ultra desideria supplicum frequenter nos praestitisse beneficia gaudeamus
et, quod est difficillimum, humanae ambitionis interdum vota superemus, haec tamen
libentius amplectimur, quae nos merito fecisse gloriamur. diu quippe trutinandus est,
cui traduntur examina, talisque debet a principe deligi, qualis ab ipsa potest lege
dictari. gemmarum divites venae auri fulgore pretiantur et gratiam pulchritudinis
2 capiunt, quia nulla degeneri vicinitate sordescunt. Sic bona merita splendidis digni-
tatibus sociata alternis praeconiis adiuvantur et unius rei facies de adiuncta venustate
pulchrescit: non enim de te aliquid redemptae laudi aut loquaci famae credidimus,
qui nobis spectantibus saepe placuisti. interpellantium siquidem confusas querelas
distincta nimis ac lucida relatione narrabas, et qui proprios dolores expromere non
poterant, tuis commendati allegationibus obtinebant, et ne favoris alicuius putaretur
3 excessus, desideria supplicum ipsis praesentibus intimabas. Ori tuo altercantium
desideria convenerunt et, quod difficillimum gratiae genus est, alternae parti in-
discreta laude placuisti, quae res ipsos oratores quoque postponit. nam cum illis sit
propositum diu tractata unius partis vota dicere, tibi semper necesse fuit repentinum
negotium utroque latere declarare. additur etiam regalis praesentiae geniatissimum
pondus, sub quo te ita facile contigit expeditum, ut quod illi vix possunt artificiosis
schematibus a iudicibus obtinere, tu probareris a principe puris allegationibus im-
4 petrare. Erat nimirum serenitatis nostrae in bonum publicum parata sententia, quia

LRKPE(F)

1 liberum] l. arbitrium A^e 3 licentia] *Cui.*, licentiam *libri et* A^e fert. ampl. *KEF*A^e 4 constet *E* uos (nos *R*) mod.] mod. nos *P* 5 quem] que *K*, quo *EF* atque] aque R^1 temporibus *om. F* 6 parauerendorum *A* habent *om. E* 7 querimona P^1, querimonia P^2A^r comperimus] suscepimus *F* 9 conqueruntur E^2 tam] quam A^e 10 admoueri E^1 11 quod] si F^2, *om.* F^1 nolentes] nolentes A^e, *om. P* 12 si *om. K* igitur *om. P* 13 admoueri E^1 16 frequenter] quaerere f. P^a 17 hoc *K* 18 trucinandus PA^r 19 traduntur] tenduntur E^1 diligi *EF*, elegi *K* 20 flugore K^a gratam *K*, gloriam *A* 21 uicininitate P^a 22 praeconiis] praemiis *F* adiuncta] a. sibi *F*, addita A^e 23 de te al. (al. *om. F*)] al. de te *K* 24 ex(s)pectantibus *libri et* A^e, expeutantibus *K* 25 exprimere *REA* 26 recommendati *F* 27 psupplicum L^1 intimebas R^1, intimabis *K* ori (ora L^1) tuo .... 29 placuisti *om. P* 31 geminatissimum *PA*, geminantissimum *K* 32 uix *om. P* 33 scenatibus *F*

nullam tarditatem in cognoscendo negotio sustinebat. mox enim a te narrata causa
conspecta est, et cur tardaret negotii finis, cum tu suggestionem lucida brevitate concluderes?
didicisti, ut credimus, iudicare nostris serviendo iudiciis: ita, quod efficacissimum
disciplulatus genus est, agendo potius instructus es quam legendo. Talibus 5
igitur institutis edoctus Eoae sumpsisti legationis officium, missus ad summae quidem
peritiae viros: sed nulla inter eos confusus es trepidatione, quia nihil tibi post nos
potuit esse mirabile. instructus enim trifariis linguis non tibi Graecia quod novum
ostentaret invenit nec ipsa, qua nimium praevalet, te transcendit argutia. Accessit 6
meritis tuis cunctis laudibus pretiosior fides, quam divina diligunt, mortalia venerantur.
nam inter mundi fluctuantes procellas unde se humana fragilitas contineret, si nostris
actibus mentis firmitas non adesset? haec inter socios amicitiam servat, haec dominis
pura integritate famulatur, haec supernae maiestati reverentiam piae credulitatis impendit
et, si beneficium tantae rei latius quaeras, incommutabilis fidei est omne quod
bene vivitur. Sume igitur per indictionem tertiam sacrarum largitionum deo propitio 7
dignitatem. utere congruis tuis natalibus institutis. meruisti hactenus, ut honorum
fastigia cederemus: age nunc, ut tibi gratiae nostrae celsiora nihilominus conferamus.

XLI.

SENATUI URBIS ROMAE THEODERICUS REX. *a. 524 ante Sept. 1*

Licet candidatos vobis frequenter genuerit munificentia principalis et fecunda in- 1
dulgentia nostra vobis altera sit natura, habetis nunc profecto virum, quem et nos
elegisse deceat et vos suscepisse conveniat. cui sicut fortunatum fuit a nobis erigi,
ita laudabile erit vestro coetui honorum lege sociari. hoc tamen curiae felicius provenit,
quod nobis et impolitus tiro militat, illa vero non recipit nisi qui iam dignus
honoribus potuerit inveniri. Convenienter ergo ordo vester aestimatur eximius, qui 2
semper est de probatissimis congregatus. non enim illic profanis reseratur introitus,
sed tales illuc permittuntur accedere, quales inde etiam cernuntur exire. suscipite
itaque collegam, quem palatia nostra longa examinatione probaverunt: qui regiis ita
intrepidus militavit affatibus, ut iussa nostra saepe nobis spectantibus atque laudantibus
explicaret. Cognoscitis profecto quae loquimur. quis enim vestrorum a Cypriani 3
devotione summotus est? nam qui solacia eius petiit, mox beneficia nostra suscepit.
obtinuit ille saepius in vectationibus nostris, quod in consistoriis agi solebat antiquis.
si quando enim relevare libuit animum rei publicae cura fatigatum, equina exercitia
petebamus, ut ipsa varietate rerum soliditas se corporis vigorque recrearet. tunc
nobis causas multiplices relator delectabilis ingerebat eratque eius infastidita suggestio
sub iudicis animo taedioso. Ita dum causas praestandi benignus artifex ingerebat, 4
reficiebatur animus beneficiorum aviditate succensus. his igitur adhaesit obsequiis
candidatus, qui sic militavit animo nostro, ut nulla eum gravaret offensio. irascebamur

---

LRKPE(F)

1 sustinebit L^a 2 cur] cum *P* 4 est disc. gen. *R* 5 eoae sumpsisti] *RKA*^{c}, eo ac sumpsisti *L*, occasione al. eo assumpsisti *A*^{r}, assumpsisti (*om.* eoae) *P*, eae sumpsisti *E*, ea assumpsisti *F*^{b}, *inc.* *F*^{a} quidem *om.* *P* 7 tibi non *P*^{a} 8 obstentaret *E* 11 infirmitas *A*^{c} 12 maiesti *K* 13 quod bene] quod (*om.* bene) *EF*, *om.* *K*^{1} 15 constitutis *P* meruisti] meministi *F* hactenus *om.* *R*^{1} bonorum *P* 16 fastidia *fortasse* crederemus *FA* tibi gr. nostrae] gratie tue *R* 19 nobis *P* natura] a natura *R*^{1} 20 eligi *FA* 21 bonorum *PEF* 22 ipolitus *E*, ypolitus *F* iam *om.* *F* 23 noster *PA*^{r} 25 promittuntur *L*^{1} 27 affectibus *F* expectantibus *libri et A*^{c} 28 uestrorum] *LP*, uestrum *RKEFA*^{c}, nostrum *A*^{r} 29 nox *L*^{1} 31 releuare] *PFA*^{c}, reuelare *LRKE*^{1}*A*^{r}, leuare *E*^{2} 35 successus *R*

saepe causis improbis, nec tamen displicere poterat lingua relatoris: damnabamus interdum negotium, cuius placebat assertor: et impetum nostri animi frequenter sustinuit,
5 qui gratiae momenta possedit. Gloriatur etiam non extrema luce natalium. nam pater huic, sicut meministis, Opilio fuit, vir abiectis quidem temporibus, ad excubias tamen palatinas electus. qui multo amplius crescere potuit, nisi fides eius sub avidissima remuneratoris sterilitate iacuisset. quid enim conferre poterat tenuis donator? qui si tamen non ditavit, innotuit, quia magnae abundantia laudis est in penuria rei
6 publicae vel mediocria munera meruisse. Vicit iste maiores suos felicitate saeculorum et, quod amplius evectus est, nostris est temporibus applicandum. talis quippe est in subiectis mensura provectuum, qualis fuerit et distantia dominorum. quapropter, patres conscripti, praedictum Cyprianum suis meritis et natalium splendore fulgentem ad sacrarum largitionum culmen eveximus, ut et vester augeatur numerus et incitetur devotio servientum. aestimate, reverentissimi patres, quid de vestro ordine senserimus, quando eos, quos vobis aggregandos credimus, multiplici allegatione praedicamus.

XLII.

MAXIMO V· I· CONSULI THEODERICUS REX. *a. 523*

1 Si consularem munificentiam provocant, qui peruncta corporum flexibilitate luctantur: si organo canentibus redditur vicissitudo praemiorum: si venit ad pretium delectabilis cantilena: quo munere venator explendus est, qui ut spectantibus placeat, suis mortibus elaborat? voluptatem praestat sanguine suo et infelici sorte constrictus festinat populo placere, qui eum non optat evadere. actus detestabilis, certamen infelix cum feris velle contendere, quas fortiores se non dubitat invenire. sola est
2 ergo in fallendo praesumptio, unicum in deceptione solacium. Qui si feram non mereatur effugere, interdum nec sepulturam poterit invenire: adhuc superstite homine perit corpus et antequam cadaver efficiatur, truculenter absumitur. captus esca fit hosti suo, et illum, pro dolor! satiat quem se perimere posse suspirat. spectaculum tantum fabricis clarum, sed actione deterrimum, in honore Scythicae Dianae repertum,
3 quae sanguinis effusione gaudebat. O miserae deceptionis errorem illam desiderasse colere, quae hominum morte placabatur! primum sibi per lucos et silvas agrestium populorum vota et venationibus dedita hanc triplicem deam falsa imaginatione finxerunt, ipsam in caelo Lunam, ipsam in silvis dominam, ipsam apud inferos Proserpinam esse firmantes. sed solum Erebi potentem non improbe forsitan aestimarunt, quando tali
4 falsitate decepti in profundas vivi tenebras cum suis erroribus intraverunt. Hunc ludum crudelem, sanguinariam voluptatem, impiam religionem, humanam, ut ita dixerim, feritatem Athenienses primum ad civitatis suae perduxere culturam, iustitia per-

LRKPE(F)

4 quid. abi. RA^e 5 palatii *F* eius *om.* A^c aridissima *Garetus: sed potest esse oxymoron* 6 remunerationis *FA* 7 (h)abundantie laus EFA^r, abundantiae laudis A^c 8 iste] *LR*, ille *P*, ipse *KEFA* 9 temp. est *P* applicandus *EF* 11 capuanum *F* 12 largionum *K* 13 seruientium RPA^c estimatis P^a senserimus] censeremus A^c 16 peruncta] L^2KA^e, per cuncta L^1RPE, per iuncta A^r, peruenta F^1, praeuenta F^2 18 expellendus E^1 19 elaboratur L^1 forte E^1 20 populo] populus plus F^1 21 ergo est in fall. *KP*, ergo in f. est *F* 22 unicum] unitum *K*, *om.* F^1 24 perdit F^1 assumitur *EFA* 26 tantum] tamen *PF* clarat R^1 honorem *E* schytic(a)e *LR*, scytice E^2F^1, scyticie E^1, scytie F^2 27 gaudebant L^1 deceptiones L^1 28 placebatur K^1, gaudebat R^1 sibi] si quidem *F* 29 deditam *E* fixerunt *LR* 30 dominam] dianam P^bA^c 31 herebi A^c, herbi *F* pontem *R* forsitam L^1 33 uoluntatem $LRKPA^r$ rel. imp. $KEFA^e$ 34 perduxere] duxere *EF*

mittente divina, ut ad irrisionem spectaculi perveniret, quod falsae religionis ambitus
invenisset. Hoc Titi potentia principalis, divitiarum profuso flumine, cogitavit aedificium 5
fieri, unde caput urbium potuisset. et cum theatrum, quod est hemisphaerium, Graece
dicatur, amphitheatrum quasi in unum iuncta duo visoria recte constat esse nominatum:
ovi specie eius harenam concludens, ut et currentibus aptum daretur spatium et
spectantes omnia facilius viderent, dum quaedam prolixa rotunditas universa col-
legerat. Itur ergo ad talia, quae refugere deberet humanitas. primus fragili ligno 6
confisus currit ad ora beluarum et illud, quod cupit evadere, magno inpetu videtur
appetere. pari in se cursu festinant et praedator et praeda nec aliter tutus esse
potest, nisi huic, quem vitare cupit, occurrerit. tunc in aere saltu corporis elevato
quasi vestes levissimae supinata membra iaciuntur et quidam arcus corporeus supra
beluam libratus, dum moras discedendi facit, sub ipso velocitas ferina discedit. Sic 7
accidit, ut ille magis possit mitior videri, qui probatur illudi: alter angulis in quadri-
faria mundi distributione conpositis rotabili facilitate praesumens non discedendo fugit,
non se longius faciendo discedit, sequitur insequentem, poplitibus se reddens proximum,
ut ora vitet ursorum: ille in tenuem regulam ventre suspensus invitat exitiabilem
feram et nisi periclitatus fuerit, nil unde vivere possit adquirit: alter se gestabili muro 8
cannarum contra saevissimum animal, ericii exemplo, receptatus includit, qui subito in
tergus suum refugiens intra se collectus absconditur et cum nusquam discesserit, eius
corpusculum non videtur. nam sicut ille veniente contrario revolutus in sphaeram
naturalibus defensatur aculeis, sic iste consutili crate praecinctus munitior redditur
fragilitate cannarum. Alii tribus ut ita dixerim dispositis ostiolis paratam in se rabiem 9
provocare praesumunt, in patenti area cancellosis se postibus occulentes, modo facies,
modo terga monstrantes, ut mirum sit evadere quos ita respicis per leonum ungues
dentesque volitare. Alter labenti rota feris offertur: eadem alter erigitur, ut periculis 10
auferatur. sic haec machina ad infidi mundi formata qualitatem istos spe refovet, illos
timore discruciat: omnibus tamen vicissim, ut decipere possit, arridet. Longum est 11
per tot periculorum casus sermonibus evagari. sed apte iungendum est, quod ait de
inferis Mantuanus[1]: quis scelerum comprehendere formas, quis omnia poenarum per-
currere nomina possit? sed vobis, quibus necesse est talia populis exhibere, largitate
manus fundite praemia, ut haec miseris faciatis esse votiva. alioquin violenta con-
pulsio est sollemnia dona subtrahere et mortes detestabiles imperare. Et ideo quic- 12
quid in longam consuetudinem antiqua liberalitate pervenit, sine aliqua dilatione con-

LRKPE(F)

1 inrisiouem] illusionem A^e 3 *fortasse* patuisset est *om.* P^a 4 nominata R^1 5 oui] $LRPA^e$, qui $KEFA^r$ specie eius harenam] *Gar.*, speciem eius (h)arena (arca K^2E^2) *libri et* A^e et currentibus] et concurrentibus FA^r, concurrentibus A 6 unuersa L^a colligeret PA^r 7 fugere E debet F 8 confusus PF^1 impetu (petu P^a) uid.] u. imp. R 9 festinat PFA^e et *ante* praedator *om.* F 10 cupit] potest F a*re L^1R^1 12 libratus] libentes E^1 discendendi E^a 13 poss. mag. F angulus L^1P^a, augulis K 14 distributione] parte E^1 compositis] dispositis E^2 rotabili] roborali F 15 poblitibus RKP 16 regulam] lengulam F uentre] uenire EA^e exsiciabilem L 17 gestibili L^a 18 e*itii (*fort.* exitii) F^1 19 tergum KEF 20 in sphaeram] A^e, in speram $KPEFA^r$, in feram LR 21 sic] sicut R^1, fit E^1 consutili] constutuli E^1 22 alii] F^2A, aliis *reliqui* ostiolis] A^r, osteolis $LRKPA^e$, o(b)staculis EF^2, *inc.* F^1 in se rabiem] EF^2A, inserabilem $LRKP$, *inc.* F^1 23 in] et in F arca L^1 24 respicit F^1 leonem L^1 26 fidi L^a spe] s(a)epe EA^e, in spe F 27 discutiat E^1 tamen] autem F 28 ait] agit F^1 29 form. compr. R 30 nobis F largitate] LPA^e, largate $RKEFA^r$ *fortasse recte* 31 alioqui A^e est comp. R 32 dona *om.* K imperare] reparare F 33 libertate F^a

1) *Aen. 6, 625 seq.:* Non mihi si linguae centum sint oraque centum, Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas, Omnia poenarum percurrere nomina possim.

cedite supplicanti, quia homicidii reatus est illis esse tenacem, [quos editio vestra invitavit ad mortem. heu mundi error dolendus! si esset ullus aequitatis intuitus, tantae divitiae pro vita mortalium deberent dari, quantae in mortes hominum videntur effundi.

XLIII.

TRANSIMUNDO REGI VVANDALORUM THEODERICUS REX. *a. 511*

1 Quamvis a diversis regibus expetiti pro solidanda concordia aut neptes dedimus
aut filias deo nobis inspirante coniunximus, nulli tamen aestimamus nos aliquid simile
contulisse, quam quod germanam nostram, generis Hamali singulare praeconium,
vestrum fecimus esse coniugium: feminam prudentiae vestrae parem, quae non tantum
2 reverenda regno, quantum mirabilis possit esse consilio. Sed stupeo vos his beneficiis
obligatos Gesalecum, qui nostris inimicis, dum a nobis foveretur, adiunctus est, in
vestram defensionem sic fuisse susceptum, ut qui ad vos viribus destitutus privatusque
fortunis venerat, subita pecuniae ubertate conpletus ad gentes exteras probetur esse
transmissus: qui quamvis deo iuvante laedere nihil possit, tamen animum vestrae
3 cogitationis aperuit. Quid expectent extraneorum iura, si sic meretur affinitas? nam
si causa misericordiae susceptus est in regno vestro, teneri debuit: si nostri propter
expulsus est, non oportuerat cum divitiis ad aliena regna transmitti, quae ne vobis
redderentur infesta, nostra fecerunt absolute certamina. ubi est, quod tanta lectione
saginatus alios solebas docere de moribus? hoc si voluisses cum sorore nostra tractare,
utique vobis non potuisset accidere, quia nec fratrem permiserat laedi nec maritum
4 fecerat in rebus talibus inveniri. Atque ideo per illum et illum legatos nostros salu-
tantes honorificentia conpetenti petimus, ut hanc iniustitiam deliberatio vestra per-
tractet, ne parentum nostrorum animus causis evidentibus excitatus cogitet aliquid
temptare quod pacem videatur irrumpere. graviter siquidem dolet iniuria, quae con-
tigerit insperata et si inde proveniat dolus, unde credebatur auxilium. quaedam vero
per harum portitores verbo vobis insinuanda commisimus, ut aestimantes omnia, quid
fieri in tanta causa oporteat, providentia vestra reponat, quia non est leve prudentes
viros in pacis constituta peccare.

XLIIII.

TRANSIMUNDO REGI VVANDALORUM THEODERICUS REX. *a. 511*

1 Ostendisti, prudentissime regum, post erroris eventum sapientibus subvenire posse
consilium nec pertinaciae vitium vos amare, quod brutis hominibus videtur accidere.
obligastis animum meum tanta vos in melius celeritate mutando. nam cum rex satis-
facit, quaelibet dura dissolvit, quia sic est in principibus humilitas gloriosa, quem-
2 admodum in mediocribus odiosa potest esse iactantia. Nuper vobis obiecimus Gesaleci

LRKPE(F)

1 edictio *EF* nostra *F* 2 inuitauit] uocauit *R* 6 nepotes F^1 8 haniali (amali *em. err. typ.*) A^e, aniali A^r, hamalis *K*, humani F^2 singularem *F* praeconium *om. EF* 9 nostre *KE* 11 gesaletum *E*, gesalicum F^2 12 susceptam *(em. err. typ.)* A^e 13 esse *om.* KA^e 14 nihil] nil KPA^e 16 debuit] non debuit *F* nostri] nostrae *E* propter (causa R^2) expulsus est *om. in sp. vac. F* 17 duiciis *L* 20 nobis *EF* 21 uestros R^1 23 ne] ut F^a uestrorum A^e euident. caus. $KEFA^e$ ***quid tempt** R^1 24 uid. pac. *F* interrumpere *R* 25 dolus] iucommodum E^2F credebatur] sperabatur *F* 30 ostendistis F^2 errorem L^a*[?]* sapientibus] K^2EFA, *om.* LRK^1P 32 obligasti L^1 meum] nostrum *F* 33 humilitatis K^1 34 nuper] n. siquidem *F* obiecibus *[sic]* E^2, obiectis E^1 gasaleci *E*, gesalici *F*

quondam regis dolosa meditatione discessum: sed vos nobilitatis vestrae memores et honoris actum rei nobis sub veritate declarastis. unde non fuit sic vituperabile hominem pravis suspicionibus locum dedisse, quantum gloriosum est dominantem tam celerrime se potuisse purgare. ille enim, qui minus poterat cogi, animae non passus est arcana violare. Cui laudi vicissitudinem, in qua possumus parte, reddentes sin- 3
cerem purgationem pura mente suscepimus. sed auri transmissi munera non tenemus, ut et ipsi intellegatis causam per institiam fuisse motam, quam nulla potuit finire venalitas. fecimus utrique regalia: sic nos superavimus tyrannicam cupiditatem, sicut et vos vicisse constat errorem. redeant ad cubiculum vestrum munera, quorum tantum oblatio videtur esse gratissima. neglegatur aurum. ubi electum est conscientiae praemium: patiatur aliquando repulsam, quod semper avaris regibus imperabat. eat nunc actus iste per gentes carum parentem non excusasse culpam et laesos animos respuisse pecuniam. Ita, quod per bella solebat quaeri, amoris studio declaratum est potuisse 4
contemni. intellegant parentes tales fuisse qui studio avaritiae causas sibi nequiverint excitare. omnia siquidem superavit affectus: tunc coepit petitio magis desinere, quando pulsatus obiecta non passus est abnegare. recipite igitur munera sensibus suscepta, non manibus. suavius nobis fuit ista reddere quam multo grandia suscepisse. estote nunc ad similia cauti, ad ventura solliciti: quia instructus redditur animus in futuris, quando praeteritorum commonetur exemplis. quapropter illo et illo legatis vestris redeuntibus plenissime reddimus salutationis affectum, optantes ut sospitatem vestram divina concedant, cuius nobis animos validissime cognoscimus esse sociatos.

LRKPE(F)

3 hominum *A*ᵉ   4 animi *F*   5 arcana] secreta *EF*   uiolare] uelare *KEF*   sincerem] *LRK*¹*PA*ᵉ, sinceram *K*²*EFA*ʳ   8 utique *EF*   11 eat] erat *K*   12 carum] earum *K*ᵃ*E*   patentem *E*   13 quod] que *K*¹   14 nequiuerunt *KPEFA*ʳ   19 quando] cum *F*   monetur *F*   nostris *F*   20 effectum *R*

LIBER SEXTUS.

I. Formula consulatus.
forma *hic et deinceps saepius* K^t

II. Formula patriciatus.
theodericus rex *vel* theod. *add. hic et deinceps aliquoties* K^tP^t

III. Formula $\overline{\text{ppo}}$.
forma U^1
praef. praet. A^e, praefecti praetorio U^1EF, praefecti praetorio al. populo U^t, praefecture A^r, pr(a)eposito *LRK*, praepositorum *P*: *solve* praefecturae praetorii

IIII. Formula praefecturae urbanae.

V. Formula quaesturae.
f. questoris et eius officio K^t

VI. Formula magisteriae dignitatis.
inscr. 7, 6 *praescribit* $F^{t(1)}$

VII. Formula comitivae sacrarum largitionum.
sacr. larg. *om. K*
om. R^t, *inscr.* 7, 7 *praescribit* $F^{t(1)}$

VIII. Formula comitivae privatarum.
primitarum U^1, priuatorum U^t
om. R^t

VIIII. Formula comitivae patrimonii.
comitis L^1R^1U
om. R^t

X. Formula, qua per codicillos vacantes proceres fiant.
quae $L^1R^1U^1$, quam *P*
per codicillos (codicellos *LR*) uac. *om. KEF*
fiunt *EF*

XI. Formula inlustratus vacantis.
formulatus R^1, forma *P* (*saepe ibi* form̄) A^r

XII. Formula comitivae primi ordinis.
primo ord. K^1, *om.* K^t

XIII. Formula magistri scrinii, quae danda est comitiaco quando permilitat.
magistri] primi R^1
scrinii] scriniorum U^1, scrineorum U^t
quae d. e. comitiaco (domitiato *U*) q. (quoniam U^t) perm. *om.* KE^1F^1
f. de referendis in (*om.* F^t) senatu (*cf. c. 14*) E^tF^t

Ordinat sic 1—8. 17—22. 9—16. 23—25 *K*

LRKP(U)E(F)

XIIII. Formula de his qui referendi sunt in senatu.
de his q. r. sunt] de referendis $KE^1F^1A^e$
in senatu] iustitiam U^1, *om.* K^t
f. magistri scrinii de referendis in senatu *(cf. c. 13)* E^tF^t

XV. Formula vicariis ū. R.
uicariis] L^1R^1P, de uicariis U^t, uicarii $L^tR^tKU^1EFA$
ūr P

XVI. Formula notariorum.

XVII. Formula referendariorum.

XVIII. Formula praefecturae annonae.
praefecturae P^tA^r, praefecti *reliqui*

XVIIII. Formula comitis archiatrorum.
archiatorum E^t, armatorum R^t

XX. Formula consularitatis.

XXI. Formula rectoris provinciae.
rectori U^t

XXII. Formulae comitivae Syracusanae.
comitiu(a)e syr. (sir. R^1)] $L^1R^1PU^tE^tF^tA^r$, syr. com. E^1F^1, syr. *vel* sir. (*om.* com.) $L^tR^tK^1$, syr. ciuitatis K^t
om. U^1

XXIII. Formula comitivae Neapolitanae.
neap. *om.* KE

XXIIII. Formula honoratis. possessoribus et curialibus civitatis Neapolitanae.
honeratis U^1, honoratorum U^t
et cur. c. neap. *om.* KEF

XXV. Formula de comite principis militum de comitiva supra scripta.
de comite] de comitiua A^e: *videntur delenda esse*
principis (-piis L^1) mil.] *om.* K
de com. s. s. *om.* KU^tEFA^e

LRKP(U)E(F)

I.

FORMULA CONSULATUS.

a. 511

1 Priscorum iudicio qualis sit consulatus, hinc omnino datur intellegi, quando inter mundi dignitates eximias solus meruit habere palmatas vestes, quas felicitas dabat: praemia vincentium, nomen annorum: compensatio sola cui debebantur omnia. statum rei publicae Romanae viri fortis dextera tuebatur, fortunas omnium ac liberos civis consilia vindicabant: et tot magnis debitis sola erat huius retributio dignitatis, reperta
2 in libertatis ornatum, inventa ad generale gaudium. Per illam nimirum status imperii iugiter crevit, illam semper felix Roma suscepit. merito pridem genus habebatur imperii: merito supra omnes cives poterat, qui ab hoste patriam vindicabat. utilitates publicas sub aequitate disponens ius dicebat etiam capiti: sed tuto illi commissa est
3 potestas necis, qui fuerat auctor salutis. Hinc est quod etiam fasces atque secures tantae potestati praeceptae sunt inligari, ut, cum tardius solverentur, moram deliberationis acciperent, si de caede aut nece hominis aliquid censuissent: ita cum omnia
4 eius traderentur arbitrio, ne insolesceret animo, consul dictus est a consulendo. Hinc tanta largitas profluebat, ut illa dextera, quae sanguinem copiose fuderat hostium, vitae auxilium civibus manaret irriguum. sic quos felices per bella fecerat, studio largitatis explebat. in argumentum etiam publicae gloriae solvebat famulos iugo
5 servili, qui libertatem tantae dederat civitati. Sed nunc sumitis ista felicius, quando nos habemus labores consulum et vos gaudia dignitatum. palmatae siquidem vestrae nostrae probantur esse victoriae et prosperrimae condicionis eventu vos in pace ingenuitatem ceditis famulis, cum nos securitatem demus per bella Romanis. atque
6 ideo per illam indictionem consulatus te decoramus insignibus. Pinge vastos umeros vario colore palmatae, validam manum victoriali scipione nobilita, lares proprios etiam calceis auratus egredere, sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus enisus ascende, ut in otio subiectus merearis, quod nos post maximos labores assumimus
7 imperantes. Rem victoriarum agitis, qui bella nescitis: nos iuvante deo regimus, nos consulimus et vestrum nomen annum designat. vicistis felicitate principes, qui et honores summos geritis et dominationis taedia non habetis. quapropter erige con-

---

LRKP(TU)E(F)

2 sit] fit *K* 5 dextra E^1 ciuis] *LRPTU*, cuius KEA^r, eius *F*, huius A^e 6 uindicabat *P* 7 libertatis] bertatis *P* mimirum L^1 8 felix] $K^2PTUEFA$, *om.* LRK^1 roma] forma E^1 pridem] quidem *A* 10 capti F^1, capitis F^2 11 necis qui fuerat (furat R^1) auctor] *bis (semel* actor *et sic U) T* est *om. P* etiam quod *T*, etiam *om. U* 13 si] ** si R^1 censuisset *TU* ita] ita ut *EFA* 14 trad. eius *R* a *om.* E^a 15 dextra A^e 17 augmentum A^r *Cui.* 18 ded. tante *R* nunc] non *K* 19 psalmate K^1 23 uario] ualido *F* 24 auratus] $LRKTUA^e$, auratis $PEFA^r$ curilem F^1, currulle *T* enixus *KTU* 25 subuectus L^1 post] per A^e 27 uicisti *K*

fidentiam mentis tuae: consules esse magnanimos decet. opes privatas non cogites, qui gratiam publicam donando habere decrevisti. Hinc est enim, quod alios iudices 8
etiam non rogantes evehimus. consules autem sperantes tantummodo promovemus, ut soli ad has largitates veniatis, qui vos pares tantis expensis esse cognoscitis. alioquin onera essent potius, non honores, si supra vires aliquid inponeremus invitis. fruere igitur decenter optatis. hic est ambitus qui probatur. esto mundo clarus, tibi prosperrimus, tuis autem posteris feliciter imitandus.

II.

FORMULA PATRICIATUS.

a. 511

Si antiquitatis ordinem perscrutemur origine dignitatum, patriciorum familia Iovi 1
noscitur fuisse dicata, ut summi dei, sicut putavere, cultura locum primarium possideret. sed quia vos aliquid habere decebat eximium et nomen ipsum patribus magna se vicinitate iungebat, superstitione derelicta ad vestrum coetum optima condicione migravit, quia pontificalis laus conscientiae senatui recte poterat convenire. Sic ex augurali 2
familia reges quoque legitis institutos, non iniuria, quia decuit a tali proposito venire qui publica poterat iura tractare. hinc est quod et honor ipse cinctus est, cum vacaret, nihil iurisdictionis habens et iudicantis cingulum non deponens. in quo felicitas perpetua nascitur, dum successoris ambitio non timetur: nam mox ut datus fuerit, in vitae tempus reliquum homini fit coaevus: ornatus individuus, cingulum fidele, quod nescit ante deserere quam de mundo homines contingat exire. Credo ad similitudinem 3
pontificatus, unde venerat, rem fuisse formatam: qui sacerdotium non deponunt, nisi cum vitae munera derelinquunt. additur quod leges tantam illis reverentiam detulerunt, ut in sacris positus, cum hoc fuerit honore praecinctus, paternae potestatis nexibus exuatur, nisi contra specialiter a principe caveatur. quod constat ratione probabili constitutum, ut qui amplissimum genium pretiosae libertatis acceperat, vilissimam condicionem cum subditis non haberet. Praefectorios et aliarum dignitatum viros prae- 4
cedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum etiam a nobis constat assumi. proinde necessario laudatam intellege dignitatem, ne aut nos parum dedisse videamur aut tu neglegentius tractes, si te aliquid mediocre suscepisse putaveris. quapropter ab illa indictione nostro munere sublevatus patriciatus culmen ascende, quod quidam iuridicorum a patribus dictum esse voluerunt, facturus omnia quae tantam reverentiam decent. nam quamvis magna contulerit nostra clementia, habes adhuc quod expetas, si te probabiliter tractare contendas.

III.

FORMULA PRAEFECTURAE PRAETORIO.

a. 511

Si honoris alicuius est origo laudabilis, si bonum initium sequentibus rebus potest 1
dare praeconium, tali auctore praefectura praetoriana gloriatur, qui et mundo pru-

LRKP(TU)E(F)

2 decreuistis *K*, meruisti *F* 4 patres *P*, partes *T* (*non U*) alioqui A^e 5 non] quam R^2EF, *om.* R^1 6 fruere i. d. optatis *om. F* hinc *F* 7 posteris] potestis K^1 9 ioui] omnium E^2 10 fuisse] esse E^a locum *om.* R^1 11 uos *TU* dec. hab. F^a se magna *EF* uicinitate] ciuitate *K* 12 optima] $LRTUE^2$, optata *P*, felici KE^1FA 13 ex *om. P* auguriali *U*, aguriali *T* 14 legitis] *T*, legis A^e 15 qui] qui nulla A^e est *om.* P^a et *om.* TE^a ciuctus] cuitus *P* 20 uenerat] uon u. E^1 qui] q͡ui *K*[?] 21 tanta *P* 23 probali K^a 24 genium] geuus F^1 25 aliorum *TU* 26 uni tantum] UF^2 *coniectura et item e coniectura Cuiacius*, unitatum $LRKPTEF^1A^e$, *om. inter alia* A^r quam *P* uobis *R* 27 collaudatam *R* 30 tantum *K* 31 expetas] *KEF*, ex(s)pectas *LRPTU*, expectes *A* 34 est alic. *R* 35 auctoritate *TUEF*

dentissimus et divinitati maxime probatur acceptus. nam cum Pharao rex Aegyptius
de periculo futurae famis inauditis somniis urgeretur nec visionem tantam humanum
posset revelare consilium, Ioseph vir beatus inventus est, qui et futura veraciter prae-
2 diceret et periclitanti populo providentissime subveniret. Ipse primum huius dignitatis
infulas consecravit: ipse carpentum reverendus ascendit: ad hoc gloriae culmen evectus,
ut per sapientiam conferret populis quod praestare non potuerat potentia dominantis.
ab illo namque patriarcha et nunc pater appellatur imperii: ipsum hodieque resonat
vox praeconis, instruens iudicem, ne se patiatur esse dissimilem: merito, ut, cui tanta
3 potestas potuit dari, videretur semper subtiliter ammoneri. Quaedam enim huic digni-
tati et nobiscum iura communia sunt. exhibet enim sine praescriptione longinquos,
magna quantitate multat errantes, fiscum pro sua deliberatione distribuit, evectiones
simili potestate largitur, vacantia bona proscribit, delicta provinciarum iudicum punit,
verbo sententiam dicit. quid est, quod non habeat commissum, cuius est vel ipse
sermo iudicium? paene est, ut leges possit condere, quando eius reverentia sine
4 appellatione potest negotia terminare. Ingressus palatium nostra consuetudine fre-
quenter adoratur et tale officium morem videtur solvere, quod alios potuit accusare.
potestate igitur nulla dignitas est aequalis. vice sacra ubique iudicat. nullus ei
miles de fori sui auctoritate praescribit excepto officiali magistri militum: credo, ut
vel illis aliquid antiquitas cederet, qui videbantur pro re publica bella tractare.
5 curiales etiam verberat, qui appellati sunt legibus minor senatus. In officio suo ius
retinet singulare et talibus tantisque noscitur iubere, quos etiam provinciarum iudices
non audeant in aliqua parte contemnere. officium plane geniatum, efficax, instructum
et tota animi firmitate praevalidum, qui sic peragent iussa, ut nullis morentur dila-
tionibus imperata. militia perfunctis tribunorum et notariorum honorem tribuit et
milites suos illis exaequat, qui inter proceres mixti nostris conspectibus obsecundant.
6 Gratanter implemus quae ille constituit, cuius reverentia et nos ita constringimur, ut
sine dubitatione faciamus quae illum decrevisse cognoscimus. non inmerito, quando
palatium sua provisione sustentat, servientibus nobis procurat annonas, humanitates
ipsis quoque iudicibus facit, legatos gentium voraces explet ordinationibus suis: et
licet aliae dignitates habeant titulos praefinitos, ab ista paene totum geritur, quicquid
7 in imperio nostro aequabili moderatione tractatur. Hanc denique curarum omnium
pulcherrimam molem, quod prosperum nobis, utile rei publicae sit, ab illa indictione
tuis umeris decenter inponimus, quam tu et ingenii virtute sustineas et summa fide
tractare contendas. quae quantum diversis sollicitudinibus constringitur, tanto magis
8 laudes amplissimas dignitas haec triumphat. Et ideo tantum lumen gloriae sit
actionibus vestris, ut et palatio nostro fulgeat et in provinciarum longinquitate

LRKP(TU)E(F)

1 diuitati *R*¹ probamur *E*², probaretur *F* 2 pericul* *R*¹ 3 possit *LR* iosep *TEF*, *inc.* *U*ᵃ future *R*¹*[?]* praedicaret *R* 4 per. pop. *post* prud. *TU* prudentissime *TUA*ᵉ 5 infulam *TU* reuerendum *U*, reuerenter *T* 6 poterat *EF* 7 ipsumque hodie *T*, ipsum quoque hodie *U* 8 diss. esse *P* tanta *om.* *R* 9 dari pot. *R* 10 communia] omnia *P* praescriptione] *PTUEFA*, perscriptione *LR*, proscriptione *K* 11 magna] magta *P*ᵃ multa terrantes *T*, multa tractantes *U* euectionis *LPT*, euectione *U* 12 largitur] largitatur *K*, distribuit *R*¹ prouincialium *EF* 13 est] enim *EF* quod *om.* *R*¹ 14 iudicum *P* quando] quoniam *EF* pot. neg. sine app. *A*ᵉ 15 terminare] finire *KA*ᵉ nostra *om.* *P* 17 ubique] ubi *E*¹ 18 magistri] magnum *K*², *inc.* *K*¹ 19 illis] illi *EF*, *om.* *TU* uidebatur *EF* 21 non aud. iud. *A*ᵉ 22 geniatum] gem̄niatum *K*¹*[?]* 23 perageut iussa ut] perageret iussa ut *EF*, peragentius autem *T*, peragentis aut *U* 24 imparata *F* et *om.* *E*¹ 25 exequatur *TU[?]* conspectibus] *LRPTUA*ᵉ, iussionibus *KEF*, conspectibus al. iussionibus *A*ʳ 26 et nos ita *om.* *TU* 27 quando] quoniam *EF* 29 quoq. ips. iud. *R*, quoq. iud. ips. *A*ᵉ 30 tot. pene *A* 31 in *om.* *KE* nostro *om.* *F* (a)equali *TU* curarum *om.* *TU* 35 dignitates *P*ᵃ sit] sic *K*, fit *A* 36 et *om.* *P* palatio] in p. *A* linginquitate *L*¹

reluceat. par tibi sit cum potestate prudentia: conscientiae tuae quadrifaria virtus
assideat. tribunal tuum ideo tam excelsum factum esse noveris. ut locatus ibi nihil
humile abiectumque cogitares. considera quid debeas dicere. quod a tantis excipitur.
Monimenta publica talia contineant, quae se legisse nullus erubescat. praesul mira- 9
bilis partem non habet cum delictis, qui nisi aliquid egregium assidue fecerit. culpam
vel otiosus incurrit. nam si praedictus auctor sanctissimus ille recolatur. quoddam
sacerdotium est praefecturae praetorianae competenter agere dignitatem.

IIII.

FORMULA PRAEFECTURAE URBANAE.

a. 511

Cum de dignitate commissa laus semper iudicis aestimetur et potior habendus 1
est quam sunt illi quibus praeesse cognoscitur, nemo amplius videtur erigi quam cui
potuit Roma committi. grande est quidem procerem esse, sed multo grandius de pro-
ceribus iudicare. senatus ille mirabili opinione gloriosus probatur habere praesulem.
quem mundus suspicit iura condentem: eoque fit ut illi utantur in senatu potestate
perfecta, qui apud te trepidant dicere proprias causas. Verum haec quoque modestia 2
cognoscitur esse praedicanda. ut optent se legibus teneri, quae ab ipsis sciuntur
potuisse constitui. quae res pro parte nobis absolute communis est: sed hac sola
ratione discreti, quod alteri subdi non possumus, qui iudices nos habemus. Respice 3
tot doctos viros et considera, quale sit his aliquid dicere nec erroris verecundiam
formidare. de talibus disceptas, quos tibi cognoscis esse potiores. sic ergo locum
tuum tracta, ut omnes te iudicem honoratae congregationis agnoscant. consides supra
omnes scilicet consulares: sententiam primus dicis: et in illa Libertatis aula reverendus
aspiceris. in qua commissos habere mundi primarios approbaris. Quis iam de obscuro 4
vitio cogitare possit, qui se inter tot morum lumina esse cognoscit? vis odium non
recipere? studium a te gratificationis exclude. publicum amorem necesse est habeas,
si secretius nil promittas. erit nimirum magnum et singulare praeconium. si iudices
non accipiant, ubi sunt qui multum dare contendant. Dicioni tuae non solum Roma 5
commissa est, quamvis in illa contineantur universa, verum etiam intra centesimum
potestatem te protendere antiqua iura voluerunt, ne tantae civitatis iudicem muralis
agger includeret. cum Roma omnia possideret. tu etiam ex designatis lege provinciis
ab appellatione cognoscis. Advocati tibi militant eruditi, quando in illa patria difficile 6
non est oratores implere, ubi magistros eloquentiae contigit semper audire. carpento
veheris per nobilem plebem, publica te vota comitantur. favores gratissimi consona
tecum voce procedunt. bene age, quia te veniente licet populis et tacere. habes
copiose. unde tibi gratiam tantae civitatis adquiras. si merces diversae sub nulla

---

LRKP(TU)E(F)

1 eluceat *R* quadrifariam *K* 2 ideo *om. P* tam *om.* PA^{r} factum esse] esse fact. *R*, esse (*om.* factum) E^{1}, *om. K* 3 hum. abiectumque] abi. hum. que *KEF* consideras L^{1} quid] id quod *T*, ad quod *U* 4 ullus *K* 5 dilectis *L* qui] quia *FA* nisi] si nihil A^{e} 6 auctor *om. P* 7 est] $PTUEFA^{e}$, *om.* $LRKA^{r}$ praefectore R^{1} compenter L^{1} agere] agere uidetur *K* dignitem P^{1} 10 sint EFA^{e} 11 quid. est *REF* 13 suspicit] *LRT*, suscipit *KPUEFA* eique *E* 16 potuisse] *LKPTUE*, posse *RFA* parte] pace *K* haec *K* 17 discerti *E* nos] non $PE^{2}A$ respicit R^{1} 19 tibi] talibus *R* 20 tuum *om.* K^{1} honorare *K* consides] $LKUA^{e}$, consides etiam *R*, considens *EF*, consideres PTA^{r} 22 approbraris *L*, approbatis *P* 23 uitio] iudicio *EF* tot (*om.* R^{1}) mor. lum.] mor. lum. (limina A^{e}, limiña A^{r}) tot *PTUA* non *om.* F^{1} 25 singulere *L* 26 ubi (ut *K*) sunt *om.* P^{a} diocioni K^{a}, dictioni *TA* 27 commissa — centesimum (centesimam A^{e}) *inc.* L^{a} etiam] *PTEFA*, est *U*, *om. LRK* 28 potestate *P* tentae L^{a} 30 quando] quoniam *EF* 31 contingit *TUEFA* 32 faueres L^{a} 33 et tacere] conticere *PA*

venalitate vendantur, si exhibitio salubriter accensa thermarum rapinarum ardoribus
non tepescat, si spectaculum, quod praebetur voluptati, non sit causa litigii. suaviter
enim cogit gratum esse populum, quisquis in certaminibus partium declinat iniustum.
7 Tanta enim vis est gloriosae veritatis, ut etiam in rebus scaenicis aequitas desideretur.
ammonitionum igitur ordine decurso per indictionem illam habitu te togatae dignitatis
ornamus, ut indutus veste Romulea iura debeas adfectare Romana. nam si isti dignitati
par fueris, nihil est quod a nobis minime consequaris. ad omnia enim tali suffragio
eris nihilominus dignus, si actionem tuam laudet senatus. perfecta enim rei fides est,
ubi consentanei testes probantur esse summates.

V.

FORMULA QUAESTURAE.

1 Si tantum clarae sunt dignitates quantum nostris aspectibus perfruuntur, si prae-
sentia frequens prodit dominantis affectum, nullus ita iudicum potest esse gloriosus
quam ille qui est in cogitationum nostrarum participatione susceptus. aliis enim
pecuniae publicae committimus procurationem, aliis causas concedimus audiendas, aliis
patrimonii nostri iura delegamus: quaesturam toto corde recipimus, quam nostrae
2 linguae vocem esse censemus. Haec nostris cogitationibus necessario familiariter
applicatur, ut proprie dicere possit quod nos sentire cognoscit: arbitrium suae volun-
tatis deponit et ita mentis nostrae velle suscipit, ut a nobis magis putetur exisse
quod loquitur. o quam arduum est subiectum verba dominantis assumere, loqui posse
quod nostrum credatur et provecti in publicum decorem gloriosam facere falsitatem!
3 Considerate quid ponderis habeatis pariter et decoris. si quid dubitamus, a quaestore
requirimus, qui est thesaurus famae publicae, armarium legum, paratus semper ad
subitum et, ut ait Tullius[1]) magister eloquentiae, nihil praestabilius videtur quam
posse dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, impellere quo velit, unde
autem velit, deducere. nam si oratoris est proprium graviter et ornate dicere, ut
possit animos iudicum commovere, quanto facundior debet esse, qui ore principis
populos noscitur ammonere, ut recta diligant, perversa contemnant, bonos sine fine
laudent, pessimos vehementer accusent? ut paene feriata sit districtio, ubi praevalet
eloquentiae fortitudo. sit imitator prudentissimus antiquorum, mores et alienos corrigat
4 et suos debita integritate custodiat. Talem denique oportet esse quaestorem, qualem
portare principis decet imaginem. nam si nos, ut assolet, causam gestis audire con-
tingat, quae auctoritas erit linguae, quae sub oculis regalem genium possit implere?
adesse debet scientia iuris, cautela sermonis, ut nemo debeat reprehendere quod

LRKP(TU)E(F)

1 incensa *F*, intensa E^2 2 uoluptatum R^1*[?]* 4 enim *(om. R)* uis est] est en. uis *A* desideretur] desideret ut *TU* 5 habitu] habui P^a togato *R* 6 inductus *K* 7 nil *P* 9 consentanea L^1 summantes *K* 11 aspectibus] affatibus A^c 16 esse censemus] cens. esse *P*, esse cognoscimus TUE^2 18 exisse] esse *T*, *om. U* 19 subi.] subi. esse *TU* 20 falsitatem] felicitatem KA^e 22 publ. fam. *EF* legum *om. P* 23 nil *P* prestantius *F* 24 uoluntates] $TUEFA^{r(a)}$, uoluptates $LRKPA^{r(b)e}$ implere L^1 25 autem] haut E^1 (*supra scr.* non) *F* 26 ess. deb. *TU* 27 populos *om. TU* 28 possimos *L* sit fer. *KEF* 29 fortudo P^a et alienos] etiam al. *R*, alienos *A* 30 debita] a debita T^bU, a debitate T^a 32 regalem genium] *KUE*, regule regale genium *(sic) P*, regale genium TFA^e, regale genium al. genim̃ A^r, regale ingenium *LR* 33 sormonis L^1

1) *de oratore 1, 8, 30:* neque vero quicquam mihi praestabilius videtur quam posse dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, impellere quo velit, unde autem velit deducere.

principem constiterit censuisse. opus erit praeterea firmitas animi. ut a iustitiae tramite nullis muneribus. nullis terroribus auferatur. Nam pro aequitate servanda et 5
nobis patimur contradici. cui etiam oportet oboediri. sed vide ut tantum doctrinae deferas, quatenus probabiliter omnia perquisitus exponas. aliae quippe dignitates assessorum solacia quaerant: tua vero dignitas principi consilia sumministrat. atque ideo prudentiae vel eloquentiae tuae fama provocati quaesturam tibi. gloriam litterarum. civilitatis templum, genetricem omnium dignitatum, continentiae domicilium, virtutum omnium sedem, per illam indictionem deo praestante concedimus, ut sic agas, quemadmodum te parem rebus praedictis esse contendas. Ad te enim provinciae sua vota 6
transmittunt: a te senatus iuris quaerit auxilium: a te docti probantur expetere quod noverunt, et necesse tibi est omnibus sufficere, quantos a nobis contigerit legum remedia postulare. sed cum haec omnia feceris, nullis elationibus efferaris, nulla mordearis invidia. alienis calamitatibus non laeteris, quia quod odiosum est principi, non potest convenire quaestori. exerce potestatem principis condicione subiecti. sic ore nostro glorificatus eloquere, ut te tamen rationem credas nobis iudicibus redditurum, ubi aut culpabilis vicissitudinem recipit aut boni propositi gloriam laudatus adquirit.

VI.

FORMULA MAGISTERIAE DIGNITATIS.

Reverendum honorem sumit, quisquis magistri nomen acceperit, quia hoc voca- 1
bulum semper de peritia venit et in nomine cognoscitur, quid sit de moribus aestimandum. ad eum nimirum palatii pertinet disciplina: ipse insolentium scholarum mores procellosos moderationis suae prospero disserenat. tam multi ordines sine confusione aliqua componuntur et ipse sustinet onus omnium, quod habet turba discretum. sic nominis sui gravitate perfunctus ornat actibus principatum. Per eum senator 2
veniens nostris praesentatur obtutibus: ammonet trepidum, componit loquentem, sua quin etiam verba solet inserere, ut nos decenter omnia debeamus audire. aspectus regii haud irritus promissor, collocutionis nostrae gloriosus donator. aulici consistorii quasi quidam lucifer: nam sicut ille venturum diem promittit. sic iste desiderantibus vultus nostrae serenitatis attribuit. causarum praeterea maximum pondus in eius audientiae sinibus optima securitate reponimus, ut eius curis fidelibus sublevati utilitatibus publicis vivacius occupemur. Veredorum quin etiam opportunam velocitatem, 3
quorum status semper in cursu est, diligentiae suae districtione custodit, ut sollicitudines nostras, quas consilio iuvat, beneficio celeritatis expediat. Per eum exteris 4
gentibus ad laudem rei publicae nostrae ordinatur humanitas et nolentes redeunt, quos maerentes exceperit. per eum quippe nobis legatorum quamvis festinantium praenuntiatur adventus: per eum nominis nostri destinatur evectio et isti principaliter creditur, quod tam necessarium esse sentitur. His etiam laboribus aestimatis potestatem 5
maximam huic decrevit antiquitas. ut nemo iudicum per provincias fasces assumeret.

LRKP(TU)E(F)

2 pro aequitate] pro equalitate *U*, proprie qualitate *T* 5 solatio *K* subministrant *T*, siue ministrat *U* 6 tua *K* 7 ciuilitatis] curialitatis *E*[1] templum] exemplum *E*[2] 9 contendis *U*, concedas *T* 11 est tibi *P* 12 omnium *TU* efferaris] efferatis *T*, *om. U* 13 odium *K* 15 nostro] uero *A* tamen] tantum *PEF* nobis] nostris *F* 20 pertinet *om. K*[1] 21 modeationis *P*[a] prospero] terminis prospere *A* 22 quod] quid *K*, quem *EF* 23 senatus *F* 24 intrepidum *R*[1] 25 nos *om. F* 26 regii] *KE*[1]*FA*[r(b)], regi *LRPTE*[2]*A*[e], regis *U*, regius *A*[r(a)] aut *T*, at *U* 29 audaciae *A*[e] finibus *TUFA* 31 quorum status semper in cursu] quorum tantus semper in cursu *U*, cuius semper tantum in cursum *T* 32 eteris *P*[a] 34 maerentes *potius quam* merentes exceperint *T*, extemperant *U* 35 nominis *bis E*: numinis *Iuretus* 36 quo *TU* 37 decreuit *om. TU* indicium *K* sumeret *TU*

nisi hoc et ipse fieri decrevisset. subdidit eius arbitrio aliena iudicia, ut ad ipsum
rediret quod alter visus est praestitisse. molestias quidem non habet exigendae
pecuniae, sed late bono fruitur potestatis indeptae, credo, ut ex diversis titulis de-
6 floraretur dignitas ad levamen principis instituta. Peraequatores etiam victualium
rerum in urbe regia propria voluntate constituit et tam necessariae rei iudicem facit.
ipse enim gaudium populis, ipse nostris temporibus praestat ornatum, quando tales
viros copiae publicae praeficit, ut plebs querula seditionem nesciat habere satiata.
7 Officium vero eius tanta genii praerogativa decoratur, ut militiae perfunctus muneribus
ornetur nomine principatus miroque modo inter praetorianas cohortes et urbanae prae-
fecturae milites videantur invenisse primatum, a quibus tibi humile solvebatur ob-
sequium. sic in favore magni honoris iniustitia quaedam a legibus venit, dum alienis
8 excubiis praeponitur, qui alibi militasse declaratur. Adiutor etiam magistri nostris
praesentatur obtutibus, ut vicaria sorte beneficii nos eligamus eius praesidium qui
nobis praestat fidele solacium. hanc igitur dignitatem, tot titulis claram, tot insignibus
opulentam, per indictionem illam gubernandam tibi congrua gravitate committimus,
ut omnia quae gesseris magister fecisse videaris: quia nihil moribus residuum relin-
quitur, si, quod absit, a tanta maturitate peccetur.

VII.

FORMULA COMITIVAE SACRARUM LARGITIONUM.

1 Grata sunt omnino nomina quae designant protinus actiones. quando tota am-
biguitas audienti tollitur, ubi in vocabulo concluditur quid geratur. donis enim prae-
sidere regalibus comitivam sacrarum largitionum indicia rerum verba testantur. quod
vere decorum, vere fuit omnimodis exquisitum in donorum regalium parte sequestratam
facere dignitatem et alterius honorem dicere, dum nos constet dona conferre. actus
innocens, pietatis officium illud semper ingerere, unde se fama principis possit augere.
2 Regalibus magna profecto felicitas militare donis et dignitatem habere de publica
largitate. alii iudices optemperant residuis virtutibus regnatoris: haec sola est, quae
tantummodo serviat ad momenta pietatis. nihil enim per ipsam districtum geritur,
nil severum forte censetur, sed tunc obsequitur, quando pro nobis vota funduntur.
supplicum per te fortunas erigimus, kal. Ianuariis affatim dona largimur et laetitia
3 publica militia tua est. Verum hanc liberalitatem nostram alio decoras obsequio, ut
figura vultus nostri metallis usualibus inprimatur, monetamque facis de nostris tem-
poribus futura saecula commonere. o magna inventa prudentium! o laudabilia in-

LRKP(TU)E(F)

1 hoc et ipse] ipse hoc *F* 3 late] aperte *Cui. cum codd. Carpentrasensi et Cantabrigiensi S. Petri et Vindobonensi 3112* fr. bon. *F* indempte *P*, inde cepite *T*, inde cepit *U*, incepte *EF*, adeptae *A* titulos *TU* defloretur *R* 4 etiam] et *F* 5 rerum *om. TU* tam] tamen *R* 7 plebs] *inc.* P^{a} nesciat habere] *PTUA*, habere (*om.* nesciat) *LR*, habere non debeat *KEF* 8 militiae] EFA^{e}, militia $LRKPTUA^{r}$ functus *TU* 9 praetorias *A* urbanas *R* 11 insticia *P*, iustitia *F* uenit *om.* F^{a} 12 praeponitur] A^{e}, proponitur *libri* alibi militasse (ministrasse *K*)] mil. al. *R* 13 obt. praes. *F* forte R^{1} nos *om. A* 14 claram] decoratam *KEF* 16 uideatur K^{a} 19 quando] quoniam *E* amb. tot. *TU* 20 audiendi $P^{b}A^{r}$ *(altero loco, nam haec in cod. geminantur)* bonis *P*, domus *T* 21 indicia A^{e} 22 uere] uere puto *T*, nunc puto *U*, uoce *E*, *om.* F^{1} donorum] dono *U*, domo *T* sequestratum L^{1} 23 offerre *R* 24 ingereres *T*, uigente *U* se (de L^{a}*[?]*) fam. pr.] fam. pr. se *F* 26 regn. uirt. *F* 27 seruit *TUE* nil *F* 28 fundantur L^{1} 29 supplicium L^{1} don. larg. aff. *R* 30 libertatem *KTU* obsequio] officio PA^{r} 31 de *om.* EF^{2} 32 commonere *K* prudentum *A*

stituta maiorum! ut et imago principum subiectos videretur pascere per commercium.
quorum consilia invigilare non desinunt pro salute cunctorum. Sed huic, ut ita dixerim, 4
munerariae dignitati praeconem largitatis nostrae, publicae felicitatis indicium. locum
quoque primiceriatus adiungimus, ut per te demus honores, per quem et nostrae
pecuniae conferimus largitates: merito, quando et simili gratia utraque praestantur et
ab uno debuerunt iudice geri, quae parili videntur laude coniungi. Parum est autem, 5
quod provinciarum iudices tuae subiacent dignitati: ipsis quoque proceribus chartarum
confirmas, dum perfectum non creditur nisi a te fuerit pro sollemnitate completum.
Vestis quoque sacra tibi antiquitus noscitur fuisse commissa, ne quid quod ad splen- 6
dorem regium pertinet tuis minus ordinationibus oboediret. Curas quoque litorum 7
adventicia lucri provisione committis. negotiatores, quos humanae vitae constat neces-
sarios, huic potestati manifestum est esse subiectos. nam quicquid in vestibus, quic-
quid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere
pretiosum, tuis ordinationibus obsecundant et ad iudicium tuum confluunt qui de
extremis mundi partibus advenerunt. Salis quoque commercium inter vestes sericas 8
et pretiosissimam margaritam non inepte tibi deputavit antiquitas. ut sapientiam tuam
evidenter ostenderet, cui talis species deputata serviret. Quapropter per illam in- 9
dictionem comitivae sacrarum et primiceriatus tibi conferimus dignitates, ut multis
laudibus decorari possis, qui honorum numerositate praecingeris. utere igitur sol-
lemniter titulis tuis et si quid tibi de antiquo privilegio usus abstulit, plurima certe
quae vindicare debeas dereliquit. quando duarum dignitatum gloriosa quidem cura, sed
et laboriosa custodia est. quae tibi copiosum fructum decoris afferunt, si probis
moribus excoluntur.

VIII.

FORMULA COMITIVAE PRIVATARUM.

Comitiva privatarum, sicut nominis ipsius sentitur insonare vocabulum, per 1
rationalium curam quondam principum privatam fertur gubernasse substantiam. et
quia iudicis fastigium exercere non poterat inter homines extremis condicionibus in-
clinatos, alios quoque titulos provida deliberatione suscepit, ne dignitas Latialis causam
tantum modo videretur habere cum famulis, sed actibus urbanis tunc se felicius occu-
pavit, postquam agrestium causas decenter amisit. Quid enim prius facerent inter 2
servos iura publica, qui personam legibus non habebant? non ibi advocatus aderat,
non se partes sollemni actione pulsabant: erat secretarium impolita seditione confusum
et appellabatur abusive iudicium, ubi non allegabantur a partibus dicta prudentium.
utitur nunc dignitas liberorum causis et legitimus praesul veraciter habetur, quando
de ingenuorum fortunis disceptare posse sentitur. Primum tibi contra nefarias libidines 3

LRKP(TU)E(F)

1 principis *TUEF* per — 2 salute *om.* L^1 3 numerarie $A^{r(b)}$ *Gar.* uestrae E^1 6 parili] pari EF^2 coniunge L^1*[?]* 7 subiaceant *EA* *ante* cartarum *vacat sp. 4 litt. P; excidit fortasse* decus *vel* munus *simileve vocabulum* 8 confirmas] c. officium $K^2FA^{r(b)}$ pro *om.* P^a 9 ne quid] *scripsi,* qui $LRKPTEF^1A$, cui F^2, *om.* *U* 10 regum *A* 11 aduenientia *F* constat] c. offerri F^1 12 est *om. F* 14 pretium *P* obsecundat *KA* confluunt] fluunt *P* qui] que *EF* 15 part. mundi *P* aduenere A^e salus *TU* siricas *E*, syricas *F* 16 pretiosissimam margaritam (magaritam *K*)] preciosissimas margaritas *P* 17 ostendere *K* cui talis species] cui talis spectet *U*, ciuitalis expectet *T* deputata] putata *K* seruiret] seruiri *U*, seruitia *T* per *om. R* 19 laudis E^1 21 debeat *EF* 22 copiosum *om. TU* 25 domitiua *R* ipsius] sui *F* 26 rationabilium *KEF* quondam] quando *TU* 29 tantum modo] tantum *A* uideatur *EF* 30 primitus *TU* 31 legibus] publicam *TU* ibi] enim *K* 32 se non P^a 34 librorum K^1 habere R^1 35 ingeniorum *PTUA* posse sentitur] posse uidetur *U*, posse fortunis *T* tibi] ibi $PA^{r(a)}$

et humani generis improbos appetitus quasi parenti publico decreta custodia est, ne
quis se probrosa commixtione pollueret, dum vicino sanguini reverentiam non haberet.
gravitas enim publica proximitatis sanctitatem et coniunctionis gratiam habita aestima-
tione discrevit, quia longe aliud debetur proximitatis naturae quam corporali possumus
indulgere licentiae. contra hos eligeris unicus et continens inquisitor, ut, dum talia
4 probra persequeris, consequaris praeconia castitatis. Defunctorum quin etiam sacram
quietem aequabilia iura tuae conscientiae commiserunt, ne quis vestita marmoribus
sepulcra nudaret, ne quis columnarum decorem inreligiosa temeritate praesumeret, ne
quis cineres alienos aut longinquitate temporis aut voraci flamma consumptos scelerata
perscrutatione detegeret, ne corpus, quod semel reliquerat molestias mundanas, humanas
iterum pateretur insidias. nam etsi cadavera furta non sentiunt, ab omni pietate alienus
esse dinoscitur, qui aliquid mortuis abrogasse monstratur. vide quae tibi commissa
5 sunt: castitas viventium et securitas mortuorum. Habes quoque per provincias de
perpetuario iure tributorum non minimam quantitatem. canonicarios dirigis, possessores
ammones, et cum aliis iudicibus non modica iura partiris. caduca bona non sinis esse
vacantia, ita quod usurpator potuit invadere, tu fiscum nostrum facis iustis compendiis
optinere. proximos defunctorum nobis legaliter anteponis, quia in hoc casu principis
persona post omnes est, sed hinc optamus non adquirere, dummodo sint qui relicta
6 debeant possidere. Repositivae quoque pecuniae, quae longa vetustate competentes
dominos amiserunt, inquisitione tua nostris applicantur aerariis, ut qui sua cunctos
patimur possidere, aliena nobis debeant libenter offerre. sine damno siquidem inventa
7 perdit, qui propria non amittit. Proinde, quod felicibus applicetur auspiciis, per in-
dictionem illam comitivae privatarum te honore decoramus, quam leges praefectis
quoque parem esse decreverunt: est enim et ipsa aulica potestas palatio nostro iure
reverenda, quam tu facies ultra terminos suos crescere, si susceptam continenter egeris
dignitatem.

VIIII.

FORMULA COMITIVAE PATRIMONII.

1 Antiquae consuetudinis ratio persuadet chartis nostris illos imbuere, qui longe
positi transmissas accipiunt dignitates, ut quos non poteramus praesentes instruere,
lectio probabilis commoneret. sed te, quem ad patrimonii nostri curas regalis de-
floravit electio, non destinatis praeceptionibus instruimus quam usu serenissimae collo-
cutionis erudimus. confabulationes siquidem nostrae erunt tibi instrumenta iustitiae,
quando illud gratum nobis esse perspexeris, quod et divinis potest convenire mandatis.
2 Patrimonium siquidem nostrum pro sublevandis privatorum fortunis tibi credimus, non
premendis. nam si tranquillitatis nostrae velis considerare rationem, quoddam regiae
domus famulis praeiudicium humilitatis imponis. proprias quippe utilitates improbus
dominus quoquo modo nititur vindicare: ceterum qui bonae famae studere cognoscitur,

LRKP(TU)E(F)

1 *appetitus R^1 2 sanguine PA^r reuentiam L^1 4 proximitati KA possimus PF 5 elegeris E ut] et EF 6 persequeris *om.* U consequaris *om.* T 7 iura] i. in $PTUA^{r(a)}$ murmoribus R^1 9 cineres L uorati K 11 etsi] et E^a, si TU 12 abr. monstr.] abrogatur TU 13 et *om.* TU 14 perpetuo A 16 usurpatio A^e 17 ca*su R^1 19 depositiuae A^e 20 ut] et EF sua acunctos R^1 22 perdit] prodit EF amittit] perdit R, perditi U, ammittitur T applicetur] approbetur P, approbatur A^r, non applicetur U, amplicetur T 24 aulita F 29 instituere E^1 31 non] non tam PA quam] quem KEF senerissimae P 33 prospexeris F 34 subleuandis] saluandis E^2F credidimus A^e 36 improbus] in quibus P^aT *(non U)*

suo semper iudicio plus gravatur. insolens libertati genus est rusticorum, qui adeo
sibi putant licere voluntaria, quoniam ad nostram dicuntur pertinere substantiam. esto
igitur illis cum erecta potestate moderatus. temperamentum simul damus, cui posse
concedimus. Considera, suscepta dignitas quo debeat splendore tractari, per quam 3
supra ceteros iudices familiaritatem principis habere meruisti. nam sicut sol ortus
corporum colores fugata nocte detegit, ita se morum tuorum qualitas assidue viso
principe non celabit. mens tua et oculis nostris patebit et auribus. in vultu et in
voce cognoscimus servientium mores. si facies tranquilla, si vox moderata suggesserit,
credimus esse probatissimas causas: quicquid enim turbulenter dicitur, iustitiam non
putamus. quapropter pensabit loqui tuum dominantis examen, quando nequeunt
proprias tegere voluntates, qui suos possunt proferre sermones. Speculum siquidem 4
cordis hominum verba sunt, dum illud moribus placere creditur, quod ipse sibi ad
agendum legisse monstratur. superbus quin etiam varicatis gressibus patet: iracundus
luminum fervore declaratur: subdolus terrenum semper amat aspectum: leves in-
constantia prodit oculorum: avarus obuncis unguibus explanatur. et ideo ad quas
provecti estis, studete virtutibus. quia nemo potest principem fallere, qui etiam rerum
naturalium causas in vobis optime probatur inquirere. Quapropter ad comitivam patri- 5
monii nostri te per indictionem illam deo iuvante promovemus, ut inavarum iudicem
palatia nostra testentur, quem nos iudicavimus esse promovendum. quid enim maius
cupias quam si te linguas nobilium laudare cognoscas? alibi forte iudices formidentur
iniusti: hic ubi remedium praesens petitur, redempta sententia non timetur. queri-
monias possessorum sine venali protractione discinge. omne siquidem iustum celeri-
tatis commodo transit ad beneficium et quod debito redditur, tali gratia munus putatur.
Possessiones nostrae vel quia sunt immobiles non egrediantur terminos constitutos, ne 6
condicione contraria quod non potest moveri, malis moribus contingat extendi. trade
etiam militibus tuis quam sectari delegeris animi castitatem, quoniam ille iustus potest
dici, sub quo non probatur excedi. utere igitur auctore deo concesso tibi feliciter
privilegio dignitatis. incitet te ad bonorum desiderium saepissime quod videris, quia
in his quae feceris iudex et testis ero. Nam et si epulas nostras sollicita ordinatione 7
disponas, non solum nostro palatio clarus, sed et gentibus necesse est reddaris eximius.
legati enim paene ex tota orbis parte venientes cum nostris coeperint interesse con-
viviis, ammirantur copiose repertum, quod in patria sua norunt esse rarissimum. stupent
etiam abundantiam unius mensae tantas servientium turbas posse satiare, ut indicent
consumpta recrescere, unde tantae copiae probantur exire. habent nimirum in sua
patria quod loquantur, dum parentibus suis dicere gestiunt quae viderunt. Sic prope- 8
modum in toto mundo celeberrimus redditur, qui providus nostris apparatibus invenitur.
adde quod tempora nostrae laetitiae secretaria tua sunt, cum pectus redditur curis
alienum et tunc tibi tribuitur suggerendi locus, quando cunctis adimitur. merito, ut
qui es iudex tanti apparatus et epularum, delinitus cibis tibi animus concedatur.

LRKP(TU)E(F)

1 libertatis *KTUEFA* 2 quoniam] quemadmodum *K* 4 speudore *P* 6 detergit *EF* 7 oculus R^{1} nostris] tuis P^{a} in uoce] uoce *L* 10 pensabat L^{1} 11 siquidem] quidem *F* 13 elegisse *EF* uarietatis *EF* 14 inconstatia L^{a} 15 ad quas] qua *T*, quibus *U* 16 nemo] ne *P* 18 inauarum] auarum L^{1} 19 magis *A* 20 te *om.* *P* linguam *T*, linguis *U* 21 petitur] *RKPTUEA*, patitur *L*, est *F* 22 protractatione *U*, protectione *T* discinb* K^{1} 24 uestre *R* 26 sectari] sectare $LR^{1}PUA^{e}$ quoniam] quomodo A^{e} 27 probatur] $KPTUEFA^{r}$, probantur *LR*, prohibeatur A^{e} excidi *L* auctoritate *TU* feliciter *om.* *F* 29 et *om.* L^{1} nostras *om.* *K* 30 solom L^{a} 31 enim *om.* *A* ceperunt *TU* 32 mirantur *R* in] *inc.* L^{1} carissimum *L* 33 abundantium *L* 34 recrescere] conreccescere E^{1} tantae copiae] $E^{b}F$, tanta copiae E^{a}, tante copie que *R*, tantae (tanta A^{e}) quae *LPTA*, tante et *U*, tanta *K* 35 gestiunt *bis* P^{a} 36 redditur *om.* P^{a} 37 nostra *TU* 38 alienum] *PEFA*, alienis *LRKTU* tibi *om.* *L*

X.

FORMULA QUA PER CODICILLOS VACANTES PROCERES FIANT.

1 Periclitarentur graviter boni mores, si aut solis divitibus aut corpore valentibus
praestarentur tantummodo dignitates, dum multos invenias excubias palatii refugere,
qui magis possunt laudabili conversatione fulgere. multis enim facultas sua non
sufficit ad triumphum, multis philosophantibus corporis valitudo subtrahitur et fit
plerumque, ut sapientes inremunerati iaceant, si semper homines ad honores comitatensi
observatione perveniant. rarum est uni multa confluere, cum omnibus debeat
2 regnantis pietas subvenire. Quid si expensas consulatus pauper nobilis expavescat?
quid si sapientia clarus praefecturae nequeat sustinere molestias? quid si pondera
quaesturae affluens lingua formidet? quid si reliqui fasces molestiarum taedio vitentur
forte quam meritis? nonne si a magnis viris talia fugiantur, in verecundiam nostrae
mansuetudinis quandam repulsam suscipiunt dignitates? quanto iustius bono principi
inremuneratum nihil relinquere, quod fecit natura laudabile! sapientia est, quae
honores meretur, totum aliud extrinsecus venit. sola est prudentia, quae rebus
omnibus praeponitur, quando in homine feliciter invenitur. sit apud nos et fortunis
integerrimus consularis, sint et sine longo labore primates, habeant exercitia praemia
3 sua: sed et iste honorabilis locus sit, qui tantum meritis comparatur. Neque enim
absurde leges sacratissimae censuerunt eos, quos bonae opinionis fama commendat,
codicillis vacantibus tales quaerere summitates. quos etsi facultas in tanti honoris
apparatu desereret, virtus conscia non celaret. animati sunt ad talia, qui de sua
videbantur desperare fortuna. hoc et validissimus ad labores, hoc et inbecillis corpore
meretur ad laudes. nam omnes sub diversitate praedicantur, quos huiusmodi honoris
nomen amplectitur et magis nescio quid amplius meriti extorsisse creditur, qui rem
4 laborantium otiosus meruisse sentitur. Atque ideo praesentibus codicillis ab illa indictione
illud tibi propitia divinitate defende, ut considerata ratione praesentis temporis
adepti honoris ordine potiaris: ita tamen, ut illi modis omnibus praeferantur, qui
sudore maximo nostris aspectibus affuerunt. necesse est enim, ut unum cedat meritum
duobus evictum. alioquin omnes ad quietas possunt currere dignitates. si laborantes
minime praeferantur otiosis. consequantur illa qui possunt, nec vobis desint ista quae
cedimus. sic utraque gratia concitati et illi ad palatia nostra festinare poterunt et
vos optati honoris gaudia comitantur.

LRKP(TU)E(F)

4 fugere *EF*, resurgentes *T (non U)* 5 possint A^e 6 sit *T*, sic *U* 7 iacent L^1 comitensi L^1, comitantes si *U*, coumittantes si *T* 8 est] est enim *TUEF* uni (ubi E^1) multa] in multa *U*, multa uni *T* 9 expensis A^e expauescas L^1 10 modestias *TU* 12 quam] *malim* perquam meritis *om.* P^a in uerecundiam] $KEFA^r$, inuerecundia L^2RPTUA^e, uerecundia L^1 13 repusam F^1 dignitatis *E* quando *R* 14 facit *A* 18 tantum *om. P* 19 leges *om. TU* 21 uirtus conscia] $R^2E^1FA^e$, uirtus conscientia $L^1R^1KP^aA^r$, uirtus couscienti(a)e *TU*, uirtus conscientiam E^2, uirtutis conscientia L^2P^b 22 hoc] homo E^1 23 mereretur *P* huiusmodi] huius KA^e honoris *(om.* PA^r*)* u.] u. hon. A^e 24 meritis *TU* 25 codicellis *LR*, codicelli *U*, codicilli *T* 26 defendit *EF* praesenti *K*, *om. R* 28 uestris L^1 ut unum *om. K* cedat] $KTUE^2$, credat *LRPA*, cadat E^1F 29 duobus euictum (uictum *TU*, euectum A^e) *om. F* alioqui A^e omnes ad quietas (quietos P^a)] ad q. omn. *F* occurrere *R* 30 nobis *TF (non U)* 31 concedimus P^b, credimus *R* potuerunt *K* 32 optati] adoptat *T*, adoptata *U*

XI.

FORMULA ILLUSTRATUS VACANTIS.

Constat felicem esse rem publicam, quae multis civibus resplendet ornata. nam 1
sicut caelum stellis redditur clarum, sic relucent urbes lumine dignitatum: non quia
fiat homo alter honoribus, sed quia modestior efficitur, a quo conversationis ordo melior
postulatur. quis enim opinionem suam vituperabiliter tractare velit, quam specialiter
ad laudes electam esse cognoscit? illum siquidem honores glorificant, quem commendat et vita. nam malo instituto vivere nec principi fas est, quando et de illo
populus occulte potest dicere, cui mores suos publice nullus ausus est imputare. Cape 2
igitur pro fide ac laboribus tuis comitivae domesticorum illustratum vacantem, ut et
tuis civibus decoratus appareas, et, quod est dulcissimum mentibus bonis, ingiter
propriis utilitatibus occuperis. quid enim fortunatius quam agrum colere et in urbe
lucere, ubi opus proprium delectat auctorem nec aliquid fallendo conquiritur, dum suavi
horrea labore cumulantur? quapropter nos dedimus delectabilem honorem, tu conversationis associa dignitatem, nam utraque sibi coniuncta sunt: unum pendet ex
altero: non coalescunt sparsa semina, nisi et terrae qualitas fuerit operata: habiturus
messem de nostra gratia copiosam, si a te iudicia nostra cognoverimus optime fuisse
tractata.

XII.

FORMULA COMITIVAE PRIMI ORDINIS.

Magnum quidem multis et inter vices videtur esse geniatum publicae utilitati 1
probis actionibus occupari: sed quanto felicius honorem splendidum sumere et cogitationum molestias non habere? interdum enim assidui labores et ipsas ingratas
faciunt dignitates, dum inbecillitas humana cito solet sustinere fastidia et quod prius
ambisse creditur, postea vitare velle sentitur. sed hoc multo praestantius adesse conspectibus regiis et abesse molestiis, gratiam habere loci et vitare contumelias actionis.
dulce est aliquid sic mereri, ut nulla possit anxietate turbari, dum multo gratius
redditur, ubi prosperitatis sola gaudia sentiuntur. Hunc igitur honorem tam tibi 2
respicis otiosa remuneratione praestitum quam nimium laborantibus antiqua noscitur provisione collatus, ut rectores provinciarum anni actione laudatos vix ad tale
culmen adducerent, quibus confitebantur plurima se debere. consiliarii quoque praefectorum conscientia clari, dictatione praecipui, qui in illo actu amplissimae praefecturae sic videntur exercere facundiam, ut ad utilitates publicas expediendas alteram
credas esse quaesturam. unde frequenter et nos iudices assumimus, quia eos doctissimos comprobamus. Quid ergo de tali honore sentiatur, agnosce, quando perfecti viri 3

LRKP(TU)E(F)

2 resplendet ornate P^a, ornata respleudeat *F* 3 sic] sit *L* 6 electam *om.* F^1 illum] illum igitur L^a*[?]* quem] quod U^1, quem ad modum *T* 7 quando] quoniam *E* et *om.* L^1F 10 dilectissimum *K* 11 quid] q. est *E* fornatunatius R^1 12 delectet *F* conquiritur] cum quaeritur *T*, acquiritur *U*, quaeritur *F* 14 utrique L^1 15 et] etiam *A* habiturus] h. es L^2 16 optime *om. TU* 19 uices] uiros *E* 21 labores] honores R^1 et] etiam *A* 23 uelle] *PTUEFA*, *om. LRK* hoc multo ... 24 abesse *om. TU* praestantius] constantius *F* 24 conmulias E^1, contumulias E^2, contraria melius *T (non U)* 25 est] e *P* 26 hunc igitur (ergo *R*) honorem] hic ig. honor *EF* tam] *scripsi*, quem *libri* 28 noscitur prouisione] prou. (*om.* nosc.) P^a, prou. nosc. P^b 29 abducerent R^1*[?]* 31 fecundiam P^a 32 doctissimos] edoctissimos esse *T*, electissimos esse *U* 33 sentia* R^1 praefecti *RA*

pro tot laudabilibus institutis huius inveniunt praemia dignitatis et merito cum tanta pompa ceditur, quae senatorii quoque ordinis splendore censetur, spectabilitas clara et consistorio nostro dignissima, quae inter illustres ingreditur, inter proceres advocatur: otiosi cinguli honore praecincta dignitas, quae nullum novit offendere,
4 nullum cognoscitur ingravare et super omnia bona concitare nescit invidiam. Quocirca provocati moribus tuis comitivam tibi primi ordinis ab illa indictione maiestatis favore largimur, ut consistorium nostrum sicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes, quando vicinus honor est illustribus, dum alter medius non habetur. delectet te illos
5 imitari, quos proximitate contingis. Tu locum amplum et honorabilem facis, si te moderata conversatione tractaveris. ammoneat te certe, quod suscepta dignitas primi ordinis appellatione censetur, utique quia te sequuntur omnes qui spectabilitatis honore decorantur. sed vide ne quis te praecedat opinione, qui sequitur dignitate. alioquin grave pondus invidiae est splendere cinguli claritate et morum lampade non lucere.

XIII.

FORMULA MAGISTRI SCRINII QUAE DANDA EST COMITIACO, QUANDO PERMILITAT.

1 Si honor frequenter defertur otiosis, si interdum aut nobilitas eligitur aut ad promerendum aliquid personae tantum gratia suffragatur, quo studio remunerandi sunt, qui ad agonis sui praemia pervenerunt? considerandum, quali labore servitum est, et sic de remuneratione cogitandum. harum quippe rerum mensura de contrario venit, dum tale oboedientibus dari debet donum, quale indevotis potuit esse periculum.
2 Grandia sunt, quae sustinent excubantes: personas contumaces ad parendum cogunt, latentes in cubilibus suis prudenti sagacitate vestigant, superbis modestiam aequalitatis imponunt: ita quod a iudicibus breviter dicitur, ab ipsis efficacia famulante completur. notum est quae pericula sustineant, cum ad causas mittuntur alienas. si segnius agat, petitor queritur: si districte, pulsatus vociferatur. sic inter utrumque diversum rara
3 laus est invenisse praeconium. Dignitatum pace dicamus, facilius est laudatum iudicem reperire quam militem iniuncta sine offensione complere. aliud est enim tantum dicere legitima, aliud ad terminum deduxisse iustitiam. laudabiliter quidem bonum dicitur, sed multo gloriosius statuta complentur. verba tantum diriguntur a praesulibus, a militibus autem postulatur effectus. post omnia periculis subduntur, si constricti ali-
4 quid verisimile conquerantur. Frequenter nocuit aliis ipsa quoque integritas actionis. nam multos, quos in executione contristare nisi sunt, ipsos postea impensos iudices pertulerunt. offendunt enim frequenter ignari quibus sunt postea parituri et dum causis alienis fidem custodiunt, interdum pericula propriae salutis incurrunt. verum

LRKP(TU)E(F)

1 pro] per *LP* laudibus *KTUEF* huius] huius modi *KPEF* 3 nostro *om.* R^1 4 cinculi *T*, singuli *KU* nullum nou. off.] nouerit ostendere nullum *P*, *om. T (non U)* 5 inuidia *TU* quocirca] quapropter *F* 6 magestatis *P* 7 togatus E^2F *et sic e coni. Cuiacius, fortasse recte* laudatus] indutus E^1F 8 uicinus] et u. *TU* delectat A^e illos *om. PA*, *recte fortasse* 9 tu] tu tibi *EF* 10 consideratione *A* 11 sectantur *U*, sequitur *T* 12 sequuntur *T* alioqui A^e 13 graue] grande *TU* singuli *K*, cinculi *T*, anguli *U* 17 sunt *om.* F^1 19 cogitandum] tractandum *F* rerum *om. TU* de contrario] detractio *T*, de tertio *U* 20 debet *om.* K^1 qindeuotis R^1 23 complentur E^1 24 cum] dum *EF* 25 distric** L^1 pulsatus uociferatur] pulsatus suum feratur *T*, pulsaturus infertur *U* sic] sed *K*, si *EF* 26 dignitum F^a ind. laud. *TU* 27 offensio *K* dic. tant. *EF* 28 duxisse K^1 29 gloriosus F^1 30 si constricti] sicut stricti *T*, sicut secti *U* 31 conquerentur L^a, *om. R* aliis] *scr.* talibus quoque *om. F* 32 contristari *A* nisi] uisi *EF* impensos] *fortasse* infensos 33 ostendunt P^a paritura *TU* 34 causis *om. TU*

inter haec militem evasisse laudatum nonne iuste videtur esse miraculum? Talibus 5
igitur meritis vicissitudo reddenda est, ut nimio labore torpentes indultis compensa-
tionibus excitemus. utere igitur confidenter quicquid veteranis munifica iura tribuerunt,
nulli sordido subiciendus oneri, qui te purissima conversatione tractasti. Comitivam 6
quoque tibi primi ordinis, quam tali militia perfunctis cana deputavit antiquitas,
secundum statuta divalia vindicabis. Haec quidem priscorum beneficio consequeris, 7
sed nostri nominis contra inciviles impetus et conventionalia detrimenta perenni tuitione
vallaris, ut officium, quod nostris iussionibus speciali sollicitudine famulatum est, amplius
aliquid a militibus ceteris promereri potuisse videatur. multa quoque tot librarum auri
percellendum esse censemus, si quis statuta nostra qualibet crediderit occasione violanda.
nec tamen aliquid contra te valere permittimus, quod dolosa fuerit machinatione
temptatum.

XIIII.

FORMULA DE HIS QUI REFERENDI SUNT IN SENATU.

Optamus quidem curiam senatus amplissimi naturali fecunditate compleri subolem- 1
que eius tantum crescere, ut (quod difficillimum aviditatis genus est) parentum videatur
vota satiare. sed minus amantis est non amplius aliquid quaerere, unde tantum
numerum possit augere. agricola diligens praeveniendo adiuvat imbrem caelestem et
ante rigat plantaria, quam pluvias mereantur optatas. arborum quin etiam fetus
meliorare contendens diversi germinis feturas instituit, ut multiplicata dulcedine
fructuum hortis suis conserat varietatis ornatum. sic nos virtutum iucundissimas
laudes in cinctum Gabini desideramus includere, ut germen alienum amplexu gratiae
colligatum curiae moribus inolescat. Sed haec cultura longe dissimilis est. arboribus 2
enim quod melius putatur inseritur: ad illas peregrina veniunt, ut de illorum potius
suavitate dulcescant. vobis autem, ut agrestia proficiant, offeruntur. nam quamvis
ignis nocte reluceat, soli tamen praesentatus obscurus est: hinc est quod ad illum
ordinem nihil potest eximium deferri, nisi quod per ipsum probatur augeri. et ideo
illum natalium splendore conspicuum et ingenii calore prudenter accensum senatus
lumen excipiat. hactenus enim fuit suis meritis clarus: sed iam erit de vestra con-
spicuitate perlucidus. Pandite curiam, suscipite candidatum: iam senatui praedestinatus 3
est, cui nos contulimus laticlaviam dignitatem. benignos esse necesse est publicos
patres, quia hoc vocabulum non tantum suo debet germini quantum studio votoque
generali.

LRKP(TU)E(F)

1 laudatum] *KTUEF*A^e, laudatur *LRP*A^r 2 indultis] R^2*KE coniectura*, induletis *F*, indutis *LPTU*, indictis *A*, *om. sp. vacante* R^1 3 incitemus *EF* munificentia K^1 4 nullo *LRPTUA* subicientibus P^1, subiendus *T (non U)* oneri] honori *TU* te *om.* R^1 7 inciuiles] ciuiles *F* et *om. TU* conuencinalia *P* 8 quod] qui *U*, *om. T* 9 a mil. al. *R* tot] *LRPTUA*, decem *KEF* 10 procellendum P^1*T* quaelibet *T*, quilibet *U* 11 te *om. F* 14 curiam *om. L* 15 auiditatis (auidatis $P^a E^1$) genus] g. a. *R* uideatur *(bis P)* uota] uot. uid. *R* 16 sociare $R^1 E^1$ aliquid] aliquod *U*, est al. *T*, *om.* A^e tantum *om. P* 18 etiam] et *P* 19 germinis] generis *EF* ferturas E^2, profuturas *R*, fetaris *T*, ferās *U* institu L^1 20 hortis suis] *UEF*, oris suis *T*, hortis (hortus P^2) sue *P*, ortus sui A^r, hortis sui A^e, orti sui *LRK* conserat] *RKPTUEF*$A^{r(b)}$, conferat *L*$A^{r(a)e}$ nos *om. F* 21 cinctum *om. in sp. vac. P* gauini *LRKPTF*, gaiuin *EA*, gaudium U^2, *om. in sp. vac.* U^1*: fortasse Gabini cinctum auctor parum recte posuit pro Gabino accipiens non magis recte de toga senatoria* amplexu] complexu *P* 22 inolescat] molescat *U*, mollescat *T* 23 ut de] unde *P* 24 nobis *TU* autem] aut *R* 25 nocte] noster *TU* obscurum L^1 27 illum natalium] nat. ill. *EF*, illuminat alium *P*$A^{r(a)}$ splendorem $L^1 R$ **spicuum R^1, conscicuum P^a accenssum R^1, accessum P^a 28 enim *om.* A^e suis *om. P* nostra *EF* perspicuitate *EF*A^e 29 praelucidus *A* senatu *E* 30 lanticlauiam *F* nec. est esse *TU* 31 debetur *EF*, debent *TU* generi *F*

XV.

FORMULA VICARIIS U· R·

1 Vices agentium mos est sic iudicum voluntatibus oboedire, ut suas non habeant
dignitates. splendent mutuato lumine, nituntur viribus alienis et quaedam imago in
illis esse videtur veritatis, qui proprii non habent iura fulgoris. tu autem vicarius
diceris et tua privilegia non relinquis, quando propria est iurisdictio, quae datur a
principe. habes enim cum praefectis aliquam portionem: partes apud te sub prae-
toriana advocatione confligunt: vice sacra sententiam dicis et, quod maxime fidei
signum est, in inscriptionibus vita tibi committitur hominum, quod inter mortales
2 constat esse pretiosum. Additur quod nec salutari te sine chlamyde iura voluerunt,
scilicet ut sub veste militari semper visus numquam credereris esse privatus. sed
haec omnia ad praefecturae gloriam iudicamus esse concessa, ut qui tantae sedis
vicarium diceret, umbratile nil videret. considera qualia de te praestes, qui tanta
auctoritate subveheris. exuendus a crimine non nudetur ab innoxia facultate: nam
quid tibi debere possit, si nummis suis imputet quod evasit? ad similitudinem quippe
summorum carpento veheris. intra quadragesimum sacratissimae urbis iura custodis.
Praeneste ludos edis in vicem consulis in honorem positus dignitatemque senatoris
3 adquiris et illa tibi panduntur atria quae summatibus probantur esse collata. Hinc
est quod in aula Libertatis locum patrium tenes et ibi mereris consessum, ubi est vel
intrasse praeconium. ipsi quin etiam senatores, qui praecedunt ordine, aliqua videntur
a te necessaria postulare. habes quod praestes potioribus te nec inmerito inter prae-
cipuos censendus es, qui aut iuvare potes aut laedere consulares. erige animos sub
qualitate modestiae. talis est unaquaeque dignitas, qualis administrantium est voluntas.
nihil abiectum est, quod in re publica geritur, nisi malis fuerit moribus vitiatum. nam
si humilium privatorum placet aequalitas, quanto magis grata est in potestatis culmine
4 custodita, quae difficile modum servat, dum ad suum velle festinat? Proinde vicariae
tibi dignitatem serenitatis nostrae aestimatione conferimus, quam sic Romae geras,
ut conscientiam tuam tanta civitate facias esse dignissimam. usurus omnibus privi-
legiis, quae tuos decessores habuisse constiterit, quia sicut a vobis instituta antiquorum
deposcimus, ita et dignitati vestrae vetera non negamus.

XVI.

FORMULA NOTARIORUM.

1 Non est dubium ornare subiectos principis secretum, dum nullis aestimantur
necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati. publicum est quidem

---

LRKP(TU)E(F)

2 moris *T*, mox *U*   4 esse uid.] uid. esse *RA*, esse uid. esse *P*[a], esse nidentur *F*   5 quando] quoniam *EF*   iuris est dictio *R*   8 in *om. F*   9 sine] si *K*   10 esse *om. K*   12 nichil *T*, *om. U*   uideret] haberet *F*[2]   qui *om. F*[1]   13 subuegeris *P*   nudentur *P*[a], nidetur *RTA*, *inc. E*[1]   ab innoxia] an noxia *T*, a noxia *U*   14 nummibus *EF*[1], minimis *A*   15 sacratissim(a)e] sanctissimae *PA*   16 ludo sedis *LRU*, ludo sedes *KEF*[b], in ludo sedis *T*   honore *F*   17 pand. tibi *R*   esse *om. R*[1]   18 aula] aula coelica *A*[e]   consensum *E*, concessum *F*, esse consensum *T (non U)*   uelut *R*[1][?]   19 introisse *TU*   20 te nec inmerito] tene cum merito *TU*   22 unaque *P*   est adm. *RF*   23 nil *P*   est abi. *F*, adiectum est *TUA*   fuer. moribus] *L*[1]*PA*[r], mor. fueris *U*, fuer. forte moribus *L*[2], fuer. moribus forte *RKEF*, mor. fuer. forte *T*, fuerit mor. forte *A*[e]   24 quato *L*   25 difficilem *PA*   27 conscientiae *P*[a]   esse *om. K*[1]*E*   28 nobis *KE*   ant. inst. *KEFA*   31 nullis] *PEFA*[e], nulli *LRKTU*   32 est] est enim *K*

omne quod agimus: sed multa non sunt ante scienda, nisi cum fuerint deo auxiliante
perfecta. quae tanto plus debent occuli, quanto amplius desiderantur agnosci. Regis 2
consilium solos decet scire gravissimos. imitari debent armaria, quae continent monu-
menta chartarum, ut quando ab ipsis aliqua instructio quaeritur, tunc loquantur: totum
autem dissimulare debent, quasi nesciant scientes. nam sollicitis inquisitoribus saepe
et vultu proditur, quod tacetur. assit innocentia, quae cuncta commendat, quia in
placida mente regia decent verba deponi. Sed quoniam te probatis moribus institutum 3
venatrix bonae conversationis sollicitudo nostra respexit, ab illa indictione notarium te
nostrum esse censemus, ut ordine decurso militiae ad primiceriatus feliciter pervenias
summitatem. honor, qui efficit senatorem, cui patrum aula reseratur, non iniuria: nam
qui nostris curis militat assidua lucubratione, iuste videtur et curiam Libertatis intrare.
Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, ut, si quoquo modo ad illustratum vel 4
vacantem meruerit pervenire, omnibus debeat anteponi, qui codicillariis illustratibus
probantur ornari. unde absolute colligitur primiceriatus meritis datum uti, ut in uno
eodemque titulo dispar esset dignitas aequaliter adquisita. animari debes igitur ad
labores, quando tibi tale praemium propositum vides, quale se gaudent invenisse
summates.

XVII.

FORMULA REFERENDARIORUM.

Quamvis tantum sit clara unaquaeque dignitas, quantum eam praesentiae nostrae 1
conspectus illuminat, dum semper honorem suscipit, qui nostra colloquia decenter
adquirit, nemo tamen sermones nostros tantum meretur quam qui referendarius esse
dinoscitur. per eum nobis causarum ordines exponuntur. per eum interpellantium
vota cognoscimus et ipsis responsa reddimus, ut negotia compedita solvamus. Magnum 2
est in hoc agone principali servire prudentiae et ad subitum sic dolores alienos
asserere, ut conquerentium videatur vota satiare. quale est enim in tumultuosis pro-
cessionibus nostris nulla permixtione confundi aut minime tantis clamoribus impediri?
necesse habet a turbatis exquirere, quod nobis possit placabiliter intimare et distinctius
referre quam potuisset audire. Arduum est trepidantium dicta componere et verum 3
dicere: non tantum interpellator formidat negotii sui casum quantum sustinet iste in
relatione periculum. si quid minus dixerit, inimicus asseritur, redemptus clamatur.
negotii dominus timoris patrocinio potest sua verba convertere, referenti autem non
licet aliquid immutare. sententiae vero nostrae tanta memoriae cautela tenendae sunt,
ut nihil minus, nihil additum esse videatur. nobis plerumque audientibus nostra
dicturus es et difficili condicione constrictus iudicio nostro subiaces, dum alienas
causas explanare contendis. Quapropter referendarium te electio nostra constituit: 4
sed tu puritatem conscientiae et veritatem linguae nostris iussionibus adhibeto. erudi-

---

LRKP(TU)E(F)

2 quae] quia F^2 3 monimenta *RT* 4 quer. al. instr. *R* 5 dissimilare F^1 sc. nesc. *F* 6 tacetur] lingua tacetur P^b 7 decent] decenter debent *A*: *scr.* decet quoniam] quando A^e 8 uenatrix] et u. *E* ab ill. ind. not. te nostr. (nostr. te *KE*)] not. nostr. ab ill. ind. te *F* 9 diuerso R^1[?] 10 summitatem] dignitatem *KEF* efficit] facit *F* 11 lucubratione $TUEF^2$ 12 quoquo] quo A^e 13 omnibus] omnibusque *E* codicilliariis T^a, codicillarius *U* 15 titilo P^a 16 quando] quoniam *EF* 17 summitates *P* 19 cl. sit *R* una *om.* *PA* eum *PU*, enim *T* 20 illuminas P^a 21 quam] quantum *F* 23 reddimus] damus *F* compedita] tibi competita P^a 25 asserere] exprimere *F* processilus F^2 28 est *om.* $PA^{r(a)}$ 29 interpellatur *F* casum] $RKPUF^2A$. causam $LTEF^2$ sustine *K* 31 timorem P^a renerenti *P* 34 constrictus *om.* *P* 35 contendas *P*

tionem vero mirabilem collocutio tibi nostra concedit, quae dum per te alios ordinat, qualitatem tuae mentis exornat. sub nobis enim non licet esse imperitos, quando in
5 vicem cotis ingenia splendida reddimus, quae causarum assiduitate polimus. Quapropter illa cunctis iussisse nos referte, quae aut debuistis aut potuistis accipere. nostra sic probatis, si iusta redicitis. amate quod nos glorificat. sit velle vestrum quale videtis nostrum esse propositum. ad summum tales vos esse cupimus, ut etiam per vos iudices corrigamus. peculiare de vobis aliquod vectigal exigimus, ut sicut vobiscum familiariter miscemus affatus, ita et nostra opinio specialiter a vobis mereatur affectum.

XVIII.

FORMULA PRAEFECTURAE ANNONAE.

1 Si ad hanc mensuram censendae sunt dignitates, ut tanto quis honorabilis habeatur, quanto civibus profuisse cognoscitur, is certe debet esse gloriosus, qui ad copiam Romani populi probatur electus. tui siquidem studii est, ut sacratissimae urbi praeparetur annona, ubique redundet panis copia et tam magnus populus tamquam una mensa satietur. per officinas pistorum cibosque discurris, pensum et munditiam panis exigis nec vile iudicas esse, unde te possit Roma laudare: merito, quando
2 gloria singularis est illius civitatis affectus. Et ne quod agis aliquid putetur extremum, carpentum praefecti urbis mixta gratificatione conscendis. tu illi in spectaculis coniunctissimus inveniris, ut plebs, quam industria tua satiat, in suam reverentiam te honoratum esse cognoscat. nam si querela panis, ut assolet, concitetur, tu promissor ubertatis seditiones civicas momentanea satisfactione dissolvis et per te prospicitur,
3 ne quid a populis conquerentibus excedatur. Non immerito Pompeius fertur copiae quantitate provisa usque ad rerum pervenisse fastigia, quia merito singularis amor est populi, cum potuerit a penuria liberari. hinc ille gratificationem meruit plausumque popularem: hinc unice semper amatus est et in gratia civium omnium vicit facta maiorum: qui ne aliquando inhonore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur et
4 Magnus. Hoc te exemplum invitet ad prospera, quando ille honoris tui locum egisse cognoscitur, quem felix Roma mirabatur. ne quis autem putet abiectis te hominibus imperare, dignitati quoque tuae pistorum iura famulata sunt, quae per diversas mundi partes possessione latissima tendebantur, ne inopia faciente vilesceret, quod Romanae copiae laudabili famulatione serviret. suarii quoque, Romanae copiae causa reperti,
5 tuo deputati videntur examini. Gloriare privilegiis adquisitis. tribunal tuum non est inter minimas dignitates, quando et Romana gratia frueris et provinciis iussa transmittis. sed ut actionis ipsius in totum merita perscrutemur, triticeas quidem copias praefectura praetoriana procurat, sed non minor laus est dispensationem probabilem

LRKP(TU)E(F)

1 tib. coll. *KEF* 2 non (nunc *F*) licet *(om.* F^1*)* esse] esse non lic. *TU* 4 nos iuss. *KEF* referte] referre *PTU*, refferre $A^{r(a)}$ aut deb.] autem deb. L^1 5 nostra (nam E^2F) sic probatis] nostra *(sp. vac. 3 litt.)* sic probatur *P* redicitis] redicis *T*, refertis *F* 6 tales nos *T*, nos tales *KUEF* 11 quis **** hon. *L* honorabilior TUE^2F 13 copiam] curiam *TU* 14 urbis P^a 15 cibosque] cibos *PT*: clibanosque *Krusch* discutis E^1 16 esse *om. TU* rom. poss. *KEF* quando] quondam L^1, quando te R^1 17 quid *TU* 18 carpentum *om.* P^a glorificatione *A fortasse recte* spectabulis A^e 19 inueneris E^1, *inc.* F^1 20 comitetur E^2 21 perspicitur *KE* 23 rerum] regum E^2F, *fortasse recte* singulis *A* est am. *PFA* 24 potuit *A* gratificatione *P* 25 popularem] populorum *KEF* 26 malorum $PTUE^2A$ inhonor *E*, inhonorus *F* 28 autem] aut *F* abiectis te] abi. (*om.* te) R^1, te abi. *KEF* 29 tu(a)e quoque PA^r iura] rura *Krusch* 30 tendebatur *R* 31 laudabili — copiae *om.* L^1 33 iussa] iura E^1 34 actionis] et actionis *E*, exactionis *F* triticeas] *KUEF*, triticias *T*, triticas *LRPA* 35 dispersationem L^1

facere quam frumenta colligere, quando in quavis abundantia querela non tollitur, si
panis elegantia nulla servetur. Sic Ceres frumenta dicitur invenisse, Pan autem primus 6
consparsas fruges coxisse perhibetur, unde et nomine eius panis est appellatus. ita et
illa praedicata est quae repperit et iste laudatus est, qui decenter edenda humanis
usibus applicavit. Atque ideo cognoscentes industriam tuam, quae semper est amica 7
sapientiae, praefecturam annonae per illam indictionem nostra tibi electione deferimus.
considera nunc, quia non licet aliquid furari de populo: nam quod in civitatis damno
committitur, silentio non celatur. nescit plebs tacere, quando interdum et hoc loquitur,
quod a nemine perpetratur. in fraudulentos distringe, panis pondera aequus examinator
intende: sollicitius auro pensetur, unde a Quiritibus vivitur, quia gratior nobis est lae-
titia faventis populi Romani quam copia pretiosissimi metalli. intuere certe quod
loquimur. quid habes melius quod optes quam illius populi gratiam quaerere, quam
nos etiam constat optare?

XVIIII.

FORMULA COMITIS ARCHIATRORUM.

Inter utillimas artes, quas ad sustentandam humanae fragilitatis indigentiam divina 1
tribuerunt, nulla praestare videtur aliquid simile quam potest auxiliatrix medicina con-
ferre. ipsa enim morbo periclitantibus materna gratia semper assistit, ipsa contra
dolores pro nostra inbecillitate confligit et ibi nos nititur sublevare, ubi nullae divitiae,
nulla potest dignitas subvenire. Causarum periti palmares habentur, cum negotia 2
defenderint singulorum: sed quanto gloriosius expellere quod mortem videbatur inferre
et salutem periclitanti reddere, de qua coactus fuerat desperare! ars quae in homine
plus invenit quam in se ipse cognoscit, periclitantia confirmat, quassata corroborat et
futurorum praescia valitudini non cedit, cum se aeger praesenti debilitate turbaverit,
amplius intellegens quam videtur, plus credens lectioni quam oculis, ut ab ignorantibus
paene praesagium putetur quod ratione colligitur. Huic peritiae deesse iudicem nonne 3
humanarum rerum probatur oblivio? et cum lascivae voluptates recipiant tribunum,
haec non meretur habere primarium? habeant itaque praesulem, quibus nostram com-
mittimus sospitatem: sciant se huic reddere rationem, qui operandam suscipiunt
humanam salutem. non quod ad casum fecerit, sed quod legerit, ars dicatur: alioquin
periculis potius exponimur, si vagis voluntatibus subiacemus. unde si haesitatum fuerit,
mox quaeratur. Obscura nimis est hominum salus, temperies ex contrariis umoribus 4
constans: ubi quicquid horum excreverit, ad infirmitatem protinus corpus adducit. hinc
est quod sicut aptis cibis valitudo fessa recreatur, sic venenum est, quod incompetenter
accipitur. habeant itaque medici pro incolumitate omnium et post scholas magistrum,

LRKP(TU)E(F)

1 quando] quoniam *EF* 2 inuenissa P^a pau autem] pauaum EF^1, panaus F^2 4 praedicata] appellata *TU* quae] quequae P^a reperiit *A* est *om.* *K* 6 conferimus *R* 8 quando] quoniam *EF* int. et] et int. et *E*, et int. *TUF* 9 fraudulentis *E* panis] pacis *P* 10 sollitius *T*, sollicitus *U* est nob. *F* 11 fauentis] sapientis *E*, feruentis *T* 13 optare] amare R^2, *inc.* R^1 15 utilissimas *PFA*, humilimas *TU* arces *P* sustendandam P^a diuina] d. munera E^2 16 quam] quam quod K^2FA auxiliatrix] E^2F, auxiliatris A^r, auxiliaris $LRKPT^bA^s$, auxiliares T^a, auxiliarius *U* 17 ass. semp. F^a 18 inbellitate L^1 19 causarum] c. iuris E^2 palmates *F* neg.] magna neg. *A* 20 gloriosius] gl. est *TUEFA* 21 periclitantibus *TU* despectare *TU* 22 ipse in se *E*, in se ipsa *F* agnoscit *F* roborat *F* 23 cedunt P^a 25 putetur] uidetur E^1 peritiam *TU* 26 lasciuiae L^2R uoluptate L^1, uoluntates *T* recipiant] non rec. *R* 27 hoc A^e primatum *TU* 28 suscipiant *F* 29 humanam ** salutem L^1 elegerit *E* alioqui A^e 30 potius *om.* E^a haesitatum] hedificatum E^1 31 hom. est *F* umoribus *om.* F^1 32 constant P^b, constat *T* corpus *om.* *R* 33 sicut R^1 34 habeantur *A*

vacent libris, delectentur antiquis: nullus iustius assidue legit quam qui de humana
5 salute tractaverit. Deponite, medendi artifices, noxias aegrotantium contentiones, ut
cum vobis non vultis cedere, inventa vestra invicem videamini dissipare. habetis quem
sine invidia interrogare possitis. omnis prudens consilium quaerit, dum ille magis
studiosior agnoscitur, qui cautior frequenti interrogatione monstratur. in ipsis quippe
artis huius initiis quaedam sacerdotii genere sacramenta vos consecrant: doctoribus
6 enim vestris promittitis odisse nequitiam et amare puritatem. Sic vobis liberum non
est sponte delinquere, quibus ante momenta scientiae animas imponitur obligare. et
ideo diligentius exquirite quae curent saucios, corroborent inbecillos: nam videro, quod
delictum lapsus excuset, homicidii crimen est in hominis salute peccare. sed credimus
7 iam ista sufficere, quando facimus qui vos debeat ammonere. Quapropter a praesenti
tempore comitivae archiatrorum honore decorare, ut inter salutis magistros solus
habearis eximius et omnes iudicio tuo cedant, qui se ambitu mutuae contentionis
excruciant. esto arbiter artis egregiae eorumque discinge conflictus, quos iudicare
solus solebat effectus. in ipsis aegros curas, si contentiones eorum noxias prudenter
abscidas. magnum munus est subditos habere prudentes et inter illos honorabilem
8 fieri, quos reverentur ceteri. Visitatio tua sospitas sit aegrotantium, refectio debilium,
spes certa fessorum. requirant rudes, quos visitant aegrotantes, si dolor cessavit, si
somnus affuerit: de suo vero languore te aegrotus interroget audiatque a te verius
quod ipse patitur. habetis et vos certe verissimos testes, quos interrogare possitis.
perito quidem archiatro venarum pulsus enuntiat, quod intus natura patiatur: offeruntur
etiam oculis urinae, ut facilius sit vocem clamantis non advertere, quam huius modi
9 minime signa sentire. Indulge te quoque nostro palatio: habeto fiduciam ingrediendi,
quae magnis solet praemiis comparari. nam licet alii subiecto iure serviant, tu rerum
dominos studio praestantis observa. fas est tibi nos fatigare ieiuniis, fas est contra
nostrum sentire desiderium et in locum beneficii dictare, quod nos ad gaudia salutis
excruciet. talem tibi denique licentiam nostri esse cognoscis, qualem nos habere non
probamur in ceteris.

XX.

FORMULA CONSULARITATIS.

1 Quamvis dignitatem tuam a consulibus descendere nominis ipsius videantur testi-
monia declarare, tamen et insignia tanta circumstant, ut nullus possit ambigere te de
illius lampadis claritate lucere. secures enim et fasces, quos illi dicavit genio anti-

LRKP(TU)E(F)

1 *fortasse* legitur 3 uestra] nostra $E^b F$, *om.* E^a 4 magis *om.* *TU* 5 causior L^1[?] 6 indiciis *E* quodam $A^{r(b)}$ *Gar.* genere *om.* *F* nos A^e 7 euim *om.* P^a sic] sicut *K* 8 spontes L^1 9 inbec(c)il(l)es *KTUEFA* nam] non *TUEF* uidero (uidetur E^1, uideo E^2, uidetur o *F*) quod] *fortasse* ut aliquod *vel* ut aliud 11 qui] quod *TU* uos] nos *KF* 12 decorare] te decora*** F^1, te decoramus F^2 solus] solis *U*, *om.* *T* 13 habeatis *U*, habeatur *T* 14 arb. esto P^a distinge *F*, distingue E^1, discinde TUE^2 quos] qui *F* 15 solebat solus *KE*, solebas solus *F*, eos solus solebat *T* eorum *om.* *A* 16 abscidis A^e est *om.* *K* 17 cet. reu. *KEF* 18 uisitent $T^b U$ 19 abfuerit *P* 21 perito quidem] perito si quidem PA^e, peritos si quidem A^r, perito qui de *U*, peritos quos *T* archiatus T^b, archidiatus T^a, archiatros A^r annuntiat *F* quid $K^2 A$, qui K^1 22 etiam] et *P* 23 min. (minine *L*, m***** R^1, *om.* *E*) signa] s. m. *RF* indulge] indulgeque *K* nostro palatio (palacii *K*)] p. n. *PA* 24 magis K^1 solent TUA^e praemiis] *LRPTU*, pretiis $KEFA^e$, precio A^r tu] tu uero K^a 25 dominos] TUE^2, domino *reliqui* praestantantis *K* obseruas TUE^1 est] est enim *F* nos] non K^a 27 excruciat $E^2 F$ tibi den. lic. nostri (nostram *TU*)] den. tibi lic. nostri *R*, tibi lic. den. nostr. *F*, tibi den. nostr. lic. *E* hab. non probamur] non probamur hab. *P* 28 caeteros A^e 30 decl. test. *R* 31 et *om.* *TU* 32 securis *P* illi *om.* L^1, illius *Iuretus* gen. dic. *TEF*, gen. deputauit *U*

quitas, tuis videntur phaleris deputata, ut iurisdictio concessa vel tacita possit ammonere
provincias. sed quale tibi debet esse quod curules inclitas probatur ornare? vultus
quin etiam regnantium geniata obsequii pompa praemittit, ut non solum summi iudicis,
sed et dominorum reverentia cumulatus orneris. O magnae temperationis inventum! 2
de nomine consulis promitteris clementissimus et de principum imagine metuendus.
in aliquibus adhuc provinciis ornatus paenula carpenti etiam subvectione decoraris, ut
multis declaretur indiciis per expressas imagines rerum vices te praecelsae gerere
dignitatis. considera magnum esse quod suscipis, et nulla criminum deiectione vitieris.
nominis tui auctor multa conferendo praedicatur: tu age, ne ullis cupiditatibus accuseris.
ut, si dare non praevales, certe te moderari velle festines. proximus enim habetur
donanti, de quo potest dici 'abstinens est iugiter alieni'. certe foedissimae contrarie-
tatis vitium est studere furtis et habere vocabulum largitatis. Erigat ad laudem tuos 3
animos, quod vocaris. non te profecto meritis imparem facis, si turpissimae ambitionis
delicta calcaveris. nam errores noxios vincere, vitia maculosa superare, et iste re vera
editus est de moribus consulatus. nec enim superflue prudentissimi veterum talia
rebus nomina imposuerunt, dum continentiae magnae praesulem provinciis mitterent
consularem. triumpha iura publica, largire iustitiam et ex fortiore parte imitari prae-
vales, quem nominis proximitate contingis. pecuniis potest indigere mediocris, morum
talenta non potest non habere, qui iustus est. Non pavescas largas consulum manus: 4
habent et boni pauperes divitias suas. illud ergo a te quaeritur, quod in pectore
humano nascitur, non quod terrae visceribus continetur. quanto melius triumphare ex
animi thesauro, unde numquam nascitur paenitudo, quia nec tenuis efficeris cum plura
concedis, quin immo tantum locupletior redderis. quantum te bona conscientiae spar-
sisse cognoscis. quapropter opinionis tuae laude pellecti per illam indictionem in illa
provincia consularitatis te praecipimus agere dignitatem, ut tibi non sit acceptum, quod
legibus probatur inimicum. illa magis dilige, quae aequitatis iura commendant. Nomen 5
tuum actionibus proba. consule fessis et tunc vere diceris consularis. sed ut omnia
aequabili moderatione pensentur, institue pecunias non quaerere et agnoscis munera
tibi copiosa provenire. hanc enim condicionem humanis actibus divina posuerunt, ut
ille magis possit ditescere, qui lucra turpia nescit optare. ignorantes accipiunt qui
bene agunt, quia necesse est ut, dum parumper malorum ambitio contemnitur, superno
munere plus donetur.

XXI.

FORMULA RECTORIS PROVINCIAE.

Omnino provide decrevit antiquitas iudices ad provinciam mitti, ne possit ad nos 1
veniendo mediocritas ingravari. quis enim latronum ferret audaciam, si longe positam

LRKP(TU)E(F)

1 tacitas *P*, caritas $A^{r(a)}$ 3 geminata *F*, genia *TU* pomp. obs. *KEF* 4 et] etiam *TE* cum. oru. (oneris L^1)] cumul** **neris R^1 5 metuendus] reuerendus *F* 6 in aliquibus] inde *TU* 7 inexpressas L^1, expensas *T* 8 crim.] geminum R^a*[?]* 9 illis *E* 10 mod. te *KTUEF* 11 donandi *K* dic. pot. *R* est] *om. F* 12 est uit. *KEF* largitates P^a 13 imp. fac. mer. *KEF* 14 uincere] uincere est $A^{r(b)}$ *Cui.* et *delendum* iste *om. F* 16 posuerunt *TU* mitterent] transmitterent TE^2, transmisere *U* 17 largite *P*, largitate $A^{r(a)}$ et *om. F* fortiori *FA*, forti *T*, fore *U* 18 mediocribus A^e 19 non habere] $TUFA^{r(b)}$ *et e coni. Cuiacius*, habere $LRKPEA^{r(a)c}$ 20 habet E^1 pauperes *om.* R^1 hum. pect. *TU* 21 non quod ..... 22 nascitur *om.* P^a 22 thesauso L^1 eff. ten. *E* 23 immo] etiam *TU* tanto *TUEF* reddideris *K* te] de *A* sparsisse] sperasse E^2 24 agnoscis *R* opinionis tuae] opinationis *TU* 28 aequali *TU* institute L^1*[?]* agnosces *TU* 29 tibi *(om. R)* cop.] c. t. *EF* 30 qui] quod *K* 32 donatur E^1 34 prouida E^2F, proinde *T* prouintias *R* 35 posite *T*, pe *U*

cognoscerent disciplinam? absolute poterat vis permissa grassari, si conquerens tardius crederetur audiri. sed quanto melius in ipsis cunabulis adhuc mollia reprimere quam indurata crimina vindicare! in compendium mittimus mala, si praesentia faciamus esse iudicia. quis enim audeat peccare, cum supra cervices suas districtionem cognoverit
2 imminere? Et ideo te illi provinciae rectorem per illam indictionem nostra mittit electio, ut re vera corrigere nitaris quos tibi commissos esse cognoscis. Chlamydis tuae procul dubio inter alia clavos intende, quos scias non inaniter positos, nisi ut, cum publicum agentes purpuram cernerent, de vigore semper principis ammonerent. geniatus indutus, vestis gratiosa, quam filio suo Priapo Venus dicitur texuisse, ut
3 eximiae pulchritudinis matrem singulariter ornatus filius testaretur. Respice quantum dederint leges et ad mensuram te potestatis extende. tibi fiscalium tributorum credita monstratur exactio. constat esse tuae fidei commissum principi renuntiare, quod in provinciis probatur emergere. tu etiam senatorem ibidem residentem iuberis audire: tu in praefectorum militem cum ipsius tantum conscientia vindicare: tuum nomen in subscriptionibus iusserunt honoratis provincialibus anteferri. quid de te aestimatum
4 sit, datur adverti, cui tot videntur nobiles potuisse postponi. Additur, quod a principe frater vocaris, ut nobilitate pretiosi nominis a vilitate criminum tollereris. cogita tantorum hominum tibi commissas esse fortunas. fama erunt nostri temporis tui mores. esto in te continens, ut possis in alios esse iudex. prima aequitas est a se praesules inchoare, ut debeant criminosi metuere quem nequeunt similem reperire. nullas enim in se culpas timet reus, quas habere respexerit cognitorem, quando agentem male nisi bonis moribus non aestimat displicere. suos actus nullus damnat in altero, quia natura
5 est humani animi ut nitatur potius vindicare, quod se cognoverit admisisse. O quale est liberum tribunalibus insidere, non esse obnoxium reo suo, ne incipiat potior fieri qui redemit. timeat districtum, timeat continentem, non audiat blandum. da ut possit rigidam formidare sententiam. avari iudices nesciunt quantum delinquunt: nam cum vendunt aliena crimina, sua faciunt esse peccata. quapropter esto sollicitus, ut bonae actionis tuae laudes potius audiamus. a nobis confidenter exigis quod remittis, quia tantum de remuneratione tua cogitamus, quantum te pecunias non quaesisse cognoscimus.

XXII.

FORMULA COMITIVAE SYRACUSANAE.

1 Regalis est providentiae tales iudicum personas eligere, ut ad comitatum necessitatem non habeant veniendi, quos in longinquis regionibus contigerit immorari. nullum enim tale negotium est, quod Siculi itineris tantas pati possit expensas, dum com-

LRKP(TU)E(F)

1 cognosceret *EF* crassari *PTE²FA* 2 crederetur] meretur *K*, mereretur *EF* melius] m. est *F²* cunablis *F* 3 facimus *A* 5 rectorem (rector *U*) illi prou. *TU* per ill. ind. *om. TU* mitt. nostra *T*, nostra te mitt. *U* 7 int. al. proc. dub. *TU* extende *EF* nisi] hinc fit *A*ᵉ 8 principis *om. R* *fortasse* ammonerentur 9 priamo *E¹F et Cuiacius* exuisse *TU* ut *om. K* 10 singulariter *om. F* ornatus] indutus *TUF* quantum] quae *E²F* 11 tibi] tuus *R¹[?]* 12 monstrantur *F¹* 13 ibidem] ibi *R* 14 tantum] tamen *RF²* uindicare] iudicare *E²F* 15 subscriptione *P* iusserunt] inserunt *E¹F* aestimatum] existimatum *TUEF* 16 uidetur *E* 17 nobilitatem *F¹* 18 tibi commissa *K*, comissas tibi *T*, commissas (*om.* tibi) *U* 19 in te] uit(a)e *A* iudex] uindex *R¹* 21 resp. cogn. (cguitorem *L¹*)] cogn. resp. *KEF* quando] quanto *T*, quoniam *EF* 23 hum. an. est *TU* potius] *requiritur* lenius *vel simile vocabulum: vix enim licebit* vindicare *ita accipere, ut sit defendere* ammisisse *T*, amisisse *E¹* 24 incipiat] timeat *TUE²F* 25 qui] quem *A* rig. poss. *KEF* 26 amari *TU* deliquerunt *U*, derelinquunt *T* 27 uendunt] iustitiam uendunt *TU* soll. esto *TU* 28 benae *L*ᵃ 30 cognouimus *A* 32 tales iudicum] tale studium *TU* necesse *F* 33 quos] quo *K* 34 enim *om. F* seculi *R*

modius sit causam perdere quam aliquid per talia dispendia conquisisse. non enim
querelas de Sicilia volumus venire, sed laudes, quia gravatur apud nos actio praesulis,
si eam tam longinqui potuerint accusare petitores. falsus enim dolor esse non creditur,
ubi tanti laboris taedia subeuntur. et ideo maiore cura tractanda sunt, unde invidia
plus timetur. Proinde per indictionem illam comitivam tibi Syracusanae civitatis pro- 2
pitia divinitate concedimus, ut omnia sic agere nitaris, quemadmodum nos tibi prae-
stitisse cognoscis. de proximis vota causantium sustinemus: inde autem ultro requiri-
mus, unde ad nos difficile veniri posse sentimus. habes quae te decorare debeant, si
tu tamen ibi conscientia defaecatus adveneris. Militum tibi numerus nostris servit 3
expensis. redderis inter arma geniatus: processio tua procinctualis ornatus est. exer-
citu uteris pacato, nec pericula belli subis et armorum pompa decoraris. verum inter
haec civilem cogita disciplinam. non permittas milites esse possessoribus insolentes.
annonas suas sub moderatione percipiant: causis non misceantur extraneis. pro securi-
tate se omnium cognoscat electum, qui se gloriatur armatum. privilegia dignitatis tuae
nec volumus minui nec iubemus excedi. sufficiat tibi tantum gerere, quantum de-
cessores tuos constiterit rationabiliter effecisse.

XXIII.

FORMULA COMITIVAE NEAPOLITANAE.

Inter cetera vetustatis inventa et ordinatarum rerum obstupenda praeconia hoc 1
cunctis laudibus meretur efferri, quod diversarum civitatum decora facies aptis am-
ministrationibus videtur ornari, ut et conventus nobilium occursione celebri colligatur
et causarum nodi iuris disceptatione solvantur. unde nos quoque non minorem gloriam
habere cognoscimus, qui facta veterum annuis sollemnitatibus innovamus. nam quid
prodesset inventum, si non fuisset iugiter custoditum? Exeunt a nobis dignitates 2
relucentes quasi a sole radii, ut in orbis nostri parte resplendeat custodita iustitia.
ideo enim tot emolumentorum commoda serimus, ut securitatem provincialium colliga-
mus. messis nostra cunctorum quies est, quam non possumus aliter recordari, nisi ut
subiecti non videantur aliquid irrationabiliter perdidisse. Et ideo ad comitivam te 3
Neapolitanam per illam indictionem libenter adducimus, ut civilia negotia aequus
trutinator examines tantumque famam tuam habita maturitate custodias, quantum te
illi populo vel in levi culpa facile displicere cognoscas. urbs ornata multitudine civium,
abundans marinis terrenisque deliciis, ut dulcissimam vitam te ibidem invenisse di-
iudices, si nullis amaritudinibus miscearis. praetoria tua officia replent, militum turba
custodit. considis geniatum tribunal: sed tot testes pateris quot te agmina circumdare
cognoscis. Praeterea litora usque ad praefinitum locum data iussione custodis. tuae 4
voluntati parent peregrina commercia. praestas ementibus de pretio suo et gratiae

LRKP(TU)E(F)

2 sed] ad *TU* grauatur] grauis est E^2F 3 potuerit *P*, poterunt TUA^r 4 su(b)stinentur *TUF* maiori *TU* 5 saracusanae L^1 ciuitates *R* 7 cognoscas *F* 8 difficile] non difficile *Cui. e coni.* uenire *TUEF* 9 tantum *TU* consc. defaecatus (deferatus *U*, defedatus *T*)] def. consc. *KEF* aduenirs L^1, ueneris *KEF* 10 gemmatus *K* 11 belli *om.* R^a uerum] u. tamen *KE* inter] mater E^a 12 milites *om.* PA^r 13 misereantur PA^r 14 gloriatur] gl. habere A^e 15 decessores] d∗ssores P^a 19 offerri *T*, *om.* *U* 21 disceptione *P* 22 cognoscimur K^2EF, *fortasse recte* 23 prodest *P* si non] nisi *F*, si ne *T* custoditur *T*, custoditam *U* 24 reducentes *TU* a sole] solis *P*, a solis A^e, ad solis A^r radiis A^e replendeat *K* custodia *P* 25 serimus] ferimus E^1F 26 recordare *LPA*: *fortasse scr.* recondere 27 ad te com. *T*, ad com. (*om.* te) *U* 29 examines] $PTEFA^{r(b)e}$, exanimes *U*, examinet $LRKA^{r(a)}$ 31 abundans] ab undis *P* inu. ib. *KE*, illic inu. *TU* 32 pretori P^a 33 consides *TUE*, considens *F* 34 lotora P^a 35 uoluntati] iussioni *TU* praestans *P*

tuae proficit quod avidus mercator adquirit. sed inter haec praeclara fastigia optimum esse iudicem decet, quando se non potest occulere, qui inter frequentes populos cognoscitur habitare. factum tuum erit sermo civitatis, dum per ora fertur populi, quod a
5 iudice contigerit actitari. Habet ultionem suam hominum frequentia, si loquatur adversa, et de iudice iudicium esse creditur, quod multis adstipulationibus personatur. contra quid melius quam illum populum gratum respicere, cui cognosceris praesidere? quale est perfrui favore multorum et illas voces accipere, quas et clementes dominos delectat audire! nos tibi proficiendi materiam damus: tuum est sic agere, ut sua beneficia principem delectet augere.

XXIIII.

FORMULA HONORATIS POSSESSORIBUS ET CURIALIBUS CIVITATIS NEAPOLITANAE.

1 Tributa quidem nobis annua devotione persolvitis: sed nos maiore vicissitudine decoras vobis reddimus dignitates, ut vos ab incursantium pravitate defendant qui nostris iussionibus obsecundant. erit nostrum gaudium vestra quies: suave lucrum, si nesciatis incommodum. degite moribus compositis, ut vivatis legibus feriatis. quid opus est quemquam facere, unde poenas possit incurrere? quaerat iudex inter vos
2 causas et non inveniat. Ratio motus vestros componat, qui rationales vos esse cognoscitis. improbis iudicem, testem bonis moribus destinamus, ut nemo se cogi sentiat, nisi quem ordo legitimae conversationis accusat. atque ideo illi nos comitivam Neapolitanae civitatis per illam indictionem dedisse declaramus, ut vestra gubernatione laudatus alteram mereatur de nostro iudicio dignitatem. cui vos convenit prudenter oboedire, quia utrumque laudabile est, ut bonus populus iudicem benignum faciat et mansuetus iudex gravissimum populum aequabili ratione componat.

XXV.

FORMULA (DE COMITE) PRINCIPIS MILITUM DE COMITIVA SUPRA SCRIPTA.

Omnes apparitiones habere decet iudices suos: nam cui praesul adimitur, et militia denegatur. sed nos, quibus cordi est locis suis universos ordines continere, indicamus illi comitivam Neapolitanam domino iuvante largitos, ut iudicibus annua successione reparatis vobis sollemnitas non pereat actionis. quapropter designato viro praestate competenter obsequium, ut sicut vos non patimur emolumentorum commoda perdere, ita et vos parendi debeatis priscam regulam custodire.

LRKP(TU)E(F)

1 auidius *K*, inauidus *F*[1] optimum] *PTUEFA*, opimum *LRK* 3 ora] opera *K* pop. fert. *F* 4 contingerit *U*, contigit *T* suam *om. K* loquatur diuersa *A*[r], loquar ad diuersa *A*[e], loquatur (*om.* aduersa) *F* 5 credatur *E* multis astipulantibus *R*, multis astipulatoribus *E*[2], a multis stipulationibus *F* personatur] conprobatur *TU* 6 quid] quod *TU* 8 delectet *F* nos] non *TU* tuum (tue *P*[a]) est sic agere *om. F* ut] at *R*[1] 9 agere *P* 12 maiori *F* 15 degite] digete *L*[1] 16 inter] in *A* 17 inueniat] mutuat *E*[1] ratio] oratio *LTU* uestr. mot. *F* rationales nos *A*, rationabiles uos *E*, uos rationabiles *F* 18 cogi se *R* 19 ideo *om. K*[1] illam *TU* nos *post* 20 indictionem *F* 20 nostra *PA* 21 prudenter (prudeter *P*) ob.] ob. pr. *E* 22 pop. bon. *F* 23 gratissimum *PA* 26 dec. hab. *A* iudices] milites *F* 28 iudicamus *K* deo *A*[e] 29 paratis *TU* nobis *E* pareat *K* 30 praestate] praebete *TU* competentes *A*[e] 31 *perdere *R*[1]

LIBER SEPTIMUS.

I. Formula comitivae provinciae.
prou. *om.* K

II. Formula praesidatus.
praesiditus K^t

III. Formula comitivae Gothorum per singulas civitates.
per singulas ciu. (ciuitatis $L^{t\,1}$)] per singula F, per sing. prouincias ECA^e, *om.* K

IIII. Formula ducatus Raetiarum.
reciarum *vel* retiarum *plerique*, rotiarum U^1

V. Formula curae palatii.
curae *om.* KF^1

VI. Formula comitivae formarum.

VII. Formula praefecturae vigilum urbis Romae.
praefecture P^t, praefecti *reliqui*
urb. rom. *om.* $KEFC$

VIII. Formula praefecturae vigilum urbis Ravennatis.
praefecturae uig. P^t, praefecti uig. *plerique*, uig. praefecti KE
urb. rau. (rauen̄n̄ P, rauennae U^1) *om.* KEF^tC
om. F^1, *inscr.* 9 *substituit* K^t

VIIII. Formula comitivae Portus urbis Romae.
partus E^t
urbis *om.* U^t, urb. rom. *om.* $KEFC$
om. U^1

X. Formula tribuni voluptatum.
tribuni] arbitrii $F^{t(1)}$

XI. Formula defensoris cuiuslibet civitatis.
defensorum R, defensorine U
cui. ciu. *om.* K

XII. Formula curatoris civitatis.
procuratoris P
ciuitatis] R^1PA^e, ciuitatum LR^tKUEF

XIII. Formula comitivae Romanae.
formula] formitiuae $L^{t(1)}$

LRKP(U)E(F ubi in textu a prima manu inscr. ep. 6. 7 libri 7 adscriptae sunt ad ep. 6. 7 libri 6 et in laterculo 13 est post 12)C(collatus ad ep. 1—10)

XIIII. Formula comitivae Ravennatis.

XV. Formula ad praefectum urbis de architecto faciendo in urbe Roma.
de architecto (arthitecto *K*) *om.* *E*
fac. *om.* KEF
in u. *om.* $KE^{1}FA^{e}$
roma *om.* $KU^{t}EFA^{e}$

XVI. Formula de comite insulae Curitanae et Celsinae.
de comite] $LRKP^{t}UEF$, comitiu(a)e $P^{1}A$
curritanae PA^{e}, turitane E^{t}, turritane F^{t}, curitarie U^{1}, carintane F^{1}, teritane E^{1}
et cels. *om.* KE^{1}

XVII. Formula de praeposito calcis.
de calc. praep. F^{1}, calcis (*om.* de pr.) *K*

XVIII. Formula de armifactoribus.
de armifactione *F*, de armis facta *E*, de armorum factoribus A^{e}

XVIIII. Formula ad p̄p̄ō de armifactoribus.
formula] item *P*
ad p̄p̄ō] P^{1}, ad pp∗m $L^{1(2)}$, ad praepositum $L^{t}R^{t}KEFA^{e}$, ad p̄p̄l̄m̄ (= populum) $L^{1(1)}R^{1}U$
de armorum fact. A^{e}, de armis *EF*, *om.* *K*

XX. Formula binorum et ternorum, si per iudicem agantur.
formula] f. de titulis *F*
bonorum $L^{t(a)}K^{t}$
et] uel RU^{t}
si per iudicem (iudices $E^{t}F^{t}$) ag.] qui exiguntur per iudicem F^{1}, *om.* *K*

XXI. Formula binorum et ternorum, si per officium agantur.
formula *bis* $L^{t(1)}$, formula item alia *(om. rel.)* *K*
et] uel U^{t}
si per off. ag. *om.* $E^{t}F^{t}$
om. $R^{1}E^{1}F^{1}$

XXII. Formula commonitorii illi et illi scriniariis de binis et ternis.
commonitarii *F*
illi et illi] illi calla U^{1}, *om.* KEF
scrinariis R^{t}, scrimariis *E*, scismariis *F*, de suuiariis U^{1}
de b. et t. *om.* $KPEFA$
inter 22 et 23 ins. f. in rem aliam *F*

XXIII. Formula vicarii Portus.
formula *om.* U^{1}
uicariis F^{1}

XXIIII. Formula principis Dalmatiarum.
om. EF^{t}

XXV. Formula epistulae, quae ad commendandos principes comiti destinatur.
formula *post* destinatur *P*
ēplie *P*, plures U^{1}
comiti destinatur] destinantur (*om.* comiti) U^{1}
f. ad commendandos (commendendos K^{t}) comiti principes $KEFA^{e}$
ad 24 $E^{t}F^{t}$; *ad 25* formula comitiue *EF*

XXVI. Formula comitivae diversarum civitatum.
comitiuae] c. secundi ordinis U^{t}
diuersis ciuitatibus *P*, per singulas ciuitates U^{t}, *om.* *K*

XXVII. Formula honoratis, possessoribus et curialibus de comitiva supra scripta.
hon. poss. et *(om. LRU)* cur. *om. K*
de comitiua *om. A*^c
supra scripta *om. KU*^t*A*^e, etc. *U*^1
f. bonarum possessionum *EF*

XXVIII. Formula principibus militum comitivae s(upra) s(criptae).
principibus] *P*, principis *L*^t*RKUEFA*^c, principiis *L*^1
comitiuae] comitatiuae *A*^c, comitibus *F*, *om. K*
supra scriptae] *L*^t*R*^t*E*, sublimibus *L*^1*R*^1, suis *F*^1, *om. KPUF*^t*A*

XXVIIII. Formula de custodiendis portis civitatum.
custodiendi *L*^t(1), *om. K*
portae *L*^t
ciuitatis *E*^t*FA*^c, *om. K*^t

XXX. Formula tribunatus provinciarum.
tribunatus (tribunatis *L*^t*R*^t, tributariis *F*^t) pr.] tribuni militum *U*^t

XXXI. Formula principatus in urbe Roma.
in urbe roma] *P*^t, urbis romae *plerique*, romae *U*^1, urbis *R*^t

XXXII. Formula qua moneta committitur.
q. m. comm.] praefecti monetae *U*^t

XXXIII. Formula tractoriae legatorum diversarum gentium.
tractoriae *om. KEFA*
legatorum *om. U*
diuersarum gentium] *R*^t*PA*^c, gent. diu. *L*^t*U*^1, gentium (*om.* diu.) *L*^1*R*^1*KEFA*^r

XXXIIII. Formula evocatoriae, quam princeps motu suo dirigit.
euocatoriae] euocatoriis *A*^c, *om. KEF*
quam *om. K*^t
principēs *L*^t
motu (nutu *R*^t, more *U*^1) suo *om. KEFA*
diriget *K*^t
om. P

XXXV. Formula evocatoriae, quae petenti conceditur.
euocatoris *R*^a, euocatoria *KEFA*
quae p. conceditur (concedit *U*^1) *om. KEF*
ad 34 P^t

XXXVI. Formula commeatalis.
commetalis *E*, commentalis *U*^1*F*, comeatus ad tempus dati *U*^t
ad 35 P^t

XXXVII. Formula spectabilitatis.
ad 36 P^t

XXXVIII. Formula clarissimatus.
clarismatus *L*^1*R*^1
ad 37 P^t

XXXVIIII. Formula tuitionis.
forma protectionis securitatis et saluisie *U*^t
ad 38 P^t

XL. Formula de matrimonio confirmando et liberis legitimis faciendis.
matrimonio] multa *[sic] K*^t
et l. legitimis (legitime *EF*^t*A*^e) faciendis (confirmandis *U*^1, constituendis *A*^e) *om. K*
f. legiptimationis illiciti amplexus et liberorum ex eo susceptorum *U*^t

---

LRKP(U om. in textu ep. 31. 33—35)E(F)

XLI. Formula aetatis veniae.

f. concessionis aetatis suaecuae U^t
ad 39 P^t

XLII. Formula edicti ad quaestorem, ut ipse spondere debeat qui saionem meretur.

forma *103A*
ut ipse (ipse *om. 104*) sp. d. ($L^1R^1E^tA^e$, respondere debeat PE^1F^1 96^1. *97. 102.* $103A^1$. 104^1. 106^1. *108.* 109^1. *111*, respondeat F^t *103*, debeat, *om.* sp., 50^1), qui (quis E^1F^1C 93^1. 96^1. 97^1. 102^1. *103.* $103A^1$. 104^1. *106*, qua 106^1) s. meretur (me**** $F^{1(a)}$, mereatur *P* 106^1, *om.* 108^1)] *om. C* $103A^t$. *110*
ad 41 P^t, forma programatis U^t, formula praesidatus *108*, *om. 109*

XLIII. Formula probatoriae chartariorum.

forma *103*, formula *(rel. om.) hic et deinceps 108*
probatoriae] de probatione *110*
archariorum $L^{1(1)}$, carchariorum $L^{1(2)}$, charcariorum R^1, calcariorum uel cartariorum C^1, cartariariorum 97^1, cartanariorum F^1 96^1. 103^1, carcanariorum 102^1, calcariorum uel cartariariorum E^1 104^1, calcariorum uel formula carnatanorum 108^1, calcariorum E^tC^t 93^1. *97.* 98^1. 102^2. *111*, calcarium in militia *110*

XLIIII. Formula de competitionibus.

forma *103A*
competitoribus 103^tA^e, comparentibus 106^1
om. 110

XLV. Formula qua census relevetur ei, qui unam casam possidet praegravatam.

forma $103A^1$, sequitur for $103A^t$
que 108^1
releuatur F^t. *96.* 103^t. $103A^1$. *110*, reuelatur 97^1
ei qui] per 108^1
unam casam] L^1R^1 *Cui. e coni.*, unam causam *plerique*, causam unam $103A^1$, causam (*om.* unam) *96*, u. cameram *C*, u. tantum 93^1
possedit 93^1, possideat 98^1

XLVI. Formula qua consobrinae matrimonium legitimum fiat.

forma *103A*
qua *om. C* 96^1. 103^1
c. m. legitimum (legittime *R* 50^1) fiat (teratur 102^1)] L^1R^1 50^1. 102^1. 106^1, consobrina legitima fiat (uxor *add. C* A^e) *EFC* 93^1. 96^1. 97^1. 98^1. *103. 103A.* 104^1. 106^t. 108^1. *111.* A^e, consobrine legittime fiant 93^t, consobrine legiptima copula fiat *110*

XLVII. Formula ad $\overline{\text{ppo}}$, ut sub decreto curialium praedia venundentur.

ad] de 98^1
$\overline{\text{ppo}}$] E^1 98^1. 108^1. *111*, praepositum FC^1 93^1. 96^1. 97^1. 102^1. *103. 103A.* 104^1. *106. 110.* A^e, praefectum praetoriorum *LR*, praefectum praetorium 50^1
ut *post* curiali 93^1
decreto] certo 93^t
curilis *E 111*, curialis FA^1C^1 96^1. 97^1. *103.* $103A^1$. 104^1. *106*, curia$\overline{\text{l}}$ 102^1, cur$\overline{\text{il}}$ $103A^t$. *111*, carilis 108^1, curiali *reliqui et* A^e, ciuilis 93^t
uendat EF^1C^1 96^1. 97^1. 102^1. 103^1. $103A^1$. 104^1. 108^1. *110. 111.* A^e, uedat 93^1, uendantur F^t 96^t. 103^t. 104^t. *111*, uendat et cetera $103A^1$, uendant theodricus rex 93^t
om. 100
add. formula qua consobrinus *(sic)* legitima fiat 108^1

LRP et 50 (= Breslav. 61) (in his quattuor libris laterculus est integer, textus ab ep. 42 deficit) K(ep. 41 sola) E(F)C, item libri hi: 93 (= Breslav. univ.). 96 (= Flor. Riccard. 303). 97 (= Lipsiensis). 98 (= Londin. 12022). 102 (= Oxon. Bodl. 178). 103 (= Paris. 16712). 103A (= Pragensis). 104 (= Romanus Chigianus). 105 (= Vatic. 2907). 108 (= Vaticanus reginae 148). 109 (= Vatic. reginae 1822). 110 (= Venetus S. Marci II 20). 111 (= Vindob. 79).

I.

FORMULA COMITIVAE PROVINCIAE.

Quamvis omnium dignitatum officia a manu secludantur armata et civilibus 1
vestibus videantur induti qui districtionem publicam docentur operari, tua tantum
dignitas a terroribus ornatur, quae gladio bellico rebus etiam pacatis accingitur. vide
quo iudicio frueris evectus, quando aliis vigorem fascium videamus esse creditum, tibi
autem ab ipsis legibus ferrum constet esse porrectum. rem cruentam dederunt animo
pacato, ut et noxii nimium metuerent et laesi de optata ultione gauderent. alioquin
culparentur priores, si temperata omnia non fecissent. sed cum te intellegas ad
moderamen electum, humanum facile non concupiscas exitium. Reus qui dicitur, et 2
probetur. scito puniendi remedium datum tibi pro salute multorum. arma ista iuris
sunt, non furoris. haec ostentatio nimirum est contra noxios instituta, ut plus terror
corrigat quam poena consumat. non enim cogitur ferro succidere robustam qui adhuc
teneram verbis curvat audaciam. civilis est pavor iste, non bellicus, quem tu sic facies
esse gloriosum, si habere non probetur excessum. Habes etiam et ferrum nihilominus 3
incruentum. claudantur nexibus catenarum, quos levium criminum pulsat invidia.
cunctator esse debet, qui iudicat de salute: alia sententia potest corrigi, de vita
transactum non patitur immutari. signa tua abactores timeant, fures pavescant,
latrones perhorreant, innocentia tantum laeta respiciat, dum sibi auxilia venisse credit,
quae legum disciplina transmisit. nemo redemptionibus tuum velle deflectat: gladius
contemnitur, ubi aurum suscipitur: tu te inermem reddis, si a virili animo cupiditate
recesseris. Quocirca per indictionem illam comitivae tibi in illa provincia tribuimus 4
dignitatem, ut ad titulos tuos pertinentia civilitate potius laudabilis exsequaris nec
quicquam praesumas facere, nisi quod privatus possis legibus vindicare. ipsa est enim
recta amministratio, quae et sine potestate defenditur, ut tunc probetur fuisse iustus,

LRKP(TU)E(FC)

2 seclaudantur *T*, seducantur *UF* 3 uideantur induti (induci *A*)] se uideantur indui E^2 publicam docentur] publicam uidentur E^2FC, publicatio dentur *T* tantum] *LRKT*, tamen *PEFCA*, autem *U* 4 a terroribus] et erroribus *TU* 5 frueris] fueris *C et Cuiacius probabiliter* euentus *T*, euocatus *U* 6 constat *F* an. pac. ded. *P* 7 nimirum *KC* alioqui A^c 8 si temptata *P*, si temporata *T*, sed imperata *U* fuisseut *K* 9 conpiscas R^1 10 scio *T*, scit *U* puniendo *U*, puniendum *T* salute] remedio *R* multorum] cunctorum F^2, multorum uel cunctorum *C* iuri *T*, uiris *U* 11 contr. nox. est *K* constituta *PC* 12 succedere L^1P^1 13 curat *EC* sic] non *A*, *om. RTU* facis *LF* 14 esse *om. K* habes] habet *U*, habere *T* et *om. TUF* 15 criminum *om. TU* 16 de uita] de salute T^a, debilitas *U* 17 patimur *P* imitari E^a pauescant] expauescant P^a 18 per(h)orreant] $LRPTE^2A^{r(a)e}$, ex(h)or(r)eant KE^1FC 19 transmittit *TEFC*, *om. U* tuum] tuis P^a 21 recessens *U*, recesserim *T* indictionem ill.] ill. ind. *U*, ill. indicunt *T* prouinca *R* 22 dignitatem] potestatem *TU* tuos *om.* $PA^{r(a)}$ potius *om. F* 23 nisi *om. TU* priu. possis (posses *EF*, possit *P*)] possis priu. *R* 24 recta *om.* R^1 quae] qui *PC* et *om. TU*

5 quando ei quae mavult obicere possit inimicus. Nec tamen spes vestra velut fastiditate deseritur: nam si bene provinciarum amministrationibus praesidetis, honores vos amplissimos sperare leges merito censuerunt. unde iam videtur paene debitum, quod vobis a tanta auctoritate ultro noscitur fuisse promissum.

II.

FORMULA PRAESIDATUS.

1 Prudenter omnimodis inspexit antiquitas provinciarum dignitates annua successione reparari, ut nec diutina potestate unus insolesceret et multorum provectus gaudia reperirent. sufficit enim unicuique discessisse laudatum, quia dum tempus potestatis prolixum quaeritur, culparum obprobria non vitantur. illa enim vel in brevitate declinare mirabile est, dum frequenter et his subrepunt, qui a fascibus sub velocitate discedunt. annus universus et ad declaranda conscientiae bona sufficit et facilius se ab errore custodit. sit in vestro proposito amministrationem unius anni suscipere: nostrum est merentibus tempus augere. quia non facile removere cupimus quos iustos
2 esse sentimus. Idcirco conversationis tuae moribus invitati per illam indictionem praesidatum tibi in illa provincia propitia divinitate concedimus, ut sic debeas agere, quemadmodum nobis possessor gratias cum tributis videatur exsolvere. decessorum bona exempla sequere: a vitiosorum te imitatione disiunge: non putetur omnis consuetudo probabilis. cautum debet reddere, non sequacem error alienus. prodit stultitiae culpam, qui sequitur accusatum. sed illud melius eligitur, unde praecedentis opinio
3 sub ammiratione laudatur. Respice quantis sit provincia plena nobilibus. habes qui et bene de te loqui debeant et derogare praesumant, quia nulla potestas est, quae qualitatem famae suae de ore hominum possit auferre. contra qui fructus est opinione praedicabili per confines ire provincias et ibi invenire verissimam laudem, ubi non imperas potestate! additur, quod inremuneratum non relinquimus, si te egisse probabiliter audiamus. horre vitium et principis mereris affectum. voluntatem regiam in legibus habes: illis obtempera et nostra cognosceris implere mandata.

III.

FORMULA COMITIVAE GOTHORUM PER SINGULAS CIVITATES.

1 Cum deo iuvante sciamus Gothos vobiscum habitare permixtos, ne qua inter consortes, ut assolet, indisciplinatio nasceretur, necessarium duximus illum sublimem virum, bonis nobis moribus hactenus comprobatum, ad vos comitem destinare, qui

LRKP(TU)E(FC)

1 ei] et *TU* possit] non p. F^2 tamen] tantum *T*, tamen et *U* fastiditate] fastidita *TUEF*, fascidata *C* 2 praesideris P^1, praesederis P^2, presidens *U*, possidetis *T* 3 sperare] asperare L^1, superare PE^1 paene uid. *KEFC* quod] qui K^1 4 prouisum *C*, commissum *TU* 6 inspexit] spexit F^a 7 diuturna *F*, diuina *T* 8 enim *om. F* 9 non uitantur] inuitantur *P* uel *om.* $PA^{r(a)}$ 10 subrepunt] *Meyer*, subripiunt *libri* 11 uniuersus] unus *TF*, *om. U* bone *A* se ab errore] ab erroribus se *T*, ab erroribus (*om.* se) *U* 14 esse] se esse P^a inuitari *T*, metati *U* 15 in illa prouincia] *PTEFCA*, nulla prouincia *U*, illam prouinciam *LR*, in aliam prouinciam *K* 17 uitiorum *EFC* 18 probabilis] laudabilis *TU* stultitiae] iusticie *K* 19 praesidentis *A*, prudentis F^1, praecedens *U*, procedit *T* 20 ammiratione] *LRTUEFC*, administratione *KPA* 21 loqui de te *A* 22 contraque A^c fructus est] fructus *K*, fertur uel fruitur *C* 23 praedicabili] laudabili *FC* uilissimam E^2 24 potestatem *EF* addimus *F* relinqueremus P^a 28 dum *R* 29 ut ass. *om. TU* indisciplinatio] disciplinatio EF^1, indiscinatio *T* 30 bonum *TU* nos *TU*

secundum edicta nostra inter duos Gothos litem debeat amputare. si quod etiam inter
Gothum et Romanum natum fuerit fortasse negotium, adhibito sibi prudente Romano
certamen possit aequabili ratione discingere. inter duos autem Romanos Romani
audiant quos per provincias dirigimus cognitores, ut unicuique sua iura serventur et
sub diversitate iudicum una iustitia complectatur universos. Sic pace communi utrae- 2
que nationes divinitate propitia dulci otio perfruantur. scitote autem unam nobis in
omnibus aequabiliter esse caritatem: sed ille se animo nostro amplius commendare
poterit, qui leges moderata voluntate dilexerit. non amamus aliquid incivile: scelestam
superbiam cum suis detestamur auctoribus. violentos nostra pietas execratur. in causa
possint iura, non brachia. nam cur eligant quaerere violenta, qui praesentia probantur
habere iudicia? ideo enim emolumenta iudicibus damus, ideo tot officia diversis largi-
tatibus continemus, ut inter vos non sinamus crescere quod possit ad odium pertinere.
Unum vos amplectatur vivendi votum, quibus unum esse constat imperium. audiat 3
uterque populus quod amamus. Romani vobis sicut sunt possessionibus vicini, ita sint
et caritate coniuncti. vos autem, Romani, magno studio Gothos diligere debetis, qui
et in pace numerosos vobis populos faciunt et universam rem publicam per bella
defendunt. itaque destinato a nobis iudici vos convenit oboedire, ut quicquid pro
conservandis legibus censuerit, modis omnibus impleatis, quatenus et nostro imperio
et vestrae utilitati satisfecisse videamini.

IIII.
FORMULA DUCATUS RAETIARUM.

Quamvis spectabilitatis honor unus esse videatur nec in his aliquid aliud nisi 1
tempus soleat anteferri, tamen rerum qualitate perpensa multum his creditum videtur
quibus confinales populi deputantur, quia non est tale pacatis regionibus ius dicere,
quale suspectis gentibus assidere, ubi non tantum vitia quantum bella suspecta sunt
nec solum vox praeconis insonat, sed tubarum crepitus frequenter insultat. Raetiae 2
namque munimina sunt Italiae et claustra provinciae: quae non immerito sic appellata
esse iudicamus, quando contra feras et agrestissimas gentes velut quaedam plagarum
obstacula disponuntur. ibi enim impetus gentilis excipitur et transmissis iaculis sauciatur
furibunda praesumptio. sic gentilis impetus vestra venatio est et ludo geritis quod vos
assidue feliciter egisse sentitis. Ideoque validum te ingenio ac viribus audientes per 3
illam indictionem ducatum tibi cedimus Raetiarum, ut milites et in pace regas et cum
eis fines nostros sollemni alacritate circueas, quia non parvam rem tibi respicis fuisse
commissam, quando tranquillitas regni nostri tua creditur sollicitudine custodiri. ita
tamen, ut milites tibi commissi vivant cum provincialibus iure civili nec insolescat
animus, qui se sentit armatum, quia clipeus ille exercitus nostri quietem debet prae-
stare Romanis. quos ideo constat appositos, ut intus vita felicior secura libertate

---

LRKP(TU)E(FC)

1 quid *P* 3 disiungere *L*, distinguere *C* 6 in *om. R* 7 cantatem *EF* ampl. commendare] comm. ampl. *KEFC* 8 moderate *L*[1] scelestem *EFC* 9 execrauit *P*[a] 10 prescia *R* 11 enim *om. TU* 12 uos] *EFCA*, nos *LRKPTU* 13 esse constat (constet *L*)] constat esse *RTU* 14 uterque] itaque *E*[2] possessoribus *E* 16 in pace] parem *F*[2] 17 defendant *P*[a] 18 seruandis *P* 19 uestris (nostris *U*) utilitatibus *TU* 21 aliquid *om. TU* 22 creditur *T*, crediturum *U* 23 quibus *om. P*[a]*F*[1] confiniales *E*[2] 25 turbarum *RC* crepitus] strepitus *EFC* 27 esse indicamus] esse indicanimus *TU*, sunt *P*[a] 29 uenatio est] uenatione *PEA*[r] nos *FCA* 30 uir. et ing. *TU* 31 credimus *R*[a]*A*[r(a)e] 32 circumeas *E* 33 creditura *R*[1] [!] 34 nec insolescat ... 35 armatum *om. TU* nec] non *P* 35 se] si *L*[1], *om. P* clypeis *A*[e] 36 ideo] adeo *PTU* fecilicior *P*, feliciter *TUE*[1]

4 carpatur. Quapropter responde nostro iudicio, fide nobis et industria placiturus, ut
nec gentiles sine discussione suscipias nec nostros ad gentes sub incuriositate transmittas. ad necessitatem siquidem rarius venitur armorum, ubi suscepta surreptio custodiri posse sentitur. privilegia vero dignitatis tuae nostris tibi iussionibus vindicabis.

V.

FORMULA CURAE PALATII.

1 Aula nostra sicut agnoscitur peritis dispositoribus instituta, ita doctorum in ea
diligens debet esse cautela, quoniam pulchritudo illa mirabilis, si subinde non reficitur, senectute obrepente vitiatur. haec nostrae sunt oblectamenta potentiae, imperii decora facies, testimonium praeconiale regnorum: haec legatis sub ammiratione monstrantur et prima fronte talis dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobatur. et ideo magna voluptas est prudentissimae mentis pulcherrima iugiter habitatione gaudere
2 et inter publicas curas animum fessum reficere dulcedine fabricarum. Quas primum
Cyclopes dicuntur ad antrorum modum amplissimas in Sicilia condidisse, postquam in cavernis montium Polyphemus ab Ulixe singularis oculi lugendam pertulerat orbitatem. inde ad Italiam fabricandi peritia legitur fuisse translata, ut quod tantis ac talibus
3 institutoribus inventum est, aemulatrix posteritas in suum commodum custodiret. Hinc
est quod spectabilitatem tuam ab illa indictione curam palatii nostri suscipere debere censemus, ut et antiqua in nitorem pristinum contineas et nova simili antiquitate producas: quia, sicut decorum corpus uno convenit colore vestiri, ita nitor palatii similis debet per universa membra diffundi. ad quae sic poteris idoneus inveniri, si frequenter geometram legas Euclidem, si schemata eius mirabili varietate descripta in tuae mentis contemplatione condideris, ut in hora commonito famuletur tibi copiosa
4 notitia. Archimedes quoque subtilissimus exquisitor cum Metrobio tibi semper assistant,
ut ad nova reddaris paratissimus, qui libris veterum probaris eruditus. non enim tibi minima cura delegatur, quando animum nostrum fabricandi studio cupidissimum artis tuae ministerio probaris explere. nam sicubi aut civitatem reficimus aut castellorum volumus fundare novitatem vel si construendi nobis praetorii amoenitas blandiatur, te ordinante ad oculos perducitur quod nobis cogitantibus invenitur. decorum magisterium, propositum omnino gloriosum in tam longas aetates mittere, unde te debeat posteritas
5 ammirata laudare. Quicquid enim aut instructor parietum aut sculptor marmorum aut

LRKP(TU)E(FC)

1 nostro resp. *A* 2 nec *om.* L^1 discutione *K* ad gentes] agentes *KC* 3 suspecta E^2F
6 aula (cura *T*) nostra sicut] nulla sicut uestra *U* dispositionibus *TA* in ea *om. TU* 7 debet *om. E* quoniam] quando $A^{r(a)e}$ subinde] subito TUE^2F, sub uel subito inde *C* 8 subrepente *R* nostr(a)e] *RF*, nostra *LKPTECA*, uestra *U* potentia *P* 9 praeconale *P* 10 prima fr. *om. TU* 11 magna *om.* R^1 uoluntas *T et Cuiacius* 12 et] ut *K* 13 in sic. *om. TU* 14 poliphens E^1 ulysse A^e 15 legitur] legi P^a tal. ac tant. *KEFC* institutoribus] institutionibus *T*, institutoribus sine institutionibus *C* 17 spectabilitatem] sublimitatem *A* 18 et ant.] ant. *EFC* 20 ad que *UEFC*, atque *LRKPTA* 21 geomeriam R^1, geometrem *TU* euclideni *U*, euglidem *K*, euclitem *T* schemata] LA^e, scemata *plerique*, chemata *P*, themata A^r 22 hora commonito] hora commonitus TUE^2, horuḿ cognitione F^2C 23 archimedes] PF^1CA^e, archimides *TUE*, archimidis *LRK*, archimenides F^2, archimetes A^r quoque *om. KEFC* macrobio E^2C: Ctesibio *proponitur apud Fabricium-Harless. bibl. Gr. 4, 234: cf. Vitruvius 1, 1, 7:* Ctesibii aut Archimedis praecepta assistat PCA^r 24 paratissimus] $LRKTUA^e$, peritissimus $PEFCA^r$ qui l. u. probaris (probatis *U*) eruditus] $TUEFCA^r$, *om.* $LRKPA^e$ tibi cur. min. *EFC*, min. tibi cur. *TU* 26 aut] autem *K* ciuitatem] citeralicem *C. adscribens:* al citeriem. citeria ie *(significatur genetivus)* effigies quaedam causa ridiculi in forum allata 28 perducetur *U*, producitur *T* cogitantebus L^1, ordinantibus *F* 29 debeat] beat K^a poststeritas L^1 30 institutos *F* scupltor *R* aut gipsopl. *ante* aut eris *TU*

aeris fusor aut camerum rotator aut gypsoplastes aut musivarius ignorat, te prudenter interrogat et tam magnus ille fabrilis exercitus ad tuum recurrit iudicium, ne possit aliquid habere confusum. vide ergo quanta debet nosse, qui possit tantos instruere. recipis certe bonae dispositionis tuae uberrimum fructum, cum tu de illorum labore laudaris, si ab eis diligenter facta monstraveris. quapropter quicquid ad te pertinet, ita decenter, ita firmiter volumus explicari, ut ab opere veterum sola distet novitas fabricarum. Sed haec possibilia facis, si dona nostra nulla cupiditate suppresseris. 6
efficaciter enim imperat artifici, qui eum competenti non patitur commoditate fraudari. manus larga artium nutrit ingenia, quando qui de victu non cogitat, perficere iussa festinat. illud quoque considera, qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus inter obsequia numerosa ante pedes regios primus videaris incedere. ut ipso testimonio vicinitatis nostrae agnoscamur tibi palatia commisisse.

VI.

FORMULA COMITIVAE FORMARUM.

Quamvis Romuleae fabricae collatae sibi vix possint praecipuae reperiri, quia 1
totum ad ammirationem noscitur exquisitum, quod ibi cernitur esse fundatum, tamen interesse arbitramur, quod utilitas necessaria gratificat et quod pulchritudinis tantum causa commendat. Traiani forum vel sub assiduitate videre miraculum est: Capitolia celsa conscendere hoc est humana ingenia superata vidisse. sed numquid per ea vivitur aut corporis salus aliqua inde delectatione recreatur? In formis autem Romanis 2
utrumque praecipuum est, ut fabrica sit mirabilis et aquarum salubritas singularis. quot enim illuc flumina quasi constructis montibus perducuntur, naturales credas alveos soliditate saxorum, quando tantus impetus fluminis tot saeculis firmiter potuit sustineri. cavati montes plerumque subruunt, meatus torrentium dissipantur: et opus illud veterum non destruitur, si industria suffragante servetur. Respiciamus certe aquarum copia 3
quantum Romanis moenibus praestat ornatum. nam thermarum illa pulchritudo quid esset, si dulcissima quaedam aequora non haberet? currit aqua Virgo sub delectatione purissima, quae ideo sic appellata creditur, quod nullis sordibus polluatur. nam cum aliae pluviarum nimietate terrena commixtione violentur, haec aerem perpetue serenum purissime labens unda mentitur. quis possit talia sermonibus idoneis explicare? Clau- 4
diam per tantam fastigii molem sic ad Aventini caput esse perductam, ut cum ibi ex alto lapsa ceciderit, cacumen illud excelsum quasi imam vallem irrigare videatur. Aegyptius Nilus certis temporibus crescens per campos iacentes superducto diluvio

---

LRKP(TU)E(FC)

1 camerum] *LRPTU*A^e, camerarum *KEFC*A^r gipsofastes *E*, gissofastes *F*, giplastes *C* musiarius *P*, musarius $A^{r(a)}$ prudentem *F* 2 recurrit] *KEFC*A^e, recurret *LRPTU*A^r 3 nosse] nosce *K*, noscere *EFC* 4 resipis L^a certe] ergo *U*, ergo tantos *T* dispensationis *P*A^e tu] te *F* 5 laudamus *F* ad] a E^1 8 incommoditate *TU* 9 archium *T*, arnum *U* quando] quoniam *EFC* non *om.* *R* perficere] non p. F^2 10 tracteres R^1 ut] aut *L* 11 num. (nume** R^1) obs. *R* regios *om.* *TU* uid. pr. *F* ut] uelut A^e 12 agnoscamus *TU*A^e 14 sibi] tibi E^2 15 ad ammirationem] *LP*, ad *(om. C)* administrationem *K*E^1*FC*, ad(*vel* m)miratione *RTU*E^2*A* fundatum] firmandum seu fundatum *C* 17 miraculo *P* 19 salus *om.* *P*$A^{r(1)}$ inde del.] *PFA*, in del. *LRKTUE* creatur *TU* 20 fabrica] forma *R* 21 constrictis L^1*F*, confructiuss *(sic)* *P* 22 so(l)liditates *TUCA* quanto *T*, merito *U* 23 montis L^1 ueterum] necessarium K^1 25 prestet *T*, prebet *U* quod *T*, quibus *U* 26 delegatione *K* 28 commistione E^2 aerem] erunt *T*, autem *U* perpetuo *P*E^2*FCA* 29 laubens *K* idoneis *om.* *TU* 30 ad auentini] aduentini *L* 31 lapsam K^1 imam] unam *KTU* rigare *EFC* 32 ducto *om.* R^1

aere sereno turbulentus exaestuat: sed quanto pulchrius est Claudiam Romanam per tot siccas montium summitates lavacris ac domibus liquores purissimos fistularum uberibus emisisse et ita aequaliter fluere, ut numquam se possit desiderata subducere! ille enim dum recedit, limus est, dum venit insperate, diluvium. quis ergo famosum Nilum urbis nostrae fluminibus non aestimet esse superatum? quando Nilicolas
5 suos aut veniendo terret aut recedendo destituit. Verum haec non superflua commemoratione narravimus, ut possis advertere qualis a te diligentia perquiratur, cui pulchritudo tanta committitur. qua de re per indictionem illam comitivam tibi formarum sub magna deliberatione credidimus, ut summo studio nitaris efficere quod
6 tantis ac talibus rebus respicis expedire. In primis noxias arbores, quae inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam moenium importabiles arietes, censemus radicitus amputari, quia nulla laesio removetur, cuius origo non tollitur. si quid autem conficiente senio fuerit demolitum, pervigili celeritate reparetur, ne crescente defectu augeatur nobis causa dispendii. ductus aquae fortuna tua est, dum incolumis eris, si illa solidaveris, tantumque apud nos proficis, quantum te illis studuisse probaveris. agat ergo peritia fidesque tua, ut et constructio fabricae illibata permaneat et aquae distributio nulla se custodum venalitate subducat.

VII.

FORMULA PRAEFECTURAE VIGILUM URBIS ROMAE.

1 Quamvis nomen tuum ad civitatis te vigilias debeat excitare, ut possis implere quod diceris, tamen providentiae nostrae solita cautela non deserit, nisi eos quos ad agendum deligimus, ad parendum quoque suaviter invitemus. quid enim tibi pulchrius quam in illa urbe operam navanter impendere diligentiae tuae, ubi tales testes videntur assistere? cautela quidem tua, mox adhibita fuerit, per patriciorum et consulum ora discurrit: vix te contingit aliquid sollicite facere et audis proceres cum ammiratione laudare. mediocrem dignitatem regis et in summa opinione versaris. custos Romanae
2 civitatis diceris, quoniam eam ab intestino hoste defendis. Quapropter circa fures esto sollicitus. quos etsi tibi leges punire minime praecipiunt, tamen eos indagandi licentiam non tulerunt: credo ut quamvis essent raptores detestabiles, tamen, quia dicebantur Romani, maiori eos subderent dignitati. utere igitur per indictionem illam praefecturae vigilibus dignitate. horror tibi poenarum ademptus est, non potestas: nam lex a quo voluit malos capi ipsum censuit plus timeri. eris igitur securitas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discussor obscurus, arbiter silen-

LRKP(TU)E(FC)

31 eris — *p. 207, v. 1* gloria *extant scripta in lapide reperto in vico Ain-Beida prope Thamugadi in Numidia C. I. L. VIII, 2297 (cf. ibidem p. 950)*

1 serenissimo *TUF* exaestuatur E^1, extuat F^1 quanto] tanto *K* 2 lacacris P^a 3 emersisse *R* dederata L^1 5 esse *om. TU* Nilicolas] *scripsi,* illic incolas *LRPTU*, ille incolas *KEFA*, incolas *C* 6 restituit *R* commeratione R^1, connumeratione *El* 7 narrabimus *LR* quali *TU* 10 respicis] uideris *A* 13 raperetur *L* 14 si] sed *U*, *om. T* 15 illis] *TUEFC*, illi *LRKPA* 19 ad] a *K* 20 prouincie K^1, prudentiae *A* nostrae *om. KEFC* nisi] *LRKPTUA*, quin *EFC* 21 delegimus *EFC* enim] est A^e 22 ouanter F^2, nouanter (*voluit* ouanter) E^2, grattanter *T*, generaliter (*post* imp.) *U*, *om. C* uideantur *TU* 23 quidem] siquidem *TU* mox] P^1TU, mox ut *reliqui* adhibita] habita *EFC* 24 contigit A^e 26 quoniam] quando $A^{r(a)e}$ circa] erga *TU* 27 soll. esto PA^e quos] qui *TU* etsi] si A^e minime] mime *T*, *om.* K^1 28 non tulerunt] *LRKPTA*, contulerunt *UEFC* 29 dicebant *TU* 30 praefecturae *om.* R^1 uigilibus] *RPT*, uigilis *A*, uigili *L*, uigilum *KUEFC* horror] hortor *U*, honor *T* poenarum *post* potest. *T*, potero *U* 31 igitur *om. A* 32 soporantion *lapis* domorum] *PA et lapis*, domum *LRKEF*, dominum *TU* discossor *lapis*, discursor *TE*, discurror *U*

tiosus. cui fallere insidiantes fas est et decipere gloria. Actus tuus venatio nocturna 3
est, quae miro modo si non cernitur, tunc tenetur. furta magis in furibus facis, dum
illos circumvenire niteris quos omnibus illudere posse cognoscis. praestigii genus est
quod agitis, ut latronum versutias irretire possitis. facilius enim aestimamus sphingae
aenigmata comprehendi potuisse quam raptoris fugacem praesentiam reperire. ille
circumspectus ad omnia, instabilis ad ventura, trepidus ad insidias quemadmodum
potest capi, qui more venti nullo situ cernitur contineri? Vigila impiger cum nocturnis 4
avibus: nox tibi pandat aspectus et sicut illae reperiunt in obscuris cibum, ita tu
possis invenire praeconium. esto nunc ad iniuncta sollicitus. venalitas tibi non adimat
quod concedit industria. nam licet haec sub profunda caligine videantur geri, nullus
tamen actus est qui possit abscondi. privilegia quoque tua vel officii deputati ex
nostra tibi auctoritate rationabiliter vindicabis, quia necesse est in tam magna civitate per diversos iudices agi, quod ab uno non potest explicari.

VIII.

FORMULA PRAEFECTURAE VIGILUM URBIS RAVENNATIS.

Quamvis dignitate magni nominis prima fronte decoreris. quia non potuit anti- 1
quorum prudentia summa imaque simili appellatione censere, ne splendorem quem
summis dabat alterius vilitate pollueret, tamen hinc intellegitur. quid sentire maiorum
potuisset auctoritas, quando praefectos vigilibus appellare voluerunt qui pro generali
quiete discurrunt. tibi enim commissa est fortunarum securitas, civitatis ornatus.
utilitas omnium, scilicet ut contra domesticos grassatores bellum pacatum gereres. si
quem civium laedendum esse sentires. Custodi fortunas omnium. securus somnus te 2
vigilante carpitur et molestia nulla sentitur. in pace positus sumis de nocturno fure
victorias. tuis laureis mane civitas defensa laetatur. quae, dum captos respicit, tunc
se occulto hoste caruisse cognoscit. cottidie triumphas, si bene vigilas. et cum rara
sit gloria bellici certaminis. tibi iugiter latronibus famulatur inventis. o ducatum
nimia civium affectione susceptum! assumes praedones inquirere, quos pro se dominus
non valet invenire et duplici ratione beneficus aut futura furta prohibes aut admissa
concludis. Nonne ista quaedam est ineffabilis gratia civitatis unum in se suscipere, 3
quod videt omnibus expedire? merito tibi gloriosum nomen praefecti prudens antiquitas deputavit. quia istud facere non poterat, nisi qui cives a suis commodis plus
amabat. officium quoque tuum non parvo constat munere sublevatum. quando et ipsis
momenti iura dilatata sunt. qui pro securitate civium militare noscuntur. Quae cum 4
ita sint, praefecturam tibi vigilibus per illam indictionem. delectati tua opinione, con-

---

LRKP(TU)E(FC)

1 cui *om.* F^1 tuus] R^b*PTUA*, tuis R^a, tui *EFC*, tuos *LK* 2 tenetur] tiuetur *C* 4 agitis] agis *EFC* irricere *K* possis *EF* falius K^1 sp(h)ing(a)e *reliqui*, sphingis A^e, plunge *U*, figurata *T* 5 raptores L^1, reptoris E^1 7 situ] loco *Cui.* cernitur] noscitur *TEFC*, potest *U* uigilia L^1 8 illae *om.* *KC* reperiunt] receperint *K* 10 geri] urgeri *TU* 11 tua *om.* A^e 16 prudentia *om.* *TU* imaque] unaque *KPTUECA*^{r} 17 tamen] tantum *TU* maiorum] m. utilitas R^1 18 uoluere A^e 19 commissa est] discui comm. est P^a, comm. est scilicet *post* omnium *KEFC* 20 circa *A* crassatores *LRKT*$E^1F^1A^e$, cursatores *U* gereris E^1 21 custodis *TUEFC* 23 uictoriam *PA* tuis] et tuis *EF* mane] cotidie mane K^2 25 famulantur *KTU* 26 assomes P^a, assumens *EFC*, assume *TU* pro] per F^2*CA* 27 beneficiis *L* amissa *LRK*, commissa *A* 28 concludis] *C*A^e, concludes *reliqui* est ineff. quaed. *KEFC* gratia] gloria *EFC* unum] cum unum R^2 suscipere] *TU*A^e, suscipitur *LRKPEFC*, nescipit A^r 29 uidetur *TU* 30 quia] qui *TU* illud *A* a suis] suis *TU* 31 ipsi *P*$A^{r(a)}$, ipsa *Cui. e coni.* 32 moniti *U*, munimine *T* dilata *TEF (non U)* ciu. sec. *EF* militure P^a cum *om.* L^a 33 sunt *TU* uigilibus] *LRKPTU*, uigilum *PEFA*

cedimus, ita ut et curam huius dignitatis et privilegia tibi competentia modis omnibus exsequaris. sed quamvis nomen odiosissimum furum generalis persequatur assensus, tamen quia de effusione humani sanguinis agitur, nihil subitum aut indeliberatum iubemus assumi. modestiam sequere, qui damnas audaciam: continentiam dilige, qui furta condemnas. ad gesta perducti audiantur aliquid pro salute dicturi, quoniam quicquid non discutitur, iustitia non putatur. convictis vero atque confessis quae sunt decreta serventur: quando crudele nihil efficit qui sequitur leges.

VIIII.

FORMULA COMITIVAE PORTUS URBIS ROMAE.

1 Deliciosa magis quam laboriosa militia est in Portu Romano comitivae gerere dignitatem. illic enim copiosus navium prospectatur adventus: illic veligerum mare peregrinos populos cum diversa provinciarum merce transmittit et inter tot spectacula dulcium rerum commodum tuum est venientes evasisse periculum. his primum faucibus Romanae deliciae sentiuntur et undis Tiberinis quasi per alvum vadunt quae ad com-
2 mercia civitatis ascendunt. Bene inventa dignitas, quae copias videtur ornare Romanas. nam quid elegantius potest agi quam unde probatur populus ille satiari? o inventa maiorum! o exquisita prudentium! ut quia longius a litore Roma videbatur posita, inde magis esse inciperet, ubi decorum ingressum navium possideret. duo quippe Tiberini alvei meatus ornatissimas civitates tamquam duo lumina susceperunt, ne vacaret a gratia quod tantae urbi ministrabat expensas. eximia ergo res tibi com-
3 mittitur, si moderate peragatur. Tu copiam facis, dum ingredientes iuste tractaveris. avara manus portum claudit et cum digitos attrahit, navium simul vela concludit. merito enim illa mercatores cuncti refugiunt, quae sibi dispendiosa esse cognoscunt. quapropter adversus ibi ventus est immoderata praesumptio: nam placidum mare damnat, qui undas cupiditatis exaggerat. unusquisque pro sollemnitate commonitus offerat voluntarium munus. Xenia sunt enim ista, non debita. a paucis accipit qui
4 nimium quaerit: et sibi ipse nutrit vitae munera, qui moderatur oblata. Sit tibi ergo cura praecipua non solum te abstinere, verum etiam cohibere praesumentium manus, quia non est leve in illa ubertate delinquere, quam decet cunctos indesinenter optare. quocirca per indictionem illam comitivae Portus te honore decoramus, ut sicut tibi dignitas dulces delicias amministrat, ita et tu honori opinionem laudabilem derelinquas.

LRKP(TU)E(FC)

1 huius] tue *TUF* dignitatem *P*^{a} tibi *om. TU* 2 odiodissimum *L* 3 nil *A*^{e} 4 continentiam] et c. *P* 6 conuictus *L*^{1}, cunctis *T* 7 nil *PC*^{2}*A*, *inc. C*^{1} 9 portu *om. R*^{1} 10 dignitates *EFC* copiosius *P*^{a}*A*^{r}, copiosum *T* ueligrum *R*^{1} 11 diuersarum *A* merces *L*^{1} tot *om. R*^{1} 13 aluum] *LRT*, alueum *KPUEFCA* 14 abscondunt *A*$^{r(1)e}$ 15 eligancius *L*^{1} ille] iste *EC* inuenta] munera *E* 16 prudentum *EFCA* litore] l. maris *T*, l. mons *U* 17 esse *om. R* ingressus *P* 18 luminaria *R*^{1}*TUF*^{2} 19 a *om. TU* ministraret *KEFC* tibi res *R* 21 nauium] manum *K*^{a}, mus (?) *supra* um *K*^{b} 22 enim] ergo *KEFC* illa (illam *LR*) merc. cunct.] merc. cunct. illa *F* dispensiosa *LR*^{1}, dispendia *A*^{e} 24 unusquisque] unusquis *R* per solemnitatem *A* 25 uoluptarium *P* xenia] exenia *TF*^{2}, emxenia *EF*^{1}*C*, exremnia *K* 26 sibi ipsi *FA*, ipse sibi *TU* nutrit] mittit *FA*^{e} 29 tibi dign.] dign. tibi *P*, dign. *A* 30 et *om. KEFC* opinioni *L*^{1} laudabiliter *L* relinquas *TU*

X.

FORMULA TRIBUNI VOLUPTATUM.

Quamvis artes lubricae honestis moribus sint remotae et histrionum vita vaga 1 videatur efferri posse licentia, tamen moderatrix providit antiquitas, ut in totum non effluerent, cum et ipsae iudicem sustinerent. amministranda est enim sub quadam disciplina exhibitio voluptatum. teneat scaenicos si non verus, vel umbratilis ordo iudicii. temperentur et haec legum qualitate negotia, quasi honestas imperet inhonestis, et quibusdam regulis vivant, qui viam rectae conversationis ignorant. student enim illi non tantum iucunditati suae, quantum alienae laetitiae et condicione perversa cum dominatum suis corporibus tradunt, servire potius animas compulerunt. Dignum 2 fuit ergo moderatorem suscipere, qui se nesciunt iuridica conversatione tractare. locus quippe tuus his gregibus hominum veluti quidam tutor est positus. nam sicut illi aetates teneras adhibita cautela custodiunt, sic a te voluptates fervidae impensa maturitate frenandae sunt. age bonis institutis quod nimia prudentia constat invenisse maiores. leve desiderium etsi verecundia non cohibet, districtio praenuntiata modificat. agantur spectacula suis consuetudinibus ordinata, quia nec illi possunt invenire gratiam, nisi imitati fuerint aliquam disciplinam. Quapropter tribunum te voluptatum per illam 3 indictionem nostra facit electio, ut omnia sic agas, quemadmodum tibi vota civitatis adiungas, ne quod ad laetitiam constat inventum, tuis temporibus ad culpas videatur fuisse transmissum. cum fama diminutis salva tua opinione versare. castitatem dilige, cui subiacent prostitutae: ut magna laude dicatur: 'virtutibus studuit, qui voluptatibus miscebatur'. optamus enim ut per ludicram amministrationem ad seriam pervenias dignitatem.

XI.

FORMULA DEFENSORIS CUIUSLIBET CIVITATIS.

Si ad cuiuslibet negotium peragendum talis eligitur, qui consilio et gravitate 1 laudetur, quanto praestantior esse debes, qui suscipis negotia civitatis? nam si periculum est unum decipere, quid erit imparem tantorum iudiciis extitisse? causa enim multorum bene acta nobilitat, quando totum bono proposito agere creditur, qui generalibus desideriis adesse sentitur. Defensorem te itaque illius civitatis per indictionem 2 illam, civium tuorum supplicatione permota, nostra concedit auctoritas, ut nihil venale, nihil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis. commercia civibus secundum temporum qualitatem aequabili moderatione dispone. definita serva quae iusseris. quia non est labor vendendi summas includere nisi statuta pretia castissime custodire. imples enim re vera boni defensoris officium, si cives tuos nec legibus patiaris opprimi nec caritate consumi.

LRKP(TU)E(F)(C collatus ad ep. 10 fin.)

2 ludicrae *coni. Cui.* honestis] ab h. *TU* moribus] studiis *KEFC* uaga *om. P* 3 efferri] offerri F^2C 5 teneas *K* umbraticus *TU* 6 honesta *EFC* imperent *EF*, imparent *C* 7 iuuant *T*, uiuunt *U* 10 conuersatione] moderatione *KEFC* 11 tutor est positus] tutores positum *T*, tutor expositus *U* 12 uoluntates *TU* 13 age] ade K^1, adde K^2 14 desiderium] desi *TU* prohibet *F* praenuntiata] pronuntiata *A*, praedicta *KEFC* mundificat *T*, modificet *A* agantur] cogantur $PA^{r(1)}$ 15 ordiniuata *R* 16 aliam *TU* tributum L^1 uoluptabat P^a 17 el. fac. *P* 18 adiugas L^a ne] nec *EFC* 19 fuisse] iure *TU* tua *om. K* 20 subiaceant F^1 dicantur F^1 21 per *om.* L^1 ludricam *E* 25 debet qui suscipit *A* 26 quid] quod PA^c iudiciis *UEF*, iudicii *LRK*, iudicio *PA* 27 nibilitat *R* 28 itaque te *KP* 29 permoti *RE* nil uenale nil *A* 31 temporum] temporis *T*, ipsorum *U*, *om. R* 32 cast. cust. (custodere L^a)] cust. cast. F^1 33 nec] non *K*

XII.

FORMULA CURATORIS CIVITATIS.

1 Quamvis per se honorabilis habeatur, qui vel minimam sollicitudinem civitati
propriae videtur impendere et inter suos magna reverentia perfruatur, qui cives se
amare professus est, tamen indubitatus honor est qui nostra electione confertur, quia
2 praeditus bonis institutis creditur, cui aliquid principis auctoritate delegatur. Et ideo
ab indictione illa illius civitatis curam ad te volumus pertinere, ut laudabiles ordines
curiae sapienter gubernes, moderata pretia ab ipsis quorum interest facias custodiri.
non sit merces in potestate sola vendentium: aequabilitas grata custodiatur in omnibus.
opulentissima siquidem et hinc gratia civium colligitur, si pretia sub moderatione ser-
ventur, ut vere curatoris impleas officium, cum tibi sollicitudo fuerit de utilitate
cunctorum. consuetudines autem tibi ex nostra auctoritate defende, quas in eodem
loco tuos constat habuisse maiores.

XIII.

FORMULA COMITIVAE ROMANAE.

1 Si clausis domibus ac munitis insidiari solet nequissimum votum, quanto magis
in Romana civitate videtur illici, qui in plateis pretiosum reperit quod possit auferri?
nam quidam populus copiosissimus statuarum, greges etiam abundantissimi equorum,
tali sunt cautela servandi, quali et cura videntur affixi, ubi, si esset humanis rebus
ulla consideratio, Romanam pulchritudinem non vigiliae, sed sola deberet reverentia
2 custodire. Quid dicamus marmora metallis et arte pretiosa? quae si vacet eripere,
rara manus est quae possit a talibus abstinere. ubi sunt exposita, quae facere
potuerunt divitiae generales et labor mundi, quem inter ista deceat esse neglegentem?
quis in causa tali patitur esse venalis, quando gravissimum damnum potest fieri in
3 pulchritudine singulari? Qua de re per illam indictionem comitivae Romanae cum
privilegiis et iustis commodis suis tibi concedimus dignitatem, ut fideli studio magno-
que nisu quaeras improbas manus et insidiantes aut privatorum fortunis aut moenibus
ad tuum facias venire iudicium et rei veritate discussa congruam subeant de legibus
ultionem, quia iuste tales persequitur publicus dolor, qui decorem veterum foedant
detruncatione membrorum faciuntque illa in monumentis publicis, quae debent pati.
4 Officium tuum et milites consuetos noctibus potius invigilare compelle: in die autem
civitas se ipsa custodit: vigilans enim studio non indiget alieno. furta quidem per-
suadent: sed tunc praesumptus facile capitur, cum custos minime supervenire sentitur.
statuae nec in toto mutae sunt, quando a furibus percussae custodes videntur tinniti-
bus ammonere. proinde diligentiam tuam devotione laudabili sentiamus, ut cui nunc
laboriosos fasces iniungimus, securos honores postea conferamus.

LRKP(TU)E(F)

2 nimiam A^e ciuitatis F^1 3 propriae] sue *E* 4 uostrae electioni PA^e 5 praedictus T^a, penitus *U* 6 illius] illam *LR* 7 gubernes *om. TU* 8 sola pot. *F* 9 ciu. et hinc gr. *KEF* 11 quasi *TU* 14 insiari P^a 15 allici E^1F plates F^1, platea E^1 16 quidem F^1 18 ulla] illa EF^1 debet *PEF*, debere *TU* 19 custodiret *R* ualet E^1F 20 a tal. poss. *TU* ibi *LTUA* 21 esse] *PA*, *om. LRKTUEF* 22 tali causa *K*, causa (casa *U*) ista TUE^2 23 qua de re] quare *Cui.* ind. ill. FA^o 24 suis] tuis *TU* 25 prauorum *TU* 26 congruum P^a subeant] suam *T*, summas *U* de *om. EF* 27 ueterem *P* 28 in *om.* PA^r 29 uigilare *F* 30 custodiat *KEF* enim *om. F* non *om. K* *fortasse* permanent 31 praesumptor *EF* cum] *PEFA*, cui *LRKTU* superueniente F^1 32 totum *TUEF* tinnitibus] timitibus E^1, tinnitibus uel nutibus E^2, tin(n)ientes auribus $PA^{r(1)}$, termitibus *T*, in uiribus *U*

XIIII.
FORMULA COMITIVAE RAVENNATIS.

Si aestimanda est dignitas ex labore, si laudabilis sollicitudo actuum publicorum 1
parit gratiam liberaliter servienti, summa gratificatione locus tuus habendus est, qui
suis necessitatibus probatur adimere nostris ordinationibus tarditatem. quis enim
nesciat quantam copiam navium leviter procures ammonitus? a dignitatibus palatii
nostri vix in evectionibus scribitur et iam a te summa celeritate completur. Nam inter 2
dimissorum festinationes anxias vix sufficit alter advertere quod te vivaciter contingit
implere. negotiatorum operas consuetas nec nimias exigas nec venalitate derelinquas.
sit modus qui non potest gravare laborantes, ut, cum res querelosas sine querimoniis
egeris, maiora de nostro examine merearis. Proinde comitivam Ravennatem per illam 3
indictionem tibi serenitas nostra concedit, ut dignitatis tuae privilegia subeas et labores.
officium tuum aequitatis consideratione moderare. semper enim et laedendi et prae-
standi causas invenit, qui publicis actionibus adhibetur. sed quantum amministratio
tua inter mediocres agitur, tanta debet aequalitate trutinari, quia illum potius expedit
tenere mensuram, qui defectam noscitur gubernare substantiam. idonei damna vix
sentiunt, tenues autem levi dispendio vulnerantur, quando vel medioeri iniuria totum
videtur amittere, qui exiguum cognoscitur possidere.

XV.
FORMULA AD PRAEFECTUM URBIS DE ARCHITECTO FACIENDO IN URBE ROMA.

Romanae fabricae decus peritum convenit habere custodem, ut illa mirabilis silva 1
moenium diligentia subveniente servetur et moderna facies operis affabris dispositioni-
bus construatur. hoc enim studio largitas nostra non cedit, ut et facta veterum exclusis
defectibus innovemus et nova vetustatis gloria vestiamus. Proinde illum illustris magni- 2
tudo tua Romanis arcibus ab illa indictione datum architectum esse cognoscat. et quia
iustis commodis studia constat artium nutrienda, ad eum volumus pertinere quicquid
decessores eius constat rationabiliter consecutos. videbit profecto meliora quam legit,
pulchriora quam cogitare potuit, statuas illas, auctorum suorum scilicet adhuc signa
retinentes, ut quamdiu laudabilium personarum opinio superesset, tamdiu et simili-
tudinem vivae substantiae imago corporis custodiret: conspiciet expressas in aere
venas, nisu quodam musculos tumentes, nervos quasi gradu tensos et sic hominem
fusum in diversas similitudines, ut credas potius esse generatum. Has primum Tusci 3
in Italia invenisse referuntur, quas amplexa posteritas paene parem populum urbi dedit

---

LRKP(TU)E(F)

3 seruiendi *K*, seruientium *TU* 7 festinationem *P*$A^{r(a)}$*[?]* auxius *P*, anxi** $A^{r(a)}$ euertere *EF* 9 potest] poterit *TU* 10 rauennata P^a ind. ill. *F* 11 didignitates P^a 12 consideracionis L^1 enim] tibi EF^1 laed. et praestandi (proficiendi F^2)] pr. et laed. A^e 13 inuenit] inuetat E^1 14 trucinari *K* 15 uix] non *E* 16 tennis a. l. d. uulneratur *P*$A^{r(a)}$ quando] quoniam *EF* 21 a fabris *KU*E^1, affabilis E^2F, a fabricis *T* 22 hoc] hec *E[?]*, huic F^2, *inc.* F^1 enim *om. R* non cedit] concedit *PA* et *om. F* 23 et — uestiamus *om. T*, *habet, sed pro* uestiamus *sp. vac. U* illum] *F coniectura*, illa *libri*, *om.* A^e illustris *om.* K^1 24 artibus K^b*TF*, actibus K^a*U* datum] d. te *R* cognoscas *TU* 25 artium] arcium *LRP*E^1A^e 26 legerit *F* 27 potuerit *F* illos P^a scil. adh.] adh. scil. F^1, felicia adhuc F^2*[?]* 30 nisi E^1, uisu *A* quosdam A^e homine L^1 31 esse *(om. K)* gen.] gen. esse *EF*, esse generat generatum L^a 32 italiam *U*, ytaliam *T* poteritas L^1

quam natura procreavit. mirabitur formis equinis signa etiam inesse fervoris. crispatis enim naribus ac rotundis, constrictis membris, auribus remulsis credet forsitan cursus appetere, cum se metalla noverit non movere. quid dicamus columnarum iunceam proceritatem? moles illas sublimissimas fabricarum quasi quibusdam erectis hastilibus contineri et sub tanta aequalitate concavis canalibus excavatas, ut magis ipsas aestimes fuisse transfusas, ceris iudices factum, quod metallis durissimis videas expolitum, marmorum iuncturas venas dicas esse genitales, ubi dum falluntur oculi, laus probatur
4 crevisse miraculis. Ferunt prisci saeculi narratores fabricarum septem tantum terris adtributa miracula: Ephesi Dianae templum: regis Mausoli pulcherrimum monumentum, a quo et mausolea dicta sunt: Rhodi solis aeneum signum, quod colossus vocatur: Iovis Olympici simulacrum, quod Phidias primus artificum summa elegantia ebore auroque formavit: Cyri Medorum regis domus, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit: Babyloniae muri, quos Samiramis regina latere cocto sulpure ferroque construxit: pyramides in Aegypto, quarum in suo statu se umbra consumens
5 ultra constructionis spatia nulla parte respicitur. Sed quis illa ulterius praecipua putabit, cum in una urbe tot stupenda conspexerit? habuerunt honorem, quia praecesserunt tempore et in rudi saeculo quicquid emersisset novum, per ora hominum iure ferebatur eximium. nunc autem potest esse veridicum, si universa Roma dicatur esse miraculum. quapropter talia virum peritissimum suscipere decet, ne inter illa nimis ingeniosa priscorum ipse videatur esse metallicus et intellegere non possit, quae in illis artifex antiquitas, ut sentirentur, effecit. et ideo det operam libris, antiquorum instructionibus vacet, ne quid ab illis sciat minus in quorum locum cognoscitur subrogatus.

XVI.

FORMULA DE COMITE INSULAE CURITANAE ET CELSINAE.

1 Constat plerumque bene posse agi, ubi non defuerit persona monitoris. omnia enim sine priore confusa sunt et dum unusquisque iuxta voluntatem suam cogitat vivere, regulam cognoscitur omittere disciplinae. itaque antiquae consuetudinis morem secuti Curitanae et Celsinae insulis te iudicem per illam indictionem nostra cedit
2 auctoritas. Iustum est enim ut qui a reliquorum hominum sunt conversatione divisi, ad habitationes eorum vadat qui eos probabili ratione componat, ne quaedam sit necessitas iniustitiae communes actus longe positos ignorasse. habetis igitur, supra dicti, qui inter vos emergentes causas et audire debeat et finire. et si quid etiam a nostra fuerit pietate decretum eodem commonente peragite, quia erroribus locus

LRKP(TU)E(F)

2 enim] etiam *EF* ac] et *EF* renulsis E^2F 3 nouerit (-rint *U*) met. *TU* iunctam PA^r, uinceam *E* 4 suctilissimas F^1, subtilissimas F^2 rectis *TF*, *om.* *U* 5 sub tanta aequalitate] $TUEFA^r$, substantiae qualitate $LRKPA^e$ excauatis *R*, excultas *U*, excālliatas T^a, excāliatas T^b 6 fuisse] esse *E* purissimis *K* 7 gentiles K^a 8 miraculis] L^1RPTUA, miraculi L^2EF, mirabili *K* 9 mauosoli KE^aF^1, mauesoli F^2[?] 10 manosolea F^1, mausoli *T* colosus *libri* uo*atur R^1 11 olimpiaci *P*, olympicis *L*, olimpicis *R* fidias *fere libri*, sidias *T*, fudias *E* 12 firmauit *P* memmon *EF*, menon *T*, menozi *U* 13 babyloniae] sabinolie *K* samiramis] *LRT*, samiramus P^a, semiramis KP^bU^2EFA, *inc.* U^1 regia *LR* sulpure] *P*, sulphure *vel* sulfure *plerique* 15 constrictionis L^1 quis illa] quia *TU* 16 reputabit *KEF* 17 et *om.* *EF* in rudi saeculo] rudisculo *T*, in indii seculo *U* 18 ferebantur *K*, ferebat *T*, fatebatur *E* 19 uir. per. tal. *EF* 20 ipse *om.* *R* metallicus] metallum *E* 21 sentiretur *F* 25 plerumque] plurimum *K* monitoritoris P^a 26 iuxta] secundum *PA*, ad *TU* 27 emittere E^1, omit *T* disciplina P^a mores *TU* 28 curritan(a)e $LRTA^e$, turritane *EF*, critanae *U* te iud.] L^2KPA, iud. te *F*, iud. (*om.* te) L^1REU, indicere (*om.* te) *T* concedit *EF* 29 qui] qua P^a conuersione *P* 30 eorum *om.* *TU* 33 fuer. a nostr. A^e a (*om.* *TU*) nostr. f.] f. a nostra *A*

tollitur, quando vobis cui debeatis observare declaratur. quem credimus ita bonis actibus studere, ut augmenta nostrae gratiae possit accipere. necesse est enim ut a nobis remunerationem sumat, si vobis quae sunt profutura disponat.

XVII.
FORMULA DE PRAEPOSITO CALCIS.

Gloriosum opus est servienti unde Romana civitas probatur ornari, dum tantum 1
quis apud nos proficit quantum praedictae Urbi proprio labore contulerit. dubium non est coctilem calcem, quae est nivibus concolor, spongiis levior, instrumentum esse maximum fabricarum. haec quantum ignis adustione dissolvitur, tantum exinde parietum firmitas roboratur: petra solubilis, saxea mollities. harenacius lapis, qui tunc potius accenditur, quando aquis copiosissimis irrigatur: sine quo nec saxa fixa sunt nec harenarum minuta solidantur. et ideo maius studium meretur accipere, quod primum locum in Romanis moenibus noscitur optinere. Quocirca industriam tuam multorum 2
sermone celebratam ad coctionem distributionemque calcis ab indictione illa nostra praeponit auctoritas, ut tam publicis quam privatis fabricis abunde procurata sufficiat et ad aedificandum cunctorum animi concitentur, dum viderint paratum esse quod quaeritur. privilegia vero loci tui nostris iussionibus rationabiliter vindicabis, ut maiora mereri possis, si bene tibi delegata compleveris.

XVIII.
FORMULA DE ARMIFACTORIBUS.

Considera quid suscipis, et intellegis locum te dare non debere peccatis. arma 1
enim bene construere hoc est salutem velle omnium custodire, quia prima facie ipsis terretur inimicus et incipit animo cedere, si se cognoscit similia non habere. atque ideo ab indictione illa militibus te et fabris armorum, invitati morum tuorum opinione, praefecimus, ut tale opus ab artificibus exigas, quale nobis placere posse cognoscis. securitas te nostrae non inducat absentiae. quicquid feceris nos videmus. age qui usu ipso subtilissima perquisitionis errores artificum possumus prima fronte deprehendere et laudabiliter operata iudicare. Vide ergo qua diligentia, quo studio faciendum 2
est quod ad nostrum venturum constat examen. age itaque ut nulla te venalitas, nulla culpa demergat, quia veniale esse non potest quod in tali causa delinquitur, ne inde puniaris de qua parte peccaveris. opus quod mortem generat et salutem, interitus peccantium, custodia bonorum, contra improbos necessarium semper auxilium. hoc

---

LRKP(deficit in ep. 17 fin.)(TU)E(F)

1 obseruare] obedire *PA*, obtemperare F^2 3 profutura] futura *P* componat *TU* 5 op. est] op. *U*, est op. *T* 6 praedictae] prodesse *A* contulerit] constiterit *A* 7 spungiis *LU*, spumgnus *T* 8 soluitur *K*, dissoluitur *U*, dissoluuntur *T* 9 harenacius] FA^r, harinacius *LKE*, harinatius *R*, harinacis *U*, harmatius *T*, harenatius *P* 10 copiossimis *T*, copiosissimus *U* saxea E^1 11 merentur *TU* quod] qui *K* 12 continere *F* 14 aliunde *P* 15 exciteutur *KE* pariter *EF* 16 uero *om. F* uendicabunt *K* 19 quod *A* intellis *T*, intelliges A^e 20 hoc] hec *T (non U), om.* A^e omn. uelle *KEF* facie] fronte *F* 22 et *om. L* opinione] industria *F* 23 praeficimus *RK*, perfecimus *L* 24 non *om.* F^1 age qui] LRK^1TUEF^1, agere qui K^2A^r, age quod F^2, qui A^e; atque *Meyer*, edocti *ego* 25 usu] in usu K^1 subtilissima] LRK^1TU, subtilissim(a)e K^2EFA errores] et err. *TUEFA* possimus F^2 deprehendere] *edd.*, reprehendere *libri et* A^e 26 fac. est] sit fac. *A* 27 uen. nulla te *R* 29 pecc. parte R^1

primum Phoroneus Iunoni dicitur obtulisse, ut inventum suum numinis, ut putabant, auspicio consecraret. haec in bello necessaria, in pace decora sunt: haec denique imbecilles fragilesque mortales cunctis beluis efficiunt fortiores.

XVIIII.

FORMULA AD PPO DE ARMIFACTORIBUS.

Multorum insinuatione comperimus illum probis moribus institutum commissa sibi posse fideliter expedire. idcirco illustris magnitudo vestra nos eum elegisse cognoscat, ut et militibus praesit secundum morem pristinum et artificibus iubere possit armorum, quatenus consuetudines suas sic eleganter adimpleant, ut nulla in eis inveniri possit offensio. quia licet ubique culpa laedat, hic tamen graviter percutit, si bellorum instrumenta neglexerit. proditionis quippe instar est exercitui subtrahere quod eum constat armare. quibus consuetudines suas providentia vestra deputabit, ut, dum illis excusatio victualium tollitur, necessaria vivacius exigantur.

XX.

FORMULA BINORUM ET TERNORUM, SI PER IUDICEM AGANTUR.

Ad genium dignitatis tuae credimus pertinere, si competentia tibi videamur iniungere, quia tanto quis gratior redditur, quanto parendi causas amplius suscepisse monstratur. et ideo binorum et ternorum titulos, quos a provincialibus exigi prisca decrevit auctoritas, per illam indictionem, officio tuo procurante, ad scrinia comitis sacrarum largitionum transmittere maturabis, ita ut omnis quantitas intra kal. Martiarum diem sollemniter impleatur, ne de proprio reddere cogaris quod procurare neglexeris. tuam enim tetigisset iniuriam, si alter eos titulos videretur exigere, quos ad te praeceperunt leges sacratissimae pertinere.

XXI.

FORMULA BINORUM ET TERNORUM, SI PER OFFICIUM AGANTUR.

Quamvis prisca consuetudo binorum et ternorum exactionem ad te iusserit pertinere, tamen, ne te multiplex occupatio praegravaret et impedimenta tibi faceret sollicitudo geminata, illum et illum scriniarios officii nostri duximus destinandos, ut tibi officioque tuo debeant imminere, quatenus cum eorum solacio intra kal. Martiarum diem ad illustrem virum illum comitem sacrarum largitionum sollemnis quantitas deferatur, ne opinionis publicae reus efficiaris, si largitiones sacras per moram ali-

---

LRKTU(duo hi deficiunt v. 28 in opinionis*)E(F)*

1 foroneus *libri* obtulisse] intulisse E^2 sui *TUF* 2 consecraret] *R*, consecrarent *LKTUEFA* bella L^a 3 imbecilles] in bellicis L^1 efficiunt] *EF*, efficit *LRKTUA* 6 expedire] explicare R^1 7 praesit] possit K^aT 8 inuenire poss. *L*, poss. inueniri *TU* 9 laed. culp. *F* hic] hoc *E*, hinc *F* 11 amare *K* duputabit L^1 12 excusatio uictualium tollitur] UEF^2, excusatio uictualium tollitur excusatio *T*, ex uictualium tollitur *LR*, ex uictualium summa tollitur KF^1, uictualium lex tollitur *A* 14 ad] *(sp. vac.)* d *R* 16 trinorum K^1 17 auctoritas] antiquitas *F* scrinea E^1 18 inter A^e 20 tetigissent *R*, tetigis sed *T* uideutur A^e 21 sacratissimae] sacretissimae *U*, sanctissimao KEA^e, *om.* F^1 23 bonorum K^1 26 inter TA^e, iur̄ *U*

quam putaveris esse tardandas. ita ut te excipiendum esse non existimes, quem nos credidimus adiuvandum. nam si quid minus fuerit quam oportebat illatum, de tuis hoc noveris facultatibus eruendum.

XXII.
FORMULA COMMONITORII ILLI ET ILLI SCRINIARIIS DE BINIS ET TERNIS.

Non dubitamus esse gratissimum, quando quis commonetur officium implere susceptum, quia illud est potius grave, si miles vivat otiose, cui quaestus est actio sua, honor principalis iniunctio. similis enim discincto habetur, qui ignobili torpori relinquitur. quapropter per indictionem illam ad illam vos provinciam iubemus accedere: ut cum iudice vel eius officio intra diem kal. Martiarum quae de binis et ternis quantitas sollemniter postulatur, ad comitis sacrarum scrinia, postposita dilatione, dirigatis, sic tamen, ut nec aerarium nostrum aliquid minus a consuetudine percipiat nec possessor supra modum professionis exsolvat. et non dubitetis commonitionis nostrae periculum sustinere, si quid actum contra priscum ordinem potuerimus agnoscere.

XXIII.
FORMULA VICARII PORTUS.

Beneficia nostra gratiae tuae specialiter damus, si te agere commissa rationabiliter approbemus. nec enim inremuneratus iaces, si et populos peregrinos prudenter excipias et nostrorum commercia moderata aequalitate componas. nam licet ubique sit necessaria prudentia, in hac potius actione videtur accommoda, quando inter duos populos nascuntur semper certamina, nisi fuerit iustitia custodita. quapropter arte placandi sunt qui mores afferunt simillimos ventis, quorum nisi prius animi temperentur, in contemptum maximum nativa facilitate prosiliunt. qua de re modestiae tuae fama provocati curas illius portus per illam indictionem te habere censemus, ut omnia ad tuum titulum pertinentia sic agas, quemadmodum ad meliora pervenias. in parvis enim discitur, cui potiora praestentur.

XXIIII.
FORMULA PRINCIPIS DALMATIARUM.

Magna inter collegas suos praerogativa decoratur, quisquis gerit militiam nomine principatus. cognoscitur enim locum agere primarium: quando in rebus humanis magna pars nominum asserit excellentiam dignitatum. hoc etiam tui loci probatur exemplo, sine quo nec secretarii praestatur accessus nec postulationis pompa peragitur, totusque ille iudicis genius ita tibi legibus probatur creditus, ut sine te nequeat esse perfectus.

LRKP(redit ab ep. 24)E(F)

1 putaberis L^1 trardandas *K* te *om. F* existimes] extimes EFA^r, aestimes A^c 2 credimus *KEF* 6 commouetur *K* 7 questum L^a 8 torpore *E* 11 post. soll. *KF* 13 professionis] possessionis *F* commonitionis] $REFA^{r(2)}$, commotionis $LKA^{r(1)e}$ 14 peric.] nos peric. K^2A poterimus *A* 16 nostre *K* te] a te *K* 17 taces *R* et] per et F^1 18 sit nec. ub. *F*, ub. nec. sit *A* 19 quando certamina i. d. p. nasc. semper crimina (crimina *deletum*) *F* 22 natiua] uacua E^1 facilitate] facultate F^2 23 illam *om.* E^a 25 potiora] meliora R^1 praestantur L^1 27 praerogatinas L^1 28 loc. ag.] *RP*, ag. loc. *LKEFA* 29 hominum K^2F^1A 30 totusque] totus *K* 31 illi *F* genus $A^{r(1)e}$ crediturus leg. probatur *R* te *om.* R^1

2 Comiti quidem provinciarum potestas data est, sed tibi iudex ipse commissus est. tu
vitem tenes improbis minantem: tu disciplinam inter iura custodis: tibi insolentiam
perorantis fas est distringere, quam praesuli non licet vindicare: gesta quin etiam
totius actus te subscribente complentur et consensus tuus quaeritur, postquam voluntas
3 indicis explicatur. age, ut qui talibus praeponeris, ea implesse merito sentiaris. Ita-
que per indictionem illam ad illam te provinciam iubemus excurrere, ut mixtus iudicis
officio competentia loco tuo peragas et qui princeps a nobis egrederis, nullis vilitatibus
accuseris. reverentissimum enim te omnibus facis, si quod de nomine tuo creditur,
et in moribus sentiatur.

XXV.

FORMULA EPISTULAE, QUAE AD COMMENDANDOS PRINCIPES COMITI DESTINATUR.

1 Invitat nos consuetudo sollemnis et vobis ornatum officii dirigere et pristinos
ordines excubantium custodire. nostra enim laus est, si vos militia Romana comitetur,
quando talibus ministris potestis agere, quod videtur priscis sanctionibus convenire.
sic enim Gothos nostros deo iuvante produximus, ut et armis sint instructi et aequi-
tate compositi. hoc est, quod reliquae gentes habere non possunt: hoc est, quod vos
2 efficit singulares, si assueti bellis videamini legibus vivere cum Romanis. Quapropter
ex officio nostro illum atque illum ad vos credidimus esse dirigendos, ut secundum
priscam consuetudinem qui tuis iussionibus obsecundant eos rationabili debeat anti-
quitate moderari. cui gratiam tuam in conservandis annonis et consuetudinibus suis
ex nostra iussione praestabis. debet enim a te diligi, qui a nobis meruit destinari.

XXVI.

FORMULA COMITIVAE DIVERSARUM CIVITATUM.

1 Saeculi huius honor humanae mentis est manifesta probatio, quia libertas animi
voluntatem propriam semper ostendit, dum se contemnit occulere, qui sibi alios cogno-
verit subiacere. sed humanae mentis felix illa condicio est, quae arbitrium provectionis
suae intra terminum moderationis includit et sic peragit dignitatis brevissimum spatium,
2 ut universis temporibus reddatur acceptus. Quapropter interdum, iudices, ad blanda
descendite. laboriosum quidem, sed non est impossibile iustitiam suadere mortalibus,
quam ita cunctorum sensibus beneficium divinitatis attribuit. ut et qui nesciunt iura
rationem tamen veritatis agnoscant. necesse est enim, ut, quod a natura conceditur,
summonente iterum eadem suaviter audiatur. et ideo non laboretis populis imponere
quod eos constat et propria voluntate sentire. facile enim sequuntur vestigia verbi
3 alieni, qui se possunt monitore compelli. Propterea per indictionem illam in illa

LRKP(TU: hi duo redeunt ab ep. 26)E(F)

1 quidem] quid *P* postestas *L* 2 uitem] *LRK*, uicem $E^1F^2A^e$, uitam $PE^2F^1A^r$ 3 perorantis] potestatis F^2 distringere] KPE^1F, distringuere L^2, distinguere $L^1E^2A^{r1}$, discingere A^e, restringere *R* liceat *F* 5 eam E^1 7 loco] lolo *K* pagas *(sic) P* nullis uilitatibus (utilitatibus *E*) acc. *om.* P^a 8 enim *om. R* 12 offii *R* 13 ordines] mores *P* nos *F* rom. mil. *A* 15 enim] ne *K* et armis] armis *F* 18 credimus *KEFA* 19 rat. debeat] *LRKP*, rat. debeant *EA*, debeant rat. *F* antiquitate] equitate *R* 20 moderare R^1 23 est man.] man. est F^a 24 al. sibi *F* nouerit *F* 25 cond. est] condictione *T*, condictionem *U* prouentionis L^a 26 inter *K* moderationis] m. sue *R* 28 descendunt E^1 est sed non imposs. *F* 29 quam ita] qua ita *T*, quanta *U* et *om. KF* 30 est *om.* F^1 31 summouente TUE^2F laboretis] PEF^2A, laboratis $LRKUF^1$, laborantis *T* 32 et] ex A^e 33 possunt] posse credunt *A* monitorie *K* ill. ind. TA^e

civitate comitivae honorem secundi ordinis tibi propitia divinitate largimur, ut et cives commissos aequitate regas et publicarum ordinationum iussiones constanter adimpleas, quatenus tibi meliora praestemus, quando te probabiliter egisse praesentia senserimus.

XXVII.

FORMULA HONORATIS POSSESSORIBUS ET CURIALIBUS DE COMITIVA SUPRA SCRIPTA.

Utile est unum semper eligere, cui reliqui debeant oboedire, quia, si voluntas diversorum vaga relinquitur, confusio culparum amica generatur. itaque civitatis vestrae comitivam per indictionem illam nos illi largitos fuisse noveritis, cui saluberrimam parientiam commodate, ut causis vestris ferat remedium, et iussionibus publicis procuret effectum: scituri quod, si quis se probabili devotione tractaverit, similia de nostris sensibus haud irrite postulabit.

XXVIII.

FORMULA PRINCIPIBUS MILITUM COMITIVAE S(UPRA) S(CRIPTAE).

Gratum vobis esse confidimus, quando militiae vestrae iudices destinamus, quia 1
tunc ordines vestros agitis, quotiens vobis non defuerit praesentia iudicantis. relativa ista intellectui sunt nomina: si praesulem ademeris, militem non relinquis: apparitio enim tollitur, quotiens qui iubere poterat abrogatur. vobis ergo actum cedimus, dum ad vos dirigimus dignitates et tam diu vos militare facimus, donec iudices destinamus: nec istud leve credatis beneficium, ut cum vos sitis obsequium, vobis occurrat electio
cognitorum. Et ideo per indictionem illam illum comitem militiae vestrae cognoscite 2
destinatum. quem ita acturum esse putamus tam in causis publicis quam privatis, ut cum laus optata comitetur. cui devotionem iustissimam commodantes in his quae vobis praeceperit sollemniter oboedite, quia reverentiam nostram honoratam esse credimus, si bene habitos nostros iudices sentiamus.

XXVIIII.

FORMULA DE CUSTODIENDIS PORTIS CIVITATUM.

Nullatenus de eius fide dubitatur qui ad custodiam civitatis eligitur, quia probatae 1
conscientiae constat esse credendum quod fuerit pro securitate multorum. atque ideo curam portae illius civitatis nostra tibi auctoritate concedimus, ut et improborum non pateat adventibus et bonorum non retardet accessus. nam si porta semper obserata

LRKP(TU)E(F)

1 secundi] seculi P^a et *om. F* 2 ordinationes iussionum *KEF* 3 sentiemus *A* 6 semp. un. *P* 7 relinquere L^1 8 nostr(a)e *TU* 9 patientiam *vel* pacientiam *KTUEF* commodate] PE^2FA, commendate $LRTE^1$, commendat *U* 11 sensibus] iussionibus P^a aut LTE^1, aud *U* postulabat L^aU, postulabis *T* 13 nobis *A* milicite L^a nostrae A^c 14 nostros A^c 15 intellectui] *A*, intellectus *U*, intellectus tui *T*, intellectu *LRKPEF* sunt *ante* int. *R* 16 obrogatur P^a aptum *TA*, altum *e Cuiacio affert Garetus errore* credimus *KA* 17 diu *om. P (in sp. vac.)* $A^{r(1)}$ 18 ut] et L^1 scitis E^2FA 20 ut] cum F^a 21 commendantes *T*, commendentes *K* in *om. A* quas *LRT*, quam nos *U[?]* 22 praecepit *R* 23 iud. nostr. *EF* 25 fide] fiducia TUE^2 26 conscientiae] *PTUEFA*, scienciae *LRK* qui *A* 27 ciu. ill. *TEF* et *om. PTUA* 28 et *om. E* obscerata *T*, obseruata *EF*

sit, instar est carceris: si iterum iugiter pandatur, murorum nil proderit habere muni-
2 mina. Sit ergo utrumque moderatum, ut et custodiae nocturnae satisfacias et in-
competenter eam claudere non praesumas. eris nimirum via civium et ingressus
mercium singularum, amicus scilicet copiae quam optas intrare. stude ergo cum
alimoniis invitare venientes. non tibi quod despiciatur est creditum. quibusdam fauci-
bus civitatis praeponeris, qui ingredientibus victualibus praeesse monstraris. quod te
oportet sine querela perficere, ut in parvis agnoscere possimus, cui maiora credere
debeamus.

XXX.

FORMULA TRIBUNATUS PROVINCIARUM.

1 Aequitati convenit ut unus quisque ad fructum militiae emenso tempore debeat
pervenire et laboris recipiat praemium pro compensatione meritorum. unde quia
priscae consuetudinis ratio persuadet, ut a nobis debeat designari, qui vobis tribunus
esse mereatur, ideoque hac auctoritate censemus, ut ille, quem locus videtur ex-
poscere, vobis in supradicto honore praesideat, quatenus, cum ad tempus venerit
constitutum, optato honore potiatur. divina sunt ista iudicia, non humana, ut quem
superna ad debitum tempus voluerunt perducere, merito videatur et laboris sui praemia
2 suscepisse. Excubiarum suarum igitur competentia privilegia consequatur, quia nullum
emolumento consueto fraudari desideramus, quem sine culpis ad primatum venisse
cognoscimus. quapropter illi pro utilitate publica disponenti modis omnibus oboedite,
quoniam partem iudicis habent priores, quando ab ipsis requiritur, si quid a vobis
insolentius excedatur.

XXXI.

FORMULA PRINCIPATUS IN URBE ROMA.

1 Cum in urbe Roma plurima fieri censeamus et necesse sit partem ibi esse comi-
tiaci officii, ut utilitates publicae videantur impleri, more nostro prospeximus, ut, quia
principem cardinalem obsequiis nostris deesse non patimur, tu eius locum vicarii
nomine in urbe Roma sollemniter debeas continere, quatenus et ille primatus sui
laboribus perfruatur et tu in alterius honore possis discere, quod in tuo debeas feli-
2 citer exhibere. Si quos etiam comitiacorum ad comitatum iudicaveris esse dirigendos
consulens obsequio nostro, tuo subiacebit arbitrio. eos autem, quos retinendos puta-
veris, indulta securitate potientur, ita tamen, ut vicissim omnia modereris, quatenus
nec excubantes continuus labor atterat nec segnes iterum rubigo otii fugienda
consumat.

LRKP(TU)E(F)

1 iugiter *om. TU* panditur *UF*, patitur *T* prodest *A* 2 et *om. F* 4 mercium (mersium *K*) singularum (singularium *P*[a])] commeantium singulorum *E*[2]*F* scilicet] fit *E*[1], 'uel sit uel scilicet' *E*[2], simul *A* stude ergo] tuum est ergo *P*, *om. T (non U)* 5 in*rare *U[?]*, uitare *T* 8 debeamus] possimus *R* 10 quisque] quis *RT* emerso *TUEF* 11 peruenire] *KTUEFA*, prouenire *LRP* 12 uobis] a uobis *PTA*, a nobis *U* 13 ideoque] et ideo *K*, ideo *EFA*[c] exponere *L*[1] 14 cum ad] cum *U*, eum *T* 16 temp. deb. *PA* 17 consequantur *K* 18 uenire *A* 19 disponendi *P*[a], *om. TU* 20 partem] potestatem *A* 23 partem ibi] peritus ibi *E*[1], ibi potestatem *A* comiciati *E*, comitati *F* 24 nostro more *PA* ut quia *om. TU* 25 cardualem *P* uirarii *P*[a] 26 romana *A* laboris sui primatibus *TUE*[2] 27 dicere *P* 28 comiciatorum *E* 29 consequens *TUE*[2] eos] hii *EF* 30 pacientur *T*, potiantur *A* moderereris *L*[1] 31 excubant *F*[a] seguies *U*, sequens *T*

XXXII.

FORMULA QUA MONETA COMMITTITUR.

Omnis quidem utilitas publica fideli debet actione compleri, quia totum vitiosum 1
geritur, ubi conscientiae puritas non habetur: tamen omnino monetae debet integritas
quaeri, ubi et vultus noster imprimitur et generalis utilitas invenitur. nam quid erit
tutum, si in nostra peccetur effigie, et quam subiectus corde venerari debet, manus
sacrilega violare festinet? additur quod venalitas cuncta dissolvitur, si victualia metalla
vitiantur, quando necesse est respui quod in mercimoniis corruptum videtur offerri.
sensus accederet et voluntatem suam, quam puris pectoribus offerebant, iuris etiam
iurandi religione firmarent. Quod vos secuturos esse minime dubitamus tempore, non 8
amore: nam a vobis potuit inchoari quod praeventi longinquitate sequimini. constat
enim excellentissimos patres tanto amplius posse diligere, quanto maiores honores
ceteris ordinibus visi sunt accepisse. Sed ut primordia nostra et circa vos benignitatis 9
possitis agnoscere, quia decet curiam vestram beneficiis introire. illustrem Sigismerem
comitem nostrum vobis cum his qui directi sunt fecimus sacramenta praestare, quia
inviolabiliter servare cupimus quae publica auctoritate promittimus. Si qua autem 10
a nobis creditis postulanda, quae vestrae securitatis incrementa multiplicent. indubi-
tanter petite commoniti, quos ad fundendas preces nos etiam videmur hortari. pro-
missio enim est ista quam commonitio: nam qui reverendum senatum supplicare
praecipit, quod impetrare possit nihilominus compromisit. nunc vestrum est tale ali-
quid sperare, quod communem rem publicam possit augere.

III.

POPULO ROMANO ATHALARICUS REX.

a. 526 post Aug. 30

Si vos externus heres imperii suscepisset, dubitare forsitan poteratis, ne, quos 1
prior dilexerat, invidendo subsequens non amaret. quia nescio quo pacto. cum suc-

BT(ep. 3 post ep. 4)ZNMKE(F)H(GI)

1 sui] nostri *HG* iudicia] iussa E^2F ibi *om. M* agnosceris B^1, cognosceres *F* 2 propitio (*sic* B^b, *inc.* B^a) deo] deo pr. I^w, proius *H*, proiu *vel* proui I^p, perius G^t, paucis G^v, *post* de o. r. n. *F*, *om. T* 3 dilatatum] potius dil. *F*, dil. potius *TI* quam] quam magis *G* imperum *B* 4 nobis *A* noscitur *K* hoc] haec *A* 5 nota uestra *NMF* haec] hoc H^a, sed *T* indubita *A* ut *om. HG* relinqueret] relinquere H^v, relinqui et *G* 6 posset *TFHGI* amorem T^a 7 uenturam *T* progenies] posteritas *F* 8 uideri *T* 9 corp. form. *T* procelatur *T* 10 maior *Z*, maiorem H^a debetis ostendere] ostendit *A* 11 uideatur *T* collecta *T* 12 praeteritorum] posteriorum *HI*, posterorum *G* sentiamus *F* noueris *K* 13 rom. goth. q. *M*, goth. et (ac *G*) rom. *HGI* assensus *EHGI* 14 accedere B^1 15 quod] quos *HGI* securos *E* 16 nobis H^1G 17 enim *om.* $THGI^p$ 18 ceteris] a ceteris (certis E^1) *libri* ordinibus] hominibus N^a nostra et] nostre TE^2F^2G benignitatis] $BTZNE^2FHGI^p$, benignitatem MKE^1I^wA 19 positis *B* nostram *EFA* illustrem *post* sig. *E* sigismerem] BNI^p, sigismere $TZMKE^2$, ligismere E^1, segismerem *F*, sigismem *HG*, sigisinem *A*, s. I^w 20 hiis *NKE* facimus *T* quia] qui *T* 21 inuiolabiter *B* seruari *F* quae] quod M^2KFGA, quae nunc *E*, non M^1 tate promittimus *om. T* 22 a *om. T* uobis *H* creditis (credi *H*, credo G^t) post.] post. cred. *ZNMKEFA* 23 funendas H^1 hortati *A* 24 enim] *BTZH*, enim potius *NFGI*, potius enim *E*, potius *MKA* ista *om.* H^1 monitio *K* qui reu.] quod reu. est *T* sanatum H^a 25 praecepit *E* compr.] cum promisit *KH: fortasse scr.* quam promisit nostrum *T* est *om.* B^a 28 hesternus *TI* imperii] italici imperii *TE* suscepiscet *B* forsitam *BT* 29 inuidendo] inuiuendo E^1, in non uidendo E^2 subsequens] subseq̄is E^1

cessor amplius laudari nititur, praecedentis fama lentatur. nunc vero persona tantum,
non est autem vobis gratia commutata, quando recte nobiscum agi credimus, si
2 veneranda iudicia avi subsequamur. Nostrae siquidem opinionis interest, ut, quos ille
benignissime tuitus est, nos etiam statuta copia et beneficiorum ubertate pascamus.
minus cogitant qui obscuris principibus et versatis in mediocri actione succedunt: nos
3 talis praecessit, ut exquisitis virtutibus eius sequi vestigia debeamus. Quapropter,
quod auspice deo dictum sit, gloriosi domni avi nostri ita vobis nuntiamus ordinatione
dispositum, ut Gothorum Romanorumque suavissimus consensus in regnum nostrum
accederet, et, ne adversis rebus aliqua possit remanere suspicio, vota sua sacramen-
torum interpositione firmarunt: se dominatum nostrum tanto gaudio subire, tamquam
si illis domnus avus noster fatali sorte non videretur esse subtractus, ne solis linguis,
4 sed etiam imis pectoribus probarentur esse devoti. Quod si vos, ut opinamur, libenti
animo similia feceritis, harum portitores sub obtestatione divina vobis fecimus polliceri
iustitiam nos et aequabilem clementiam, quae populos nutrit, iuvante domino custodire
et Gothis Romanisque apud nos ius esse commune nec aliud inter vos esse divisum,
nisi quod illi labores bellicos pro communi utilitate subeunt, vos autem habitatio quieta
5 civitatis Romanae multiplicat. Ecce ad condicionem clementissimam sacramenti in-
clinando nostrum eveximus principatum, ut nihil dubium, nihil formidolosum populi
habere possint quos beatus noster auctor enutrivit. ecce Traiani vestri clarum saeculis
reparamus exemplum: iurat vobis per quem iuratis, nec potest ab illo quisquam falli,
quo invocato non licet inpune mentiri. erigite nunc animos et deo propitio meliora
semper optate, ut, sicut a caritate potestatem regiam inchoavimus, ita tranquillitatem
deo placitam sequentibus temporibus exequamur.

IIII.

DIVERSIS ROMANIS PER ITALIAM ET DALMATIAS CONSTITUTIS ATHALARICUS REX.

a. 526 post Aug. 30

1 Honorabile credimus indicare quod fama potuistis teste cognoscere. iure siquidem
de se bene arbitrabitur aestimatum, qui regium meretur alloquium, quia dignitas est
subiecti affatus meruisse dominantis, in ea praesertim causa, in qua omnium corda

BTZNMKE(F)H(GI)

1 amplius *om. T: expectes* ab aliis   letitatur E^1, laetatur *A*, le∗∗∗∗ur H^1 2 autem] a *I*, *om. NF*   commitata B^1 quando] quoquomodo *T*   uobiscum NE^1FHGIA agi *ante* uob. *HGI*   3 uen. iud. aui] *B*, aui uen. iud. *reliqui*   subsequamur] consequamur *HGI*   opinioni *T*   ut q. i. ben. tuitus (tutus *EFG*, timus *T*) est *om.* B^1 4 statuta copia] $BTZKE^2$, statuta constantia NE^1FHG^bI, stantia (*om.* statuta con) G^a, statuta constantia copia *MA*   ubertate] copia *HGI*   5 obscurius *T*   actione] natione *ZKA*, ratione *M*   7 quod *om. A*   aui n. domni *T*   nuntiamus] ordinamus *T*   8 suau. cons. in regn. nostr.] *B*, in r. n. suau. cons. *reliqui*   9 accederet] accenderet TE^1 al. adu. reb. *HGI*   remare *TZN*   sua] sua ne B^a, *om. HGI*   10 formarunt *T*, firmaut E^1 11 si] si uel *A*   domnus *H*, dammus *N*, domibus *T*, dominus *G*   fatali] facili E^1 sorte] morte N^a, ordine sorte *T*   non *bis N*   uidetur *T*   esse] *BTNEHGI, om. ZKFA*   ne] nec *HGI*   12 imis] unis *TK*   pecoribus *H*   opin∗amur *B*   13 sub obtestatione] sub textatione *T*, sub o(b)stentatione *LA*, ob∗∗∗statione F^a 14 equalem *N*   iuuante] q iuuante N^a domino] deo GI^w 16 bellicos] publicos H^tG^t hab. qu. ciu. rom.] *B*, ciu. rom. (ciuita roma *T*) hab. qu. *reliqui*   17 condictionem TE^1A 18 exuimus H^tG^t *probabiliter*   hab. pop. *HGI*   19 auctor noster *NI*, noster actor T^a uestri] nostri *LA*   20 reparauimus E^2HGI iuratis nec potest] iuratius nepotem *T*   22 optare *T*   reg. pot. *E*, statem reg. *T*   inchoavimus] inchoamus *TM*, intrauimus E^1 23 placitas Q^1, placidam *F*   temporibus *T*   exequamus *G*, exequemur *H*   26 honorabiles *T*   potestis E^2HGI testes *T*   27 arbitrauitur M^a, arbitratur *ZNEI*, arbitretur H^2G, arbitatur H^1, attribuitur *T*   regum *F*   28 meruisse dom.] muri se dominantius *T*   hominum *T*   corda *om. T*

sic videntur esse sollicita, ut, si non cognoscant prosperum, credant semper adversum. nam qui audit mutatum, novum nihilominus formidat imperium, et re vera nescio quid triste creditur cogitare, qui tardat inter initia benigna promittere. Quapropter 2
locum sinistris cogitationibus amputantes aliter de nobis non patimur credi, quam quod de nostris parentibus potuit aestimari. et ideo, quod divinitate propitia dictum sit, glorioso domno avo nostro feliciter ordinante, tam Gothorum quam Romanorum praesentium pro munimine, indepti regni sacramenta suscepimus. quod vos quoque facturos esse libentissime iudicamus, ut, qui fideles parentibus nostris extitistis, nobis quoque simili devotione pareatis. Suavius enim diligit heredem, qui beneficiorum recordatur 3
auctorem. sed ut vobis benivolentiae nostrae iam nunc integritas innotescat, iuris iurandi vobis fecimus relligione promitti, quod et nostrum possit declarare propositum et spem debeat munire cunctorum.

V.

DIVERSIS GOTHIS PER ITALIAM CONSTITUTIS ATHALARICUS REX.

a. 526 post Aug. 30

Voluissemus quidem vobis domni avi nostri longaevae vitae gaudia nuntiare: sed 1
quoniam diligentibus dura condicione subtractus est, nos heredes regni sui deo sibi imperante substituit, ut successione sanguinis sui beneficia vobis a se collata faceret esse perpetua, dum nos illa et augere et tueri cupimus, quae ab illo facta esse cognoscimus. cuius ordinationi, adhuc eo superstite, in regia civitate ita sacramenti interpositione cunctorum vota sociata sunt, ut unum crederes promittere, quod generalitas videbatur optare. Hoc vos sequentes exemplum pari devotione peragite, ne quid a 2
praesentibus minus fecisse videamini, a quibus creditur totum similiter posse compleri. illum vero comitem vobis fecimus iurata voce promittere, ut, sicut nobis vestrum animum proditis devotissime, sic optata de nostris sensibus audiatis. recipite itaque prosperum semper vobis nomen, Hamalorum regalem prosapiam, blatteum germen, infantiam purpuratam, per quos deo iuvante parentes nostri decenter evecti sunt et inter tam prolixum ordinem regum susceperunt semper augmentum. Credimus enim 3
de divinitate propitia, quae maiores nostros dignanter adiuvit, nunc quoque gratiam suae dignationis impendere, ut et nobis regnantibus bonarum rerum fructus dulcissimos afferatis, qui sub nostris parentibus copiosa virtutum laude floruistis.

BTZNMKE(F)H(GI)

1 cognoscunt *E* 2 qui audit] qui aut TE^1, *tam* quia idem *quam* quia audit E^2 mutatum (mutatur *T*) nouum] nou. mut. *B* 3 creditur] cogitur E^1 tardet H^1 inter initia] inter ininicia *N*, in nicia *K* 5 par. pot.] *BHGI*, pot. par. *reliqui* 6 gl. domino *HI*, domno gl. *M* 7 indepti] $BTMK^1A$, indempti ZK^2A^r, incepti $EHGI^p$, recepti I^w, *om. N* sacramenta *om. N* suscipimus *T* facturum *T* 8 esse *om.* HGI^w iudicauimus *HI* nostris *om. B* 10 auctorum E^1, auctoris E^2F nobis] nobis *H* nostrae] uestrae *B* tunc *B* 11 fec. uob. *ZN* 15 uobis *om. HGIA* aui *om. T* 16 digentibus T^a sibi *om. KF* 17 imperante] co(h)operante E^2F sustiuuit *T* sui sang. *F* 18 nos *om. HGI* esse facta HGI^p cognoscimus] cognouimus *H*, cos noscuntnris *T* 19 eo] eos *T* menti interpositione *usque ad* 21 exemplum pari *om. E* interpositione *(om. Z)* cunct. *(om.* H^1*)*] in regione cunct. interp. *T* 20 crederetis *N* 21 ex. seq. *N* 22 fecisse] fuisse K^1 a *om. T* 23 uero *om. HGI* uob. com. *HGI* fecimus] comitem B^a uestrum] nostrum *TH* 24 prod. deu.] *B*, deu. prod. *reliqui* 25 semp. uob.] *B(EF)*, uob. semp. *reliqui* nomen *om. HGI* hamalorum] *TN*, amalorum *reliqui* lorum regalem *usque ad* 26 purpuratam *om. sp. vac. relicto* B^1 prosapiem *TZNMK* blatteum] *TZNMK*, balateeum B^2, bractalum E^1F, balt(h)eum N^vHIA, baltaum E^2G 26 inante N^1 nestri $B^1TZNMFHI^w$ 27 prolixum *om. T* regum] rerum regum *HG* 28 de *om. HGIA (add.)* perpetua *T* nostros] uiros E^1 audiuit FI^w 29 indignationis H^a 30 auferatis *T* copiosa] coposa B^1, gloriosa *F*

VI.

LIBERIO PPO GALLIARUM ATHALARICUS REX.

a. 526 post Aug. 30

1 Scimus animum vestrum de obitu gloriosae memoriae domni avi nostri acerbo
dolore fatigari, dum omnia bona graviter defleantur amissa: plus enim quaeritur, dum
dominus desiderabilis abrogatur. expedit autem studio pietatis afflictam mentem com-
pensativo remedio consolari, quia vix sentitur amissus, cui non succedit extraneus.
2 Sic enim sibi deo imperante prospexit, dum esset et post fata providus, ut regionibus
suis pacem relinqueret, ne aliqua novitas quieta turbaret. in sellam regni sui nos
dominos collocavit, quatenus decus generis, quod in illo floruit, in successores protinus
aequali luce radiaret. cui ordinationi Gothorum Romanorumque desideria convenerunt,
ita ut sub iurisiurandi religione promitterent fidem se regno nostro devoto animo
3 servaturos. Quod ad illustris magnitudinis vestrae notitiam credidimus perferendum,
ut ab his, qui in Galliis regno pietatis nostrae devoti sunt, simile proferatur exemplum
et, sicut animos nostros circa se minores non desiderant effici, ita pari condicione
teneantur astricti.

VII.

UNIVERSIS PROVINCIALIBUS PER GALLIAS CONSTITUTIS ATHALARICUS REX.

a. 526 post Aug. 30

1 Licet gloriosae memoriae domni avi nostri pro excellentibus meritis tristis vobis
videatur occasus, tamen, quia ille humana condicione decubuit, ad continuandam
gubernationem, quam singulariter gesserat, nos reliquit, ne damnum boni principis
sentiretis, cuius vobis noscitur regnare progenies. nullus enim apud nos perdit, quod
illi paruit, sed duplici largitate munifici et illius debita reddimus et futuris obsequiis
2 beneficia ingenita pietate mutuamur. Atque ideo fidem pristinam maiore nunc vos
convenit devotione monstrare, quia bene prospicit rebus futuris qui regnantium servit
initiis, dum ipse et in reliquum perseverare creditur, qui primordia fovere sentitur.
indicamus autem favore divino, cum ad regni culmina perveniremus, omnia nobis sic
felicia, sic tranquilla cessisse, ut unum loqui crederes quod generalitas insonabat nec
putaretur humanum, quod tot vota ingentium populorum nihil probata sunt habere
3 contrarium. Unde vos quoque praedicta convenit imitari, ut Gothi Romanis praebeant

BTZNMKE(F)H(GI)

2 obitu *om. F* uestri *B* 3 bona] dona *HG* defleutur *F*, doleantur *HGI* quaeritur dominus des. dum abr. *malim* 5 consolatiuo *K* quia] qui F^1 6 sibi deo imp.] *B*, deo sibi imp. *plerique*, deo imp. sibi G^2, deo s. properante *H*, deo preparante G^1, deo preparante sibi G^2, deo s. praestante *I*, deo imp. (*om.* sibi) FG^1 facta T^aKEF 7 suis *om. B* sellam] sellam *** *B* 8 generis] regni TE^2 successore *TEF*, successoribus *HGI* 9 procrearet *T* ordinatione B^1ZM, ordini *HGI* 10 se fid. *EF* nostro *om. HGI* an. deu. *HGI* 11 credidimus] *BEFH*, credimus *TZNMKGIA* 12 hiis *NKEF* gallie *HGI* pietati uestrae *HGI* deuoti* *B* similiter *Z* exemplo B^a 13 animos] aoios N^a desiderantur *T* affici N^aI condictione TE^1, consideracione *N* 14 abstricti E^1F 17 domini *M* pro *om. F* excellentibus] existentibus E^2 meritis] nostris *E* uobis *om. HGIA* 18 quia *om. T* condictione *TE* 19 relinquit *N* 20 quod] qui *edd.* 21 largitatem *T*, largione *H*, largitione *GI* 22 ingenita pietate] ingenua pietate *HGI*, ingenitate *T* mutuamus *NEFIA* ideo *om. T* maiorem *Z*, maiori *A* nunc] non *T* nos] nos E^1 23 praemonstrare F^1 bene *om. FI* prospicit] proficit N^2EFHGI^p, pro I^w rebus] de r. *T* 24 perserate *T* 25 diuino *om. T* cum] quod *T* 26 cessisse] fecisse *H*, fuisse *G* crederes] crederestis N^1, crederetis N^2, crederemus E^1, credes (*voluit* crederes) E^2 27 putaretur] crederetur *HGI* 28 nos] nos $TEFG^b$, *om.* M^1G^a quoque] (q. gothi M^1) praed.] praed. qu. *HG* romani *T*

iusiurandum et Romani Gothis sacramento confirment se unanimiter regno nostro esse devotos, quatenus et nobis vestra sinceritas laudabiliter innotescat et ad quietem vestram proficiat invicem promissa concordia. eat inter vos legalis missa tranquillitas: potior minori non sit infestus. habetote animum pacatum, qui bellum non habetis externum. quia primum inde nobis placere poteritis, si vobis hac ratione prospicitis.

VIII.

VICTORINO VIRO VENERABILI, EPISCOPO ATHALARICUS REX.

a. 526 post Aug. 30

De fide atque constantia tales sunt commonendae personae, quae desideriis 1
humanis diversa sorte quatiuntur. vos autem, quos sapientia firmos efficit et mens
religiosa consolidat, ad provincialium potius convenit adunationes animari, quia iuste
debitor fit alieni arbitrii, qui a pluribus meretur audiri. quapropter salutantes venera-
tione qua dignum est, quod vobis quidem maerorem possit indicere, transitum gloriosae
memoriae domni avi nostri cum dolore maximo nuntiamus. Sed inde potest vestra 2
tristitia temperari, quia nos in sede regni sui divinitate propitia collocavit, ut in totum
desiderio vestro non videatur ereptus, qui vobis consurgit in successione reparatus.
favete nunc orationibus sacris nostris libenter auspiciis, ut rex caelestis humana nobis
regna confirmet, gentes externas atterat, peccata absolvat, consolidet et conservet
propitius quod parentibus nostris dignatus est praestare gloriosis. Quapropter sanctitas 3
vestra provinciales cunctos ammoneat, ut inter se habentes concordiam regno nostro
per omnia debeant esse purissimi. cupimus enim in subiectis fidem reperiri, quam
larga possimus pietate munerari.

VIIII.

TULUIN V· I· PATRICIO ATHALARICUS REX.

a. 526 fin.

Licet ad regendos populos idoneos efficiant, quos ad augustum culmen divina 1
provexerint — quando nec aetas impedit, ubi sese potentia caelestis infundit —, tamen
ad relevandam florentissimae nostrae aetatis sollicitudinem visum est te virum pru-
dentissimum convenienter adhibere, quem constat etiam domni avi nostri tractatibus
iugiter et laudabiliter adhaesisse. quod si dignum fuit hoc illum talem tantumque
facere, quanto magis nobis convenit solacium quaerere, quod pro adulescentiae flore
decenter adhuc possumus indigere! Magna est enim infinitaque prudentia, quam nemo 2

BTZNMKE(F)H(GI)

2 laudabiliter *om. K* quetem nostram *T* 3 nos *om. HGI* legalis missa] legatis missa *H*, legamissima G^a, ligatos missa G^b, legales G^v 4 minora E^1 habetete N^a, et habetote *EF*, hectore *T* babetote *F* 5 inde] non E^1, hinc *HGI* prospicitis] prospiciatis *I*, proficitis G^t, proficiatis *Cuiacius* 8 tales s. comm. (ammonendae *HGI*) pers. *bis* H^a 10 adunationem E^1F 11 sit *T* plurimus *B*, plurimis *T fortasse recte* salutante *T* 12 maerorem] mortem *E* 13 donni *H*, domini *G* dolore] dore B^a, merore H^2GI, memore H^1 14 temporari B^a nos *post* propitia *T* in totum] H^bI *Cuiacius*, in toto *plerique*, toto *B* 15 nostro *T* surgit *HGI* successore *H* 16 libenter *om. T* huma *K* 17 conterat M^a pacata *T* absoluat *om.* TE^1 consenet B^1 18 praest. dign. est *EF* gloriosis] *scripsi*, gloriosus *libri* sanitas *T* 19 hab. conc.] *BTHGI*, conc. hab. *ZNMKEFA* 20 deb. per omn. *F* enim *om. HI* fidem *om. T* reperire *K* 21 pietati *T* munumerari *K* 23 idoneos (idonei *G*) efficiantur GI^w 24 prouexerint] *BTZKI*, prouexerunt *NEFHG* sese] se *BTEFHGI* 25 releuandam] r. se *T* florentissimae] fl. et *F* nostrae (nec *T*) aet.] aet. n. *HEF* te u. pr. te *T* 26 quem] quae *T* 27 adhaesisse] adexisse *T* tale *T* tantumque] t. uirum *F* 28 conu. nob. *F* quod] qui *NF*, quo *HGI* 29 indigere] intelligere *A* finitaque *E*

sic assequitur, ut eam non necessarie et per alios quaerere videatur. senes ipsi con-
siliis sapientiam discunt et a maturis in commune quaeritur quod pro omnium utilitate
tractatur. solacium curarum frequenter sibi adhibent maturi reges et hinc meliores
aestimantur, si soli omnia non praesumunt. quod si longaevi domini subiectorum
ingeniis adiuvantur, consulte relaxamus aetatis nostrae breves ferias, ut suis in-
3 crementis aucta prosperius robustior ad imperii pondera sustinenda consurgat. Atque
ideo te cum favore divino suggestu praesentalis patriciatus evehimus, ut pro re publica
nostra tractantem sedes celsa sublimet, ne sententia salutaris, cui decet humiliter
pareri, a loco videatur venisse communi. hic est honor, qui et armis convenit et in
pace resplendet: hunc illa dives Graecia, quae multa gloriosissimo domno avo nostro
debuit, gratificata persolvit: velavit fortes humeros chlamydum vestis, pinxit suras
eius calceus iste Romanus et dignanter visus est accipere, quod se cognoscebat sumere
per honorem. crescebat visendi studium eois populis heroam nostrum, dum nescio
4 quo pacto in eo, qui bellicosus creditur, civilia plus amantur. Hac igitur honoris
remuneratione contentus pro exteris partibus indefessa devotione laboravit et prae-
stare cum suis parentibus principi dignabatur obsequium, qui tantorum regum fuerat
stirpe procreatus. sic se magnorum beneficia semper extollunt, ut et quibus imperare
nequeunt, iura venerationis imponant. diligunt crementi sui provecti semper auctorem
5 et moralitatis iura nesciunt, qui beneficiis non tenentur. Sed longum est de eius
gloria sufficienter loqui, quem singularem gentibus saecula fecunda genuerunt. ipsius
te labor instituit, ut nos minus laborare debeamus. tecum pacis certa, tecum belli
dubia conferebat et, quod apud sapientes reges singulare munus est, ille sollicitus ad
omnia secure tibi pectoris pandebat arcana. tu tamen nullos responsis ludebas am-
6 biguis. Amasti in audiendo patientiam, in suggestione veritatem: saepe quae ad eum
falso pervenerant, recti studio corrigebas et, quod rarum confidentiae genus est, inter-
dum resistebas contra vota principis, sed pro opinione rectoris. patiebatur enim in-
victus ille proeliis pro sua fama superari et dulcis erat iusto principi rationabilis
7 contrarietas obsequentis. Ama nunc sublimior iustitiam, quam serviens diligebas.
ostende te illius esse discipulum, qui numquam laboravit in cassum: iunctus Hamalo

BTZNMKE(F)H(GI)

1 eam *om. T* quaerere] credere quaerere H^a ipsis *T* sap. cons. *ZN* 2 pro] post *T* 3 sibi freq. *EF* muturi *T* 4 existimantur *F* praesumant TE^2I 5 etati *T* breuis *malim* 6 aucta] *TF*, augta E^1, tota *B*, nota *Z*, uita NE^2HGI, deuota *MKA* robustior] robustiorque *B* pondatur *T* 7 euelamus *T* 8 nostram *T*, nostre *HI* sedes] KF^2, sedis $BTZNEF^1HGI$: *fortasse fuit* sedis celsa subliment sublimat *H* cui decet *om. T* humaniter *H* 9 parere *A* communi *om. T* 10 gratia *T* multo *A* glorioso E^1F domino TE^2, donno *F*, damno *N* nostro auo *T* 11 gratificat F^1 uelauit] et u. *EF* fortis TE^2 suras eius] *TE*, furas eius *F*, suras seris *B*, sura seris *ZK*, seris (*om.* sura *et superscr. m. 1* uel cis) *M*, sura sericis NH^bI, sura sesicis H^a, suta setis *A*, suras crois *Leid. Scal. 16 ex corr.*, suras sericis *G Cuiacius* 12 dignatus *A* recognoscebat *M* sumere] assumere *MKEFA* 13 uinsendi *K* eois] eis H^1 heream F^1, heroem E^2A, heroa $F^2H^2[?]$, ercam H^1 14 eo] *scripsi cum dett.*, cum *libri mei* bellicosus] bellica sunt *T* 15 remuneration*s *B (corr. m. rec.)*, muneratione *F* contemptus *T* indefensa *T* 16 principi *et ante* cum *et suo loco N, om. T* digna datur *T* 17 ben. magn. H^2G, magn. (*om.* ben.) H^1 attollunt E^2HGI 18 nesciunt *T* inponunt *THG* diligunt crementi] *T*, diligit crementi E^1, diligunt ore mens *B*, diligit more (mire Z^v) mens ZM^aK, diligunt omnes NM^bE^2FGI, diligunt omnes isti *H*, diligit omnes morem mens *A*, memor mens *Cui. e coni.* prouecti semp. auct.] *T*, prouectis semp. auct. B^1, prouectus semp. auct. B^2ZNMKE^bFA, temp. auct. prouectus E^a, prouectus (*om.* semper) auctorem *HGI* 19 mortalitatis *TFHGIA* benefitii *T* eis *T* 20 gloria *om. T* loqui] dicere *T* ipsius] ipse E^2HGI, eius N^v 21 certa] *malim* incerta bella *ZN* 22 reges *om. N* sollicitus *om. T* 23 pectoris *om. A* pendebat *T* arthana *K* tantum *T* ludebas] fallebas *NHGI* 24 in audiendo] mandiendo *T* 25 proneuerant *A* rarum] iterum *E* 26 pro *om. T* patebatur *T* 27 *post* dulcis *ins.* te illius esse discipulum E^1 28 iust. subl. *T* 29 quod *T* in cassum] *NFHGI*, in casu *BZK*, in caũ *T*, in *E* iunctus] uinctus *Z[?]* hamalo generi] *N*, amalo g. *plerique*, hamaccalogium T^a, hamalogium T^b, amalo gratia G^1I^1

generi nobilissima tibi facta consocia. omne siquidem bonum regia suadere debet affinitas. acturus es consueta prudentia, ut laude morum fastigium contigisse videaris
excelsum. Extat gentis Gothicae huius probitatis exemplum: Gensimundus ille toto 8
orbe cantabilis, solum armis filius factus, tanta se Hamalis devotione coniunxit, ut heredibus eorum curiosum exhibuerit famulatum. quamvis ipse peteretur ad regnum, impendebat aliis meritum suum et moderatissimus omnium quod ipsi conferri poterat, ille parvulis exhibebat. atque ideo eum nostrorum fama concelebrat: vivit semper relationibus, qui quandoque moritura contempsit. sic quamdiu nomen superest Gothorum, fertur eius cunctorum adtestatione praeconium. unde fas est de te meliora credere, quem nostri constat generis affinitate gaudere.

X.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 526 fin.

Habetis, patres conscripti, unde glorioso principi gratiam referre debeatis, quando 1
praecelso viro Toluin et nostra affinitate fulgenti vestri ordinis contulimus dignitatem. auctus est enim pacis genius de ferri radiantis ornatu nec discincta iacet toga iam procinctualis effecta. ante vobis contulimus honores, sed nunc ipsam ereximus dignitatem. per omnes est nimirum splendor refusus, quem praesens potest habere patricius:
quando illa est natura purissimi luminis, quae relucet et proximis. Sed quamvis sit 2
vobis notissimus candidatus, qui domni avi nostri tam claris ac diuturnis adhaesit obsequiis, tamen iuvat illa repetere, quae constat ad institutoris eius gloriam pertinere.
Primum, quod inter nationes eximium est, Gothorum nobilissima stirpe gloriatur. qui 3
mox inter parentes infantiam reliquit, statim rudes annos ad sacri cubiculi secreta portavit, agens non ut aetas, sed ut locus potius expetebat. nam licet omnia regum obsequia sub cautela peragenda sint, illic tanto amplius timoris adquiritur, quanto proximus plus habetur. arduum nimis est meruisse principis secretum, ubi si quid cognoscitur prodi, vel ab alio formidatur. has procellas moderator sui sine offensione transmisit, carus summatibus, collegis semper acceptus, ut iam tunc magnae felicitatis
videretur esse praesagium gratiam meruisse cunctorum. Cuius ut coepit aetas adule- 4
scere tenerique anni in robustam gentis audaciam condurari, ad expeditionem directus

---

BTZNMKE(F)H(GI)

1 tibi *om.* HGI^1 consocia] consortia *A cum M* si quid *T* 2 es] *BHGI*, est *ZNMK*, etiam EF^2, *om. T, inc.* F^1 laudem *T* fastidium *T* 3 gesimundus TNH^2GI, gensmuudus *Z*, gesimun H^1 4 orbe *om. T* hamalis] *N*, amalis *reliqui* 5 famulatum] exemplum N^a ipse] se *T*, ille *HG* poteretur *T* 6 omnium quod] quidem o. *H*, quidem o. quod *G* 7 parnulis] $BTZK^bE^1FHGA$, paruulus NK^aE^2I, potius uel paruulis *Leid. Scal. 16* nostrarum *T*, m'orum *M* 8 quandoque] quando *Z* superest *om. T* 9 fertus *T* cunctorum *om. TF* est *om. T* 10 *ad* gaudere *in marg. adscr.* uacat *T* 13 praecesso uiro *T* toluin] B^bZ, tholuin *N*, tolum $B^aTMKFHG^bI^w$, colum E^1I^p, solum E^2, tollimus G^a et] ex *T* 14 auctus est] actus est *H*, actus TG^1 genus E^1G, geuis *H*, genium *I* ornatu] affectu M^1KE^1F distincta *TK* 15 prouincialis E^2I effecta] affecta *TH*, *om. B* 16 quem] qui *T* pot. praes. *H*, pot. (*om.* praes.) *I* pat. est *T* 17 et] ex *HG*, in I^w quamuis sit] quam iussit B^1, quando iussit *H* 18 domini (*in marg.*: al et plures domni) *T* ac] atque *HI* hesit *T* 19 tantum *T* constant *BTH* instituris B^1, institoris B^2, instutoris *N*, institutionis E^2 20 glariatur B^1 nasciones *N* eximium] exigium TE^2 21 mox] B^1A, mox ut *reliqui* intra *H* infantiam] infamiam HG^1 relinquid *T* cubilis *NHGI*, cublis *T* 22 portauit] reportauit *HG* expectabat *N* 23 obsequium B^1 tim. ampl. ZNM^bKA 24 est nim. *FHGI* 25 formitur N^a has procellas] hos processus N^2E^2FHGI sui moderator (-ratus *G*) *HGI* 26 sumatibus B^2, sumantibus B^1, summitatibus N^2 tunc] tot *T*, *om. HGI* magnae] magne summi *T* 27 adolesce. *T* anni] animi N^v 28 generis *NI* direptus *M*

est Sirmensem: ut quod ab illo Martio viro verbis didicerat, in camporum libertate
monstraret. egit de Hunnis inter alios triumphum et emeritam laudem primis con-
gressibus auspicatus neci dedit Bulgares toto orbe terribiles. tales mittunt nostra
cunabula bellatores: sic paratae sunt manus, ubi exercetur animus. nutritus in otioso
servitio laboriosos subegit et quod exercitatione non didicit, virtus prona complevit.
5 Rediit subito ad principem veteranus egressus primaevus, ut non pacatis obsequiis,
sed armis semper studuisse crederetur. hoc rimator ille actuum et bonorum remunerator
inspiciens vigorem illi regiae domus virtutis contemplatione commisit, ut quem in-
geniosum bella probaverant, fortissimi regis consiliis misceretur, ad invenienda subtilis,
ad implenda robustus, ad celanda cautissimus. egit locum merito publici secreti: cum
ipso proelia, cum ipso negotiorum aequabilia disponebat et in tantam se similitudinem
eius cogitationis adiunxerat, ut causis recognitis, quod ille velle poterat, iste sua sponte
peragebat. defensorem omnium suis tractatibus adiuvabat et ministrando consilium
6 regebat ipse rectorem. Ammonet etiam expeditio Gallicana, ubi iam inter duces
directus et prudentiam suam bellis et pericula promptissimus ingerebat. Arelatus est
civitas supra undas Rhodani constituta, quae in orientis prospectum tabulatum pontem
per nuncupati fluminis dorsa transmittit. hunc et hostibus capere et nostris defendere
necessarium fuit. quapropter excitata sunt Gothorum Francorumque validissima ea
7 tempestate certamina. Affuit illic dubiis rebus audacia candidati, ubi tanta cum
globis hostium concertatione pugnavit, ut et inimicos a suis desideriis amoveret et
vulnera factorum suorum signa susciperet: vulnera inquam, opinio inseparabilis, sine
assertore praeconium, propria lingua virtutis, quae licet ad praesens periculum ingerant,
reliquum tamen vitae tempus exornant. eget enim astipulatoribus corpus illaesum,
quaerit alios, qui visa divulgent: de fortitudine probata non ambigitur, quae tali testi-
monio comprobatur. conflictus virorum fortium mutua tela refluit nec semper tutus
fuit, qui cum numeroso hoste contendit. unius forsitan ictus sollerter eluditur: qui
multis resistit, a parte qua non credidit vulnus excipit: quae in tantum nunc sunt
gloriosa, quantum tunc habuere pericula. iuvat igitur fortissimi viri narrare quietum
felicitatis exemplum, quia non est in duce perfecta laus asserere semper anxios labores.

BTZNMKE(F)H(GI)

1 est *om. M* sirmiensem *A*, frisirmensem *HG*, fusirmensem *I*p, susumensem *I*w ut] non H^1 uerbis (urbis *T*) did.] *BTHGI*, did. uerb. *ZNMKEFA* 2 de *om. G* hunnis] *K*, huuis *NM*, unnis *B*, annis *EF*, unius *Z*, inimicis *T*, hymnis *A*, huius *HG*, huius uiribus *I* triumphum] nymphium *A* emeritum laudem B^1, emerita laude *T* congressibus] cum congr. *B* 3 bulgaros *F*, burgares *K*, bugares *HGI* nostra *om.* H^1 4 cunabula] NM^b*KEFHGI*, cubicula *BTZ*, *inc.* M^a nutricis *M* 5 et *om. T* prona] manus prona *Cuiac. et inde Forn.* 6 ut non] non ut *M* pacatis] in pac. *TEF* 7 sed armis *om. T* credetur *T* hoc] hec *EF* bonorum] *TMEFHGI*, honorum *BZNK* 8 ingenuosum N^1 9 probauerit *T* fortissimis *M* miscentur *H* subtilis *om.* H^1 10 ad adimplenda K^2 locum mer.] $TNKME^bFA$, locum inito *H*, locum inicio *I*, mer. locum E^aG, locus mer. *BZ* 12 cog. ei. *K* recognitis] *plerique*, recunditis *B*, *fortasse* reconditis 13 perageret *malim* 14 callicana BH^1 intro *T* duces] duos iudices *I* 15 direptus HG^t suam] suis *HGI* promptissimus] propurissimus E^1F arelatus] *BZMK*, harelatus *T*, garelatus *N*, galeratus HG^aI, arelata EF^1, arelate F^2A, alerates G^b 16 super *HI* undas *bis K* rodani B^2, rodanis B^1 tabularum *A* spontem H^a 17 noncupati *B* 18 ual. temp. *bis T* ea] *addidi, om. libri* 20 hostillis *T* des. a suis *T* remoueret *F*, ammonent *T* 21 feorum *N* signa *om.* K^1 inquam] quippe TE^2 insertore separabilis T^a 22 assertione E^2 proprie E^2 23 reliquunt B^a tantum *T* exornent *M* 24 diuulgetur *T*, diuulgant *HGI* probata *om. T* qui *T* 25 cumprobatur *B* tel. mut. *HGI* refluit] *scripsi activa significatione admissa*, repluit *BTZ*, respuit HG^v, non respuit *NEFI*, respicit G^t, reppulit MKG^vA nec̃ *H* 26 contempnit *T* forsitam B^1T eluditur] eruditur *K*, eliditur *A* 27 resistit] *F coniectura*, restitit *BTZNMKE*, *om. HGI* credidit *post* uuluus G^a, *post* accepit *HI* uulnus] nullus H^tG^a excepit *TNK*, accipit *EF*, accepit *HGI* in *om. GA* nunc sunt] non sunt *N*, ei nunc sunt *A*, sunt nunc *EF* 28 periculi *A* iurat *M* uiri fort. *T*

Mittitur igitur, Franco et Burgundio decertantibus, rursus ad Gallias tuendas, ne quid 8
adversa manus praesumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicasset.
adquisivit rei publicae Romanae aliis contendentibus absque ulla fatigatione provinciam
et factum est quietum commodum nostrum, ubi non habuimus bellica contentione peri-
culum: triumphus sine pugna, sine labore palma, sine caede victoria. tantum ergo
eius gloriae debemus, quantum utilitatis accepimus: quem et ille arbiter rerum largi-
tione redituum iudicavit esse prosequendum, ut ibi fieret dominus possessionum, ubi
utilitati publicae procuravit augmentum. Aquileiensem quoque tempestatem inter eius 9
prospera iure memoramus, quia discrimina, dum feliciter cedunt, suavissimae memoriae
sensum relinquunt. cum ventis saevientibus furentem pelagum spuma testaretur unda-
rum, diu iactatum navigium tumens fluctus absorbuit, nullum relinquens forti viro
solacium nisi tantum remigia brachiorum. tunc iste nautis pereuntibus cum caro
pignore solus evasit. Ibi amor piissimi regis, ibi meritum probatum est periclitantis, 10
quando regnator ille vix litori constitutus, ut eum exitio praevaleret eripere, undas
iterum desiderabat intrare. tunc eius pericula formidavit, qui saluti propriae timere
nescivit. Nonne vobis, patres conscripti, asperis casibus divinitus videtur exemptus, 11
cui praesens parabatur eventus? hunc itaque virum bellis exercitatum, felicitate clarum,
prudentia comprobatum, quod deo auspice dictum sit, ad patriciatus praesentalis culmen
eveximus. favete nunc auspiciis candidati et viris nostris Libertatis atria reserate.
convenit gentem Romuleam Martios viros habere collegas.

XI.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 526 fin.

Confido, patres conscripti, quod ad agendas optimo regi gratias omnium vestrum 1
studia debeant concitari, quando provectum meum excogitatum noscitis pro utilitate
cunctorum. atque ideo alacriter excipiendum est, quod necessarie fuisset optandum.
omnibus quidem utile est iudicia principum sequi, sed ipse facit propria, qui gratanter
susceperit aliena. Retinetis me senatus semper fovisse coetum, sed nunc maxime, 2
cum vestrum videor intrare collegium. assumptio dignitatis ordinis vestri nobis gratiam
duplicavit, quando me inter eos esse sentio, a quibus me amari posse confido. accedit
etiam illud animi vestri gratissimum pignus, quod patriciorum genius per nos constat
erectus, quando nemo gentilium in vobis putabit abiectum, quod in me respicit honora-
tum. In expetendis quoque honoribus apud gloriosae memoriae Theodericum principem 3

BT(desinit 10 relinquitur*)ZNMKE(F)H(GI)*

1 et] c *K* burgundio decertantibus (ne certantibus *I*, nec certantibus *HG*, sic certantibus *T*) rursus] borgundio *(rel. om., v. infra) B: malim* burgundione certantibus *cum I* gallias] gallias uias *HGI* quid] quidem *Z*, quid rursus *(vide supra) B* 2 adu. manus] adu. munus *Z*, munus adu. *M*, aduersarius *Leid. Scal. 16* 3 adquisiuit] atqui sunt *A* piplice *B* prouinciarum *A* 4 contemptione *T* 5 eius ergo *T* 6 accipimus *T* 7 ibi] ubi T^a 8 aquiliensem q. tempestatem *BZQNMKEFHGI*, aquilee in se quoque tempestate *T*, acquilienses q. tempestates *A* memorantur *A* qui ad discriminandum *T* 11 relinquitur *T* tumens] spumans *HGI* fluctibus B^1 12 remedia N^a 13 est *om. HGI* 14 quando] quoniam *EF* restitutus *EF* ut *om.* K^1 15 eius] enim *HG* 16 aspersis *H* diuinitus *om. K* 17 parabatur] sperabatur H^2GI excitatus *F* 18 praesentale *A*, praesentialis H^aI 19 ueximus B^1 nunc *om. F* uiris nostri E^1, uotis nostris *I*, omnes nostre G^a, omnes iuris G^b 20 romanam *HGI* 22 agendas] gendas H^a optimo *om.* K^1 regis B^1 23 deb. stud. *N* concitare E^1, incitari E^2HGI 25 utile *bis N* grantanter *N* 26 suscipit *EFA* 27 uestri] nostri *H*, bene *A* uobis *EFGI* 28 eos esse] esse eos *H* amaret B^1 29 ill. et. *HGI* gratissimus H^1 genus p. n. c. (c. p. n. *HI*) erectum (exemptum *I*) *EFHIA*, genus compar nobis iterum sociani *G* 30 putauit *libri* prospicit *EF* 31 theodoricum *BEFG*, thedoricum *N*

regum mea vobis saepe vota coniunxi, ut quadam praesentia talia videar praemisisse,
ad quos me cum gratia decebat intrare. confidentius enim illud expetitur, ubi post
collata beneficia festinatur. saepe consules, saepe patricios, saepe praefectos habita
intercessione promovi, vobis inpetrare contendens, quod mihi ardue potuissem optare.
congaudete nunc, patres conscripti, meis auspiciis, qui vestris favi semper honoribus.
4 Vultis scire, qua vos affectione complectar? insertus stirpe regia vocabulum vobiscum
volui habere commune. vivite deo propitio securi et, quod est felicissimum suavitatis
genus, exultate cum liberis vestris. studete, sicut semper, praedicari moribus Romanis
et bonorum actuum famam sub alta quiete perquirite. interest nostrae gloriae, ut,
quorum numerum auximus, eos propitia divinitate tueamur.

XII.

ARATORI V· I· ATHALARICUS REX.

a. 526 fin.

1 Perfectionem necessariarum rerum completam esse iudicamus, si, quemammodum
eligendo virum magnificum patricium armatae rei publicae parti providimus, ita et de
sociando ei litterarum peritissimo consulamus. decet enim tractatores habere doctis-
simos, quibus potestas summa committitur, ut, nullo defectu impediente meritorum,
provisa rei publicae utilitas explicetur. alii sunt honores qui se ordinaria provisione
componunt: de generali autem securitate sollicito talis associandus fuit, qui parem in
2 suis studiis non haberet. Neque enim adhuc minus probatus agnosceris, licet primaevus
veneris ad honores. advocationis te campus exercuit: te iudicii nostri culmen elegit.
nam ita intra te fuit quamvis ampla professio litterarum, ut tuum ibi consenescere
non pateremur ingenium. auspicatus es militem, cum implere potueris cognitorem, et
quamvis traheret te eloquentia pro defensione dicere, suadebat tamen aequitas indi-
canda proferre. probatum est, quid utilitatis habeat moribus armata facundia. nam
sicut perniciosum est doctos prava suadere, sic salutare munus est, cum veritatis
3 terminos disertitudo nescit excedere. Sed ut merita tua exemplis potius laudabilibus
asseramus, iuvat repetere pomposam legationem, quam non communibus verbis, sed
torrenti eloquentiae flumine peregisti. directus enim de partibus Dalmatiarum ad
domnum avum nostrum sic necessitates provincialium, sic utilitates publicas allegabas,
ut apud illum magna cautela sollicitum et copiosus esses et fastidia non moveres.
abundantia siquidem verba cum suavissimo lepore defluebant et cum finem faceres,
adhuc dicere quaerebaris: delectando movendo implebas magis veri oratoris nisum,
4 cum iam causidici deseruisses officium. Genitoris quin etiam tui facundia et moribus
adiuvaris, cuius te eloquium instruere potuit, etiamsi libris veterum non vacasses. erat

BZNMKE(F)H(GI)

1 mea] nostra *H,* munera *I* praesentia talia] praescientia talia *MKFHGIA: fortasse* praescientia alta 2 gratia] gloria *MKEFA* enim *om. A* 3 festinatum *E* saepe cons. *bis* H^{a} praefectos] patricios praef. *E* 4 contempnens B^{a} potuisset $E^{1}FA$ optare] $NE^{2}HI$, optari $BZMKE^{1}FG^{b}$, opputari G^{a} 5 cumgaudete B^{1} nunc] meorum *ZN* conscriptis B^{1} 6 complector $HG^{a}I$ insertus quippe regiae stirpi *EF* 7 uolui] potui E^{1} cummune B^{1} 8 sicut] sic *EFG* praedicari *om. B* 9 famam] formam *MKA* gloriae *om.* N^{a} 12 esse] rem E^{2} iudicauimus *HI* quem] *KEFIA*, quidem *BZNMHG* ammodum] animo dum *H,* animorum *G,* animo admodum *N* 13 armatae] armare *H, om.* G^{a} parci *A* 14 decent *H* 17 securitate] prouisione *HGI* 18 adhuc minus] minus adhuc $HG^{b}I$, minus G^{a} 20 intra] iuxta E^{2} queuis *F* tuum] cum *N* 21 potueris] non poteris $HG^{a}I$ 22 te trah. *F* sudebat H^{a} indicandi *FH* 23 moribus *om. N* 24 pern. est *(om. EA)*] est pern. *HGI* 25 terminos *om. HGI* discertitudo *K,* discercitudo H^{a} laudabilius H^{1} 26 afferamus *H,* efferamus *I* iuuas B^{1} 27 torrentis *M* dilectus *M* damaltiarum *B* 28 dominum *F* allegebas *ZN,* allegatas *M* 30 et cum *ad* 32 iam causi *om.* E^{1} 31 ad hunc *H* mou. del. *MKEFA* uiri *EF* nisum] misum B^{1}, usum $B^{2}EF$ 32 causici F^{1} disseruisses *K* tui quin et. *M* 33 oloquium *N*

enim, ut scimus, egregie litteris eruditus. et ut aliquid studioso exquisitum dicere
videamur, has primum, ut frequentior tradit opinio, Mercurius repertor artium multarum
volatu Strymoniarum avium collegisse memoratur. Nam et hodie grues, qui classe 5
consociant, alphabeti formas natura inbuente describunt: quem in ordinem decorum
redigens, vocalibus consonantibusque congruenter ammixtis, viam sensualem reperit,
per quam alta petens ad penetralia prudentiae mens possit velocissima pervenire.
hinc Helenus[1]) auctor Graecorum plura dixit eximie virtutem eius compositionemque
subtilissima narratione describens, ut in ipso initio possit agnosci magnarum copia
litterarum. Sed ut ad propositum redeamus, paterno igitur exemplo ingenium exten- 6
disse credendus es, qui in Romano foro eloquentiam non nutristi. o beatum magistrum
felicissimumque discipulum, qui affectuose didicit, quod aliis doctorum terror extorsit!
Romanum denique eloquium non suis regionibus invenisti et ibi te Tulliana lectio 7
disertum reddidit, ubi quondam Gallica lingua resonavit. ubi sunt, qui Latinas litteras
Romae, non etiam alibi asserunt esse discendas? evaserat Caecilius pondus vere-
cundiae, si hunc provectum saecula priora genuissent[2]). soluta est quippe vis illa
sententiae: mittit et Liguria Tullios suos. Cognosce quid ex meritis tuis aestimavimus, 8
quando te illius consilio vides esse sociatum, qui nostri inperii tractat arcanum. hinc
est quod te comitiis domesticorum illustratum isto honore decoramus, ut merito maiora
de nostris debeas sperare iudiciis, qui in te adhuc meliora credimus inveniri. grande
tibi negotium vides esse commissum: quidquid egeris, generalitas sentit. nam qui
potest in universitate peccare, gloriosus nimis est, si nescit excedere.

XIII.

AMBROSIO V· I· QUAESTORI ATHALARICUS REX. *a. 526 fin.*

Securus celsa conscendit, qui se in paulo minoribus approbavit et certo procedit 1
vestigio, qui gradatim desiderio potitur accepto. sine merito siquidem remuneratum
putatur omne quod subitum est nec inexplorati suspicionem refugit, quod repente pro-
venerit. contra omnia deliberata robusta sunt et totum bonis actibus optinuisse cre-
ditur, qui post documenta laudatae militiae promovetur. Dudum inter gymnasia littera- 2

BZNMKE(F)H(GI)

1 al. studioso] *B*, al. studio *HI*, studio aliquid *G*, al. studiose *reliqui* 2 ut *om. HGI* reparator *KA* mult. art. *NHGI* 3 grues] gr. quibus nomen ex facto est (*cf. p.* 104, 2) penitus aerem (haerem *F*) secantes *EF* qui] cum *A*, *om. M* classem *NFHI* 4 consotiantur *B*, consociat *F* naturam H^1 quam *F* decorem N^a 5 que *om. HGI* amixstis *B*, adnipetis E^1 6 mentis *H*, mente G^aI 7 helenus] $BZNMKE^2A$, elenus E^1FHGI, hellen *A* actor *N* pluria N^a cumpositionemque *B*, compositionem *HG*, compositionis *I* 8 narratione] ratione E^2FHGI describens ut] ut descr. ut B^a possis B^a copia] copiarum B^a 9 ut *om. NEFHGI* 10 ēs *B* eloquentia *H* enutristi *MKA* magnum *A* 11 affectiose *BZ* terrore N^v 12 inuenistis *H* te *om. A* 13 condam *F*, cundam *B*, quidam *E* gallicana MF^1 lat. litt.] *BHGI*, litt. lat. *reliqui* 14 dicendas *MKI* celius *K* uerecundie die *H* 15 si] sed *Z* seculo *E* 16 mittit et] mittet *HG*, mutet *I* stullios B^a, tullianos *NHGI* exstimauimus B^a, estimauimus B^b, extimauimus F^2, existimauimus *E* 17 quando (quanto *B*) te ill. cons. uid. esse (*om.* G^aI, *ante* cons. HG^b) *BHGI*, quando te ill. cons. te uid. esse *M*, quando ill. cons. te u. e. *reliqui* 18 comiciis *B*, comitis *G*, continue I^w, comitiu(a)e $ZNMKEFHI^pA$ illustratu E^2, illustrium *G*, illustrator H^1 isto] *B*, *om. reliqui* decorauimus *HGI* 20 cummissum B^a quiquid *B* senit *N* 21 uniuersalitate *HI* nimis] minus *NH* 23 secutus E^1 24 remunerantem H^1 25 putatur *om. M* omne] esse *HI* inexpelorati *B*, inexploratis *MK* suspiscionem (*sic*) B^b 26 contra] quia E^1F sunt (sun *A*) rob. *MKEFHGIA* 27 laudare *K* dudum] d. enim *HG*, dum *A*

1) *Cassiodorus de arte gramm. apud Keilium vol. 7 p. 214:* (litteras) primus omnium Cadmus . . . legitur invenisse . . . . de quarum positionibus (*al.* formulis) atque virtutibus Graece Helenus, Latine (grece ellenus latine *cod. Bern.*, helenus et *libri alii*) Priscianus subtiliter tractaverunt (suppliciter tr. *Bern.*, suptiliter attico sermone locuti sunt *libri alii*). *attulit locum Knaack in Hermae vol. 16 p. 600 cogitans secundum Wilamowitzii coniecturam de Hellanico.* 2) *De Caecilii Siculi comparatione Demosthenis et Ciceronis dicit Plutarchus in vitae Demosthenis c. 3.*

rum adscitus ab illo inspectore meritorum, qui iudiciis suis etiam futura praedicebat, privatarum largitionum fascibus praefuisti: honor, nisi ex te crevisset, exiguus, quem tu suscipiens patrocinium meritorum ita gratia dominantis auxisti, ut tibi saepe committeretur quod dignitas non habebat. quod si laudabile est vel mediocribus esse honoribus parem, quanto praestantius vicisse moribus aulicam dignitatem. haec cum
3 tu sub tanto iudice laudata perageres, gratiam quoque loci alterius invenisti. Dictationibus enim probaris adhibitus, cum sit offensionibus alter expulsus, et ita suspensum honorem tuum sustinebat ingenium, ut palatio deesse non sineres iudicem, cuius ad tempus abrogatam cognovimus dignitatem. non sunt imparia tempora nostra transactis:
4 habemus sequaces aemulosque priscorum. Ecce iterum ad quaesturam eminens evenit ingenio. redde nunc Plinium et sume Traianum. habes magna quae dicas, si et tu simili oratione resplendeas. fama temporum de legitima atque eloquenti iussione generatur. omnia si quidem bona cumulat lingua diserta et quod a nobis praecipitur, gratia dictantis ornatur. esto nobis ad bona suggerenda promptissimus et adversum improbitatem male praesumentium constanter erectus. dic etiam auribus nostris quod est omnino pro nobis. bonus princeps ille est, cui licet pro iustitia loqui, et contra
5 tyrannicae feritatis indicium audire nolle constituta veterum sanctionum. Renovamus certe dictum illud celeberrimum Traiani: sume dictationem, si bonus fuero, pro re publica et me, si malus, pro re publica in me. sed vide quid a te quaeramus, quando nec nobis aliquid iniustum licere permittimus. decreta ergo nostra priscorum resonent constituta, quae tantam suavitatem laudis inveniunt, quantum saporem vetustatis
6 assumunt. Praeiudicia, quae nos horremus, in aliis non amamus. obligamus te certe generalitati, dum absolute praecipimus iura servari. quod ideo nunc dicimus, ut opportune omnibus in te consuluisse videamur. decet enim praemonere, ne te iam tardius post aliena pericula videamur velle corrigere. bonorum exempla sequere et nobilitatis tuae memor incede. illi digne ad vitia generis sui redeunt, qui contempti-
7 bili stirpe nascuntur. His igitur in bonum publicum praedictis per quintam feliciter indictionem quaesturae tibi insignia deo praestante concedimus, honorem prudentium, fontem omnium dignitatum, quando exinde procedit, quod indulgentiae nostrae largitate manaverit. age ut, qui ad consilium nostrum adscisceris, prudentia cunctis et gravitate praeminere noscaris. nam quid tibi conveniat, vides. vox legum diceris, dum nos iura condamus. incumbe nunc probitati vel fidei, ut, sicut te prior honor dignum fecit alteri, ita secundus tertiae faciat dignitati.

BZNMKE(F)H(GI)

1 adsciscitus E^2 militorum B^a 2 fasibus K^1 honor nisi ex te creuisset exiguus quem tu] *EF, om. BZNMKHGIA* 3 patrocinio *EF* gratiam *MKEFHIA* dominanatis B^a committeret *EHI* 4 haberet *A* est *om. M* esse *om. M* 5 praestantior *M* cum tu] enim *tu *H*, enim tu cum *G*, cum *I* 6 iudicie K^a laudanda *H* dictatio|bus *B* 7 alt. off. *M* et *om. EF* 8 palati *Z* non sin. deesse *A*, deesse non feceris *HGI* 9 adrogatam *H* agnouimus *K* inpiaria N^a 10 eminens euenit] *scripsi*, comineus euenit *Z*, commens cuenit *M*, cummenso uenit *HI*, cum mens euenit *K*, cum immenso uenit *N*, cum inmenso uenis *G*, commenso (commento F^a?) euenit *EF*, commeans euenit *A*, *om. in sp. vac. 9 litt. B* 11 plenium *B* 12 ratione *F* respondeas NE^1 legitimi H^1, legittimo *I* 14 aduersus bona sugg. *EFA*, ad bona suggerenda uersum N^a 15 dicet iam *priores* 16 est *om. HGI* 17 indicium *H* instituta *MHGI* 18 certe] carte *HG* ill. trai. cel. dict. *F*, d. ill. tr. cel. *E* sumo (summo *H*) dictationem (dictionem G^a) NHG^a, sub meditacione *I* rei *H* 19 et] a *A* si malus (malis E^a, malus fuero *HGI*) p. r. p. in me *om.* K^1: et me si malus . . . quando *in litura minore H* a te quaeramus] ait quidamus B^a[?] 20 nobis *om. N* ergo] igitur *EF* 21 instituta *GI* 23 precepimus *B* iussa *N* nunc] non *N* 24 omnibus] in o. *K* in te] int *N* decet] dece *N* proemouere B^a ne] nec *H* 26 sui gen. *N* 27 stirpe] genere *M* hiis *NEF* 28 tibi *om.* HG^a prudentum *EF* 30 nostrum *om. FA* 31 praeheminere *EF* conueniat uides] conueniat index G^a, conuenias iudex *F* dicens *A* dum] de N^1 32 nos] nostra *A* condamus] BNH^bGI, condimus ZK^2EFA, condicimus K^1, concedamus H^1, concedimus *M*

XIIII.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 526 fin.

1 Accipite, patres conscripti, iudicium quod initia nostra protulerunt, quando plus cogitantur omnino quae cauta sunt, quia talis subsecutio creditur, quale primordium venisse sentitur. nemo enim futurum putat esse diligentem, quem in ipsa novitate opinionis suae non videt esse custodem. providus institutor hortum suum fecundis nititur ornare plantariis, ut reddant fructus optatos, quae sollicitis fuerant exculta laboribus: quanto magis regnum decet inter initia pacis amoenitate componi, ne habere speciem agri videatur inculti! 2 Et ideo beneficiis nostris quasi quandam ianuam cogitavimus dare quaestorem, per quem venientium dignitatum culmina decenter exirent. sunt vobis certe de candidato nota, quando et moderna, quae loquimur. nam cum transitum gloriosae memoriae domni avi nostri subiectorum anxia corda lugerent — bonum quippe amissum dum quaeritur, plus amatur —, per eum vobis et nostri auspicii et vestrae securitatis optata patuerunt. intellegite, quali nos aequitate constringimus in futuris, ut ipse vobis legum fieret custos, qui conservandae iustitiae fuerat promissor effectus. 3 Affuit mandatis regalibus eloquens et decorus orator, permulcens etiam inspectus, quos gratissimos reddebat auditus. tales enim decet esse aulicos viros, ut naturae bona indicio frontis aperiant et possint agnosci de moribus, cum videntur. tacens enim plerumque despicabilis est, si eum tantum lingua nobilitat: semper autem in honore manet, si. cuius est tranquillus animus. cum quoque serenissimus commendet aspectus. hoc denique facto testamur copiam nos habere prudentium, quando talis eligitur, qui ex utraque parte laudetur. 4 Eloquentiae vero bona ineptum est in quaestore praedicare, cum ad hoc specialiter probetur adscitus, ut opinionem temporum commendet qualitate dictorum. aliis enim iudicibus provinciarum committatur exactio, aliis privati aerarii custodia delegetur: hic autem aulicae famae insignia reponuntur, unde per totum mundum opinio vulgata laudetur. quod vobis adeo, patres conscripti, aestimavimus esse repetendum, ut tales nos quaerere credatis, quales et nostrae laudi et vestrae securitati expediat inveniri. agnoscite, docti, bonum principis votum: confidite de beneficiis, qui litterarum probamini habere notitiam. segnissimi est torpere, cum se ad provectum cognoscat rerum dominos invitasse. 5 Quapropter, patres conscripti, illustrem Ambrosium quaesturae culmine decoratum favor vestrae benignitatis excipiat. de illo enim non debet dubitari, qui a vestro ordine iam in prima dignitate meruit approbari.

BZXMKE(F)H(GI)

2 initia] iudicia *A* 3 omnino] animo *EF* quae] quam E^1 cauta] acta E^2F quia] quid *M* 4 putant E^a 5 esse custodem] custodem *I*, custodire *H*, custodire iudicium G^t institutor] i. si *A* secundis *Z* 6 sollicis X^1 exculta B^a, culta *A* 7 initia] in inicia *X* 8 cogitamus *A* 10 quanto *B* qui B^a 11 stransitum B^1 mem. gl. *H* 12 auspii *B* 13 uestrae] nostre *ZXG* paruerunt *A* quali nos aequ.] quali equitate G^bI, quali equali aequitate G^a, quali equalitate *H* constringimur XF^1HG^vI, constrinximus *K*, constringantur G^t 14 in] eum *HGI* uobis (nobis *A*) leg.] leg. uob. *HG* custos] cunctos *H* promissio H^1 15 legalibus *K* ornator *A* promulcens *HG* 17 indicio MG^t fontis *HG* 18 est si] E^2A, etsi *BZXMKFHGI*, quamuis etsi E^1 tantum *om. EHGI* 19 manet] remanet *HGI* si] etsi *XHGI* tr. est *E* 20 nos cop. *KI* prudentum *EF* 21 ex] ab *F* pate B^a laudatur *HG* inemptum *H* 22 praedicare] laudare E^2 23 enim *om. HGI* prouinciarum *om. B* alii *HG* 24 delegatur MKF^1G^vA hic] huic F^1G^vIA 25 nobis *A* ideo *X* aestimauimus] aestimabimus *B*, extimabimus *F*, estimabamus *ZX* 26 nostrae] uestrae *H* 27 securitatis *A* 29 se ad] ad se X^a cognoscant *F* conscripti] kmi *HI*, clarissimi *G* 30 ambrosium *bis Z* decoratum] d. est *H* 31 decet *HG* a] ab K^a, *om. HGI*

XV.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 526 fin.

1 Gratissimum nostro profitemur animo, quod gloriosi domni avi nostri respondistis
in episcopatus electione iudicio. oportebat enim arbitrio boni principis oboediri, qui
sapienti deliberatione pertractans, quamvis in aliena religione, talem visus est ponti-
ficem delegisse, ut nulli merito debeat displicere, ut agnoscatis illum hoc optasse
praecipue, quatenus bonis sacerdotibus ecclesiarum omnium religio pullularet. recepistis
itaque virum et divina gratia probabiliter institutum et regali examinatione laudatum.
2 Nullus adhuc pristina contentione teneatur. pudorem non habet victi, cuius votum
contingit a principe superari. ille quin immo suum efficit, qui eum sub puritate
dilexerit. nam quae sit causa doloris, quando hoc et in isto reperit, quod alteri in
partem ductus optavit? civica sunt ista certamina, pugna sine ferro, rixa sine odio:
clamoribus, non doloribus res ista peragitur. nam etsi persona summota sit, nihil
3 tamen a fidelibus amittitur, cum optatum sacerdotium possidetur. Quapropter redeunte
legato vestro inlustri viro Publiano rationabile duximus ad coetum vestrum salutationis
apices destinare. magna enim iucunditate perfruimur, quotiens cum nostris proceribus
verba miscemus. et hoc quoque suavissimum vobis minime dubitamus, si quod illius
fecistis imperio, nobis etiam cognoscitis esse gratiosum.

XVI.

OPILIONI COMITI SACRARUM ATHALARICUS REX.

a. 527/528

1 Solent quidem venientes ad aulicas dignitates diutina exploratione trutinari, ne
imperiale iudicium aliquid probare videatur ambiguum. quando gloria regni est reperisse
iudices exquisitos. sed tam frequens est familiae vestrae felicissimus provectus, tam
in multis personis declarata prudentia, ut licet aliquis vos eligat ad subitum, nihil
fecisse videatur incertum. similitudinem suorum felix vena custodit, quando pudet
2 delinquere, qui similia nequeunt in sui genere reperire. Hinc est, quod melius agno-
scitur elegisse nobilem quam fecisse felicem: quia iste commonitus per veterum se
facta custodit, ille exemplum non habet nisi quod fecerit. quapropter secure tibi
credimus, quod totiens tuo generi commissum fuisse gaudemus. pater his fascibus
praefuit: sed et frater eadem resplenduit claritate. ipsa quodammodo dignitas in
3 penatibus vestris larem posuit et domesticum factum est publicum decus. Nam
militiae ordinem sub fraterna laude didicisti, cui mutuo conexus affectu implebas
laboribus socium et consiliorum participatione germanum. ad te potius pertinere

BZNMKE(F)H(GI): in hoc ep. 15 inter epp. 8. 9

2 protemur B^a 3 electinone *N* indicio *post* nostri *F* 4 quaeuis *A* regione *HG* pont. delegisse] delegisse pont. del. E^a, pont. elegisse E^2HI, elegisse pont. *G* 7 itaque *om.* H^2G^1 examine *HGI* 9 contigit *BI* immo] inmo *B* sub puritate] superitate B^1 10 et hoc *HGI* altari B^1 11 optauerit *A* ciuica] ciuilia *H*, crinea *A* 12 istas peragunt *H* ista] ipsa *F* 14 ill. uiro publ. (pupliano B^bN, puplicano B^a) *om. HGI* rationabiliter *HG* salutationes E^1 15 quotiens] quando *F* uestris *F* 16 suau. quoque *E* illi *E* 19 uolent *(errore miniatoris) Z*, molent *A (em. in err. typ.)* quidem] si q. K^a dignitates *om. HG* diutina] diuturna E^1 20 prob. *(om. H^1)* uid.] uid. pr. F^1 ambiguum] incertum E^2 quando] quoniam *A* 21 est *om.* HG^1 familiae] fame HGI^w, fama I^p prouentus HG^t 22 decorata N^vHGI prouidentia *HG* al. uos (uos *H*)] uos al. *NM* 23 custodiuit *K* pudet] putet *H*, puteut G^t 24 derelinquere *H* in suo gen. neq. *HGI* hinc] nichil *E* 25 fel. fec. *HG* commonit *H* ueterum] ueuturum HG^a fact. se *HGI* 26 tibi sec. *K* 27 hiis *EF* 28 frater] super K^1 29 posuit] paruit *A* 30 laude *om. N* 31 poscius *B*

diiudicans quod frater acceperat. hoc baculo reclinabatur ille felicior, astu quaedam
neglegens praesumptione tui, quia per te omnia cernebat impleri. En dulce fratrum 4
obsequium et praesentium temporum antiqua concordia. bene talibus sensibus iudicium
creditur, qui servare mores naturaliter sentiuntur. quod si amoeni recessus et pro-
vinciale otium forte libuissent, ad te catervae causantium et anxia currebant vota
laesorum. boni iudicis inter eos assumebas officium et futurorum quodam urgente
praesagio, quod a nobis accipere poteras, meritorum assumptione peragebas. Memini- 5
mus etiam, qua nobis in primordiis regni nostri devotione servieris, quando maxime
necessarium fidelium habetur obsequium. nam cum post transitum divae memoriae
domni avi nostri anxia populorum vota trepidarent et de tanti regni adhuc incerto
herede subiectorum se corda perfunderent, auspicia nostra Liguribus felix portitor
nuntiasti et sapientiae tuae allocutione firmati maerorem, quem de occasu conceperant,
ortu nostri imperii in gaudia commutabant. innovatio regis sine aliqua confusione
transivit et sollicitudo tua praestitit, quod nos nullus offendit. Atque ideo probato 6
talibus institutis ab indictione feliciter sexta sacrarum largitionum comitivam propitia
tibi divinitate concedimus. usurus es omnibus privilegiis atque emolumentis, quae ad
tuos decessores pertinuisse noscuntur: absit enim, ut aliqua calumniae machinatione
quatiantur qui actionis suae firmitate consistunt. fuit enim tempus, cum per delatores
vexarentur et iudices. deponite iam formidinem, qui non habetis errorem: fructibus
vestrarum utimini dignitatum: nam quod vobis per decessores prodecessoresque vestros
temporibus domni avi nostri consuetudo longa dedit, indulgentia quoque nostra custodit.
Conferimus tibi honorem germani: sed tu fidem eius imitare servitii. nam si illum 7
sequeris, multos laude praecedis, virum auctoritatis maximae, probatae constantiae, qui
sub tanto principe et sine culpa paruit et iudicia laudatus exercuit. promptum est
enim aestimare quid egerit, quando sub ingrato successore palatinum officium prae-
conia eius tacere non potuit. difficile non est itaque moribus sequi posse germanum,
quia et in conversationis fructu plerumque consentiunt, qui unius semine procreantur.

XVII.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 527/528

Tanta est, patres conscripti, in candidato copia meritorum, ut vereamur, ne tardius 1
putetur electus quam non sit iudicio comprobatus. nam cum divae memoriae avus
noster optimos viros exquireret, nobis eum inremuneratum prosperior fortuna servavit.
illi paruit, illi multa officiositate servivit et a domino largissimo beneficiorum sine ali-

---

BZNMKE(F)H(GI)

1 acceperet *B*^a ille *om. Z* actu *EFHGI* 4 sensciuntur *B*^1 secessus *Garetus* forte] ferre *HGI* libuised *B*^a, libuiset *B*^b 5 cauentium *E* 6 lesionum *N*^1 inter eos] interdum *HGI*, interdum inter eos *N* assumbas *B* et] *BA*, ut *ZQNMKEFHGI* furtorum *A* 7 accipere] assumere *HGI* meritorum] meritor tuorum *B*^a 8 nostri (nostris *N*^1) regni *N* seruietis *G*^a, seruiens *H* 9 cum] com *B*^1 10 uot. pop. *H* 12 firmata *N*, firmasti *KHGI* 14 nos] nobis *HG*^1*I* 15 comitatu *N*, committatus iam *H*, comitatum iam *I*^p, commtatum *(sic)* iam *I*^w, commutatus iam *G*^t propria *K* 16 tibi *om. HGI* 17 peruenisse *F* machinatio *F* 18 debellatores *HG*^a*I* 19 uexarentur] uersa uex. *K*^a fortitudinem *H* habitis *B*, habeas *H* fructibus u. ut. dignitatum *om. A* 20 prodecessoresque] *B*, praedecessoresque *ZNMEFI*, que *KH*, quoque *G* nostros *EGA* 22 si] si tu *NK*^b 23 auctoritatibus *H* conscientiae *A* 24 indicia] iustitiam *KA* promptum *ad* 26 potuit *om. M* est enim] enim *H*, est *G*, *om. I* 25 quid] qui *B*^a egerit] egeris *HI*, gesserit *A* 26 non est itaque] *BHG*, itaque non est *I et reliqui* 29 in cand. patr. conscr. *F* copia] gloria *E* 30 putetur] uideatur *NHGI* 31 prosperior] pr. melior *H*, melior *I* seruauit *H* 32 a *om. H*

qua retributione constat esse derelictum. credo dilata est compensatio meriti, ut nobis
aptior fieret causa praestandi: congeminat enim se pietas nostra lege naturae. con-
dignum est ab herede solvi, quod collatum constat auctori. cur enim munificentia
2 nostra eum differret, cum eum proficere consuetudo suae nobilitatis urgeret? Pater
huic manu clarus ac summa fuit morum nobilitate conspicuus, quem nec ferventia
bella respuerunt et tranquilla otia praedicarent, corpore validus, amicitia robustus aevi
antiquitatem gestabat, abiectis saeculis Odovacris ditatus claris honoribus. his tem-
3 poribus habitus est eximius, cum princeps non esset erectus. Sed quid antiquam
parentum eius repetimus nobilitatem, cum vicina resplendeat luce germani? cuius
non dicam proximitati, sed vel amicitiae coniunctum fuisse potest esse laudabile. huius
virtutibus ita se sociavit atque conexuit, ut hoc potius sit incertum, qui magis prae-
4 dicetur ex altero. Amicitiis ille praestat fidem: sed magnam promissis debet iste
constantiam. ille quoque avaritia vacuus: et iste a cupiditate probatur alienus. hinc
est quod norunt regibus servare fidem, quia nesciunt vel inter aequales exercere per-
fidiam. ibi enim mores facilius probantur, ubi natura sub libertate monstratur. quo-
5 modo ergo sub puritate non serviant dominis, qui nesciunt illusisse collegis? His
laudibus electus a coniuge Basilianae sociatus fertur esse familiae, quod plerumque
venit a meritis coniungi posse nobilibus. inspicite in eo, si placet, etiam familiarem
vitam, quia saepius maioribus vestris viros industrios haec signa prodiderunt. res
huic privata tanta fuit moderatione disposita, ut nec aliqua tenacitate sorderet nec
6 iterum nimia effusione laberetur. Gentiles victu, Romanos sibi iudiciis obligabat et
unde ingratitudo dignitatibus plerumque venit, iste disceptando sibi amicitias colligebat.
videte quid faciat nobilis natura. ex iudicibus natus arbitrum agebat, quod nisi ex
morum probitate nulla potest contingere ratione. nam fascibus oboedire plerumque
potestatis necessitas cogit: privato iudici parere sola sententiarum probitas facit. unde
nobis plus laudis videtur habere voluntarius iudex, quando ad audientiam non eligitur
7 nisi qui iustus esse moribus aestimatur. Quapropter, patres conscripti, favete vestris
alumnis et nostris favete iudiciis. secundo ad vestram curiam venit, qui et ex sena-
tore natus est et aulicis dignitatibus probatur honoratus.

BZNMKE(F)H(GI)

1 retributione] remuneratione *HGI* 2 apertior *A* congeminat] *scripsi*, conueniat *libri* cum dignum *BZNK*, quod dignum *M* 3 colatum B^{a} actori *KH* 4 nestra *Z* eum] est N^{1} differet *F*, deferret *HG* cum eum] cum *K*, quem *A* profiscere *H* urgent H^{1} 5 hunc *H* cunspicuus *B*, perspicuus HGI^{p} nec] non *H* 6 et] *BZN*, cum *KEFHGIA*, et cum *M* amitia *B* 7 saeculis odouacris] $BZME^{1}HI^{p}A$, seculis odonacris I^{w}, seculi sodauacris *G*, seculi odouacris *N*, seculi adiuuatris *K*, seculi auaritiis $E^{2}F$, saeculi uitiis *A* hiis *NEF* 8 est *om. HGI* 9 par. *(om. F)* eius] eius par. *E* rep. nob.] nob. rep. G^{v}, nobilitatem *H*, nobilitas G^{t} luce] luceat *HG* 11 contexuit *F*, coniunxit *HGI* incertum] incrementum *K*, uictum *A* quis *EF* praedicetur (producetur *E*) ex alt.] ex alt. pr. *A* 12 amicitiis] amicis *HGI* magna *B* 13 cupiditate] *HGI*, cupiditatebus *B*, cupiditatibus *reliqui* probatur] protinus probatur *E*, probatur protinus *F* 14 seuare *Z* uel *om. N* 15 monstra*tur *B* 16 puritate] breuitate *A* non] haec *H*, hec non G^{t}, hii non G^{v} collegio *A* hiis *EF* 17 fert. soc. *F*, sociatus ferunt *H* 18 euenit *MKA* respicite *F* si pl. in eo fam. et. *HG* 19 saepius] sepe *EI*, se *F* uestris] nostris *A*, *om.* HGI^{1} pepererunt *F*, prodeunt *H*, produnt *G* 20 tanta (tata *H*) f. moderatione] *BZNHGI*, tanto f. moderamine *MKEFA* disposita *om. HI* 21 fusione E^{a}, obtusione *H* iud.] in iud. *HGI* et unde *ad* 22 colligebat *om.* $HG^{a}I$ 22 ingratitudo] magnitudo *A* pler. dign. *K* amicitiam *A* 23 arbitrium *MEFHG*, *superscr.* uel tuum (*voluit* trum) G^{v} ex morum] eximiorum *H* 24 pl. ob. *HGI* 25 priu. iud. par.] iud. priu. par. *NKEF*, par. iud. priu. *A* 26 iudex *om.* H^{1} 27 aestimatur] iudicatur *NHGI*, comprobatur M^{1} faue K^{1}*[?]* uestris (nostris *H loco priore et I*) al. et *bis* HG^{a} 28 ad] et H^{1}, et ad G^{a} et ex] $BZNMKG^{b}$, ex $EFHG^{a}IA$

XVIII.

FIDELI V· I· QUAESTORI ATHALARICUS REX. *a. 527/528*

Professionem constat esse iustitiae legum peritos iudices ordinare, quia vix potest 1
neglegere qui novit aequitatem nec facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgaverit. dudum te forensibus negotiis insudantem oculus imperialis aspexit, nec latere
potuit, qua fide suscepta peregeris, qua luculentia tractata peroraris. Aequo gradu 2
eloquentia tua atque conscientia pariter incedebant: nullus susceptus quod amplius desideraret habuit: nullus iudicum quod in te corrigere posset invenit. accessit enim venustas oris et castitas animi: iuvenem te solus decor ostendit: ab ore primaevo cana verba manaverunt. contendit flos aetatis et maturitas mentis: sed potius illa superavit,
quae nos ad virtutum gradus gloriamque perducit. Quapropter aptamus munera nomini 3
et meritis tuis, ut arcana regia Fidelis accipias et vir eloquens litteratam reperias dignitatem. nunc causas gloriose iudica, quas laudabiliter perorabas: assideat tibi propria et exercitata doctrina. modo est felix et certa condicio negotiorum, quando ille sententiam dicit, qui non potest ignorare quod legit. non enim decet iudicem ministrum esse voluntatis alterius, ut magis alteri parcat, cui tot milites obsecundant. certe si in aliis utcumque tolerandum, nimis in quaestore pudendum est, ut qui eligitur
ad principis consilium, solacium expectet alienum. Et ideo, quod deo auspice dictum 4
sit, per sextam indictionem quaesturae tibi conferimus dignitatem. sed tuus honor imperitis opprobrium est. nam sicut conscientia laeta est, quae provehitur meritis, ita sub reatu iacet, qui se imparem cognoscit muneribus consecutis. habes priscos
viros, quos te deceat imitari. praecede fama quem sequeris dignitate. Nam si te 5
privata vita virtutibus exercuit, quanto melius provecta declarabit? sumpsisti nomen ex meritis: custodi, ut semper laeteris veritate vocabuli. nam cum omnis appellatio ad declarandas res videatur imposita, nimis absurdum est portare nomen alienum et aliud dici quam possit in moribus inveniri. verum haec bonae conscientiae dicta sufficiant, quia dubitari de illo creditur, qui plurimis ammonetur.

XVIIII.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX. *a. 527/528*

Licet coetus vester genuino splendore semper irradietur, clarior tamen redditur 1
quotiens augetur lumine dignitatum. nam caelum ipsum stellis copiosissimis plus refulget et de numerosa pulchritudine mirabilem intuentibus reddit decorem. naturae siquidem insitum est, ut bonorum copia plus delectet. prata denique floribus pinguntur

BZNMKE(F)H(GI)

2 proconfessionem *HG*^{a} quia] qui *N* 3 qui nouit (nouerit *HI*) aequitatem] quem nolunt equitates tueri *G*^{t} sordescit] fedatur sordescit *M*^{1} 4 insudantes *H*^{1} 5 qua fide] quam utiliter *E*^{2} suscepta peregeris] percepta peregeris *H*, percepta egeris *G*^{a} luculentia] beniuolentia *F* tracta *K*, pertractata *B* peroraueris *GA* aequo] et quo *A* 6 incendebant *H*^{a} quod] quo *HG*, a quo *I*, a quo quod *N* 7 desideret *HG*^{1}, desiderat *G*^{2} iudicium *MEF* enim] etiam *F* 8 castitas] claritas *F* 9 concedit *N* illam *H* 10 gradum *HG* 12 assideat] assit *HGI* 13 et *om. HG*^{a} negorum *H* 14 legit] *B*, elegit *ZNMKHI*, eligit *EFGA* 15 tot *om. HGI* 16 utc. tol.] *BHG*, ut cepit tol. *I*, tol. utcumque (utrumque *E*) *ZNMKEFA* 17 concilium *H* 20 reatum *B* se *om. F*^{1} cognoscit (cognouit *HG*, nouit *I*) imp. *FHGI* 21 quod *B*^{a} inmittari *B* praecedet *H*^{1} 22 declarabitur *H* sumpsistis *H* 24 res decl. *HGI* 28 genuino] *BZM*, gemino *KEFA*, in gemino *N*, ingenuo *H*^{2}*GI*, ingenio *H*^{1} irraditur *B*^{1}, irredietur *B*^{2}, irradiet *F*^{2}, irradiatur *HG* tamen] t. semper *F* 29 copiosis *HGI* 31 insitum] insertum *E*^{1}

innumeris: laudatur pinguis arvi densior seges. antiquitas vos fecerit nobiles haberi:
2 nos senatum volumus etiam de numerositate praedicari. Hinc est quod vobis aggregare
cupimus quem repererimus ubicumque praecipuum. nam licet apud vos seminarium
sit senatus, tamen et de nostra indulgentia nascitur, qui vestris coetibus applicetur.
alumnos cunctae vobis pariunt aulicae dignitates, quaestura autem vere mater senatoris
est, quoniam ex prudentia venit. quid enim dignius, quam curiae participem fieri qui
adhaesit consilio principali? sed quia prudenti viro generaliter non sufficit conclusa
3 laudatio, eius nota propriaque tangamus. Quaestorem nostrum, patres conscripti,
cognoscite eloquentia prius exercitata placuisse et sic advocationis suae crebras egisse
victorias, ut merito sibi eum electio triumphalis asciverit, quatenus palmis felicibus
inauguratus nobis daret omina laurearum. ad forense gymnasium prima aetate deductus
studuit semper integritati mentis et nobilissimo pudore castitatem corporis sub nimio
4 labore transegit. Orator facundus, gravissimus patronus susceptas causas suis prae-
coniis adiuvabat, quando credi non poterat negotium inprobabile, cui talis videbatur
assistere. nonne praetermittere hunc virum esset publicum damnum? quid enim aut
nobis aut vobis esse debet acceptius quam nostro coniungi lateri, qui inter leges
meruit approbari? amare namque eas potest, per quas doctus enituit, dum affectat
unusquisque gloriam suam nec oblivisci potest animus, ex qua nobis fuerit parte
5 sociatus. Creditis forte, principes viri, novam in hunc imparatamque apparuisse
prudentiam? origo eius hereditarias sibi litteras vindicavit, cuius pater ita in Medio-
lanensi foro resplenduit, ut et trino fratrum et Tulliano cespite pullularet. proinde
quamvis sit vel inter mediocres difficillimum placendi genus, tamen advocationis laudem
inter primarios eloquentiae frequenter meruit invenire. is contra magnum Olybrium
stetit, is palmarii Eugenetis linguae ubertate suffecit, et illis par extitit, quos singulares
6 Roma cognovit. Quid enim generosius quam tot litterarum proceres habuisse maiores?
nam si inveteratae et per genus ductae divitiae nobiles faciunt, multo magis prae-
stantior est, cuius origo thesauris prudentiae locuples invenitur. quapropter, patres
conscripti, favete nostro iudicio ac suis meritis candidato: quando sic collegae manum
clementiae porrigitis, vos potius sublevatis.

XX.

AVIENO $\overline{\text{V}}$ · $\overline{\text{I}}$ · $\overline{\text{PPO}}$ ATHALARICUS REX.

a. 527/528

1 Assertio meritorum est potuisse eligi post improbitatem iudicis accusati, quando
excessus praecedentium non corrigitur, nisi cum successor optimus invenitur. contrariis

BZNMKE(F)H(GI)

1 pinguis *om. F* fecerit] fecit *NMKEFHGIA* 2 etiam] et *H*, *om. F* praediceri *H* 3 repererimus] *BZ*, rep(p)erimus *NMKEFGA*, reperremus *H*, reperiemus *I* ubique N^{a}*HGI* 5 cunctae] certe *HGI* nobis *EFGA* autem uere] ait ceniucre *H* 6 quid] quid est *ZN* 7 uirgo H^{a} gen. non suff.] *BHI*, non suff. gen. *reliqui* 8 notas *malim* 9 pr. eloq. *EF* excitata *ZN*I^{w} aduocationis suae] assidue *A* crebras] credas *H*, credatis G^{t} elegisse *HG* 10 quatenus] quod F^{2} 11 uobis *A* omnia E^{1} forensem E^{1} 12 integritate *BEFHGI* nobilissimos *M*, nobilissimus *A* castatem B^{a} 13 grauissimus (grauimus B^{a}, gratissimus M^{v}) patr.] patr. gr. *HG* susceptas causas] susceptus *H*, susceptos *I*, suscepta *G* 14 poterat *om. F* inprobile B^{a} 16 nobis aut nobis *E* esse (*om.* F^{1}) deb.] deb. ess. *MA* uestro *E*F^{1}*IA* 18 part. fuer. *NMKEFA* 19 imparatamque] imperatamque *B*M^{2}, impetratamque *A*: *plerique compendio ambiguo* 20 uendic. lit. N^{a} mediolanesi *B* 21 et trino fratrum et] aeterno fructu e *A* pulularat B^{a} 22 quamuis] grauius *H*G^{t}*I* medicres *Z* tamen] ut *N* 23 meruit *om. M* olimbrium *NME* 24 palmarii] palmari *HG*, palmarum *MKEFA* quos] quod uos *N* 25 generosius] gloriosius *E* 26 iuueteratae] in ueritate *H*G^{t} diuine *E* fac. nob. *HGI* praestantior est] praestantiorem E^{1} 27 locuplex *BK* 28 uestro *A* sic] si *A*: *fortasse scr.* si sic clem. man. *F* 29 uos *A* sublimatis *A* 30 potuisse] *BKEF*, potius se *ZNM*, se potius H^{b}*GI*, sepe potius H^{a} 31 excelsus *H*

rebus plerumque medicina succedit, nam, dum calor vitalis adhibitus fuerit, frigus
pestiferum tunc recedit. nubila ipsa ventorum spiratione terguntur et aquilo faciem
caeli tranquillam reddit, quam australis aura turbavit. sic nos decessorem tuum sum-
movimus amore generalitatis, ut tu saluberrimus advenires. Contraria prioribus imitare
et laudanda peregisti. ille calumniis odiosus: tu stude, ut iustitia reddaris acceptus.
rapax ille: tu continens. bonorum omnium brevis est definitio vitare quae fecit,
quando illa vere laudanda sunt, quae suo iudicio non probavit. respice denique in
illo odium publicum, et tu amorem affectare cunctorum. tanti tuis moribus gratias
agant, quanti illius acerbitatem actionis accusant. animare igitur dedecore prae-
cedentis, quando post illum professae malitiae virum vel a malis abstinuisse laudandus
es. nam quale erit, si beneficia provinciis tribuas quae hactenus non habebant? bonum
insolitum plus amatur et sequenti gaudio confert dulcedinem temporum praemissa tri-
stitia. Atque ideo praefecturae tibi fasces per sextam feliciter indictionem deo auxi- 3
liante conferimus, quae quanto fuit hactenus laesione terribilis, tanta nunc habere
debet beneficia lenitatis, siquidem sauciata cura tua refovenda sunt. non tuis, non
alienis manibus quisquam gravetur. nam ultra omnes impietates est nocere laesos,
qui sanare creditur vulneratos. redeat ad nomen antiquum praefectura illa praetorii
toto orbe laudabilis: cuius si principium quaeramus, per Ioseph a beneficiis inchoavit.
nec inmerito a legibus nostris pater provinciarum, pater etiam praedicatur imperii,
quia sic iuste, sic provide agi voluerunt, ut non districtum iudicis nomen, sed voca-
bulum illi pietatis imponerent. Iustis ac debitis compendiis nostrum per te crescat 4
aerarium. lucra rennuimus, quae legum cauta profanant: pecunias illas volumus, quibus
libra iustitiae suffragatur. aedes nostras nequitiam non patimur introire, quia nec
privatim intromittere possumus quam publica voce damnamus. Audite, iudices, quid 5
amemus, nolite aliud in malum publicum suspicari. nam cui vos per iniquas pro-
visiones creditis esse placituros, cum nos cognoscatis sola illa diligere, quae possunt
iustitiae monitis convenire? vestris iam moribus peccatis, si post ista delinquitis. sed
illi forte talia gesserint, qui ad dignitates suis parentibus incognitas pervenerunt: tu
post patris praefecturam laudabilem aliquid quod melius praedicetur adiunge, quia
diligentior semper debet esse qui sequitur, dum bona parentum probabiliter et imitari
cupimus et vincere festinamus. Accedit etiam tuis laudibus, quod dictis prudentum 6
probaris imbutus. grave est sapienti offendere, ubi alterum reperit incidisse. ius forte
praetereat, qui iura nescivit: totum a te legitimum quaeritur, cuius origo indocta fuisse
nescitur. aequales tibi sunt libri veterum et actiones parentum. praesta opinioni
tuae, praesta nostro iudicio, ut impar non sis meritis quorum aequasti per nostra
beneficia dignitates.

BZNMKE(F)H(GI)

1 adhibitus] inadhibitus B^a, habitus H^a 2 tranq. cel. fac. *N* 3 reddidit *BHGI* turbauit] *BE*, turbauerit *ZNMKFHGA*, turbauerat *I* 5 et] qui NI^w, uel et qui I^p 7 quando] quoniam *A* illa *om. KA* non probauit] *BHGI*, comprobauit *ZMKEFA*, non comprobauit *N* in illo den. *N* 8 publ. od. *N* affecta E^1G^1 cunctorum] amicorum E^1 tui *H* 9 acebitatem B^a actionis *om. HGI* de dedecore *EI* 10 profuse N^1I laudandus es] *HG*, laudandum est *BI*, laudabile est *reliqui* 11 prou. ben. *HGI* 12 temporum *om. F* 14 quanto] tanto K^1 fuerit *HGI* tanta nunc] tanto nunc M^vKHGI[?], tantum misericordiae *A* 15 cura tua] *BHGI*, tua cura *reliqui* 16 grauatur K^1 impietas *K* lesis F^2G^t 18 quaerimus *K* iosep *EF*, iosehep *K* a ben.] ad ben. B^a 19 pater prou. *om. N* 20 nom. iud. *F* 21 per te nostr. *HGI* 22 lucra *om. HGI* 23 intrare *HGI* nec priuatim (priuata *A*) intromittere possumus] non priuatim introducere (pr. i. non *G*) possumus (possimus G^a) *HGI* 25 promissiones F^1[?] 27 ista] illa *E* 28 forte] potius E^1 gesserint] *BHA*, gesserunt *reliqui* qui] quid H^a 30 deb. esse] *BNEHI*, esse deb. *ZMKFGA* inmutari G^a, mutari *H* 31 prudentium *NMHI* 33 a* te *B* quaeritur *om. HGI* origo *om. A* fuisse] esse *F*

XXI.

CYPRIANO V̄· Ī· PATRICIO ATHALARICUS REX. *c. a. 527*

1 Licet propriis frequenter honoribus et germani tui fueris dignitate laudatus,
tamen, quia natura bonorum non expenditur cum refertur, quasi ad indictum reverti-
mur, de quo iam praeconia multa sonuerunt. testificatum est de te, quicquid de
fidelibus, quicquid debuit de bene meritis aestimari. sed digne laudum cum voluerit
2 novitates emittit, qui se actionis probitate complevit. Natura perennis fontis est
gloriae vena manabilis: nam sicut ille fluendo non expenditur, sic nec ista celebri
sermone siccatur. quod et si transacta taceantur, tu nova probaris suggerere quae
dicantur, qui cum aetate crescis semper et meritis. cursus annorum laudis tibi pro-
curat augmentum. senescis quidem corpore, sed laude iuvenescis. merito tibi pro-
3 lixior aetas optatur, in quo fama semper robustior invenitur. Habuisti sub divae
memoriae avo nostro in utraque parte laudatas semper excubias. vidit te adhuc
gentilis Danuvius bellatorem: non te terruit Bulgarum globus, qui etiam nostris erat
praesumptione certaminis obstaturus. peculiare tibi fuit et renitentes barbaros aggredi
et conversos terrore sectari. sic victoriam Gothorum non tam numero quam labore
4 iuvisti. Postea vero, quod non minus ipsis certaminibus fuit, referendarii officium
laboriosis contentionibus exhibebas. fuerunt enim apud illum virtutum omnium virum
exercitualia vel pacata servitia. quis enim non ageret bellum, qui illi potuit com-
petens exhibere responsum? qui tantam firmitatem animi semper exegit, tantam
verborum in asserenda veritate constantiam, ut merito se vicisse diceret hostem, qui
illo praesente vitare valuisset errorem. hinc fuit, quod eius obsequia reddiderunt
prudentes, quia cautela semper adhibita erigit sensum et, dum culpam quis formidet
5 incurrere, sapientibus se nititur aggregare. Contulit etiam dignitatem sacrarum largi-
tionum, hoc est laborum tuorum aptissimum munus, quam sic casta, sic moderata
mente peregisti, ut maiora tibi deberi faceres, quamvis eam in magna praemia susce-
pisses. per haec te florida iuventus exercuit, sed nostris temporibus aetas matura
servavit. consilio quidem plurimum vales, nec fractus tamen aetate cognosceris: sic
enim adeptus es senectutis bona, ut eius non subires incommoda. haec sunt quae in
te aestimamus augenda, ut, sicut es conscientia praeditus, reddaris quoque honore
6 reverendus. Sunt enim beneficiis nostris consentanea in te et superna iudicia, quando
talium filiorum pater effectus natura ipsa videris esse patricius. quorum bona ver-
nantia non est absurdum referri, quando educantium felicior laus est de filiorum

BZNMKE(F)H(GI)

2 hon. freq. *N* 3 quasi] quia si B^{a} indictum] iudicium $I^{w}A$ 5 filibus H^{a} deb. de bene m.] *BHGI*, de bene m. deb. *reliqui* laudibus HG^{t} 6 nouitates] ciuitates HG^{t} fontis] $NKEF^{2}G^{b}IA$, fortis $BZMF^{1}HG^{a}$ 7 manabilis] $B^{b}ZNE^{2}HGIA$, mabilis B^{a}, laudabilis $MKE^{1}FA$ ille] ipse *E* 8 et] etiam *HG* si *om.* H^{1} taceantur] tractantur *E* tu *om.* *A* 10 agmentum *H* iuueniscis B^{a} 11 qua $B^{b}NHGI$ semper *om.* $N^{a}HGI$ habuistis *H* 12 aui nostri *N*, domno auo nostro *A* laudatas (laudatus *N*) semp. exc.] exc. semp. laudatas (laudandas I^{wp1}) *HGI* 13 danubius *libri* gobus *H* nostris *om.* *N* 14 obstiturus BKG^{b}, obstatur *H* peculiale B^{1} remittentes E^{1} 15 conuerso *HI* 16 iuuasti F^{1}, uicisti *N*, ini(i)sti *HGI* 17 illum] exercicii *I*, illum exercicum *N* uirum *om.* *N* 18 exercitii alia HG^{a} ageret] agent *H* 19 exiberes sponsum B^{1} tanta uerb. *H* 20 qui] qui se F^{1} 21 praesente uitare ual.] praesent *** ual. B^{1}, pr. ual. uit. *H* 22 culpa *H* formidet] $BHGI^{p}$, formidat I^{w} *et reliqui* 23 etiam] enim etiam N^{a}, et *HGI* 24 est *om.* *A* apertissimum *A*, gratissimum *I* sic mod.] si mod. H^{a} 25 debere N^{a}*[?]* facere B^{1} 26 hoc *HG* iuuentus *H* 28 enim *om.* *F* in te] iure *I*, iure in te *N*, iuste HG^{t} 29 agenda $ZE^{1}A$ es *om.* *Z* praescientia *HG* 30 referendus B^{1}, reuerendum H^{a} in te et] et uitae *A* (uite et *Breslar.* 63) 31 esse] est H^{a} quorum] quoque H^{a} 32 felicium $HG^{a}I$

probitate laudari. primum, quod non minimae laudis praestat initium, infantia eorum est nota palatio. sic fetus tui, more aquilae se probantes, regales oculos ab ipsis paene cunabulis pertulerunt. relucent etiam gratia gentili nec cessant armorum imbui fortibus institutis. Pueri stirpis Romanae nostra lingua loquuntur, eximie indicantes 7
exhibere se nobis futuram fidem, quorum iam videntur affectasse sermonem. habemus, unde tibi, felix pater, praemium debeat referri, qui et filiorum tuorum nobis animos optulisti. quapropter multis laboribus multaque fide et constantia comprobato patriciatus tibi deo auspice conferimus dignitatem, honorem quidem celsum, sed qui tuis meritis probetur aequalis. fruere igitur probatissimis institutis, ut cum tu bona geminaveris, nostris iterum beneficiis augearis.

XXII.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

Si favore vestro dignus est, qui vel semel regale potuit impetrare iudicium, quid, 1
patres conscripti, vir magnificus merebitur Cyprianus, qui vobis totiens gratior debet effici, quotiens a nobis dignitates acceperit? certantes in stadio numerosior corona glorificat, Olympicos currus frequens palma nobilitat: sic vel in levibus rebus gloriosior efficitur, cui frequenter praemia conferuntur. de primo denique provectu potest esse cunctatio, dum multi fallunt principis animum, quando facile est illudere, cui semper votum est praestitisse: sed talem mentis exhibuit constantiam, tantum bonorum habuit propositum, ut semper in se provocaverit regium munus. Haec est certa gloria, haec 2
indubitata sententia frequenter potuisse mereri, per quod homines constat coronari. hos etiam intrare in vestram curiam decet, qui ad primos honores non expendunt meritum suum, sed cum magna susceperint, iterum maiora promerentur. ornant quoque tales et nostra iudicia, quando bene prius electus creditur, qui saepius approbatur. natura ipsa boni adhibita perseverantia pretiatur, quia minus est laudanda incipere quam bonorum propositum custodire. Similes habuistis olim, patres conscripti, Decios, 3
similes vetustas praedicat fuisse Corvinos. neque enim hic vir, de quo nobis sermo est, nostrum sibi tantummodo conciliavit arbitrium. ab uno quippe principe provehi videtur forte gratiosum: nam et sub altero meruisse provectum apud utrosque integrum constat fuisse iudicium. cunctos ergo sequaces habet, qui aliquid ex veritate decernit. Hunc provectus sui auctorem meruit, ut nos augmentatores dignissime repperiret. ille 4

BZNMKE(F)H(GI)

1 quod] quidem *A* pr. laud. *H²G*, laudis *om. H¹* 2 est nota] *BHGI*, nota est *plerique*, nota esse *A* tui *om. M* se *om. HG¹I* 3 cunabilis *H* reducent *K¹* imbui] inberui *H* 4 instituti *HI* pueris *K* nostra] nam *HGI* locuntur *B¹* iudicantes *MFHG* 6 referre *F* 7 obtulistis *N* 8 qui] quid *Hᵃ* 9 probetur aequalis] probetur esse qualis (equalis *HᵇI*) *NMHGI*, esse probetur aeq. *KF*, probatur esse aeq. *EA* tu bona] bona tua *MKFA*, bona (*om.* tu) *E* 10 interim *A* augeatis *E¹* 12 uostro *NME²HGI* uel *om. E* quid] qu *K* 13 magnificiis *B* 14 effici] esse *HGIʷ*, *om. Iᵖ* a nobis *om. ZN* dignitatem *Bᵃ* studio *GᵃIʷ* *post* numerosior *ins.* debet esse *Hᵃ* 15 cursus *HGIA* palma] culpalma *Hᵃ* nobilitate *H* lenibus r. *H*, reb. leu. *E* 16 frequeter *B* conferuntur] referuntur *MKEFA* prouecta *A*, profectu *HG¹* 17 est *om. Z* ludere *NI* 18 notum *HI* mentis] meretis *H* exhibuisse *HGI* habuisse *HGI* 19 semper *bis H* in se *om. HG¹* regium] regum *NG*, regnum *E¹* hoc *Hᵃ* haec ind.] uel ind. *HGI* 20 coronari] *BGᵗ*. ornari *HGᵛI et reliqui* 21 etiam intrare (intrasse *HG*) in uestram (nostram *ZNMKFA*) cur. dec.] in nostram et. dec. intr. cur. *E* extendunt *NᵛHGI* 22 magna *om. HG* quoque] quo *K* 23 nestra *B* quando] quoniam *N²EA* 24 ipsa] ipsi *E¹* laudanda] habundanda *E¹* 25 olim] enim *Z* 26 uestustas *K* praedicatur *H* nobis sermo est] sermo est nobis *HI*, fit sermo est *G¹* 27 quippe] quoque *HGI* 28 forte] sepe *EF* nam] iam *A* 29 discernit *NM*, decreuit *HG*, decreuerit *I* 30 meruit] inuenit *E²FI* agmentatores *H*, argumentatores *M* repararet *E¹*

in eum fundamenta posuit honorum, nos culmen construximus dignitatum. et ideo, patres conscripti, tot laboribus, tot laudibus clarificato illustri viro Cypriano suggestum quoque patriciatus addidimus, ne maior esset meritis suis quam honoribus nostris. favete nunc collegae quem saepe decorastis extranei. securus ad vos redit, qui iam
5 honores suos in Libertatis aula reposuit. Habet etiam, unde vobis reddatur acceptior, quando tales curiae vestrae alumnos protulit, de quibus quamvis avidus pater tamen propria vota superavit, non infantia trepidos, non ad respondendum, ut licebat, ignaros: variis linguis loquuntur egregie, maturis viris communione miscentur. sic cum nobis noti sunt, in ipso aetatis primordio adulescentiam transierunt. praestet divina maiestas, ut, sicut de patre eorum munificentiae nomen extulimus, sic et in eis pietatis nostrae titulos augeamus.

XXIII.

BERGANTINO V·I· COMITI PATRIMONII ATHALARICUS REX.

c. a. 527

1 Licet munificentiam regis cotidie deceat cum sole relucere et iugiter aliquid facere, quo possit largitas principis apparere, hinc tamen conscientiae debitum solvitur, quotiens parentibus sub aequitate praestatur. lucrantur principes dona sua et hoc vere thesauris reponimus, quod famae commodis applicamus. absit enim, ut negemus affini, quod solemus custodire subiectis: quando qui nobis sanguine coniungitur, plus meretur nec fraudari potest proprio desiderio, qui militat sub iudice
2 gratioso. Atque ideo illustrem magnitudinem tuam praecelso atque amplissimo viro Theodahado massas subter annexas tot solidos pensitantes ex patrimonio quondam magnificae feminae matris ipsius praecipimus reformari, eius feliciter dominio plenissime vindicandas, cuius successionis integrum ius in ea qua praecipimus parte largimur.
3 De cuius fide ac sinceritate praesumimus, ut sequenti tempore reliqua supra memorati patrimonii cum adiecta quantitate mereatur. quid enim tali viro negare possimus, qui etiam meliora suis obtinere possit obsequiis, vel si non probaretur affinis? vir quem nobilitatis suae nulla inflat elatio, modestia humilis, prudentia semper aequalis quid a nobis mereatur, intendite, quando ad gloriam nostram trahimus, quod eum proximum
4 confitemur. Quapropter aequissimae iussioni operam navanter impendite delectisque sedis vestrae chartariis designatas massas actoribus eius sine aliqua dilatione contradite, ut summa nobis caritate sociato gratia praesentis muneris reddatur acceptior.

BZNMKE(F)H(GI)

1 pos. fund. *EF* honorum] $BG^{2}I$, bonorum $ZNMKEFHG^{1}A$ 2 tot laudibus *om.* H^{1} glorificato *HG* 3 addimus *N*, adicimus *F* ne] nec B^{a} uestris *HGI* 4 quem d. s. extranei *HI*, qui s. d. extraneos *G* 5 reposuerit *HG* nobis *EFIA* 6 cur. nostrae *FIA*, curia nostra G^{v} quauis *B* 7 superantur *K* ut] non K^{1}*[?]* libat B^{1} 8 uiris] liuoris *H*, honoris G^{1}, iurgiis *I* sic cum] secum I^{w}, sicut cum I^{p}, sicut *G* 9 adulescentiam] ad ad. *E*, in ad. *F* 15 hinc] huic *NA* 16 parentibus] parenti *NHGI*, *om.* *Z* 17 enim *om.* NI^{w} 18 coniunguntur *HG* 19 potest *om.* H^{1} 20 gratioso] gratio *H*, generoso $N^{1}I$ illustre *B* magnificentiam *F* amplissimo] magnifico *F* 21 theodohado *G*, theoidaldo *I*, theodohaudo *N*, theodahaldo *E*, theodobaldo *F* subtus *E* 22 dominio] $ZEFI^{p}$(b), domino *BNKHGIA* 23 indicandas G^{1}, indicandas $FHG^{2}I$ ius] eius HG^{a} ea qua] qua G^{a}, equa $HG^{b}I$ largiri $G^{2}I$ 25 cum] omni *A* mereantur Z^{a} tali *ad* 26 etiam *om.* $HGI^{pw(1)}$ possumus *MKEF* 26 posset *EF* 28 quando] quoniam *EA* quod] qui *A* 29 opera *ZNMKHA* nauauter] gnauiter *N*, ouauter *Paris. 2186 m. 2*, gratauter $E^{2}FI$, gnauit (= generauerit) *H*, generaliter *G* impedite *K* *post* imp. *repetit* quando ad gl. n. trahimus N^{1} delectisque] *scripsi*, dilectisque *plerique*, dictisque *I*, directisque *Guelferbytanus et sic Cuiacius (inde Fornerius)* 30 nostrae $EFHG^{1}I^{w}A$ carteriis *HGI* anetoribus *IA*, fautoribus *G*, sauctoribus *H* aliqua *om.* *HGI* contradicte $B^{a}H$, contradicite *N* 31 sociato] *scripsi*, sociatus *libri* gratias B^{1} muneris] numinis *H*, muniminis G^{t}

XXIIII.

CLERO ECCLESIAE ROMANAE ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Tanto divinitati plurima debemus, quanto a ceteris mortalibus maiora suscipimus: 1
nam quid simile rependat deo, qui potitur imperio? sed licet pro tanto munere nihil
compensari possit idonee, ipsi tamen gratia redditur, dum in servientibus honoratur.
Itaque flebili aditione causamini hoc fuisse longae consuetudinis institutum, ut, si quis 2
sacrosanctae Romanae ecclesiae servientem aliqua crederet actione pulsandum, ad
supra dictae civitatis antistitem negotium suum dicturus occurreret, ne clerus vester
forensibus litibus profanatus, officiis potius saecularibus occupetur: addentes diaconum
quoque vestrum ad contumeliam religionis tanta executionis acerbitate compulsum, ut
saius eum propriae custodiae crederet mancipandum. Presbyterum quin etiam ecclesiae 3
Romanae pro levibus causis asseritis criminaliter impetitum. quod nobis pro ingenita
reverentia, quam nostro debemus auctori, displicuisse profitemur, ut, qui pridem sacris
meruerant inservire mysteriis, conventionibus inreverenter expositi nefariis iniuriis sub-
iacerent. sed aliorum plectenda subreptio nobis contulit plenissimae laudis eventum,
ut causa contingeret praestandi, quae nos caelestibus commendaret auxiliis. Atque 4
ideo considerantes et apostolicae sedis honorem et consulentes desiderio supplicantum
praesenti auctoritate moderato ordine definimus, ut, si quispiam ad Romanum clerum
aliquem pertinentem in qualibet causa probabili crediderit actione pulsandum, ad beatis-
simi papae iudicium prius conveniat audiendus, ut aut ipse inter utrosque more suae
sanctitatis cognoscat aut causam deleget aequitatis studio terminandam, et si forte,
quod credi nefas est, competens desiderium fuerit petitoris elusum, tunc ad saecularia
fora iurgaturus occurrat, quando suas petitiones probaverit a supra dictae sedis prae-
sule fuisse contemptas. Quod si quis extiterit tam improbus litigator atque omnium 5
iudicio sacrilega mente damnatus, qui reverentiam tantae sedi exhibere contemnat et
aliquid de nostris affatibus crediderit promerendum, ante alicuius conventionis effectum
decem librarum auri dispendio feriatur, quae a palatinis sacrarum largitionum protinus
exactae per manus saepe memorati antistitis pauperibus erogentur, carensque impetratis
negotii quoque sui amissione multetur. dignus est enim duplici poena percelli, qui et
divinam reverentiam et nostra iussa temeravit. Sed item vos, quos iudicia nostra 6
venerantur, ecclesiasticis vivite constitutis. magnum scelus est crimen admittere, quos
nec conversationem decet habere saecularem: professio vestra vita caelestis est. nolite
ad mortalium errores et humilia vota descendere. mundani coerceantur humano iure,
vos sanctis moribus oboedite.

BZNMKE(F)H(GI)

2 plura NE^2F suscepimus *MKEFGIA* 3 qui K^a, quod *EF* nihil] tunc E^1 4 ipsa *A* 5 auditione *M* 6 aliqua *om. HGI* ac ratione HG^t, accusatione NE^2FI 7 antistem F^1 occurrent H^1 8 florensibus H^1 officiis] negotiis *A* pociis *K* quoq. diac. nostrum NI^w 9 regionis N^a 10 saius] satius NG^v, sauius M^2, sauis K^1, suauis K^2, suauius E^2 *(deletum)* FHG^tI*: requiritur* saio prorie N^a quin equiciam *K* eccl. rom.] *BZKEF*, rom. eccl. *rel.* 11 assertis *H* impeditum K^1I 13 meruerat *F* inseruisse KG^aA ministeriis *A* conuentionis *A* irreuerenter] irruerent HG^t expositi] expositis *HGI*, *om. A* 14 subuentio *A* uobis *K* contulit] obtulit *A* 15 consurgeret *EF* anxiis B^a 16 ideo *om.* H^1 et *om. IA* et consulentes (consulates N^1)] consulentes *HGI* desideriis *MKEFA* supplicantium *ZNMKGIA* 17 clericum *B* 18 pertinere *HG* actiones H^1 20 cognoscat] *scripsi*, agnoscat *libri* equitati B^1 21 elusum] ebasum H^1, elisum *G* 22 praes. sed. *F* 24 indicio] fuerit (fueret H^1) ind. *MEFHIA*, ind. fuerit *KA* mente sacr. *EF* sedis HI^p contempnet HI^p 25 effectum] confectum *HGI* 27 antistis *B* 28 negotiis *BHG* quoque *(om. N)* sui] sui quoque G^t, cinguli quoque G^v admissione *BZNH*, admixtione *G* muctetur B^a, mulctentur *H* 29 reu. din. *HGI* temerauerit NE^2HGI, temerarit *A* item] *scripsi*, iterum *libri*, interim *A* 30 aeccleasticis *B* institutis M^aHG^bIA est] es H^1, *om. F* 31 conuersationes *H* decet] dece *M* uita *om. HGI* est *om. NHG* 32 errores et hum. uot.] *BHGI*, uota hum. et err. *reliqui*

XXV.

IOHANNI V· S· REFERENDARIO ATHALARICUS REX. *c. a. 527*

1 Valde dignum est in eis aliena servare, quibus nos oportet propria dona conferre.
quid enim de illa munificentia possis ambigere, quando a nobis te intellegis mereri,
quod a nostris decessoribus accepisti? profitemur itaque alterius quidem donum, sed
nostrum esse iudicium et modernam principis mentem praevenisse tantum velocissimam
2 largitatem. Hinc est quod divae memoriae avum nostrae clementiae domum in castro
Lucullano positam, obsequiorum tuorum sedulitate provocatum, constat voluisse largiri.
cuius dispositionem secutus patricius Tuluin posteaquam illi nostra est liberalitate con-
3 cessa, praefatam domum actu legitimo in tua optime iura transmisit. Quapropter
serenitas nostra vel inchoatae voluntatis desiderium vel Tuluin plenissimae donationis
effectum praesenti auctoritate corroboramus, ut saepe dicta domus patriciae recorda-
tionis Agnelli in Lucullano castro posita cum omnibus ad se pertinentibus in tua vel
heredum tuorum possessione permaneat, et quicquid de hac facere malueris, habebis
liberam potestatem, cuiuslibet vel privati vel publici nominis posthac inquietudinem
summoventes: ubi et si quid esset quolibet casu, qualibet inquisitione fortassis am-
biguum, huius auctoritatis nostrae iudicio constat explosum. fruere iuvante deo rebus
propriis ex nostra quoque auctoritate solidatis. alii enim tibi iura legitima prae-
stiterunt, nos possessionis quietem et cunctis saeculis securam conferimus firmitatem.
4 Sed ne quis forsitan tam egregiae voluntatis nostrae invidus temerator existat, iubemus
eum qui ex hac re quolibet tempore vel fisci nomine vel privati movere temptaverit
aliquam quaestionem, dare tibi, vel ad quem pertinere volueris domum superius de-
signatam, poenae nomine auri libras tot et frustratum suis ausibus infamatumque
discedere. hunc enim voluntatis suae meretur invenire fructum, qui aliquid contra
nostrum videtur quaesisse iudicium.

XXVI.

UNIVERSIS REATINIS ET NURSINIS ATHALARICUS REX. *c. a. 526*

1 Gloriosus domnus avus noster desideria vestra cognoscens Quidilanem Sibiae
filium priorem vobis quidem facere disponebat: sed quia interveniente mortali con-
dicione nequivit cogitata complere, necesse nobis est eius vota perficere, ne tantus vir
2 de aliquo inaniter iudicaretur bona potuisse sentire. Atque ideo praesenti auctoritate
praecipimus, ut cum priorem feliciter habere debeatis et quae ordinaverit pro disciplina

---

BZNMKE(F)H(GI)

2 quibus nos (non *F*, nos *M*) o. p. dona *(om. E^1)* conferre *om. A* 4 praedecessoribus *EF* itaque] quidem *K* 6 elementi donum *H* 7 lucullario *A* sed utilitate *BHG*, sed et utilitate *I* 8 tuluin] *scripsi*, tholui *BZNMKEFI*ᵖ, tholuit *A*, thloui H^1, tholoui H^2, tholoni *G*, tholu* I^w libertate *MEFHG* 9 praefatam (praefata *Z*) dom.] d. pr. *HGI* optime] opinione HG^1 10 uel *om. HG* tuluin] *scripsi*, tholui *NEFH*, toluit *B*, tholuit *ZMKA*, tholoui *G*, tholi *I* 11 patrie H^1G^1 13 uolueris *HG* 14 uel priu.] priu. *HGI* nom. uel publ. *A* posthac] B^2A, post hanc $B^1ZNMKEFHGI$ 15 ubi et] ut GI^w quid] quis *A (em. in erratis)* quaelibet *H* 16 constat] const. esse *E*, esse const. *F* expulsum E^1 fuere B^a 17 ex] et *A* quoque] que *Z* 18 et cunctis] exeuntis E^1, ex cunctis E^2F 19 forsitan] forte *N* inuidiis *B* 20 hac re] re HG^vI, te G^t mouere *om. NI* tempt. al. quaest. *om.* B^a 21 nolueris *N* 22 auri nom. *E* tot] tot inferre NI^p, tot inferat I^w, e *Cuiacius cum Guelf.* infamatumque] infirmatumque *I*, infirmatum *HG* 23 enim *om. K* meremur *B*, mereatur *HGI* 27 domus BH^1 nostra *HGI* quidilamen *B* 28 nobis (nobis *B*) quidem] q. u. *G*, q. nobis *HI* 29 nobis *om. HGI* 30 iudic*aretur *B*, iudicetur MKE^1A, *om. F* potuisse] potius se *F* 31 debeamus E^1

servanda, ubi nostra maxime utilitas continetur, in omnibus oboedire debeatis, quia sic domni avi nostri estis moribus instituti, ut et leges libenter audiatis et iudices. Hoc est enim, quod nostrum comit imperium, quod opinionem vestram inter gentes 3 amplificat, si talia geratis, quae et nobis accepta et divinitati possunt esse gratissima. robustius enim inimici nostri vincuntur moribus bonis, quia quos superna protegunt, felices adversarios habere non possunt. pugnatis enim efficaciter foris, dum in sedibus vestris iustitiam fovere contenditis. ita enim duo mutua se amplexatione consociant: qui aequitatem coluerit, fructum victoriae possidebit. Nam quae necessitas ad iniusta 4 compellat, cum vos et sortes alant propriae et munera nostra domino iuvante ditificent? nam et si cui aliquid expetendum est, speret de munificentia principis quam de praesumptione virtutis, quia vobis proficit, quod Romani quieti sunt, qui, dum aeraria nostra ditant, vestra donativa multiplicant.

XXVII.

DUMERIT SAIONI ET FLORENTIANO VIRO DEVOTO COMITIANO ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Severitas publica sicut ab innocentibus vacat, ita necesse est, ut in sceleratis 1 operam suae districtionis impendat, quia non semper unum merentur iudicium diversa merita personarum. morbi ipsi dissimilibus sucis sanantur herbarum: aliis cibi, aliis ferrum optatam revocat sospitatem et pro qualitate passionis praeceptum merentur artificis. Et ideo devotio vestra per Faventinum territorium incunctanter excurrat et, 2 si quos Gothorum atque Romanorum in direptionibus possessorum se miscuisse repperit, secundum facti aestimationem et damnis affligantur et poenis, quia gravius plectendi sunt qui nec ammonitionibus iustis nec initiis principis oboediendum esse crediderunt, quando maior ambitus est novis dominis velle servire, ut commendati bonis initiis reliquam vitam securitatis munere perfruantur.

XXVIII.

CUNIGASTO V· I· ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Permovit serenitatem nostram Constanti atque Venerii dolenda conquestio, qua 1 sibi a Tancane iuris proprii agellum, quod Fabricula nominatur, cum suo peculio causantur ablatum, adicientes, ne rerum suarum repetitionibus imminerent, liberis sibi condicionem ultimae servitutis imponi. Atque ideo magnitudo tua, decretis obsecuta 2

BZNMKE(F)H(GI)

3 comit] coruit E^1 nostram *NE*^{2}*FH*^{2}*GIA*, *om.* H^1 4 applificat H^2, applicat H^1 si] et si *E*, sed *H* ger. tal. *HG* et nobis] nobis *HGI* possint *NHGI*^{p} 5 bon. mor. *HGI* quos] quod *K* proteunt felissis *K* 7 ita] ista *A* duo se mut. *EF* amplexione *FGI*, amplexiones *H* 8 qui] qui enim *M* iniusta] iusta *K* 9 compellit *K* et sortes] consortes *N* anlant H^a domino] deo *F* adiuuante *MKEFA* 10 et *om.* N^1 speret] sp. magis *G* quam] potius quam *I* 11 profiscit *K* qui *om.* *K* 12 uestra] nostra *E* 15 ne ucritas H^1 nocat *N* 16 opera *K* distiuctionis *K*, distributionis H^1 17 ipsi] illi *F* herb.] herb. et *EF* 18 pro *om.* *HG* mereretur *M* 19 nostra *H* per *om.* *HG* territolium *om.* H^1 20 directionibus *KHG* possesserum B^a 21 afligantur *H* 22 initiis] nuntiis *EF* 23 quando] quoniam *A* amitus K^1 nouis dominis] *GI*, nobis dominis *BZNEFH*, dom. nobis *MKA* commendatis B^a*NHI* 24 relinquam uitam B^a, reliqua uita *EF* seritatis B^a 26 serenitam *B* quas *K*, quia *HG* 27 a tancane] a thacane *H*, archane G^t proprie *H* qui *N* fabricta *HG*, fabricata I^w, fabricia I^p 28 causaretur H^1 repetionibus *BH*, *om.* *K* sibi] suis *NI* 29 condicionem] dictationem G^t, petitionem H^1 obsecuta] obscura H^1

praesentibus, praefatum suo iubeat adesse iudicio, ubi omni inter partes veritate
discussa iuri consentaneam et amicam vestris moribus proferte iustitiam: quia sicut
grave est de suo dominos iure decedere, ita nostris est saeculis inimicum servitutis
3 iugo libera colla deprimere. Momenti iura si competunt, primitus reddantur invasa,
ita tamen, ut persona legitima disceptationibus non desistat. cesset violenta prae-
sumptio, ut causa iudicis cognoscatur arbitrio et aut convictos servos cum rebus sibi
competentibus possideat aut probatos liberos indemnes atque integros derelinquat.
sufficit enim quod ei relaxamus poenam qui facere praesumpsit iniuriam.

XXVIIII.

HONORATIS POSSESSORIBUS ET CURIALIBUS PARMENSIS CIVITATIS ATHALARICUS REX.

c. a. 527

1 Dignum est, ut libenti animo faciatis quae iuberi pro urbis vestrae utilitate
cognoscitis: nam quod proprio sumptu decuit aggredi, compendiose vobis constat
offerri. civitatem siquidem vestram diutina siccitate laborantem iuvante deo domnus
2 avus noster saluberrima unda rigavit. Cui nunc studio vestro cloacarum ora pandantur,
ne, sordium obiectione tardata, reciprocans unda vestris aedibus illidatur et quas debuit
abluere, easdem vobis cogatur inferre. cui operi, quamquam vos urgere debeat civicus
amor, virum spectabilem Genesium praecipimus imminere, ut nos ad meliora pro-
vocetis, si quae iussimus gratanter efficitis.

XXX.

GENESIO V̄· S̄· ATHALARICUS REX.

c. a. 527

1 Amore civitatis vestrae antiqui operis formam domnus quidem avus noster regia
largitate construxit. sed nihil prodest aquarum copias urbibus inmisisse, nisi nunc
provideatur cloacarum opportuna digestio: more vitae humanae, cuius ista salubritas
2 continetur, si quod ore quis suscipit, alia parte corporis relaxatus effuderit. Et ideo
sublimitas tua Parmenses municipes huic faciet operi naviter insistere, quatenus anti-
quos cuniculos sive subterraneos sive qui iunguntur marginibus platearum diligenter
emendent, ut cum sollemniter optatus vobis liquor influxerit, nulla abiecti laetaminis
obiectione tardetur: quia gratiam unda non habet nisi quae iugiter influit et visa
semper abscedit. illa enim quae pulchre rivis exercitata ridet, quam deformis est in

---

BZNMKE(F)H(GI)

1 adesse] esse K^a ubi] ut *NMKFIHA* omni *om. Z* feritate *K* 2 iuri] uiri *H* proferre *A*, proferatis *NI*, profert *H* iustitiam] seutentiam MKE^1FA 3 dom. de suo *NEI* decedere] *BZ*, discedere NE^2HGI, cedere MKE^1FA 4 iura] I^w, iure *reliqui* prim. redd. (reddantur *om. A*)] redd. prim. F^1 6 causam K^a coniunctos *KEA* cum] ut *K* 7 aut *om.* HG^a interos *K*, liberos integros *H*, liberos G^a derelinquant *H* 8 ei] res *EF* 11 est *om. H* 13 deo iuu. *HGI* domnus *om. HGI* 15 sordidum *H* obiectio tard. *E*, obiectiones tam tardata *HG* undas *E* uestri | sedibus B^1, uestris sedibus B^2HGI 16 eadem *F* inficere F^2 ciuicus] ciuiciis *B*, cuius *H*, eius G^a 20 antiquam *HGI* domus B^1, dominus HI^p quippe *E* larg. reg. *A* 21 misisse *HG* 22 prouideantur E^1 ita *HG et e coni. Cuiacius (inde Fornerius)* 23 susceperit NHI^w, suscepit I^p 24 faciet huic *A*, huic faciat *NI* nauiter] *BZM*, gnauiter *NHG*, grauiter *EI*, nauanter *KF*, nouiter *A* 26 emendent] BZM^aKF^1, euendent H^1, emundent $NM^bEF^2H^2GI$ *probabiliter* influxerat E^1 lutaminis $N^vHG^bI^p$, luctaminis G^aI^w 27 abiectione *K*, obiectiones *H*, obiectatione I^w traditur H^1 gratia in unda *K* influxerit *HG* et u. s. abscedit *om. N* 28 pulchre riuis] pulcrius riuis NE^2, pulchrarius B^1, pulcrius *HGI*

lacunis: palus enim nec visu grata, nec iumentis accommoda. Elementum pulcher- 3
rimum quidem, sed cum in naturali puritate servatur. sine hoc agri squalent, urbes
anhela siccitate fatigantur, ut merito antiqua prudentia quos a civica conversatione
segregandos esse iudicavit, aquarum interdictione puniverit. quapropter tam utillimae
rei omnium debet studere consensus, quia civis animum non habet, qui urbis suae
gratia non tenetur.

XXXI.

SEVERO V· S· ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Cum te praefectorum consiliis laudabiliter inhaerentem omnia didicisse credamus, 1
quae ad rei publicae statum pertinent componendum, maxime cognovisti litteris eruditus
pulchram esse faciem civitatum, quae populorum probantur habere conventum. sic
enim et in illis splendet libertatis ornatus et nostris ordinationibus necessarius servit
effectus. feris datum est agros silvasque quaerere, hominibus autem focos patrios
supra cuncta diligere. Aves ipsae gregatim volant. quae innoxia voluntate mitescunt: 2
canori turdi amant sui generis densitatem: strepentes sturni compares sequuntur in-
desinenter exercitus: murmurantes palumbi proprias diligunt cohortes et quicquid ad
simplicem pertinet vitam, adunationis gratiam non refutat. Contra animosi accipitres. 3
aquilae venatrices et supra omnes alites acutius intuentes volatus solitarios con-
cupiscunt, quia rapaces insidiae innoxia conventicula non requirunt. ambiunt enim
aliquid soli agere, qui praedam cum altero non desiderant invenire. sic mortalium
voluntas plerumque detestabilis est, quae conspectum hominum probatur effugere, nec
potest de illo aliquid boni veraciter credi, cuius vitae testis non potest inveniri.
Redeant possessores et curiales Bruttii: in civitatibus suis coloni sunt. qui agros 4
iugiter colunt. patiantur se a rusticitate divisos, quibus et honores dedimus et
actiones publicas probabili aestimatione commisimus, in ea praesertim regione, ubi
affatim veniunt inelaboratae deliciae: Ceres ibi multa fecunditate luxuriat: Pallas 5
etiam non minima largitate congaudet: plana rident pascuis fecundis, erecta vindemiis:
abundat multifariis animalium gregibus, sed equinis maxime gloriatur armentis: merito.
quando ardenti tempore tale est vernum silvarum, ut nec muscarum aculeis animalia
fatigentur et herbarum semper virentium satietatibus expleantur. videas per cacumina
montium rivos ire purissimos et quasi ex edito profluant, sic per Alpium summa de-
currunt. additur, quod utroque latere copiosa marina possidet frequentatione com-
mercia, ut et propriis fructibus affluenter exuberet et peregrino penu vicinitate litorum

---

BZNMKE(F)H(GI)

1 palus] paulus *H* quid. pulch. *M* 2 sed] si F^2 in *om.* *FA* sine hoc (hac *A*) agri] si non hoc agitur EHG^a scalent *MK*, scolent *E* 3 ciuica] cunica H^a 4 esse segr. *HI* interdictiones HG^a puniuerit] *BI*, punierit *plerique*, puniunt H^a, puniuerunt H^b, punierunt G^a tam *om.* *BI* utilissime *HGI* 5 omium *B* quia] qui *K* ciuis] cuius *H*, ciuicum *I*, *om.* G^a 8 perfectorum *BHG* laud. *om.* *KA* 9 cognouistis HI^p 10 ciuitatium *B*, ciuitatem N^a probatur *EI* habere] esse *E* 11 seruit] proseruit HGI^p, procerum I^w 12 siluansque H^a autem *om.* *HGI* patrios] patricios *ZE*, proprios *NI* 14 densitantem *H* strurni K^a, turni $NHGI^w$ 15 muumurantes B^a palumbes *GI*, palumbos H^a pert. ad simpl. uit. *HGI* 16 contra *om.* *F* ancipites $E^1H^aG^a$, ancipitres H^b 17 superra *B* intuentas B^a solitaos H^1 18 requiescunt *Z* 19 soli aliq. *EHGI* desiderat *H* inuenire] uenire B^1 20 nec potest *om.* *A* 21 boni] *B*, *om.* *reliqui* 22 bruttii] *B*, brutii *vel* brucii *reliqui* 23 colunt] cogant HG^t 24 probali B^1 praesentim *B* 25 inelab.] elaboratae B^2 deliciae] diuitiae *E* ubi *A* 26 etiam] enim HG^aI fecundis] fecunda HG^tI uindemiis] uindem B^1 27 habundant *FI* 28 est *om.* HG^a uernum] uerunm *A* siluanum *ZN*, sillarum H^1 aculncis *B* 29 semp. uir. herb. *F* satientibus *H* 30 edicto *EFHGI* decurrant *HGI* 31 additur] a. quoque *HGI* copiosa *om.* *HGI* frequentationes *H* 32 fluctibus MKF^1G^vA uicinitate] incitate *H*, incitata G^t, in ciuitate KI^pA

compleatur. vivunt illic rustici epulis urbanorum, mediocres autem abundantia prae-
6 potentum, ut nec minima ibi fortuna copiis probetur excepta. Hanc ergo provinciam
civitatibus nolunt incolere, quam vel in agris suis se fatentur omnino diligere? quid
prodest tantos viros latere litteris defaecatos? pueri liberalium scholarum conventum
quaerunt et mox foro potuerint esse digni, statim incipiunt agresti habitatione nesciri:
proficiunt, ut dediscant: erudiuntur, ut neglegant et cum agros diligunt, se amare non
norunt. quaerat eruditus, ubi possit existere gloriosus: prudens frequentiam non
respuat hominum, in qua se novit esse laudandum. alioquin virtutibus fama tollitur,
7 si earum merita in hominibus nesciantur. Nam quale desiderium est civium frequen-
tiam deserere, cum aliquas quoque avium conversationi humanae se videant velle
miscere? mortalium enim penatibus fiducialiter nidos philomena suspendit et inter
commanentium turbas pullos nutrit intrepida. foedum ergo nimis est nobili filios in
desolationibus educare, cum frequentationi humanae videat alites sua pignora com-
misisse. redeant igitur civitates in pristinum decus: nullus amoenitatem ruris prae-
8 ponat moenibus antiquorum. Quomodo potest in pace refugi, pro qua oportet bellum,
ne vastetur, assumi? cui enim minus grata nobilium videatur occursio? cui non
affectuosum sit cum paribus miscere sermonem, forum petere, honestas artes invisere,
causas proprias legibus expedire, interdum Palamediacis calculis occupari, ad balneas
ire cum sociis, prandia mutuis apparatibus exhibere? caret profecto omnibus his, qui
9 vitam suam vult semper habere cum famulis. Sed ne ulterius in eandem consuetu-
dinem mens aliter inbuta relabatur, datis fideiussoribus tam possessores quam curiales
sub aestimatione virium poena interposita promittant anni parte maiore se in civitatibus
manere, quas habitare delegerint. sic fit, ut eis nec ornatus desit civium nec voluptas
denegetur agrorum.

XXXII.

SEVERO V· S· ATHALARICUS REX.

c. a. 527

1 Cum Nymphadius v. s. pro causis suis ad comitatum sacratissimum festinaret,
itineris longinquitate confectus, animalia fessa reparare contendens, ad fontem Are-
thusae in Scyllacino territorio constitutae elegit ponere mansionem, eo quod ipsa loca
et pasturarum ubertate fecunda sint et aquarum inundatione pulchrescant. est enim,
ut dicitur, sub pede collium supra maris harenam fertilis campus, ubi fons vastus
egrediens cannis cingentibus in coronae speciem riparum suarum ora contexit, amoenus

BZNMKE(F)H(GI): HGI^{p} *om.* 16 cui enim — 24 agrorum

1 compleantur *A* illuc *N*, illi *HG*^{a} rusti *F*^{1} praepotentium *ZNMKE*^{1}*A* 2 minima *om. HG*^{a}*I* copiis] opus *B*^{1} 4 deferatos *E* sc(h)olarium *N*^{a}*A* conuentus *H*^{a} 5 quaerant *N* mox] *B*, mox ut *reliqui* potuerunt *HGI*^{p} 6 diligant *Z*^{1}*G* 8 respuit *HI* nouerit *FG* esse *bis B*^{a}, *om. N* laudandus *B*^{a} alioqui *A* 9 eorum *E*^{1} in hom. mer. *HGI* est *om. HG*^{a} 10 aues *E* humanae] hominum *Z*, hamane *H*^{1} uideantur *N*, uideamus *MEFHGI* 11 fiducialiterer *B*, ducialiter *H* philomena] *BZNKHGLA*, phylomena *MEF* 12 turmas *K*, domos *E*^{2}*I*. aspectus *G*, *om. H* nobilis *N*, nobiles *HG*^{1}*I*, *om. A* 13 de solutionibus *N* uideat] *BHGI*^{p}, uideas *ZNKEF*, uideant *I*^{w} 14 igitur] ergo *E* 15 quomodo] quo *HI*, quae uero *G*^{a} 16 cui] cum *A* cui] an *A* 17 affectiosum sit *B*^{b}*ZM*^{1}, affectio sumpsit *B*^{a} inuiscere *K*, mutersere *A* (mutersecre *Bresl. 63*) 18 interdum *om. B* palam mediacis *E*, palmediacis *A* balnea *B* 19 hiis *F* 21 aliter ** inbuta *B* labatur *F*^{1} 22 iurium *E* in ciu. se *B* 23 fiet] *B*, fiat *Z*^{b}*NKEFA*, fiant *Z*^{a} eis] in eis *I* 26 cum] dum (d *minio*) *H* nymphadius] *M*, nymfadius *B*, nimfadius *ZNKH*, nimfandius *E*, ninfandius *F*, nifandus *I*^{p}, infadius *A*, limphadius *G*, n. *I*^{w} u. s.] *BH*, uir senatorius *E*^{2}*I*, uir sublimis *plerique*, uir spectabilis *e coni. Cui.* ad c. sacr. festinaret (fest. sacr. *HG*)] festinaret ad c. s. properare *NI* 27 confectum *Z*, confessus *HG* arathuse *ZKA*, aruthuce *M*, aruthese *E*, arthuse *F* 28 scillacino *ZMKF*, syllacino *B*, scillatino *E*, scicilliano *G*, siciliano *NHI*, scyllatino *A* 29 pascuarum *I*^{w} *Cuiacius cum Guelf.* sunt *FGI*^{w} inund. aq. *A* pulcrescunt *F* 31 egrediens *om. F* cingentibus *om. A* amenis *HG*^{a}

admodum et harundineis umbris et aquarum ipsarum virtute mirabilis. Nam cum ibi 2 tacitus homo et studiose silentiosus advenerit, aquas fontis irrigui reperit sic quietas, ut in morem stagni non tam currere quam stare videantur. at ubi concrepans tussis emissa fuerit aut sermo clarior fortasse sonuerit, nescio qua vi statim aquae ibidem concitatae prosiliunt: os illud gurgitis ebullire videas graviter excitatum, ut putes aquam rigentem succensae ollae suscepisse fervorem: silenti homini tacita, loquenti strepitu et fragore respondens, ut stupescas sic subito perturbatam, quam nullus tactus exagitat. Nova vis, inaudita proprietas aquas voce hominum commoveri, et, quasi 3 appellatae respondeant ita hominum sermonibus provocatae, nescio quid inmurmurant. credas ibi aliquod animal prostratum somno quiescere, quod excitatum magno tibi strepore respondeat. legitur quidem nonnullos fontium variis scaturrire miraculis, ut aliqui potati animalibus reddant varium colorem, alter greges albos efficiat, quidam in saxeam duritiam suscepta ligna convertant. sed has causas nulla ratio comprehendit, quia supra intellectum humanum esse cognoscitur quod tantum rebus naturalibus applicatur. Sed ut ad querellam supplicantis cito redeamus, hic cum 4 mansionem supradictus Nymphadius habuisset, insidiis rusticorum abactos sibi asserit caballos: quod temporum nostrorum habere non decet disciplinam, ut delectatio illius loci tali damno redderetur horribilis. quod vivacitatem tuam diligenti censemus examinatione discutere, quae et de palatio nostro auctoritatem et de legibus visa est iustitiam collegisse, ut more ipsius fontis scelus quod actum est videaris ulcisci. Per- 5 quirantur fures summo silentio, teneantur in suis laribus quieti, ut, dum mox executor increpuerit, eorum corda turbentur, in voces prosiliant et se terribili murmuratione confundant. sic aquas suas omina sibi iudicent dedisse poenarum. sit ergo in eis competens vindicta, ut loca sint pervia: invitet posita disciplina studium commeantium, ne latronum excessibus vitetur tale miraculum, quod semper laetificare cognoscitur inquisitum.

XXXIII.

SEVERO V· S̄· ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Sicut incognita velle nosse prudentis est, ita comperta dissimulare dementia est, 1 eo praesertim tempore, cum noxia res ad correctionem possit celerrimam pervenire. frequenti siquidem probatione didicimus Lucaniae conventu qui prisca superstitione Leucothea nomen accepit, quod ibi sit aqua nimio candore perspicua, praesumptionibus

BZNMKE(F)H(GI)

1 et har.] ar. *K* 2 quietas] equitas *E*¹ 3 iu more *Z*, rumorem *H*¹, humorem *H*², humores *G*ᵃ uidentur *N*ᵃ*H* 5 concitatae] concitare *H*¹, *om. F* prosilinit *H*¹ illud] illius *A* 6 aquam] aduam *Z*ᵃ loquendi *H* 7 fragore] feruore *F*¹ stupeas *HGI* perturbata *N[?]* 8 noua] en noua *E* (*adser.* pro ecce) aquam *B*²*F*¹ commoueri *ad* 9 hominum] uel *G*ᵃ, *om. H* 9 appellare *E*¹ inmurmurent *M*², inmurmurare *requiritur* 10 animal *om. E* magno tibi strepore] magno strepitu tibi *MKEFA* 11 scaturrire] etaturire *H*, habundare *G*¹ 12 portati *H*ᵃ, potantibus *I* albas *HG*ᵃ 13 linga *K*ᵃ, lingua *K*ᵇ apprehendit *HGI* 14 super *HGI* hum.] hominum *HGI* nat. reb. *HI* 15 cito *om. N*ᵃ hinc *H* cum] cum ad *MF*¹ 16 nimphadius *MH*, nymfadius *BK*, nimfadius *ZN*, ninphaudius *I*ᵖ, nymfandius *E*, ninfandius *F*, limphadius *G*, n. *I*ʷ, infadius *A* ablatos *E*¹*I* 17 non dec. hab. *HGI* 19 uisa] inssa *H*ᵇ, *inc. H*ᵃ 20 ut *om. HGI* ipsius] illius *N* 21 fures] sontes *A* laboribus *K* ut] et *F* mox *om. HGI* executor] insecutor *A* 22 in] et in *E* prosiliat *A* murmurationes *H* 23 confundantur *M* omnia *N* indicent] indicent *I*ʷ, indicant *H*, uendicant *G* poenarum *om. B*¹ (*spatio vacuo relicto*) *HGI* 24 proposita *NI* 25 uitatur *H*ᵃ, uideatur *I*ʷ, uidetur *I*ᵖ cognitur *B*¹ 28 nosce *KI*ʷ dementia est] demencie *K* 29 res ad] reses *H*, res est *I*, res est ad *E*²*G* corruptionem *E*¹ possit celerrimam] non celerrime *EI*, non celeberrime *HG* (l *expuncta*) 30 conuentu] *Cuiacius*, conuentum *libri* prisca] prestita *A* 31 locotea *BZEA*, locothea *MFHGI*ʷ, lochotea *I*ᵖ, locotoe *N*, locorea *K*, leucorea *A* nimia *E*, immo *H*

illicitis rusticorum facultates negotiantium hostili direptione saepe laceratas, ut qui ad
natale sancti Cypriani religiosissime venerant peragendum mercimoniisque suis faciem
2 civilitatis ornare, egentes turpiter inanesque discederent. Hoc nos simplici ac facili
remedio credidimus corrigendum, ut spectabilitas vestra praedicto tempore una cum
possessoribus atque conductoribus diversarum massarum, quietem convenientium anti-
cipata debeat cautela procurare, ne atrocis facti reos inveniat, quos poena consumat.
quod si aliquis rusticorum vel cuiuslibet loci homo causa nefandae litis advenerit,
inter ipsa initia comprehensus fustuariae subdatur protinus ultioni et pompatus mala
3 vota corrigat, qui prius occultum facinus excitare temptabat. Est enim conventus iste
et nimia celebritate festivus et circumiectis provinciis valde proficuus. quicquid enim
praecipuum aut industriosa mittit Campania aut opulenti Bruttii aut Calabri peculiosi
aut Apuli idonei vel ipsa potest habere provincia, in ornatum pulcherrimae illius
venalitatis exponitur, ut merito tam ingentem copiam iudices de multis regionibus
aggregatam. videas enim illic conlucere pulcherrimis stationibus latissimos campos et
de amoenis frondibus intextas subito momentaneas domos, populorum cantantium
4 laetantiumque discursum. Ubi licet non conspicias operam moenium, videas tamen
opinatissimae civitatis ornatum. praesto sunt pueri ac puellae diverso sexu atque
aetate conspicui, quos non fecit captivitas esse sub pretio, sed libertas: hos merito
parentes vendunt, quoniam de ipsa famulatione proficiunt. dubium quippe non est
servos posse meliorari, qui de labore agrorum ad urbana servitia transferuntur. quid
vestes referam innumera varietate discretas? quid diversi generis animalia nitere
pinguissima? ubi tali cuncta taxatione proponuntur, ut quamlibet emptor fastidiosis-
simus invitetur. sic de illo commercio nemo ingratus redit, si cuncta probabilis
5 disciplina componit. Est enim et locus ipse camporum amoenitate distensus: sub-
urbanum quoddam Consilinatis antiquissimae civitatis, qui a conditore sanctorum fon-
tium Marcellianum nomen accepit. hic erumpit aquarum perspicua et dulcis ubertas,
ubi in modum naturalis antri apsidis fabricata concavitas sic perspicuos liquores
emanat, ut vacuum putes lacum, quem non dubitas esse plenissimum. hic perlucidus
usque ad fundum patet, ut aspectibus tuis aerem potius apparere iudices, non liquorem.
aemulatur serenum diem aqua subtilissima, nam quicquid in imo geritur, inoffensa
6 oculis claritate monstratur. Conludunt illic gregatim laetissimi pisces, qui ad manus
pascentium sic intrepidi veniunt, tamquam se noverint non esse capiendos: nam qui

BZNMKE(F)H(GI)

1 direptione] directione HG^a, furore *F* laceratos B^b, laceratus *H*, lacerantur G^t ad *om.* E^2 2 natalem HG^aI religiosisse *H*, religioe *G* uenerantur E^2 peragendum *om. HGI* 3 ciuitatis *F* ornare] o. uidentur *EF* 4 spectabilis] spectabilita ***** B^1 5 conditionibus K^a, conductionibus K^b quietem] ad q. *A* 6 ne] ut *A* atrocis] *I Garetus*, atroces *reliqui* 7 uel] de H^a causa] BNE^2FHGI, causas *reliqui* aduenerit] NE^2FHGI, adtulerit $BZMKE^1$ 8 protinus] potius *A* ultionis *H* pompatus] praeoccupatus E^2 9 nota *KA* occultatum *M* extare *B* 10 celeritate H^1 festinus *ZNK*, fustiuus H^a circumuentus E^1, circumuentis E^2F, circumuectis HG^a, circumuenientibus *I* proficuus] prospicuus *N*, perspicuus E^1 11 praecipuum] proficuus HG^a, perspicuum *I* brittii *B*, brucii *N* calabrii *BZM* 13 tam] iam *HG* 14 aggregatam] *BHG*, congregatam *ZNMKEFIA* uideas] uideamus B^a, uideis H^a, uides H^b 15 frontibus F^1 domus B^1 16 perspicias *EF* operam moenium] opera mentium *K* 17 openatissimae B^1 ac] atque *EF* atque] ac *K* 18 facit *A* 21 referant *H* ueritate *B* discretis B^a, dissertas E^1 diuersis *K* nitore *A*, uidere HG^a 22 talia HG^a quamlibet] *BZNMHG*, quilibet *NKEFIA* fastidiosississimus *B*, fastidiosus *H* 23 sic cuncta B^b 24 disciplina] medicina K^a componit] proponit *I*, proponitur *H*, proponuntur G 25 quidam I^pA, quidem *G*, *om.* I^w cosilinatis *K*, consulinatis *I*, consilimnatis *G*, consilininatis H^2, *om. in sp. vac.* H^1 sanctorum] *NM[?]A*, sanctarum *BZKHGA*, sacrarum EF^1, sacrorum F^2I 26 marcellianum] B^2HGI, marrilianum *F*, marcilianum *reliqui* rumpit *EF* 28 putes] non p. N^1 quem] que *H* dubites *EFHGI* perlucidum *H* 30 in imo] innimo H^2, hnmo *I*, *inc.* H^1 31 oculis] aeris *A* lectissimi *A* 32 poscentium *IA*

tale aliquid praesumpsit efficere, mox poenam divinitatis cognoscitur excepisse. longa
sunt illius fontis memoranda describere. veniamus ad illud singulare munus sanctum-
que miraculum. Nam cum die sacratae noctis precem baptismatis coeperit sacerdos 7
effundere et de ore sancto sermonum fontes emanare, mox in altum unda prosiliens
aquas suas non per meatus solitos dirigit, sed in altitudinem cumulumque transmittit.
erigitur brutum elementum sponte sua et quadam devotione sollemni praeparat se
miraculis, ut sanctificatio maiestatis possit ostendi. nam cum fons ipse quinque gradus
tegat eosque tantum sub tranquillitate possideat, aliis duobus cernitur crescere, quos
numquam praeter illud tempus cognoscitur occupare. magnum stupendumque mira-
culum fluenta labentia sic ad humanos sermones vel stare vel crescere, ut eis credas
audiendi studium minime defuisse. Fiat omnium sermone venerabilis fons iste caelestis: 8
habeat et Lucania Iordanem suum. ille exemplum baptismatis praestitit, hic sacrum
mysterium annua devotione custodit. quapropter et reverentia loci et utilitas rei dare
debet populis sanctissimam pacem, quia cunctorum iudicio sceleratissimus habendus
est, qui talium dierum gaudia temerare contendet. relegantur populis et proponantur
ista quae diximus, ut cum inulta esse minime creduntur, excedendi licentia non
quaeratur.

BZNMKE(F)H(GI)

2 illum *H* 4 de ore] de orte *E*, decore *B*ª sermonum fontes] sermones *GI*, sermone *H* 5 m. solutos *M*¹*K*, solitos m. *HGI* altitudinem] altum *HGI* cumulosque *A* transmittat *H* 6 elemementum *B* et] et more *HGI* 7 poss. sanct. mai. *K* 9 praeter] pot (= potest) *H*, post *G*ª stipendiumque *H*¹ 11 omnium (omni *I*, *om.* *G*ª) serm. uen.] *BHGI*, uen. omn. serm. *reliqui* 12 habet *A*, habebat *HG*ª lucana *N*¹, lucaina *N*² praebuit *HGI* sacrarum *KF* 13 ministerium *A* dare] date *G*ª*I*ᵛ 15 temera *B*¹ contendet] *BHI*, contendit *rel.* 16 inulta] multa *ZKEFI*

LIBER NONUS.

I. Hilderico regi VVandalorum Athalaricus rex.

hilderigo E^1, helderigo F, heldorigo E^t, hildeberto N^1, hildiberto K^1
uandalorum Z^t, gunandalorum N^t, uuanlandorum F^1, ualandorum F^t, *om.* $Z^1N^1K^1$
om. HGI

II. Edictum. Athalaricus rex.

athalaricus rex G *solus*, athalarici regis *reliqui*
om. HI

III. Bergantino v̄. ī. comiti patrimonii Athalaricus rex.

bergancio K^1, bargantino E^1
u. i.] $Z^1N^1K^1$, uiro N^tEFA
comiti *om.* Z^tK^t
patrimonii] EF, pat̄ri Z^1N^1, patriti K^1, patricio N^tA, *om.* Z^tK^t
om. HGI

IIII. Abundantio $\overline{\text{ppo}}$ Athalaricus rex.

$\overline{\text{pp}}$sosito *(sic)* Z^t, praeposito *plerique*, praepositi K^1, $\overline{\text{epo}}$ N^t

V. Episcopis et honoratis Athalaricus rex.

et *om.* K^tEF
om. HGI

VI. Primiscrinio Athalaricus rex.

primicrinio K^1

VII. Reparato praefecto urbis Athalaricus rex.

praeparato K^t, reperato A
urbis pr. N^t, praefecto G
om. N^1K^1HI

VIII. Osuin v̄. ī. comiti Athalaricus rex.

osuin] Z, osum K^tA, usuin N^t, osuim (*vel* osium) EFI
u. i.] Z^1A, uiro EF, uel Z^tK^t, *om.* N^tI
comiti *om.* I
ath.] tho. I
om. N^1K^1H: s. praesidi prouinciarum G

VIIII. Universis Gothis sive Romanis Athalaricus rex.

siue rom.] et r. A, sub romanis siracusane ciuitatis K^1

$Z^{1t}N^{1t}K^{1t}E^{1t}F^{1t}H^tG^tI^t$ *(hi tres om. ep.* 4. 6. 9*)*

X. Honoratis, possessoribus, defensoribus Syracusanae civitatis vel universis provincialibus Athalaricus rex.

hon. poss. (et *ins.* *EF*) def. s. c. uel un. pr. (uel un. pr. *om.* F^t)] uniuersis prouinc. et def. s. c. *A*

XI. Gildilae viro sublimi comiti Syracusanae civitatis Athalaricus rex.

gudile *EF*, gildiae *A*
uiro sublimi comiti] *EF*, u̅i sublimi comiti $Z^1N^1K^1$, uiro iusto sublimi comiti Z^tK^t, uiro comiti sublimi N^t
syracusanae ciu. *om.* K^1

XII. Victori et VVitigisclo u̅u̅. s̅s̅. Athalaricus rex.

uiutigisclo E^tF^t, uiutigeselo E^1, uiutigisco F^1, ubitigisclo Z^1, ubitigisculo Z^t, ubitigisolo N^1K^1, ubitigisclo N^tK^t, uitigisclo *A*
uu. ss.] Z^1A, uu ss usque sublimibus Z^t, uiris usque sublimi K^t, uniuersisque sublimibus N^t, uiris senatoribus *EF solito more compendiis solutis, om.* N^1K^1
ante ep. 13 Z^t[1]

XIII. VViliae v̅. i̅. comiti patrimonii Athalaricus rex.

uulie E^tF^t, uilliae *A*
u. i.] $Z^1N^1K^1$, uiro N^tEF
comiti] comiti sublimi N^t
patrimonii] patri̅ Z^1N^1, paterri K^1, patricio N^t

XIIII. Gildilae viro sublimi comiti Syracusanae civitatis Athalaricus rex.

gildio K^t, gudile *EF*, gildiae *A*
uiro sublimi] *ZNKEFA*, u. s. *A*

XV. Iohanni papae Athalaricus rex.

XVI. Salventio v̅. i̅. praefecto urbis Athalaricus rex.

saluantio *A*, soluent(*vel* e)io *HG*
u. i.] $Z^1N^1K^1A$, uiro *EF*, *om.* N^tH^1GI
praefecto urbis] praefecto urbis rome Z^t, *om.* K^tI

XVII. Salventio v̅. i. praefecto urbis Athalaricus rex.

saluantio *A*, *om.* N^tHGI
u. i.] *A*, uiro *EF*, *om.* N^tHGI
urbis] urbis rome N^t
om. $N^1K^1E^1$[1]

XVIII. Edictum. Athalaricus rex.

edictum athalaricus rex] *I*, [edictum at]halaricus rex *(ubi adfuerit necesse est* edictum *propter spatium) D*, edictum athalarici (athalari Z^1, athalarice *G*) regis *reliqui*

XVIIII. Senatui urbis Romae Athalaricus rex.

urb. rom. *om. HG, repetit inscr. ep. 18 I*

XX. Ad universos iudices provinciarum Athalaricus rex.

iudices] principes N^t
prouincie K^t

XXI. Senatui urbis Romae Athalaricus rex.

XXII. Paulino v̅. c. consuli Athalaricus rex.

paulino] NK^1GIA, saulino *Z*, saluino K^tEF, polinio *H*
u. c.] Z^1A, uiro clarissimo Z^t, u̅i N^1K, uiro *EF*, *om.* N^tHGI
consuli *om.* *A*
atharicus Z^1, athalericus *G*

$Z^{1t}N^{1t}K^{1t}E^{1t}F^{1t}HGI$: *hi tres omittunt ep.* 10—15. 20—21.

XXIII. Senatui urbis Romae Athalaricus rex.
urb. rom. *om.* *HGI*
23 *om.* K^1E^{1} (1), 24. 23 *ordinat* F^1, 23 *post* 25 E^1 (2)

XXIIII. Senatori p̄p̄o Athalaricus rex.
senatui X^t
p̄p̄o] Z^t, paulino *I*, praeposito *reliqui*

XXV. Senatui urbis Romae Athalaricus rex.

$Z^{1t}X^{1t}K^{1t}E^{1t}F^{1t}HGI$

I.

HILDERICO REGI VVANDALORUM ATHALARICUS REX.

c. a. 526

Durissima nimis sorte constringimur, ut quos ante dulces parentes diximus, nunc 1
eis causas amarissimas imputemus, quas nemo potest relinquere, qui pietatis noscitur
monimenta cogitare. quis enim nesciat divae recordationis Amalafridam, generis nostri
decus egregium, violentum apud vos reperisse lucis occasum, et quam pridem habuistis
dominam, passi non estis vivere nec privatam? haec si contra fas parentelae gravis
esse videbatur, remitti ad nos debuit honorabilis, quam magnis supplicationibus ex-
petistis. parricidii genus est, ut quam vobis fecerat affinem coniunctio regis, nefandis
ausibus in eius vos interitum misceretis. Quid tantum mali a suo coniuge relicta 2
promeruit? si successio debebatur alteri, numquid femina in eo ambitu potuit in-
veniri? mater quin immo haberi debuit, quae vobis regna transfudit. nam et hoc
nobilitati vestrae fuisset adiectum, si inter Hasdingorum stirpem retinuissetis Hamali
sanguinis purpuream dignitatem. hoc Gothi nostri ad suum potius opprobrium in-
tellegunt fuisse temptatum. nam qui dominae alienae gentis intulit necem, omnino
eius parentum visus est despexisse virtutem, quando nemo quod resecandum credit,
putat esse temptandum. Et ideo morali ratione commoniti per illum et illum legatos 3
nostros verbis prius a vobis expetimus aequitatem, spectantes qualis excusatio tantis
casibus afferatur. nam etsi quodlibet negotium in tali persona fuisset enatum, nobis
debuit intimari, ut et nostro iudicio periret, quae se pessimis actibus miscuisset.
restat ut naturalis eius fingatur occasus. inpossibilia non dicimus, nova non quaeri-
mus: illum et illum atque illum tradite, per quos res facta debeat elucere. sit in eis
totius causae absoluta probatio, sine bello, sine caede, aut nos efficiat placatos, aut
vos reddat obnoxios. Quod si creditis esse temnendum nec vos ad rationabilia 4

BZNKE(F)H(GI)

2 dulcissima *HG*^{a} sorte] forte *H*, ferre *E* constringimus *BH* duximus *GI* nunc] non *NHG*^{a}*I* 3 amarissimas] durissimas *E*^{2}*I* 4 monumenta *H* amalifridam *NKI*, amalefridam *G*^{b}, amalastidam *G*^{a}, amalafridarum *H* 5 reperisse] inuenisse *HGI* pridem hab.] hab. pr. *A* 6 nec] nunc *A* parente *H*^{a} 7 honorabilis] horabilis *H* suppl. expetistis] exp. suppl. *HI*, suppl. (*om.* exp.) *G* 8 patricidii *EF* quam nobis (nobis *E*) fec. aff.] quem (quam *H*^{2}) finem a uobis fecerat *HG*^{a}, quam affinem nobis fecerat *G*^{b}, q. u. affinem fecerat *I* regis] legis K^{2} 9 nos *H* interitu *HGI*^{p} quid] qui *H* tanti *HGI* derelicta *HGI* 10 debebatur] *B*^{b}*ZKEFHIA*, debeatur *B*^{a}*NG* 11 transfudit] profudit *HGI* 12 fuisset (*om. HGI*) adi.] f. abiectum *E*, fuisset adi. fuisset *F* hasdingorum] *BK*, asdiugorum *E*, alduigorum *G*, ascungorum *I*^{v}, has dignorum *ZNE*^{1}, asdungorum *E*^{2}*FI*^{p}, hasdiuorum *A* stripem *B* remissetis *E*^{1} hamali] *NG*, amalis *B*, admali *H*, amali *reliqui* 13 haec *H* 14 ei. omn. *HGI* 15 quando] quoniam *NI* resecrandum *N* 16 mor. id. *KA* 17 petimus *N*^{a} aequitatem] pietatem B expectantes *FA* 18 quolibet *K* 19 ut *om. HGI, recte puto* pessimis] pissimis *HI*^{p}, piissimis *G* 20 naturalis (naturales *G*) e. fingantur *HG* 21 illum et ill. atq. ill.] et ill. atq. ill. *HG*, et ill. et illum (illos *I*^{p}) *NI* facta res *A* 22 sine cede sine bello *HGI* nos] uos *H* 23 uos] nos *KI*^{v}*A* obuexios *B*^{1} quod *om. EF* lempuendum *B*^{b}, tenendum *B*^{a}

responsa componitis, condicione initae pacis absolvimur, qui laesi foederis vinculo non tenemur. vindicet nunc superna maiestas scelus qualibet arte commissum, quae ad se clamare profitetur fraterni sanguinis impiam caedem.

II.

EDICTUM. ATHALARICUS REX.

c. a. 527

1 Qui rei publicae statum et generale cupit stare fastigium, ad universa debet
esse sollicitus, quia non est salus in corpore, nisi quam et membra potuerint optinere.
iniuria unius loci compago tota concutitur et tanta convenientiae vis est, ut unum
vulnus ubique credas accipi, quando illa coeperit condolere. res publica siquidem
non est unius civitatis cura, sed totius regni provisa custodia: quapropter si quid ex
ipsa minuitur, in origine dispendia sentiuntur. minus enim habere necesse est, cui
aliquid perit. et ideo diversarum civitatium pervigil nos cura sollicitat, ne permissa
longius mala possint gravare palatia. arbor enim, quam florere vides, quam summa
conspicis viriditate laetari, subterraneo suco fecunditatis animatur, reddens in super-
ficiem quod continet in radice. hominum quoque vultus magna hilaritate decoratur,
si visceribus sanis gravamen nullius sentiat laesionis. sic regnum iure dicitur in-
tegerrimum, si nusquam fuerit inminutum. hoc fieri potest, cum undique summovetur
effrenata licentia nec datur ausus menti malignae sub abominabili libertate peccare.
curiales, quibus a provida sollicitudine nomen est, gravissima dicuntur infestatione
quassari, ut quicquid eis honoris causa delegatur, ad iniuriam potius videatur esse
perductum. o nefarium scelus, importabile malum! quando debuit rei publicae ser-
2 viendo proficere, tunc libertatem suam cum fortunis videtur amittere. Quocirca edictali
programmate definimus, ut si quis versatus fuerit aut in iniuria aut in dispendio curialis
vel aliquid ei, praeterquam iussum fuerit a nobis vel ab aulicis quorum interest pote-
statibus, imponere fortasse praesumpserit, aut decem librarum auri dispendio feriatur,
ipsi qui aliquid tale pertulit nihilominus profuturarum, aut, si facultas vindictae non
sufficit, per fustuaria supplicia laceretur, et reddat debitum poenis, quod non potuit
compensare pecuniis, ita tamen, ut, quae pro publica utilitate fuerint delegata, ingenua
sollicitudine compleantur, quando plus incipiunt debere, quos alienas iniquitates non
3 permittimus sustinere. Praedia curialium, unde maxime mediocribus parantur insidiae,
nullus illicita emptione pervadat, quia contractus dici non potest, nisi qui de legibus
venit. circa saionum et militantum molestias iudicum protegantur auxilio. ab ipsis

BZNKE(F)H(GI)

1 contentione H^1 3 profitemur fratrum *H* caed. imp. *ZNA* 5 ad uniuersa] aduersa *H*, contra aduersa *G*, ad diuersa *I* 6 et *om. K.* potuerit *H*, poterunt *KGI*^{v}, poterint *I*^{p} 7 unius] enim unius *m. saec. XV B* loci] membri *I*^{v}, *om. HGI*^{p} conuincitur E^1 8 condolere] cum dolere *H* quidem] quando *H* 10 disp. sent.] dispendium (dispendii et *H*, dispendii *G*) inuenitur *NE*^{2}*HGI* est *om. HG* 11 diuersorum H^1 ciuitatium] *B*, ciuitatum *reliqui* 12 mala] m. nostra *NKEFIA* pal. poss. grau. *HGI*^{p} arbor enim] *EF*, arborem *BZNK*^{1}*HI*, arbor *K*^{2}*GA* quam] quidem *HI* 13 subtarraneo *K* reddem *N* superficie *EF* 14 decorantur *EFHGI* 15 sentiant *EHGI* regnum iure] regni iure *H*, regni ius *G* 16 numquam *K* submouentur *Z* 17 licentia] litia B^1, letitia *I* menti] et menti *H* 18 ouriales H^1 prouidas B^a nomen] numen *H*, munimen *G* infectacione Z^1, in festinatione E^2, infestationes *H* 20 nephanum H^1, nephandum H^2 21 uideatur *F* 22 uersatus] uexatus *B*^{b}*I*^{v}*A* in iniuria] in iniuriam *H*, iniuria *GA*, aut ini. *I* 23 praeterquod *N*, praeterquam quod *HI* uisum *HG*^{a}*I* ab *om. F* 24 fort. imp. *EF* 25 tale al. *KEFI*^{v}*A* pertulerit *I*^{v}*A* nihilominus *om. HI* profuturarum] *scripsi*, profuturam *BZK*, profuturo *G*, profuturum *NA*, profutura *EHI*, profuturi *F* 26 fustiaria *H*, fustaria *G* et] *ZNKEFHGIA*, ut *B* 27 pro publ. fuerint (-rit *H*) util. *FH*, fuer. pro publ. ut *GI* 28 quos] quam nos *I*, quam quos *NH*, quam quod *G* 29 curalium *HG*^{a} maxime *om. HG* parentur *HG*^{a} 31 militanturo *H* molestias] modestias *H*, mol. queque *N* iudicium *B*^{1}*H*

quoque moderatoribus eos nostra vindicabit auctoritas, quando gravius plectendus est, si ille, cui delegatur auxilium, probetur inferre detrimentum. Erigite colla, depressi: 4
sublevate animos, malorum sarcinis ingravati: date studium recuperare quae vos male cognoscitis amisisse. unicuique civi urbs sua res publica est. administrate civitatum sub consentanea voluntate iustitiam. ordines vestri aequabiliter vivant. nolite gravare mediocres, ne vos merito possint opprimere potiores. poena ista peccati est, ut unusquisque in se recipere possit quod in alterum protervus exercuit. vivite iuste, vivite continenter, quia vix audet quisquam in illos excedere, quibus culpas non potest invenire. Grues moralem noverunt exercere concordiam, inter quas nullus primatus 5
quaeritur, quia iniquitatis ambitus non habetur. vigilant vicissim, communi se cautela custodiunt, ipse pastus alternus est. sic honor nullis adimitur, dum omnia sub communione servantur. his etiam volatus vicaria aequalitate disponitur: ultima fit prima et quae primatum tenuit, esse posterior non recusat. sic quadam communione sociatae sibi sine regibus obsequuntur, sine dominatu parent, sine terrore famulantur. voluntarie serviendo liberae sunt et invicem se diligendo muniuntur. quarum morem scriptores rerum naturalium contuentes politiam quandam inter ipsas esse commemorant, quas civico affectu vivere cognoverunt. Has si vos imitemini, omnes a vobis 6
pravitatum calumnias excludetis. nam vos, qui recti vota recipitis, habetis per leges potestatem in civibus vestris. non enim in cassum vobis curiam concessit antiquitas, non inaniter appellavit minorem senatum, nervos quoque vocitans ac viscera civitatum. quid in ista appellatione non habeatis vel potentiae vel honoris? nam qui senatui comparatur, a nullo genio claritatis excluditur.

III.

BERGANTINO V̄·Ī· COMITI PATRIMONII ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Si labor omnis assiduus adeo diversos exigit fructus, ut aurum argentumque 1
solita commutatione mercetur, cur non ipsa diligenter exquirimus, propter quae alia poscere videbamur? Italia dives inferat nobis et aureos fructus. omnis proventus adquiritur, ubi metallum fulvidum reperitur. nam quid necesse est terram multiplici fecunditate lassari, si ipsa magis pretia in ea potuerint inveniri? frumenta nobis usualiter natura industria suffragante concedit: passim se vina profundunt: metallum

BZNKE(F)H(GI)

1 uindicauit *plerique*, uindicauerit *I* quanto *A* grauius] gra F^1, grauiter F^2 3 malorum *om.* HG^aI 4 cognotis B^a ciui] cui *GI* urbis H^2G, iuris urbis H^1 publ. est res *F* 5 equaliter *K* 6 ne uos] nouos *H* poss. oppr.] *BHGI*, oppr. poss. *rel.* unusquisque] unus qui B^a 7 proteruius *GI* 8 quibus] in quibus *NKEFHGI* culpam *NHGI* 9 mortalem *K* norunt ex. *G*, nouerunt ex. *H*, exercere I^p, exercent I^v 10 iniquitatis *om. HGI* 11 ipse] iste *HG* nullis] B^bZKHI^v, nullus $B^aNEF^1GI^p$, nulli F^2 adimititur *B* 12 hiis KEF^1GI et. uolatus *(bis N)*] uol. et. *HGI* 13 et *om. HG* sociatae sibi] *ZNLA*, societate (-tem *G*) sibi *HG*, sotiatae (*om.* sibi) *B*, societate *K* 14 terrore] rectore F^1 15 munientur B^a mores *KEFHG* 16 naturalium *om. HGI* politicam *N* ipsas *om.* HG^1I 17 uiuere *om. K* intuemini *G*, inter**ni H^a 18 excluditis *KA* legem *EF* 19 potestates *A* ciuibus] ciuilibus H^a, laribus G^t nostris *HG* 20 uocitans *om. HGI* 21 qui B^a, quod *HG* habetis *NEFI* uel honoris *om. N* 22 exeuditur H^1 26 commutatione] *NKEFHGI*, communione *BZ* equirimus *K* alia (alias *BHI*) poscere] *BHGI*, posc. al. *plerique*, pascere alia *K* 27 uideamur B^a*[?]F*, uidebantur *HGI* nob. inf. *EF* prouenctus E^1, prouectus *FHGIA* 28 reperitur] inuenitur *HGI* nam quid *(om.* E^a*)*] namque *HGI* 29 laxari FI^v preciosa *N* in ea (ipsa *F*) potuerint] in ea potuerunt *K*, potuerunt in ea *KHI* nobis *A* 30 se uina profundunt] semina profundunt (profudunt *H*) *NH*, semina profunduntur *GI*

2 raro proditur, ut studiosius expetatur. Quapropter ad massam iuris nostri Rusticianam
in Bruttiorum provincia constitutam magnitudinem tuam iubemus chartarium destinare
et si, ut ab artifice harum rerum Theodoro dicitur, memoratis rebus terra fecunda
est, officinis sollemniter institutis montium viscera perquirantur: intretur beneficio artis
in penetrale telluris et velut in thesauris suis natura locuples inquiratur. cameris
enim ingeniosa praesumptione revolutis, talpinum animal imitantes, itinera fodiunt
quae nullis ante patuerunt. sic ambitio nil relinquit absconditum nec ubi interdum
3 sustinere possit extremum. Intrant homines caligines profundas, vivunt sine superis,
exulant a sole et, dum sub terris compendia quaerunt, nonnunquam lucis gaudia
derelinquunt. est illis aliquando ruina via sua et reditus procurare nequeunt, qui
pedibus suis semitas operosis manibus effecerunt. sed quibus cautior ars, vita felicior
est, intrant egentes, exeunt opulenti: sine furto divitias rapiunt, optatis thesauris sine
invidia perfruuntur et soli sunt hominum qui absque ulla nundinatione pretia videantur
adquirere. mox enim ut supernae luci fuerint restituti, minuta quaeque graviora
discernentibus aquis a genetrice terra separant ac fictilibus recondita vasta fornace
decoquunt, donec solvantur utiliter in liquorem, rivosque de flamma venientes tanto
igne depurgant, quousque pulchritudinem sui prodant, quam terrena viscera, ne
4 cuperentur, absconderant. Vincitur natura, dum eam meliorat industria. pulchrior
est dum arserit, potior dum decoxerit, quia tantum crescit ad pretia, quanta fuerit
sinceritate mundata. origo quidem nobilis, sed de flamma suscipit vim coloris, ut
magis credas inde nasci, cuius similitudine videtur ornari. sed cum auro tribuat
splendidum ruborem, argento confert albissimam lucem. ut mirum sit unam sub-
stantiam tradere, quod rebus dissimilibus possit aptari. proinde quicquid ad exer-
cendam huius artis peritiam pertinere cognoscitis, ordinatio vestra perficiat. ut et
terra Bruttiorum ex se tributum quod dare possit inveniat, quae fructibus copiosa
luxuriat. decet enim ut inter tanta bona nec illa desint quae putantur esse prae-
5 cipua. cur enim iaceat sine usu, quod honestum potest esse compendium? Aurum
si quidem per bella quaerere nefas est, per maria periculum, per falsitates opprobrium,
in sua vero natura iustitia. honesta sunt lucra per quae nemo laeditur et bene ad-
quiritur quod a nullis adhuc dominis abrogatur. grypes aurum iugiter leguntur effo-
dere atque huius metalli inspectione gaudere: quibus quoniam non est ambitus lucri,
cupiditatis crimine non dicuntur accendi, scilicet, quia omnis actus in qualitate pro-
positi est et non est vituperandum quod nulla fuerit voluntate lascivum. sint ergo
sedula operatione continui quaestus, invidiam non pavescant: quod ars dicitur, a
crimine liberatur.

BZNKE(F)H(GI)

1 expectatur HG^aI^v ruris *A* nostris *B* rusticanam HGI^v 2 bruttiorum *sic B* prouinciam *H* cartariam *I*, cartanam *H*, cartas *G* 3 har. rer. art. *F* thedorio *G*, theodo *H* moderatis *A* 4 est *om. A* sollerter *NHGI*, *recte puto* 5 nat. locuplex *KE*, diues (diuis H^aG^a) nat. *HGI* perquiratur *F* cameris] cauèrnis *A* 6 reuolutis] teuducis E^1 fodiderunt H^1, fodidiunt H^2 7 quae *ad* relinquit *om.* HG^a 8 caligenes B^a superuis *A* 9 exultant K^1, exalant H^a dum] cum *E* 10 al. ill. *A* uia sua ruina *HGI* 11 operiosis *E* efferunt *N* 12 opulenti] locupletes *HGI* thes.] thes. suis *HGI* 13 ull. nundinatione (mundi nat. *H*)] nund. ull. *N* 14 luce H^1 fuerunt B^1 restituta *B* minuta] inimica *HGI* 15 genetrice *B solus* terra] sua *HI* 16 dequoquunt *B*, requoquunt *H*, recoquunt *GI* saluantur B^a riuos quoque *A* 17 prodeant N^a uicera *N* 18 cuparentur B^1 pulchior *B* 19 est *om. HGI* asserit K^1HG^t, exarserit E^2FI dum] cum *BH* quanta] quae tanta E^2, quantum F^2, ***tum F^1 20 quidem *om. HGI* caloris KG^a 23 dissimillimis HI^p exercendum B^a 24 et] est *H*, e *I*, *om. G* 25 bruttiorum] *BZ*, brutiorum *plerique* possint inueniant *HI* 26 pr. ess. *E* 27 usu] cultu *HGI* 28 quaerere] quere B^1 29 sua] sui *F* sunt] uero sunt *KF*, sunt uero *E* 30 adrogatur *H* gripes *B*, griphes *NG*, grifes *EFI*, griphe *H* 32 omnis] communis *HGI* 33 lasciuium *B* sunt HGI^v 34 sedula *om.* H^1 paueseat *ZN*, pauescas *EFHGI* 35 liberantur *H*

IIII.

ABUNDANTIO PPO ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Felix querella est, quando leges pietate superantur, et beata condicio subiectorum, 1
si cognoscant illum aliis misertum, quem et sibi optant esse propitium. neque enim ob aliud curiales leges sacratissimae ligaverunt, nisi ut, cum illos soli principes absolverent, indulgentiae praeconia reperirent, hoc est, ubi dominus adversum sua iudicia amabili concertatione dissentit, quando et ipsius quaedam iustitia est, ut qui pius dicitur, districtionis termino minime teneatur. nam et iste quidam rationabilis ordo est militia tandem solvere, qui inpares laboribus probantur existere. curialis enim, si nulla valitudine corporis continetur, ad solas deceptiones apponitur. et adesse quid proderit, si cum contingat defectum viribus inveniri? similis quippe est absenti, a quo non poterint imperata compleri. deinde dum curia multiplici numerositate laetetur, non videtur perculsa damnis paucos perdidisse de plurimis. Quapropter 2
illustris magnificentia tua Agenantiam uxorem Campaniani viri disertissimi in Lucania provincia constitutam filiosque eorum de albo curiae suae faciat diligenter abradi. ut ventura posteritas nesciat fuisse quod vetatur obicere, quia calumnia non praesumitur, ubi aliqua probatio non habetur. proinde in possessorum numero potius collocentur passuri nihilominus molestias quas ipsi aliis ingerebant. Ad tributa enim solita 3
turbabuntur: faciem compulsoris horrebunt — a potestatibus iussa prius venisse nesciebant —, et votiva ignorantia fatigati formidare delegata incipient per quae antea timebantur. nam et ex ea parte bonis moribus vixisse probandi sunt, quando patiuntur inter illos otiosi vivere, quorum se non cognoscunt odia meruisse. alioquin non paterentur sub illis esse, quos se cognoscebant malis actibus incitasse. fruantur ergo beneficio principali: vivant remissa pace tranquilli, qui fuerunt in actionum suarum qualitate compositi.

V.

EPISCOPIS ET HONORATIS ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Possessorum territorii vestri querella comperimus supra temporis necessitatem 1
quorundam civium suorum execrabilem sustinere saevitiam, dum primo tempore panicii speciem coemptam in propriam recondidere substantiam spectantes caritatem mediocribus gravem, ut parcius reponentibus detestabilem inferant nuditatem, quando homines in famis periculo constituti rogantes offerunt quo se spoliari posse cognoscunt. in necessitate siquidem penuriae pretii nulla contentio est, dum patitur quis

---

BZNKE(F)H(GI): ep. 4 om. HGI, collocat post VII 40, adnotans m. 1: debet esse in nono libro, *F*

2 et *om. F* 3 propiti|tium *B* enim *om.* B^1 6 ipsius] ipsum B^1 9 continentur F^1*[?]*, continemur F^2 deceptaciones *N* et] et dum *EFA*, et tum *(K)A*, et cum *Cui. e coni.* 10 est quippe *B* absenti a quo] *A*, absentia quod *BZN*, absenti quod *K*, absenti per quem *EF* 11 poterint] *BZNK*, poterunt *E*, potuerunt *F*, potuerint *A* conplere N^a 13 agetiantiam EF^2, agentiantiam F^1 campanii *E*, camparii *F*, tampanini *A* 14 diligenter *om. EF* 15 quod] qui *A* obicere] E^2 *et e coni. Cui.*, obigere $BZKE^1$, abigere *NFA* 18 facie *B* a] *potius* qui a 19 incipient] *A*, incipiunt *libri* 20 et *om. F* 21 patiuntur] propatiuntur *KEF*, perpetiuntur *A* se] si B^a alioqui *A* 22 se *om. F* 23 fuerant *A* in actionum] inctionum *Z*, iunctionum *N* 26 territorium *H* nostri *EF* supra] eos supra *E* 27 quorundam] eos q. *F* sustinuisse *NHGI* pauicii *H* 28 coemptam] coeptam *K*, conceptam *A* recondidere] E^2FHGI, redigere $BZNKE^1A$, redegere *Cuiacius e coni.* spectantem B^1ZI^p, expectantes *Cui. e coni.* caritatem *om.* B^1 (carit *resecto margine* B^2) 30 constituta *H* rogante *K* quo se spoliari posse] *scripsi* (posse *solito more abundat*), quos se spoliare posse *(om. A) libri*

2 induci, ne possit aliqua tarditate percelli. Haec igitur vota damnantes praesentes direximus portitores, ut sive in gradu sive in aliis locis frumentorum condita potuerint invenire, tantum sibi unusquisque dominus vel familiae suae retineat, quantum se expendere posse cognoscit, reliquum periclitantibus vendat, praesentibus scilicet harum gerulis, qui ad eam rem destinati esse noscuntur, moderata tamen pretii quantitate, qua eum constiterit a suis provincialibus comparasse, ut nec nimium gravetur qui emit
3 et aliquo compendio foveatur ille qui distrahit. Quapropter libentibus animis implete quae iussa sunt, quia vobis debetis invicem in hac parte consulere, ne, dum caritatem nimiam quaeritis, scelestum vobis aliquid potius, quod absit, optetis. ne quis ergo venditionem sibi inpositam conqueratur, sciat libertatem in crimine non requiri, sed illud boni ingenii magis esse, si non festinet excedere. vendat itaque sub iusta ratione qui distrahit. si consentit, operatur laudem suam: si discrepat, nostrum facit esse praeconium, quando bonum est iubentis, si iustitia imponatur invitis.

VI.

PRIMISCRINIO ATHALARICUS REX.

c. a. 527

1 Cum diuturnis laboribus excubares, ita te inbecillitate corporis asseris graviter sauciatum, ut nec ad famam militiae percipiendam possis occurrere, ad quam constat voto te praecipiti festinasse, metuens ne per absentiam tui ab ipsis paene faucibus dulcissimus tibi fructus videatur auferri, postulans etiam ut, algentis corporis necessitate constrictus, Baiani lavacri siccitate laxeris. Dignum plane quod inter praemia
2 summa praestemus, ut, sicut conferimus victis spem, ita tribuamus supplicantibus et salutem. quapropter et a vinculo te emolumenticii terroris absolvimus et praedicti lavacri munere sublevamus, ut primum mentis gaudio recreatus facilius membrorum recipias sospitatem. naturalis siquidem cura est aegris dare laetitiam: nam fac in-
3 validum gaudere, sanatus est. Perge igitur ad amoenos recessus: perge ad solem, ut ita dixerim, clariorem: ubi salubritate aeris temperata terris blandior est natura. illic miraculis alta cogitatione perpensis cum arcanis mundi mens humana colloquitur nec admirari desinit quae ibi agi posse cognoscit: primum Nerei fluenta marinis deliciis esse completa, tot portus naturae prudentia terrenis sinibus intermissos, tot insulas nobiles amplexu pelagi dotatas: deinde inmissum Averno stagneum mare, ubi ad voluptatem hominum vita regitur ostreorum, industriaque mortalium fieri, ut res alibi
4 fortuita ibi semper appareat copiosa. Quantis ibi molibus marini termini decenter invasi sunt! quantis spatiis in visceribus aequoris terra promota est! dextra laevaque greges piscium ludunt. claudantur alibi industriosis parietibus copiosae deliciae: captivi teneantur aquatiles greges: hic ubique sub libertate vivaria sunt. adde quod

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 6

1 ne] nec *H* 2 portito|tores *K* 3 sibi tant. *HGI* uel *om. HG* fam. suae *om.* H^1 retineat] dominus r. I^p, domus r. *NEF* se expedere *Z*, expendere se *F*, se expendisse *HGI* 4 uendat] reddat *HG* scilicet *(om.* HI^p*)* harum *(om. GA)* gerulis *om. in sp. vac. I (et* I^v *et* I^p*)* 5 qui] quid *B* cognoscuntur $NHGI^p$, *inc.* I^v 6 qua] *A*, quam *libri* eum] cum NFH^1I^v, eos *G* consiturit B^a 7 aliquando H^1, aliquanto H^2I^v, aliquantulo I^p ille *om. HGI* libentibus (libenter H^a) a. implere *H* 8 iussa] missa *F* nobis *H* inu. in b. p. cons.] *B*, in h. p. cons. inuicem *plerique*, in hanc partem inu. cons. *HGI* nec *H* 9 pot. al. *HGI* 11 ingenni *B* sub *om. N* 12 consistit HG^a, constitit *I* suam *om. HGI* si] se *B* 15 excuhares *B* 16 famam] *fortasse* formam occurre B^1 17 te not. *N* 18 corporis] frigoris N^a 19 siccitate *corruptum* 20 et *delet Cuiacius* 21 emolumenti *K*, emolumentarii *A* 23 est *om. K* 25 salubritate] salubri B^1 aeriis Z^a 26 perpensis] conpensis *ZN* 27 posse *om. N* 28 sinibus] finibus *EF* intermissos] intermiss B^1 29 inmeusum auernum E^1F 30 legitur *A* 32 equoreis *EF*

tam amoena est suscepta piscatio, ut ante epulosum convivium intuentium pascat aspectum. magnum est enim gaudium desiderata cepisse: sed in huiusmodi rebus
gratior est plerumque amoenitas oculi quam utilitas captionis. Sed ne longius evage- 5
mur, inter Neptunias gazas habitare creditur, cui otia Baiana praestantur. his itaque rebus deliciosa exercitatione saginati ad pulcherrima lavacra contenditis, quae sunt et miraculis plena et salutis qualitate pretiosa. nam etsi hominum cura fabricata noscuntur, naturalibus certe ministeriis exhibentur. fornaces ibi non robora convecta succendunt: cessante flamma perpetuus calor operatur: illic globi fumiferi nesciuntur: aura est purissima, quae ministrat vapores, sudores provocat dulciter anhelos: et tantum a communibus balneis salubrior invenitur, quantum ab humana industria celsior est natura. videas illic undas perpetuis fumare gurgitibus. quae ita videntur lavantum
explere desideria, ut humano credas studio temperatas. Cedat corallici pelagi laudata 6
semper opinio: adsurgat Indici maris de albarum candore fama locupletior. quid mihi cum pretiis, si animus non fruatur optatis? baianis litoribus nil potest esse praestantius, ubi contingit et dulcissimis deliciis vesci et impretiabili munere sanitatis expleri. fruere igitur bonis nihilominus expetitis: nostris beneficiis ad tua emolumenta pervenies: Baianis remediis consequere rem salutis.

VII.

REPARATO PRAEFECTO URBIS ATHALARICUS REX.

c. a. 527

Post parentum claras administrationes bene conferuntur posteris eminentissimae 1
dignitates, dum nullius adquiescit ingenium iacere intra aestimationem suorum. quando quidam honestus ambitus est quos sequimur tempore, velle praeconiis anteire. additur etiam, quod priscorum dogmatibus eruditi opinionis gratia delectentur augeri. nam quanto se unusquisque melioribus cognoscit artibus studuisse, tanto amplius grandiora praesumit appetere. Dudum itaque illustris recordationis genitoris tui res publica sensit
Romana diligentiam. comitivae siquidem largitionum praesidens, functus etiam vicibus 2
praefectorum, praetorianam egit integerrimae dignitatem, curiam reparans, pauperibus ablata restituens et quamvis liberalibus studiis fuerit impolitus, placere non omisit industriis, quando naturaliter per se commendari potest bonum ingenium, etiam cum
rebus accidentibus non videtur ornatum. Sed hoc quantum est ad tuarum notitiam 3
litterarum? doctrina si quidem quos ab imperitis discernit, sapientibus amica societate coniungit, cui perfacile est ornare generosum, quae etiam ex obscuro nobilem facit. crescit quoque praeclaris meritis tuis, quod in affinitatis gratiam te talis elegit, quem semper contigit de iudicii sui integritate praedicari, moribus communis, conscientia singularis, qui se semper suis moribus et amicorum conversatione et sua fecit probi-

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 6

2 huiusmodi] his *A* 3 oculi *om. ZN* 4 habitare *om.* E^1 5 excitacione *ZN* 6 presciosa *B* 7 ibi] ipsi *EF* succedunt K^1 8 perp.] ibi perp. *Par. 2190* illic] illi *NA* fumigeri *N* 9 hanelos *NEF* 10 tantum] tanta *K*, tanto *A* salubriter E^1 celcior *K* 12 implere *E* studi B^1 14 fruantur B^a 16 expetis *N* tua] taia *Z*, talia *N*, tui *A* 17 perueniens *EF* biianis *B* 20 nullus *H* inter *A* suarum *K* 21 quidem *N* habitus K^1 22 dogmatibus] dignitatibus N^a delectantur *A* 23 quando *B* ampl. gr. pr. (pr. gr. *N*)] ampliora praesumit *HG*, meliora pr. *I* 24 itaque] si quidem *F* 25 romanam *EFHGI* comitiuae] F^1[?]*A*, comitini *BZNKEF*^{2}, commitui *H*, comitue I^p, comitatus G^a, comitatui G^b, continue I^v uic. et. *Z* 26 praesidium N^v, praesidiis E^2*HI* intergerrime B^1 reparatis *HG* 27 obmisit *EF*, amisit *H*G^a, ammisit I^p industriis] *BH*G^1*I*, industrius *reliqui* 28 quando] quoniam *A* comm. per se nat. *HGI* 29 accedentibus *Garetus*, talibus E^2 31 coniungit] contingit *K*E^1 ornare] honorare *F*I^v quae] quem *K* 32 adcrescit *malim* mer. praecl. *HI* talem *NI* elligit *E* 33 contingit *BEFH* praedicati H^1 34 se *ante* fecit *F* semper *om. HGI*

tate laudari. qualem ergo suo sanguini aestimandus est sociasse, qui numquam in-
4 probum vel communioni suae decrevit adiungere. Et ideo licet primaevus venias ad honorem, post tanti viri iudicium ineptum est te dicere non probatum. nam si bene illis suggerentibus in extraneis causis placidas aures praebemus, cur magis in genere suo eorum iudicia non sequamur, ubi semper studiose sibi prospiciunt etiam qui in aliis actibus frequenter excedunt? atque ideo, quod feliciter dictum sit, per indictionem illam urbanae tibi tribuimus infulas dignitatis, ut, sicut in illo ordine primus, ita
5 habearis et meritorum laude praecipuus. Paene siquidem terrarum oculis offertur quod in illa civitate peragitur. quem iam sibi iudex placatum faciat, si illum senatum tantae benignitatis offendat? quid sit maturitatis, quid prudentiae, in ordinis ipsius aestimatione cognoscis, cuius primaeva germina mox ut adoleverint, patres vocantur. adulescentia illic inchoat a maturitate consilii: tractant iuvenes cum modestia senum:
6 ibi morum pondus in flore praemittitur, quod vix alibi cana aetate generatur. Talem te ergo habita moderatione tractabis, ut cum tot proceres ad curiam vocas, dignam ante illos sententiam tuae voluntatis aperias. nimis quippe arduum est aliquid tale inter illos dicere, quod nequeat tantis prudentibus displicere. ideoque non unius dignitatis vir aestimandus est, qui ab illa turba doctorum bonum potuit referre iudicium. nam si gratum est vel sub raritate praedicari, quid illi gaudii provenire possit, quem tot nobilium vota laudaverint? iustitiam dilige: oppressis te dignanter impende: redde laudes posteris tuis, quas tu a maioribus accepisti.

VIII.

OSUIN V· I· COMITI ATHALARICUS REX.

a. 526

1 Propositi nostri est honestos labores palma remunerationis ornare, ut vicissitudine, qua provecti gaudent, desides mordeantur sibique imputare possint quod clementissimis temporibus iudicii nostri praemia non merentur. atque ideo illustrem magnitudinem tuam deo iuvante ad Delmatiarum atque Saviae provincias iterum credidimus destinandam, ut quicquid pro utilitatibus nostris esse cognoscis, aequabili ordinatione disponas populumque nobis devotum per tuam iustitiam facias esse gratissimum, quia
2 dominorum laudibus applicatur, cum se probabiliter tractat electus. Non exempla aliena perquiras: memor esto quae feceris et non indiges ammoneri. quid est enim quod de tua quisquam debeat actione dubitare, quando ipsis provinciis adhuc propria bona redolere cognoscis? quodam modo iam debitum est illi velle praestare, apud quem te scis fuisse laudabilem. oboedientibus enim iuste indulgetur animus et quos

BZNKE(F)H(GI)

1 ergo *om. K* qui] quem *HI* non quam *N* 2 communioni suae] communioni sine *I*, communi sue *H*, communi scientiae *G* 3 te] rem H^1, rem te H^2 4 placidas] sibi placitas *HGI* 5 sequemur *N* proficiunt E^a in] au B^1, *om.* K^a 6 actionibus *HGI* 7 tibi *om. H* 8 et *om. HI* praecipimus *H*, primusus $I^{v(t.)}$, primus $I^{v(v.)}$, premeuus I^p offertur] habetur KE^1 9 quam *K* 10 benignitatis] dignitatis E^2FHGI qui pr. B^1, quod pr. *H* 11 aestimatione] ordinatione HG^tI 12 senium *A* 13 ibi] ubi *HGIA* permittitur *A*, premitur *HG*, promitur *I* cana] in cana *NEFHGI* 14 te *om. HGI* moderatione] generatione HG^t, generationem *I* 15 al. tale] *BHGI*, tale al. *rel.* 18 est uel] uel *H*, *om. G* quem] qui *E*, quam *H* 19 laudauerunt *EFI* diligenter *H* 20 laudem *HI* tuis *om. N* quos $N^vH^1G^aI$ a maioribus] maioribus *HG*, moribus *I*, amoribus N^b 23 sibique ... 24 merentur *om.* H^1GI 25 delmatiarum] *B*, dalmatiarum *ZNKEFHGIA* sauiae] suauiae *plerique*, sueuie *E* credimus *NKEFG* 26 destinatam *H* cognoscis] cognoscitis *NE*, cognosces *A* aequabili] a qualibus *G*, a qualibet H^1I 28 dominorum] d. suorum H^2 se *om. EFA* tracta *F* 29 est *om. K* 30 quod *om. K* deb. quisq. *HGI* quando] quoniam H^t ipsis] illis *F* propria] per pr. *K* 31 redolere] reddere NE^2I cognoscitis *N* est *om. A* 32 te scis] *BHGI*, scis te *rel.* fuisse] esse F^1 animis H^v

scimus memores bonorum, indubitanter eis denuo praebemus affectum. Aetas quidem 3
tua provecta est, sed actus quoque maturior quid tibi nunc subripere valeat, in quo nec iuventus reprehensibilis fuit? sed haec in domni avi nostri regno fecisti: nunc talia demonstra, ut temporibus nostris reservasse videaris, quicquid probitatis addideris.

VIIII.

UNIVERSIS GOTHIS SIVE ROMANIS ATHALARICUS REX.

a. 526/527

Per provincias nobis deo praestante concessas tales viros cupimus destinare, qui 1
sunt armis praediti et iustitia gloriosi, ut absit a vobis et extranearum gentium metus et calumniosis non pateatis insidiis, quia non minus est malum bellicum vitasse quam saeva discussionis evadere. ipsa est enim vera securitas, quae de nulla iudicis iniquitate formidat. atque ideo, quod deo auspice dictum sit, illustrem comitem Osuin et palatio nostro clarum et provinciis longa conversatione notissimum Dalmatiis decrevimus praesidere. cui pro utilitate nostra iubenti parere procurate, quoniam tantam eius estis iustitiam frequenter experti, ut et sine regia iussione ei deberetis priorum memores oboedire. habet enim proprium ius ille qui iustus est: nam etsi terrore
minime potestatis erigitur, aequitate tamen suadente semper auditur. Simul etiam et 2
virum illustrem Severinum ad vos aestimavimus dirigendum, ut compositi consona voluntate possint vobis laudanda praecipere. nam si disparibus calamis convenit unum melos edicere, multo magis viris prudentissimis aptum est iusta concordi voce suadere.
Verum ut primordia nostra a praestitis inchoarent clementissimumque dominum in 3
ipso regni limine sentiretis, per quartam indictionem quod a vobis augmenti nomine
quaerebatur, illustrem virum comitem patrimonii nostri nunc iussimus removere. Hoc 4
etiam insuper vobis concedentes, ut, cum deo propitio supra dictum virum ad nostra obsequia venire fecerimus, tales homines destinate, per quos possimus evidenter agnoscere, quemadmodum in futurum census doceatur impositus, ut, si gravatos vos esse cognoscimus, pro parte nobis qua visum fuerit considerata aequitate relevemus. ita fit ut habeatis spem et futuri beneficii, qui estis iam pro parte remedia consecuti.
Quapropter servire vos convenit utilitatibus nostris, quando ea quae magis sperare 5
precibus potuistis, ultro contulit munificentia principalis. sic enim tradente clementissimo nobis auctore didicimus, ut a subiectorum beneficiis non vacemus. disciplina videlicet imperandi est amare quod multis expedit, quoniam res publica nimium soliditatis accipit, si tributariorum facultas inlaesa constiterit.

BZNKE(F)H(GI): hi tres omittunt ep. 9 (praeter 15 habet proprium — 16 auditur *et* 30 disciplina imp. — 31 expedit*)*

1 probemus *K*, debemus *F*   effectum *EF*[1]*H*[v]   2 quoque *om. HGI*   quid] illa quid *malim* tibi] *BZNKHGI*, enim tibi *EF*, enim *A*   3 nec] nec nunc *K*   domi *K*   8 sunt] sint *KA*   prae-di*ti *B*   nobis *E*[1]*F*   et *om. EF*   9 pareatis *K*, parcatur *E*[1]   insidias *N*[a]   bellicum] belli tamen *K*   vitasse *om. A*   10 discutionis *K*   est enim] en. est *NF*, enim *K*   iniquitate] impietate *A*   11 osuin] osum *EFA*, omnium *K*   12 decernimus *K*   13 cui pro u. nostra (uestra *EF*)] *inc. B*[a]   iub. p. procurate *om. B*[1]   14 exp. freq. *K*[a]   regia *om. EF*   15 ius] hoc *HGI*   etsi] si *EF*   terror minimo *K*, terrore nimiae *G*   17 aestimauimus] decreuimus *K*   19 efficere *A*: *fort.* elicere   concordi] cordis *A*   21 lumine *ZNKF*   quod] qui *K*   nobis *A*   22 nunc] non *N*   23 uob. ins. *BF*   ut *om. Garetus*   cum] eum *K*   uestra *EF*   24 ueniret fecimus *A*   *post* fecerimus *fortasse exciderunt talia:* uos quoque legatos cum eo mittatis: itaque   destinare *A*   25 futuris *F*   doceatur] *fortasse ser.* deceat   26 nobis *A*   uisum] iussum *Z*   reuelemus *N*[a]   27 fit] sit *ZN*   habetis *F*[1]   28 uestris *F*   magnis *A*   prec. sper. *B*   30 actore *K*[a]   dicimus *N*   31 uidelicet] scilicet *K*, igitur indicis *EF*, *om. N*   solidatis *B*[1]   32 accepit *F*   constiterit] seruetur *E*[1]

X.

HONORATIS POSSESSORIBUS DEFENSORIBUS SYRACUSANAE CIVITATIS VEL UNIVERSIS PROVINCIALIBUS ATHALARICUS REX. *a. 526/527*

1 Dudum quidem vobis ortum nostri imperii aestimavimus nuntiandum: nunc decet
subsequi beneficium pro laetitia augenda cunctorum, ut, quibus fuit gratissimus noster
exortus, sit illis regalis animus in aliqua parte munificus. crescere nobiscum deo
praestante cuncta desideramus, quia ille vere noster est census, quem laetus possessor
2 exsolvit. Proinde subtrahimus pecuniae quod augmentetur gloriae et avari ad laudes
profuse nitimur sublevare cultores. pridem divae memoriae domnus avus noster de
suis beneficiis magna praesumens, quia longa quies et culturam agris praestitit et
populos ampliavit, intra Siciliam provinciam sub consueta prudentiae suae moderatione
censum statuit flagitari, ut vobis cresceret devotio, quibus se facultas extenderat. sed
illius praedicanda iustitia locum nostrae benignitati praeparavit, ut, quod ei offerri iuste
potuit, nos clementi animo quasi illata stipendia donaremus: et quodam praesagio mentis
3 divinae fecit etiam pium, cui parabat imperium. Atque ideo per quartam feliciter in-
dictionem quicquid a vobis supra consuetudinariam functionem augmenti nomine vel
petebatur vel constat exactum, liberalitas nostra concedit. quod etsi iuste potuistis
4 pendere, gloriam vos potius nostrae largitati iubemus inferre. Sed ut latius extendatur
nostra clementia suavemque dominum impensis beneficiis sentiatis, quicquid a discus-
soribus novi census per quintam indictionem probatur affixum, ad nostram eos fecimus
deferre notitiam, ut, quod rationabile fuerit aestimatum, libentibus animis perferatis,
5 quia nullum laedit observata iustitia. Sed ne credatis pro ordinatorum tantum arbitrio
vos gravari, si quis est qui de eorum facto aestimat conquerendum, ad remedia nostrae
pietatis occurrat, ut iudicantes corrigamus, qui etiam non rogati beneficia clementer
indulsimus. nam et gloriosae recordationis domnus avus noster de eorum commotus
fuerat tarditate, ut erat altae prudentiae perscrutator, aestimans eos tamdiu in pro-
vincia non sine vestro gravamine residere, quos repetita iussione censuerat iam redire.
6 Sed nos, quos decet implere quicquid ille sub aequitate disposuit, deo auxiliante eius
nunc in vobis inchoata perficimus. reddite modo largitati nostrae prosperrimum votum
et fidele servitium. habetis principem, qui vobis cum beneficiis probatur exortus et
quod subiectis dulcius est, augetur ingenio benivolo cum aetatis augmento. in quam
rem Quidilanem saionem nostrum credidimus dirigendum, per quem vobis iussa pro-
sperrima deo largiente pandantur.

XI.

GILDILAE VIRO SUBLIMI COMITI SYRACUSANAE CIVITATIS ATHALARICUS REX. *a. 526/527*

1 Ad Victorem et VVitigisclum spectabiles viros Siciliae provinciae censitores prae-
cepta nostra direximus, ut quicquid possessoribus tributariae functionis per eos nuper

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 10 (praeter 7 subtraximus pec. — 8 cultores *et* 30 augmentatur ingenio — augmento*) et 11*

3 quidem] si quidem F^1 debet *N* 4 consequi E^1 letia *F* 6 uere ille *A* cens. est *B* professos *K* 7 subtraximus HGI^p *(deficit I^v)* augmentur B^a, augmententur *E* et] et ad *N* 8 utimur *A* 10 suae *om. F* 13 et] ut *E* praesagium E^1 14 ind. fel. F^1 17 pendere] perdere *EF* nestre *N* 18 discursoribus F^1A 19 noui** *B* sensus *K* uestram *A* 21 nec Z^a per o. t. arbitrium *A* 22 aestimet *A* 23 beneficia *om. N* clementer] libenter E^1 25 altae] iste *N* 26 nostro *A* 27 eius *om. N* 28 in uob. nunc *NK* 29 et *om. E* 30 augmentatur HGI^p *(deficit I^v)* aetatis *om. in sp. vac.* E^1 31 credidimus] *BZEF*, credimus *NKA* nobis *E* 35 uitigisclum] *Z*, uuitigisdum *B*, mutigisclum *K*, uintigisclum *EF*, uintigisclum *A* 36 tributaria functione E^1

videtur adiectum, de quarta indictione non exigant, quia gravis est eius rei illatio,
cuius adhuc iustitia non probatur. De ordinationibus vero eorum nobis fecimus in- 2
structiones deferri, ut, si aestimatis viribus sub aequalitate sit dispositum, debeat per-
manere moderatum, sin vero aliquem contra rationem constat esse praegravatum, nostro
relevetur arbitrio, ita tamen ut, si aliquid per quartam indictionem probatur illatum,
possessoribus sine aliqua imminutione reddatur, quia sine querella suscipi debet onus
impositum, quod longis temporibus constat esse portandum. Nunc quod restat, pro- 3
vinciales vos convenit admonere, ut quibus beneficia dedimus, eorum devotionem per
omnia sentiamus et quod debetur principi, grato animo videatur exsolvi.

XII.

VICTORI ET VVITIGISCLO VV· SS· ATHALARICUS REX. *a. 526 527*

Tarditas vestra apud gloriosae memoriae domnum avum nostrum merito vos fecit 1
esse suspectos, quos etiam secundis praeceptionibus credidit ammonendos, ut relicto
tandem provincialium gravamine ad eius deberetis iustitiam festinare: et nunc quoque
suspicionis maxime fecit augmentum, ut nec ad initia nostra voluissetis occurrere, quod
libera conscientia potuisset optare. Et ideo praesenti auctoritate censemus, ut, si quid 2
super tributarium solidum per quartam indictionem a provincialibus exegistis, sine
aliqua eis inminutione reddatis, quia supra veterem censum nulla indictionis praedictae
eos volumus damna sentire. Hoc etiam addendum esse credidimus — quando amore 3
clementiae errores nolumus invenire, ne coacti potius resecemus quod salva iustitia
dissimulare non possumus — ut, si aliquem studio laesistis pravo, vestro magis emen-
detis arbitrio, quia hoc est propria delicta corrigere quod et non facere. Et ne forsitan 4
credatis longinquitatis difficultate latere quae gesta sunt, Siculis fiduciam vos dedimus
subsequendi. videte nunc, si voces possitis ferre querulas, quas etiam nostra invitavit
auctoritas. ammonuimus igitur quos pios decet: iam suo vitio videtur accusari, qui
spontanea noluit voluntate recorrigi.

XIII.

VVILIAE V· I· COMITI PATRIMONII ATHALARICUS REX. *a. 526 527*

Magnitudinis tuae suggestione comperimus de domesticorum excessibus, qui de- 1
stinatis comitibus obsequuntur, provinciales damnis plurimis ingravatos: quod credimus
emolumentorum parvitate nutritum, quia sub quadam excusatione peccare creditur, cui
necessaria non praebentur. Et ideo speciali beneficio generalia compendia largientes 2
magnitudini tuae praesenti auctoritate praecipimus, ut supra ducentos solidos et decem
annonas, quas hactenus acceperunt, a quinta feliciter indictione quinquaginta eis solidos
annuos faciatis incunctanter adiungi, qui vestris rationibus debeant imputari, ut, dum

---

BZNKE(F): H(GI) omittunt ep. 11 et 12 et 13 (praeter 29 sub quadam — 30 praebentur*)*

1 grauius *F*[1] *[?]* eius] huius *F* 3 si *om. KEF* iuribus *E*[1] sub] quidquid *Paris. 2191* equitate *E*[2] depositum *N* 4 sin] si *EF* constat] consta *B*[1] 5 reueletur *B* 8 nos *A* 12 secundis] seris *A* credimus *A* 15 posset *EF* 17 sensum *K*[a] 18 credimus *NK* quando] quoniam *A* 19 recensemus *ZN* 20 aliquo *EF* plauo *F* 21 est *om. E*[1] et] est *EF* 22 siculis *om. NK* nos] nos *EF*, uobis *K* 23 mutauit *E* 24 igitur *om. F*[1] quos] *fortasse* quod decet] d. esse *A* 25 uoluit *F* corrigi *N* 27 destinati *N* 28 comitibus] militibus *E*[1] quod] et quod *F* 29 excusatione] necesitate *H*[1]*I*[p] *(def. I*[v]*)* 30 generalia] genera *K*[1] compedia *BN* 32 annos *F* acceperant *N* 33 faciatis] f. eis *F* nostris *EFA*

3 mater criminum necessitas tollitur, peccandi ambitus auferatur. Si quis autem ius-
sionum nostrarum inprobus temerator exstiterit, ut aliquo casu in damnis provincialium
aut praeiudiciis implicetur, emolumentis careat universis, quia ille dignus est praemia
consequi, qui parere cognoscitur aequitati: ideo enim a nobis accipit, ne ab aliis
quaerat. nostrum dare nobilitas est: dona regalia quamvis parva sublimant, quia
simul et meritorum gratiam reperisse creditur, qui principali munere sublevatur.

XIIII.

GILDILAE VIRO SUBLIMI COMITI SYRACUSANAE CIVITATIS, ATHALARICUS REX.

1 Provincialium Siculorum nobis est suggestione declaratum quaedam a tua potestate
fieri, unde eorum fortunae videantur affligi. quod ideo leviter accepimus, quia ipsi
vindicari praeterita noluerunt. constat enim esse dubium, quod concedit adversarius:
et percelli non potest iure, cui mavult querelosus ignoscere. sed ut suspiciones ini-
quas futuris casibus abrogemus, observanda iugiter praesenti iussione decernimus, ut
nec isti aliquid de futuro metuant nec tu per ignorantiam quae dicuntur incurras.
2 Prima fronte pro reparatione murorum pecuniae diversis provincialibus dicuntur ex-
tortae, cum tamen nulla exinde surrexerit promissa constructio. hoc si constat
ammissum, aut muri exinde pro eorum munimine construantur aut unusquisque recipiat
quod ei probatur incompetenter ereptum. nimis enim absurdum est spondere muni-
3 tiones et dare civibus execrabiles vastitates. Quorundam etiam substantias mortuorum
sine aliqua discretione iustitiae fisci nomine caduci te perhibent titulo vindicare, cum
tibi hoc tantum de peregrinis videatur esse commissum, quibus nullus heres aut testa-
mentarius aut legitimus invenitur. nefas est enim, ut, quod a nobis praecipitur, a te
4 nostro nomine per iniuriam vindicetur. Praeterea conventionibus se gravari omnimodis
ingemiscunt, ut ad iudicium deducendi paene tanta videantur amittere, quanta vix
probantur addicti dispendia sustinere. vocatio enim iudicis spes iustitiae debet esse,
non multa. nam ipse iuste suspectus redditur, ante cuius audientiam gravamina
sentiuntur. unde censemus, ut, si nostra conveniunt decreta pulsatos, tantum commodi
percipiat exsecutor, quantum gloriosus domnus avus noster pro honoribus personarum
debere saiones accipere expressa quantitate constituit. commodum enim debet esse
cum modo: nam si mensuram aequalitatis excesserit, vim sui nominis non habebit.
5 Si vero tua iussione conventio destinatur dumtaxat in illis causis atque personis, ubi
te misceri edicta voluerunt, mediam portionem exsecutor accipiat, quam de praeceptis
regiis sumere potuisset, quia non potest convenire iustitiae, ut tantum a te directo
6 tribuatur, quantum pro reverentia nostrae iussionis offertur. Si quis autem saluberrimi
constituti temerator extiterit, in quadruplum iubemus ablata restitui, ut, quod delecta-
tione cupiditatis ammittitur, asperitate dispendii vindicetur. Edicta vero gloriosi domni

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 13 (praeter 1 cui mater . . . aufertur*) et 14 (praeter* 29 commodum debet — 30 habebit*)*

1 pecc.] cum pecc. *G*[a] aufertur *HGI*[p] *(def. I*[v]*)* 4 enim] non *K*[1], *om. K*[2] 5 nouilitas *Z*[a] 9 pot. tua *N* 10 leniter *K* ipsi *om. F* 11 esse *om. A* 15 pro reparatione] preparatione *EF*[1] exorte *E* 16 ex. null. *EF* 17 amissum *B*[1], admissum *B*[2] 18 enim] etenim *E* 19 substantiās *B* 20 tit. perh. *EF* 22 aut leg.] leg. *K* percipitur *E* 23 nostro *bis Z* iniuriam] iuriam *B*[a], inuidiam *EF* 24 ingemescunt *BK* iucium *B*[1] 25 additi *E*[1]*F*, aditi *E*[2] 26 iuste] iustus debet esse *E*, qui iustus esse debet *F* cuius] cuiusc *(sic) Z*[a], cuiusque *Par. 2186* 29 saionis *B*[a], saxones (*superscr.* id est dominos, *deinde hoc deleto* officiales) *E*[1] 30 mod∗∗ *B*[1] 31 ubi] in quibus *F* 32 noluerunt *E*[2] 33 posset *F* 34 tribuantur *B*[a] 36 amittitur *B*[1]*ZNA*, admittitur *B*[2]

avi nostri vel universa praecepta, quae ad Siciliam pro commonendis universorum
moribus destinavit, sub tanta volumus oboedientia custodiri, ut sacrilegii reus habeatur,
quisquis beluinis motibus excitatus munimen temptaverit irrumpere iussionum. Duorum 7
negotia Romanorum etiam his invitis ad tuum diceris vocare iudicium: quae si cognoscis
facta, ulterius non praesumas, ne dum vis iudicium incompetenter quaerere, reatum
potius videaris invenire. memor enim prius debes esse edicti, qui inter alios mavis
a te sequenda constitui: alioquin tota tibi decernendi auctoritas tollitur, si a te illa
regula minime custoditur. Ordinariis iudicibus amministrationum suarum potestas 8
inlibata servetur. cognitores suos legitima turba comitetur. observationum illarum
non mordearis invidia. Gothorum laus est civilitas custodita. tota ad vos fama con-
fluit, si vobis rarus litigator observet. vos armis iura defendite, Romanos sinite legum
pace litigare. Navigiis vecta commercia te suggerunt occupare et ambitu cupiditatis 9
exosae solum angusta pretia definire: quod non creditur a suspicione longinquum,
etiamsi non sit actione vitiosum. quapropter si rumorem huiusmodi, ut convenit, vitare
festinas, episcopus civitatis et populus conscientiae tuae testes assistant. omnibus
placeat, quod ad cunctorum necesse est pertinere fortunas. pretia communi debent
deliberatione constitui, quia non est delectatio commercii, quae iubetur invitis. Quo- 10
circa sublimitatem tuam iussis praesentibus credidimus ammonendam, quia excedere
nolumus quos amamus nec aliquid de talibus sinistrum patimur dici, per quos aliorum
mores putamus posse recorrigi.

XV.

IOHANNI PAPAE ATHALARICUS REX.

a. 533 fin.

Si antiquis principibus studium fuit leges exquirere, ut subiecti populi delectabili 1
tranquillitate fruerentur, multo praestantius est talia decernere, quae possunt sacris
regulis convenire. absint enim a nostro saeculo damnosa compendia. illud tantum
vere possumus lucrum dicere, quod constat divina iudicia non punire. Nuper siquidem 2
ad nos defensor ecclesiae Romanae flebili allegatione pervenit, cum apostolicae sedi
peteretur antistes, quosdam nefaria machinatione necessitatem temporis aucupatos ita
facultates pauperum extortis promissionibus ingravasse, ut, quod dictu nefas est, etiam
sacra vasa emptioni publicae viderentur exposita. hoc quantum fuit crudele committi,
tanto gloriosum est adhibita pietate resecari. Atque ideo sanctitas vestra statuisse 3
nos praesenti definitione cognoscat, quod etiam ad universos patriarchas atque metro-
politanas ecclesias volumus pertinere, ut a tempore sanctissimi papae Bonifatii, cum
de talibus prohibendis suffragiis patres conscripti senatus consulta nobilitatis suae
memores condiderunt, quicumque in episcopatu optinendo sive per se sive per aliam
quamcunque personam aliquid promisisse declaratur, ut exsecrabilis contractus cunctis

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 14 et 15

1 commouendis A 3 moribus E^1A, *fortasse recte* irr. tempt. *B* 4 hiis *NEF*, in hiis *K* cognoscitis *N* 5 ius *A* indicum *A* 6 prius] pocius E^1 esse deb. *B* maius *ZA* 7 alioqui *A* decernendi *om. ZN* 9 illata F^1 10 ciuitas E^1F nos E^1 ad] a F^1 11 rarus *om. A* romano *E* sinete E^1 12 occupare e. a. c. e. s. a. pretia *om.* K^1 13 angusta] *BZN*, antiqua K^2EFA a susp.] auspitione E^1 14 uitiosum] *scripsi,* uicinum *libri* huiusmodi] huius *A* ut conuenit *om.* E^1A 16 pertinere] uitare *A* deb. comm. *A* 18 credidimus] *B*, credimus *ZNKEFA* 19 amanus *B* 20 posse recorrigi] *scripsi,* esse recorrigi *BZ*, recorrigi NK^1E^1, debere recorrigi K^2, esse recorrigendos *A*, esse corrigendos E^2F 25 lucr. possumus (possimus *F*) uere *EF* iusticia K^a 26 sedis E^2F 27 necessitatem *om. in sp. vac.* N^a 28 exortis *E*, excertis *F* 29 uenderentur *ZN* 30 adhibita *om.* N^a 32 bonfatii B^1, bonefatii B^2ZNK, bonifacii *EF* cum] cura N^2 33 prob. tal. *B* 35 ut *om. K* exsequabilis *B*, inexecrabilis *F* cunctis *om. N*

4 viribus effetetur. Si quis autem in hoc scelere deprehenditur fuisse versatus, nullam
relinquimus vocem, verum etiam si aut repetendum aut quod acceptum est non
reddendum esse crediderit, sacrilegii reus protinus habeatur, accepta restituens compulsione iudicis competentis. iustissimae siquidem leges ut bonis aperiunt, ita claudunt
5 malis moribus actionem. Praeterea quidquid in illo senatus decretum est consulto,
praecipimus in eos modis omnibus custodiri, qui se quoquo modo vel interpositas
6 quascumque personas scelestis contractibus miscuerunt. Et quia omnia decet sub
ratione moderari nec possunt dici iusta quae nimia sunt, cum de apostolici consecratione pontificis intentio fortasse provenerit et ad palatium nostrum perducta fuerit altercatio populorum, suggerentes nobis intra tria milia solidorum cum collectione chartarum censemus accipere. a quibus tamen omnes idoneos rei ipsius consideratione removemus, quia de ecclesiastico munere pauperibus est potius consulendum.
7 Alios vero patriarchas, quando in comitatu nostro de eorum ordinatione tractatur, in
supra dictis condicionibus atque personis intra duo milia solidorum iubemus expendere. in civitatibus autem suis tenuissimae plebi non amplius quam quingentos solidos se distributuros esse cognoscant. reliquos accipientes et edicti praesentis et senatus consulti nuper habiti poena constringat: sed et dantes canonum severitas persequatur.
8 Vos autem, qui patriarcharum honore reliquis praesidetis ecclesiis, quoniam constitutio
nostra ab illicita promissione liberavit, restat ut bona imitantes exempla sine aliquo ecclesiarum dispendio dignos maiestate pontifices offeratis. iniquum est enim, ut locum
9 apud vos habeat ambitus, quem nos laicis divina consideratione perclusimus. Quapropter si quis apostolicae praesul ecclesiae vel patriarcharum episcopum sive per se sive per parentes vel servientium quascumque personas aliqua suffragii crediderit ambitione promovendum, et ipsum reddere accepta definimus et quod est canonibus statutum, eum modis omnibus esse passurum. si quis vero quae dederit aut promiserit eodem superstite timuerit publicare, ab heredibus vel proheredibus eius ecclesia repetat, cuius suffragio antistes deprehenditur ordinatus, nota infamiae nihilominus superstites inurente. reliquos quoque ordines sub eadem fieri districtione prae-
10 cipimus. Quod si forsitan dolosae machinationis invento sacramentis persona intercedentibus fuerit obligata, ut salvo statu animae commissam iniquitatem neque approbare possit neque audeat accusare, damus licentiam quibuslibet honestis personis in singulis quibusque civitatibus apud iudices competentes hoc crimen deferre, et quicquid ex ea potuerit probatione recolligi, ut ad probationem insequentes animemus, tertiam partem indicatae rei ille percipiat, qui tale facinus voluerit approbare: reliqua ipsis ecclesiis proficiat quod videntur extorta, aut in fabricis earum aut in ministeriis nihilominus profutura. decet enim ad usus bonos convertere quae voluit perversitas iniqua frau-
11 dare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. quo tendunt, qui a fonte praeclusi

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 15 (praeter 4 iustissimae leges — 5 actionem *et* 7 merita decet — nimia sunt*)*

1 effectetur E^1, efferetur *A* 2 repetendum] expetendum *malim* 4 si *om. F* 5 cons. decr. est *B* 6 se quoquo] *****quo B^a uel] per *A* 7 contr. miscuerunt *om. N* omnia] merita H^1G, minima H^2 8 ratione mod.] certa r. mod. *HG*, certa mod. rat. I^p (*def.* I^v) apostolica E^1 9 peruenerit *A* producta *KEFA* 11 omnes] apellatione *E*, minus *Cuiacius e coni.*, omnes minus *Garetus* 12 ęcclesiasti*** B^1 15 tenuisse *K* 16 cognoscat *K* et *om. K* 18 eccl. praes. *F* quoniam] quem *A* 19 ex. imit. *F* 21 praeclusimus NF^1 *et pro v. l. Paris. 2186 probabiliter* 22 episc.] uel episc. *F* 23 uel] nos *KEFA*, suos aut *Cuiacius e coni.*, aut *Garetus* 25 institutum E^1 28 inurente] *A*, inurenti *libri* 29 forsan *E* 30 approbare audeat neque audeat] ad *B* 32 quibuscumque *F* 33 ad probationem] approbationem *K*, approbatione *A* 34 indicare *K*, iudicatae *EA* *probabiliter* ille] illius *A* facinus *B* approbare] publicare E^2F^1 *et sic coni. Cuiacius*, applicare *A cum Montespess. et Scal.* 35 proficiat] *scripsi*, proficiant *libri* quod] quae K^2EFA extortata B^1, exorta E^1 misteriis *F* 36 usos B^1 iniqua] inimica *KEFA* 37 qui] quia *K* perclusi *E*

sunt? recolatur et timeatur Simonis iusta damnatio, qui emendum credidit totius largitatis auctorem. orate ergo pro nobis edicta nostra custodientes, quae divinis noscitis convenire mysteriis. sed quo facilius principis votum universorum mentibus innotescat, hoc senatui, hoc populis per praefectum urbis praecipimus intimari, ut generalitas agnoscat nos illos persequi, qui maiestati potius videntur adversi. vos quoque hoc universis, quos deo propitio regitis, episcopis intimate, ne quis sit alienus a culpa qui potuit agnoscere constituta.

XVI.

SALVENTIO V·I· PRAEFECTO URBIS ATHALARICUS REX.

a. 533 fin.

Grata res est cunctis profutura vulgare, ut generale fiat gaudium, quod potuit esse votivum. alioquin laesionis causa noscitur, si beneficia potius occulantur. dudum siquidem senatus amplissimus ab splendore suo cupiens maculam foedissimae suspicionis abradere provida deliberatione constituit, ut in beatissimi papae consecratione nullus se abominabili cupiditate pollueret. poena etiam constituta, qui talia praesumere temptavisset: non iniuria, quia tunc electi vere meritum quaeritur, cum pecunia non amatur. 1
Quod nos laudantes et augentes inventum ad beatissimum papam direximus constituta, quae his antelata praefulgent, ut ab honestate sanctae ecclesiae profanus ambitus auferatur. hoc vos ad notitiam senatus et Romani populi volumus sine aliqua dilatione perducere, quatenus cunctorum figatur cordi, quod cupimus omnium studio custodiri. 2
Verum ut principale beneficium et praesentibus haereat saeculis et futuris, tam definita nostra quam senatus consulta tabulis marmoreis praecipimus decenter incidi et ante atrium beati Petri apostoli in testimonium publicum collocari: dignus enim locus est, qui et gloriosam mercedem nostram et senatus amplissimi laudabilia decreta contineat. in quam rem illum direximus, quo redeunte noscamus impleta quae iussimus. incertum enim videtur habere quod praecipit, cui rerum effectus tardius innotescit. 3

XVII.

SALVENTIO V·I· PRAEFECTO URBIS ATHALARICUS REX.

a. 533/534

Si principes antiqui moenia Romana in populorum exquisivere laetitiam, ne cives illi merito singulares aliquid commune cum ceteris possiderent, nefas est inter tot rerum iucunda eos longam sustinere tristitiam, quia exultatio civitatis illius generale votum est, dum necesse est laetari reliqua, si mundi caput gaudere proveniat. 1
Apostolici siquidem papae Iohannis et procerum nostrorum relatione cognovimus illum atque illum Romanos pro sola suspicione seditionis tam longae custodiae poena maceratos, 2

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 15 (*praeter* 1 timeatur — 2 auctorem) *et ex ep.* 16 *v.* 21 et ante — 25 innotescit

1 largitionis *HG* 2 ergo] igitur *A* quae] B^b, que B^a, quia *reliqui* 3 mysteriis] pro misteriis B^a 4 haec *E* 5 prosequi *A* maiestati] m. diuinae *A* uiderentur *A* hoc *om. K* 6 ne quis] B^b, ne qui B^a, neque *reliqui* 7 instituta *N* 10 cun(c)ta K^1FA fiat] stat *E* 11 uotiuum] nociuum *HG* alioqui *A* noscitur] creditur F^a, nascitur *Cui. e coni.* occulantur] occultantur H^tG^tI, celentur E^2 12 ab] B^aZ, a $B^bNKEFHGI$ suspicionis] opinionis E^2H^tGI 13 nullis *H* 16 et augentes *om.* H^1GI instituta *HGI* 17 hiis *NKEFI* ab onestate B^a, a honestate B^b ecclesiae] romanae e. *ZN* 18 non *NIA* 19 producere *H* figeretur H^1I^v, fingeretur I^p 21 tabulis] bilis H^1 23 mercedem *vix sanum* 25 uiderunt E^1 cui] ubi *K* 28 antiqui] romani N^a ne] nec B^a 30 longam sustinuisse *K*, sustinuisse longam *HGI* generalitatis *A* 32 comperimus *F* atque] et *A*

ut cuncta civitas maerorem de illorum continua calamitate contraxerit, ut eis nec
dierum festivitas, nec ulla, quae apud nos est gratissima, nominis sui dignitas subveniret.
quod nobis pro sui facti acerbitate displicuit, ut qui in iudicio convicti minime feruntur,
3 debita malis tormenta cruciatusque pertulerint. Et ideo magnitudinem tuam iussis
praesentibus ammonemus, ut quocumque loci reperire potueris, eos absolvere non
morerís. quos etiamsi aliquo reatu involutos esse claruit, intercessionibus supra dictis
eos iam a metu liberos esse censemus. si vero innocentes se tormenta sustinuisse
confidunt, damus querellis eorum liberam vocem, ut iustis legibus vindicent quod iniquis
ausibus pertulerunt, quia nolumus innocentes a iudicibus deprimi, quos ad eorum
4 praesidia constat elevari. Revocent nunc ad laetitiam pristinam animos Romani nec
nobis credant placere posse nisi qui eos eligunt modesta aequalitate tractare. intellegant
parentes nostros pro sua quiete laboriosa subire pericula, nos autem multis expensis
5 agere, ut illi debeant garrula exultatione gaudere. Nam et si quid inique vel acerbe
hactenus pertulerunt, non credant a nostra mansuetudine neglegendum, qui nec nobis
otia damus, ut illi secura pace ac tranquilla laetitia perfruantur: cito sentiunt quia
nos amare non possumus, quos illi pro suis excessibus horruerunt. nam quorum
gratiam impetrare possunt, qui suis civibus displicere meruerunt et, dum tempus
habuissent amoris publici, egerunt unde iuste debeant execrari?

XVIII.

EDICTUM. ATHALARICUS REX.

a. 533/534

Provide decrevit antiquitas universitatem edictis generalibus admoneri, per quae
et delictum omne corrigitur et excedentis verecundia non gravatur. cuncti enim sibi
aestimant dici, ubi nullum constat exponi et similis fit innocentis, quem contigerit sub
communione purgari. hinc et nostra vere pietas custoditur, dum feriato gladio nascitur
metus et provenit sine cruore correctio. commovemur enim placati, minamur otiosi
et clementer irascimur, quando vitia sola damnamus. diu est, quod diversorum querellae nostris auribus crebris susurrationibus insonarunt quosdam civilitate despecta
affectare vivere beluina saevitia, dum regressi ad agreste principium ius humanum sibi
aestimant feraliter odiosum. quos nunc apte iudicavimus comprimendos ut eo tempore
inimica bonis moribus crimina persequamur, quo hostibus reipublicae divina virtute
resistimus. utrumque quidem noxium, utrumque pellendum: sed tanto gravius grassantur
vitia quanto probantur interna. unum recumbit in altero. facilius quippe inimicorum
1 acies cadunt, si nostrorum delicta subducimus. Primam humano generi noxiam per-

D(incipit 15 *'o sentiunt)BZXKE(F)H(GI):* 15 cito sentiunt — 19 execrari *om. GI,* 15 quia — execrari *om. H: item* 31 unum — 32 subducimus *om. HGI*

1 maerorem de] de maer. *F* 2 quae *om.* K^{a} sui] tui *EF* 3 coniuncti min. *H,* min. coni. F^{1} que *om. XHI* 4 pertulerunt *K* 5 non] ne *K* 6 quos] quia *A* aliquo *om. XKHGI* inuolutus *H* claruit *(B,* claruerit *ZKEFGIA,* claruerat *X)* int. s. d. eos i. a. m. l. esse *om. H* 8 confundunt H^{1} 9 innocens *K* 10 elauari *K* reuocent n. ad l. pr. animos] reuocentur n. ad l. pr. *A* 11 diligunt *KHGI* modestia *H* aequalitate] qualitate *K* intelligunt *E,* intelligatur HG^{t} 12 subisse *LA* autem] uero *G,* dum *H* expensis] exemplis *EF* 13 garrula] gerula $E^{1}F$, gemina E^{2} quid] quidem *H* uel *om. H* 14 pertulerint *HGI* mans. nostr. *XK* 15 sentiant *A probabiliter* 16 uos *K* possimus *X* 18 execrari] $K^{2}EFA$, execari *B,* exsecari *DZX,* excecari *Paris.* 2186 *m.* 2 20 prouida X^{a}, proinde *H* admoueri B^{1} 21 excedentis] decentis *A* 22 nullum] nulli E^{1}, uerum E^{2} innocentis] *BHG,* |ntis *D,* innocenti *ZXKEFLA* contitigerit B^{a}, contingit *F* 23 purgari] priuari *K* nostra uere] uere n. *HGI* glodio *X* 24 peruenit *H* commonemus *EF* placiti E^{1} 27 principum *H* sibi (sibe D^{1}) aest.] aest. sibi *XK,* aest. *HGI* 28 iudicamus *H* ut eo] iu eo B^{1} 30 grauius] magis *HGI* crassantur *F* 32 nostrorum delicta] *scripsi,* nostro eum delicta DBE^{1}, nostro eum delicto $ZK^{1}E^{2}$, nostro cum delicto *X,* nostro (nostrorum F^{1}) aeuo delicta $K^{2}F$ primam] primam *Z,* primo *XKHGI,* primum *FA probabiliter* nox. persuasionem $X^{1}I$, per noxiam iussionem G^{a}, noxiam usionem *H*

vasionem, sub qua nec dici potest civilitas nec haberi, severitate legum et nostra indignatione damnamus statuentes, ut sanctio divi Valentiniani[1]) adversum eos diu pessime neglecta consurgat, qui praedia urbana vel rustica despecto iuris ordine per se suosque praesumpserint expulso possessore violenter intrare. nec aliquid de eius districtione detestabili volumus temperatione mitigari, insuper addentes ut, si quis ingenuorum ad satisfaciendum legi superius definitae idoneus non habetur, deportationis protinus subiaceat ultioni, quia plus debuit cogitare iura publica, qui se noverat alibi non posse sustinere vindictam. iudices igitur competentes, ad quos potest admissum facinus pertinere, si invasorem, cum possint amovere, pertulerint tenere praesumpta, et adepti cinguli honore priventur et fisco nostro tantum fiant obnoxii, quantum praesumptor potuisset addici, in auctoribus tamen facinoris manentibus constitutis. quod si quis in tantam raptatus amentiam tyrannico spiritu iuri publico parere neglexerit viribusque praepotens destinati officii spreverit paucitatem, relatione iudicis nostris auribus notabilis ingeratur, ut indulta executione saionum ultionem sentiat vigoris
regii, qui oboedire noluit cognitori. Et quia summis principibus iuris communione 2
vivendum est, si quis legum ordine praetermisso nomine publico titulos praesumpserit vel praesumpsit affigere, in tantum possidenti fiat obnoxius, quantum sanctio superius memorata testatur. merito enim et sacrilegii poena percellitur, qui iniquo pervasionis pondere ausus est maiestatem regii nominis ingravare. litis quoque expensas iudicio superatus exsolvat, quia hinc dantur fomenta detestabilis iurgii, cum improbi vincuntur illaesi, nec dolet calumniantibus pudoris damnum, si evaserint dispendia facultatum.
Si quis autem de nostris scriniis aliquid crediderit promerendum, adversario suo, 3
quantum ad causam eius pertinet, de consecuta serie iussionum nihil aestimet supprimendum: ni fecerit, careat impetratis, vel si aliquid ex eo agere temptaverit, nihilominus habeatur infirmum, quia illos solos volumus uti beneficiis nostris, quos non
cognoscimus studere versutiis. Qui suasione plectenda matrimonia dividere nititur 4
aliena, ipsius coniugium habeatur illicitum: ut magis contigisse sentiat sibi, quod in altero malignus exercere temptavit. sive pro coniunctionibus caritate privatur, futurum illi matrimonium iure denegamus, quia non meretur iugalis reverentiae praemia con-

D(11 facinoris .... 14 auribus nota *fere evanuerunt;* 29 *in* iure denega *desinit*)*BZNKE*(*F*)*H*(*GI*): *hi tres om.* 5 insuper — 11 constitutis (*pro his* et — qui *I* — paulo post addidit) *et* 15 et quia — exoluat quia *et* 22 si quis autem *et reliqua*

2 ualentiani *KEI*[w] 3 qui] quae *H* ord. iur. *HGI* 4 presumserit *D*[1] 5 destestabili *B*[a] 6 legi] *KEF*[2]*A*, legis *DBZN* 6 deportationis] *KFA*, depor|tionis (*in transitu a pag. ad paginam*) *D et sic BZNE* 7 protinus] potius *E* 9 cum] eum *N* admouere *E*, admonere *F* 10 nostro] uero *K* 12 raptus *NKHI* iuri] uiro *I*[p]*A* 13 uiribusque] *DBKEFG*, uiribus *ZNHI* praepotens] praeposteris *A* paucitatem *om. HGI* 14 saionum ultionem] sayonum ultorem *I*, satonum ulgorem (*sic*) *H*, sanctionum rigorem *G* 15 cognicioni *N*[v] 17 vel praesumpsit *om. NKE*[2]*A* affligere *E* 18 persuasionis *A* 20 quia] quod *A* hinc] huic *F*[1], hic *H*, sic *I* detesta*ilis (*vid. fuisse* detestauilis) *Z* 22 promerendum] *DBZNKE*[2]*F*[2], promouendum *E*[1]*F*[1]*A* 23 consecuta] consueta *KA* 24 ni] quod ni *B*[2] 25 quia] quia quia *B*[1] 26 uersutis *D*[a] 27 habetur *E*[1] sibi cont. sent. *F* 28 temptauerit *N*[a] siue (si uero *ZNKEFA*) pro coniunctionibus] *deficit D: malim* si uero coniunctionis futurum] furtim *K* 29 matr. illi *EFA* iugalis] coniugalis *B*[2]

1) *Cod. Theod. 4, 22, 3 = cod. Iust. 8, 4, 7 a. 389:* Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Messianum comitem rerum privatarum. Plerosque detectum est rem privatam nostram ... invasisse ..... cadat .. lite quisquis opperiri noluerit litis eventum et quod recipere lege potuisset, contemptor examinis violentus amittat. illi vero, quos in tantum furorem provexit audacia, ut quod iurgaturi apud examinis fidem sperare non possent, ante eventum iudicialis arbitrii illicita praesumptione temerarent, aestimationem rei, de qua litigari convenerat, cogantur exolvere. quod quidem etiam in privatis observandum negotiis generali lege sancimus.

sequi, qui in genialis tori ausus est divisione grassari. sed ne aliquos huius sceleris
reos ultio nostra derelinquat, illos, quos spes non habet praesentis coniugii vel futuri,
si quid in alienos thalamos dolosa machinatione praesumpserint, facultatum suarum
priventur media portione fisci protinus viribus applicanda. si vero prohibente pauperie
in aliquorum substantia nequiverit vindicari, poena religentur exilii, ne, quod dictu
nefas est, ideo videantur comminationem iuris publici evadere, quia vilissimae noscuntur
subiacere fortunae. sed haec de sollicitatoribus affectus alieni pietas nostra decrevit.
5 Ceterum in adulteris totum districtissime volumus custodiri, quicquid divali potuit
6 commonitione decerni. Uno tempore duabus nemo copuletur uxoribus, quia se
noverit rerum suarum amissione plectendum. nam aut libido est, et recte perfrui
7 non sinitur: aut cupiditas, et iure nuditate damnatur. Si quis autem superflua turpique cupidine coniugali honestate despecta ad concubinae elegerit venire complexus:
si ingenua fuerit, iugo servitutis cum filiis suis modis omnibus addicatur uxori, ut illi
se per honesta iudicia sentiat subdi, cui per illicitam libidinem credidit posse praeponi.
quod si ad tale flagitium ancilla pervenerit, excepta poena sanguinis matronali sub-
8 iaceat ultioni, ut illam patiatur iudicem, quam formidare debuisset absentem. Donationes nullius terror extorqueat: nullus adquirere per fraudem vel execrabilem lasciviam
concupiscat: sola enim honesta merito cupit lucra. de legibus in allegationem iustissimae largitatis illam districtionem volumus custodiri, quam pro veritate sollicita legalis
sanxit antiquitas. sic enim, ut ipsa testatur, et fraudi non patebit occasio et veritati
maior crescit auctoritas. alioquin nulli praecipimus videri firmum, quod ipse conditor,
9 non implendo quae leges vel iura praecipiunt, fecit incertum. Maleficos quoque vel
eos, qui ab eorum nefariis artibus aliquid crediderint expetendum, legum severitas
insequatur, quia impium est nos illis esse remissos, quos caelestis pietas non patitur
impunitos. qualis enim fatuitas est creatorem vitae relinquere et sequi potius mortis
auctorem? turpis actus ex toto sit a iudicibus alienus. nemo faciat quod iura condemnant, quia decretali poena plectendi sunt, qui se prohibitis excessibus miscuerunt.
quid enim in aliis damnent, si ipsi se inhonesta contagione commaculent? sit etiam
10 sub divitibus tuta mediocritas. A caedis temperetur insania. nam praesumptio
manuum actus probatur esse bellorum, maxime in eis, quos tuitionis nostrae munit
auctoritas. si quis autem contra facere improba praesumptione temptaverit, violator
11 nostrae iussionis habeatur. Appellari a suspecto iudicibus ordinariis in una causa
secundo non patimur, ne, quod ad remedium repertum est innocentis, asylum quodam
modo videatur existere criminosis. si quis vero vetita iterare temptaverit, negotio
12 privatus abscedat. Sed ne pauca tangentes reliqua credamur noluisse servari, omnia
edicta tam nostra quam domni avi nostri, quae sunt venerabili deliberatione formata,

BZNKE(F)

1 crassari *K* aliquis *K* sceleris] seculi *K* 2 derelinquit *K* illos] illi EF^2 habent praesenti *K* 3 quid] quia *K* 4 med. port. priu. *A* fisci protinus] statim fisci *A* uiribus] *sic aut* iuribus *B*, iuribus *reliqui* 5 nequierit *A* iudicari *K* relegentur E^2A 6 ideo] omnino *E* publ. iur. *BF* 7 haec] hoc *E* sollicitaribus B^1 8 adulteriis E^1 districte *E* 9 commonitione] B^2A, communitione B^1, commotione $ZNKF^1$*[?]*, comminatione EF^2 copulent exoribus B^1 10 frui *E* 11 iure] uere *K* turpique *om.* *F* 12 ad] aut *K* 13 abdicatur *K* ille EF^1 14 se *om.* *NK* per illicitam] pollicitam *A* proponi *K* 16 formidalem *K* debuit *N* 17 nullus] *KEFA*, nullos *BZN* 18 honesta m. cupit lucra *(*lucrat K^1*)*] honestas m. capit lucrum *A* iustissimae l. i. districtionem *om.* *A* 19 solicite *A* 20 ipsa] ipse *K* 21 alioqui *A* ipsa conditio *K* 22 fecit] que sit *K* quoque *bis* *N* 23 actibus *A* aliquid] tale quid *K* 24 insecuntur *K* impium] pium *B* nos *(*uos *A)* illis] ill. n. *EF* 25 consequi *F* 26 quod] que *K* 27 decretali] decere tali E^1 excelsibus B^a 28 damnant *EF* se *om.* ZNF^1 in honestate contegione *K* commaculentur B^a, commaculant *EF* etiam] et *K* 32 suspecto] *BZN*, subiecto *KEFA* 33 asylum] auxilium *KEF* 34 existere] exercere *K*, esse *A* uero] autem *EF* 35 uoluisse *E* seruare B^1 36 formata] *B*, firmata *ZNKEFA*

et usualia iura publica sub omni censemus districtionis robore custodiri. quae tanto munimine se tegunt, ut nostra quoque iurisiurandi interpositione cingantur. quid per multa discurrimus? legum usualis regula et praeceptorum nostrorum probitas ubique servetur.

XVIIII.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

c. a. 533

Laudabilium iussionum causas plerumque praebet vituperabilis excessus alienus 1
et miro modo momenta iustitiae de iniquitatis occasione nascuntur. silet enim aequi-
tas, si culpa non vociferetur admissa et feriatum quiescit principis ingenium, quod non
fuerit aliqua querella provocatum. Conquerentium siquidem vocibus adacti et frequen- 2
tium populorum de rebus quibusdam interpellatione commoniti necessaria quaedam
Romanae quieti edictali programmate duodecim capitibus, sicut ius civile legitur in-
stitutum, in aevum servanda conscripsimus, quae custodita residuum ius non debilitare,
sed potius corroborare videantur. Haec in coetus vestri splendore recitentur et per 3
triginta dies praefectus urbis locis celeberrimis faciat sollemni more proponi, ut nostra
civilitate recognita spes truculentis moribus auferatur. nam qua confidentia protervus
assumat quod principis agnoverit damnasse clementiam? redeat amor omnibus disci-
plinae, per quam et parva coalescunt et potiora servantur. Ideo enim exercitus 4
nostros iuvante deo crebris expeditionibus commovemus, ut universitatem compositam
vivere legibus sentiamus. reddatur haec animo nostro vicissitudo praemiorum, ut,
quem rei publicae utilitatibus cognoscitis occupatum, rarissima querellarum aditione
pulsetur. teneant iudices legitimas districtiones: votum foedissimae venalitatis abiciant.
metus cuncta componit, si reus crimen in iudicante non invenit.

XX.

AD UNIVERSOS IUDICES PROVINCIARUM ATHALARICUS REX.

c. a. 533

Cum vos provinciis nostris iuvante deo annua reparatione praestemus nec desint 1
iudicia per universos fines Italiae distributa, intellegimus de inopia iustitiae copiam
venire causarum. culpa siquidem vestrae probatur esse neglegentiae, quotiens a nobis
coguntur homines legum beneficia postulare. nam quis eligeret tam longe petere, quod
in suis videret sedibus advenisse? Sed ut vobis versutas excusationes et duras necessi- 2
tates provincialibus tolleremus, de aliquibus casibus hactenus pessimo torpore neglectis
edictalis programmatis definitione censuimus, ut et vobis cresceret confidentia recte
iudicandi et paulatim audacia maligna possit imminui. quod more sollemni per con-
ventus publicos triginta dierum facite proponi editione, ut iure condemnatus habeatur
qui post haec remedia manere praesumpserit desperatus.

BZNKE(F)H(GI): hi tres habent ep. 19 et *ex* 20 *r.* 26 intellegimus — 27 causarum

2 interpositione] antepositione E^1 qui *B* 3 multam E^1 nostrorum] tuorum B^1, *om.* B^2 7 nascantur B^a solet H^1 8 admissa *om. F* 9 consequentium *H* aditi *EF* 11 edictiali *B*, dictali *HG* 14 urbi *Z* praeponi *N* uestra *HI* 15 turculentis *K* conscientia *HGI* 16 cognouerit *F*, agnouit *HGI* clementiam] sententiam N^a omn. am. *HI* 17 portiora N^a conseruantur *NI* 18 cr. exped. (expectationibus *H*, exhortationibus *I*] exp. cr. *NK* commonemus *NKHGIA* uniuersalitatem *HGI* 19 hoc *H* ut quem] usque *K* 20 noscitis *F* editione *A* 25 nos *EF* praestamus *A* 27 esse *om. F* 29 uidetur *EA* 30 casibus] causis *F* tempore K^1 32 audatiam B^a per] pro *Z* 33 proponi editione] *scripsi*, propositione $BZNK^2EA$, propositionem K^1, propositione uulgari *F*, proponi *A*

XXI.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

c. a. 533

1 Filiorum causas iure ad patrum cognoscimur remisisse personas, ut ipsi de illorum
provectu debeant cogitare, quorum interest studia Romana proficere. neque enim
credendum est vos inde posse minus esse sollicitos, unde et generi vestro crescit
ornatus et coetui provenit assidua lectione consilium. nuper siquidem, ut est de vobis
cura nostra sollicita, quorundam susurratione cognovimus doctores eloquentiae Romanae
laboris sui constituta praemia non habere et aliquorum nundinatione fieri, ut scholarum
2 magistris deputata summa videatur imminui. Quapropter, cum manifestum sit praemium
artes nutrire, nefas iudicavimus doctoribus adulescentium aliquid subtrahi, qui sunt
3 potius ad gloriosa studia per commodorum augmenta provocandi. Prima enim gram-
maticorum schola est fundamentum pulcherrimum litterarum, mater gloriosa facundiae,
quae cogitare novit ad laudem, loqui sine vitio. haec in cursu orationis sic errorem
cognoscit absonum, quemadmodum boni mores crimen detestantur externum. nam
sicut musicus consonantibus choris efficit dulcissimum melos, ita dispositis congruenter
4 accentibus metrum novit decantare grammaticus. Grammatica magistra verborum,
ornatrix humani generis, quae per exercitationem pulcherrimae lectionis antiquorum
nos cognoscitur iuvare consiliis. hac non utuntur barbari reges: apud legales dominos
manere cognoscitur singularis. arma enim et reliqua gentes habent: sola reperitur
eloquentia, quae Romanorum dominis obsecundat. hinc oratorum pugna civilis iuris
classicum canit: hinc cunctos proceres nobilissima disertitudo commendat et ut reliqua
5 taceamus, hoc quod loquimur inde est. Qua de re, patres conscripti, hanc vobis
curam, hanc auctoritatem propitia divinitate largimur, ut successor scholae liberalium
litterarum tam grammaticus quam orator nec non et iuris expositor commoda sui
decessoris ab eis quorum interest sine aliqua imminutione percipiat et semel primi
ordinis vestri ac reliqui senatus amplissimi auctoritate firmatus, donec suscepti operis
idoneus reperitur, neque de transferendis neque de imminuendis annonis a quolibet
patiatur improbam quaestionem, sed vobis ordinantibus atque custodientibus emolu-
mentorum suorum securitate potiatur, praefecto urbis nihilominus constituta servante.
6 Et ne aliquid pro voluntate praebentium relinquatur incertum, mox sex menses exempti
fuerint, statutae summae consequantur praedicti magistri mediam portionem, residua
vero anni tempora cum annonarum debita redhibitione claudantur: ne cogantur de
7 alieno pendere fastidio, cui piaculum est vel horarum aliquo vacasse momento. In
tantum enim quae sunt decreta volumus firmissime custodiri, ut si quis cuius interest
differendam putaverit hanc quasi debitam functionem, procurato more usurarum dispendia
ipse patiatur, qui iusta commoda laudabiliter laborantibus plectenda cupiditate subtraxit.
8 Nam si opes nostras scaenicis pro populi oblectatione largimur et ea studiosissime
consequuntur qui adeo necessarii non habentur, quanto magis illis sine dilatione prae-

BZNKE(F):H(GI) om. praeter 8 manifestum est — nutrire

2 cognoscimur] *scripsi,* cognoscimus *libri* 3 debean *B*[1] 4 crescat *F* 5 peruenit *E*[1] 7 nudatione *K* 8 sūmma *Z,* summina *Par. 2186* 10 glosa *N* 11 facndiae *B* 12 haec] hoc *A* 14 dulcissimos *E*[1] congruentur *E*[1], congruentibus *A* 15 grammatica] est gr. *A* 16 excitationem *B*[1] 17 non] non*** *B* noscitur *F* 18 reliquae *EFA* gens habet *K* 19 ciuili *B*[b] iuris] numerus *K* 20 disfertitudo *B* et *om. K*[a] 24 imminuendis] minuendis *EF* semet *B*[1] 27 parciatur *E*[1] atque custodientibus *om. B* 28 paciatur *K* urbes *B*[a] 29 mox] *B*[1], mox ut *reliqui* exempti] excepti *E*[2]*F* 32 pondere *N* 34 procurato more] pro cura morae *malim* distipendia *E* 35 qui] quia *K*[2]*EFA* laudabiter *B* 36 oblectatione] collectione *A* 37 sine dil. ill. *NK*

benda sunt, per quos et honesti mores proveniunt et palatio nostro facunda nutriuntur ingenia!
9 Hoc autem praesentibus litterarum magistris venerando coetui vestro praecipimus intimari, ut sicut nos agnoscunt de suis commodis esse sollicitos, ita a se provectus adulescentium enixius noverint nos exigendos. cesset nunc illa satyricis doctoribus querulis usurpata sententia, quia duabus curis ingenium non debet occupari. ecce iam habere tolerabile probantur hospitium: unde nunc merito, uni sollicitudini iugiter inhaerentes, toto vigore animi ad bonarum artium studia transferantur.

XXII.

PAULINO V· C· CONSULI ATHALARICUS REX.

a. 533 fin.

1 Indiscreti hominum mores confusique vagarentur, si aut culpa formidinem aut virtus praemia non haberet. sed cum utraque suis finibus propriaque terminatione claudantur, de illo nefas est ambigi, qui meruit eligi iudicio principali. non enim quicquam aut odio decernimus aut pellecti aliqua gratificatione laudamus. electio nostra de meritis venit et tanto quis regali animo proximatur, quanto bonis studiis societate coniungitur. non vereamini absentes nec sitis de principis ignoratione sollici-
citi.
2 Latere potest forsitan vulgare hominum genus: nesciri non potest proles senatus, quando bene noti sunt, qui meritis asseruntur et abunde cognoscitur, quisquis fama teste laudatur. quapropter te longissime constitutum mentis nostrae oculus serenus inspexit et vidit meritum, quod non habebatur occultum. propositum siquidem tuum celebrata dilatavit opinio, faciens fidem generis morum pondere, non aetate. neque enim fas erat, ut quem familia tanta produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inveniret.
3 Semen generis morum fructibus reddidisti. nil vobis aetas longa subduxit: antiquos in te Decios Roma cognovit, Decios inquam, priscis saeculis honorata prosapies, libertatis auxilium, curiae decus, Romani nominis singulare praeconium: cui specialiter adscriptum est quod immanissimum hostem status rei publicae periclitatus evasit et in tanta virorum fortium multitudine solus inventus est, qui patriam plus amasset. haec vos exempla submonendo semper accendunt, quia magnus verecundiae stimulus est laus parentum, dum illis non patimur esse impares quos gaudemus auctores.
4 Et ideo, quod deo auspice dictum sit, per indictionem duodecimam sume insignia consulatus, honorem quidem arduum, sed familiae vestrae domesticum. vos enim completis paginam consularem: vos crebro nominat cursus annorum et dum copia plerumque soleat habere fastidium, vestrum nomen repetitum semper efficitur gloriosum. huic denique generi superna faverunt praestando desideriis patrum felicia germina masculorum. hinc est quod in illo rerum capite collegam vix videtis extraneum:

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 21

1 fecunda *F* 2 hoc] haec *A* 3 cognoscuut *K* 4 nos *om.* F^{2} *recte* satyricis] satyris $E^{1}F^{1}A$, satiri· F^{2} 6 soll. uni F^{1} 7 bonarum] literarum *A* 10 praemia] propria praemia *HG* ultraque B^{a} 11 claudatur *N* eligi] eligi ambigi K^{1}, ambigi K^{2} indicio] iudio E^{1}, in iudicio *HI* 12 discernimus *HGI* 13 meritas B^{1} legali an. *K*, an. reg. *HGI* boni studii *HG* 14 nec] ne *HGI* 15 non *om.* K^{a} 16 quanto B^{1} sunt *om.* H^{1} 19 cel. dilatauit] diuulgauit cel. *G*, diuulgat cel. *I*, deuulgatum celebrata *H*, diuulgatum cel. dilat. *NK* aetate] errare E^{1} 20 erit *H* corr. in eo *F* 21 reddidistis K^{a} nihil *A* nobis *EFHI* 22 ante quos B^{1} dicios B^{1} deciorum inq. F^{2}, decios (decii *I*) si quidem *HGI* honoratam prosapiem *A* 23 curiae] cinere *K* 24 manu missum *EF* status] *HGI*, statu *reliqui* periclitatus] *HG*, periclitante *plerique*, periclitantem KF^{1}, periculum periclitatus *I* 26 nos *LA* submouendo *KFI* 27 stitulus *K* non] domino K^{a} 28 et] e *N* 29 nostrae KI^{p} 31 plerumque] plurimum *A* habere] generare *E* 32 generis B^{a} fauerint *K* germina] gemina H^{1}, germana Z^{a}, genera FA^{b} 33 ullo H^{1} cap. rer. *HGI* uis E^{1} uidetis] iubetis H^{1}

hos habetis iudices quos parentes. o temporum singulare praeconium! curia Romana completur paene vestra familia: ecce vere nunc unum dicendum est corpus, quando
5 constat vicini sibi generis societate permixtum. Sed non remittas animos confidentia tuorum nec credas posse sufficere, quod tibi contigit de illorum praedicatione gaudere. plus exigitur heres bonorum, quando sine cessatione compellitur, qui maiorum virtutibus admonetur. adde laudes egregias: senioribus tuis sequens aetas cum aliqua opinabili novitate succedat. nam si gloriosum est posteris avitas extendere facultates, quanto praestantius est hereditarias augere virtutes! mores tuos domestica conversatione laudavimus: sed maius aliquid nunc decet publicis exhibere conspectibus, unde sibi nec aetas tenera blandiatur nec metus quicquam vindicet nec magister assumat.

XXIII.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 533 fin.

1 Quid, patres conscripti, de vobis iudicemus, expendite, ut ad summarum culmina dignitatum germinis vestri viros quos numquam vidimus eligamus. non fastidio neglegentiae, sed honorabili praesumptione naturae. ad examen veniant quae putantur incerta: num quis de illa re aestimet deliberandum, ubi nihil reperitur ambiguum?
2 Omnes quidem benignitas nostra complectitur, sed tales veritatis testimonio praedicamus. praecedit quidem gratia, sed sequitur incorrupta sententia. nam sicut idem curiae corpus est vobis, ita in unum laudabili proposito convenitis. vos ergo dilexisse iudicium est, unde libertatis augmentum et nostri imperii crescit ornatus. rerum causae semper in semine sunt: fructus editus prodit auctores et quicquid a divinitate
3 meremur, de felici prole colligitur. Hinc est quod patricium Venantium sub admiratione pensamus et fecunda prole gaudentem et tot consularibus patrem. educavit enim liberos nulla discretione laudandos, pondere moderationis aequales, ingenii vivacitate consimiles et morum societate vere germanos, quorum infantia bonis artibus enutrita iuventutem quoque armis exercuit, formans animum litteris, membra gymnasiis: tradens amicis exhibere constantiam, dominis fidem: et quicquid in illo viro gratia divina concessit, integra perfectione transmissum cernas in posteris. iactent se alii possessione locupleti summumque bonum solas putent esse divitias. in hac autem domo non
4 tantum patrimoniis, sed et virtutibus aditur hereditas. Hoc est profecto quod vere divites facit, quando nullum melius potest esse compendium quam laudibus successisse maiorum. probatum est etiam in eo bonis dispensatoribus nil deesse. alieni con-

BZNKE(F)H(GI)

1 o] ob HG^{a} 3 uicinum $HG^{t}I^{p}$, neutrum I^{w} sibi] sub *E* remittis *E* 4 contingit *EF* illorum] eorum *HGI* 5 bonorum] iustorum *NKHGI* quando] quis *NK* sine *om. Z* cessationibus *F* 7 si *bis B* est *om. H* posteris] poteris B^{1} extendere] extollere $N^{a}KI$ 8 mores] maiores $E^{2}HGI$ domesticos $E^{1}A$ 9 nunc *om. A* unde] uerum *H* 10 quisquam *A* magister] magis *NHGI* 12 expedite B^{1}, expedire E^{1} ut] cum *A* 14 borabili B^{1} 15 num] *scripsi*, nam *libri* re illa *NK* reperitur] reputatur *A* 17 sequatur *K* 18 uobis *bis* H^{a} proposito] pro populo *H* 19 imp. crescit (crescat *HGI*) orn.] cr. orn. imp. *N* 20 semper *om.* B^{a} sunt *om. N* 21 pricium *N* 22 pensemus $E^{1}FA$ consularibus patrem] *scripsi*, consulatibus (consularibus $KE^{1}HGI$, consulibus *N*) parem *libri* 23 uiuatitate G^{t}, uarietate G^{v}, in uarietate H^{1} 24 infantia b. a. enutrita] *scripsi*, infantiam b. a. enutritam *libri* actibus $E^{2}I$ 25 iuuentem H^{1}, iuueutam H^{2} quoque] quoque usque *HG*, quousque *I* gymnasiis *N* 27 postero $GI^{w(2)p}A$ aliis *B* possione B^{1} 28 locupleta E^{1} suumque H^{t} bonum *(om. A)* solas put.] bonum putent solas (summas E^{2}) *EF* 29 et *om. EF* additur $KF^{1}HGI$ 30 quando] quoniam *E* 31 maiorum] maioribus *B (em. m. rec)* etiam *om. HGI* dispensationibus *NKI* nil deesse] inideesse *H*, quod erat G^{t}

tinens, propria sub moderatione distribuens et inusitata laude mirabilis, nulli gravis
tot protulit consulares. recipiat haec audiens fructum bonorum: agnoscat se prae-
conem habere quem dominum et inter tot lumina procerum singulariter fuisse laudatum.
nam si homines ornat semel accepisse palmatam, quid ille censendus est, qui tot
meretur in filiis consulatus? Et ideo, patres conscripti, alumnum vestrum Paulinum 5
aurea dignitate vestimus, ut iuventus eius, quae fulget meritis, trabea quoque resplen-
deat triumphali. hunc honorem Deciorum familia non miratur, quia eorum plena sunt
atria fascibus laureatis aliis rara dignitas ista contingit: in hoc decursu generis paene
nascitur consularis. Favete ergo, patres conscripti, nostris muneribus et vestro nihilo- 6
minus candidato. nam licet nuncupemini omnibus generaliter patres, huic etiam estis
specialiter et parentes. nomen vestrum a curae similitudine derivatum fidelissima
rerum appellatione confirmat, non translaticia usitatione vocabuli, sed honora sorte
nascendi. cedant vobis hanc felicitatem divina perpetuam, ut licet gratiam praestetis
exoticis, prole vestra vivacius gaudeatis.

XXIIII.

SENATORI PPO ATHALARICUS REX.

a. 533 fin.

Si te voluntas nostra adhuc latentem aut inhonorum forsitan invenisset, gaudere- 1
mus quidem repertum, sed bene dubitaremus acturum, quia spes magis quam fructus
in novo est. sed cum domni avi nostri innumeris provectibus magnoque iudicio glorieris,
inconveniens res est disceptationi subdere. quem vix possumus sub admiratione prae-
dicare. tanti quippe principis non examinanda, sed veneranda est sententia, quia non
potest de factis eius ambigi, cum et nos ab ipso cognoscamur electi: qui divinae suppli-
cationi semper assiduus exegit meritis, ut illa faceret quae superna gratia custodiret.
Nam quem ille virum aut exercitibus praeficiens cum victoria non recepit aut iudicem 2
cingens non iustissimum comprobavit? cum futuris rebus eum crederes habere tracta-
tum: nam quod concepisset animus, reddebat semper effectus miroque sapientiae studio
non habebat dubium. quod veraciter praevidebat esse venturum. Denique ex te pro- 3
bare possumus eximium principis institutum. quem primaevum recipiens ad quaestoris
officium mox repperit conscientia praeditum et legum eruditione maturum. fuisti nimirum
summa temporum laus. ut illum sic ad omnia sollicitum inoffensa redderes famulatione
securum, dum molem tantam regalis ingenii facundiae tuae viribus sustineres. te in
dictationibus amoenum, te ad iustitiam rigidum, te habuit a cupiditatibus alienum.
Beneficia quippe ipsius nulla abominabili taxatione vendebas, ut honor tibi ad opinionis 4
divitias proficeret, dum minime pretio subiaceret. hinc est quod videbaris aequissimo

BZNKE(F)H(GI)

1 propropria *H* inusitata] usitata *B* 2 haec] hoc *HGI*, *om. K* agnoscat s. p. h. q. dominum (*om. HG*) et *om. A* 3 tot *om.* F^1 5 in filiis] insidiis HG^t, insulas *I* 6 laurea *A* quae] qui *N* 7 deciorum] deciuorum H^1, diuorum I^w 8 rara] raro E^1I dignita *** B^a contigit *K* paene] pena HGI^p 9 nostro HGI^p 11 specialiter] generaliter *H* curie *HG* 12 applicatione *A probabiliter confirmatur* E^2 translatici usit. *B*, translatiua usit. *K*, translati a (ab *I*) usitatione *HI*, translatione *G* honera *K* 14 exoticis] extrancis E^2, externeis F^2 uiuacius] innatius *A* 16 letantem HG^a in bonorum *H* inuenisse *A* 18 innumeris] in muneribus *H* iudici B^a 19 deceptationi E^1, *inc.* F^1 quem uix] quem *N*, que *K* administratione E^1 20 principis *om. A* sed ueneranda *om. K* est sent.] *B*, sent. est *plerique*, sent. *HG* 21 eius] cis H^1 cognoscamus B^a 22 assiduis $I^{p(1)}A$ superna] diuina *F* 23 proficiens *I*, proficietis *H* 24 cingens] *NKHGIA*, ungens BZE^1F^1, augens E^2, agens F^2 25 concepit *ZNK*, concupiscebat *F* sapientiae] *ZNKEFHGIA*, semper *B* 29 templorum H^1 laus] lax B^1 inoffensa redderes (redderet K^1)] redd. inoffensa *HGI* 30 tantum B^aI^p sustinens *K* te] de *H* 32 illius *NK* 33 subiaceres K^2 uidebare *HI* aequissimo] offiicio eq. *HG*

principi gloriosa dilectione sociatus, quia eras a vitiis probabili sequestratione divisus.
interpellantium te ponderibus sapientissimus arbiter onerabat tantumque de animi tui
cognita disceptatione praesumpsit, ut in beneficii locum tuum praestaret aestuantibus
5 sine aliqua cunctatione iudicium. Quotiens ille te grandaevis proceribus inputavit,
dum non sufficerent ad primordia tua, quos tanta longaevitas aetatis instruxerat? erat
plane quod in te praedicaret eximium, animum ad promerenda beneficia patulum et
contra vitia cupiditatis obstructum, dum nescio quo pacto rara est in hominibus manus
6 clausa et aperta iustitia. Veniamus ad magisteriam dignitatem, quam non pecuniae
largitate, sed morum nosceris suffragio consecutus: quo loco positus semper quaestori-
bus affuisti. nam cum opus esset eloquio defaecato, causa tuo protinus credebatur
ingenio. exigebaris a benigno principe quod se tibi noverat minime commisisse et
quadam gratia praeiudiciali vacuabat alios labore, ut te sententiae suae copiosa laude
7 compleret. Non enim proprios fines sub te ulla dignitas custodivit, quando con-
scientiae tuae constat creditum, quod a multis fuit proceribus sincerissime peragendum.
nescivit quisquam de te summurmurare contraria, cum tamen de principali gratia
sustineres invidiam. derogare cupientes vicit integritas actionis: adversi tui coacti
saepe locuti sunt quod animus non habebat. nam quaelibet malitia formidat contra
8 manifesta bona aliquid profiteri, dum generalibus odiis veretur exponi. Egisti rerum
domino iudicem familiarem et internum procerem. nam cum esset publica cura
vacuatus, sententias prudentium a tuis fabulis exigebat, ut factis propriis se aequaret
antiquis. stellarum cursus, maris sinus, fontium miracula rimator acutissimus in-
quirebat, ut rerum naturis diligentius perscrutatis quidam purpuratus videretur esse
philosophus. longa fiunt, si cuncta proferamus: quin potius ad beneficia nostra con-
vertimur, ut quod ab illo cognoscebatur deberi, ab herede inperii tibi sentias iuste
9 persolvi. Quapropter iuvante deo, quo auctore omnia prosperantur, ab indictione duo-
decima in praefecturae praetorianae te suggestu atque insignibus collocamus, ut pro-
batum iudicem sine metu provinciae suscipiant, quas hactenus inproborum cognovimus
actione fatigatas. sed quamvis habeas paternam praefecturam Italico orbe prae-
dicatam, aliorum tibi tamen exempla non ponimus: utere moribus tuis et omnium
10 vota complesti. Percurre iuvante deo gloriae campum, quem semper a te novimus
expetitum. nam si te continentem, ut credimus, et dignitas ista probaverit, hoc est
saeculi ambitiosa superasse. solitus es quidem iusta non vendere: sed nunc oportet
inpensius laesis per iniuriam subvenire. invigilet incorruptibilis sensus adversus male
consuetas manus: excludatur undique studium fraudulentum, quia hoc dignum est per
iudicem provenire sincerum. diutius quidem differendo pro te cunctorum vota lassa-

BZNKE(F)H(GI)

1 erat K^1 a *om.* *A* 2 tantumque] tantumque tantum B^a 3 beneficiis *BZNF*^{1}*(?)HI* locum] litium *A* tuum] *EF*^{1}*A*, tum *Z*, tamen *HG*, tantum *I*, *om.* *BNKF*^{2} praestare *NI* 4 aliqua] ulla *HGI* iudicium] indicauit *NKI* 7 uitia] iuditia *HGI*$^{p(b)}$, iudia *vel* uidia *I*$^{p(a)}$ extructum N^a raro *NKEFI* 8 magistram *K*, maiestariam *H*^{1}*I*, maiesteriam H^2 9 largitate] dignitate *E*^{1}*A* 10 defetato E^1 11 exigebatis E^1 12 uacuabat alios (alienos *H*) lab.] uacabat al. laborare *E*^{1}*A* suae] tue HG^t 13 probos *NK* 14 constat cred.] constabat (*om.* cred.) *HGI* 15 nesciunt H^1 16 aduersarii *H*^{2}*G*, *inc.* H^1 coacti saepe loc. sunt] *BHG*, saepe c. l. sunt *I*, saepe l. s. coact. *reliqui* 17 animis non habebant *E*^{1}*F* formidabat *K* 19 in eternum *K* 20 prudentum *EFA*, procerum prudentum (—tium *H*) *HGI* ut f. pr. s. aequaret *bis* K^1 21 sinus] sui E^1, cursus *HG*, motus *NKE*^{2}*FI* miraculorum *E* antiquissimus *N* 22 esse *om.* *K* 23 fiunt] sunt *NKEFHGI* quin] quem *H* conuertamur B^a 25 actore *Z* 26 praefecturae] perfectione *H* 27 motu *H* cogn. impr. *NK* 28 praedicatum *N* 29 utere] *scripsi*, uetera *libri* et *om.* *EFI* 30 uoto *A* percurrere *K* 31 expeditum HG^v et *om.* *EF* ita *B* 32 sollicitus *E* est *H* oporta B^1 33 impeusis *A* iruigile E^1, ininuigilet *H* 34 fraudulentu* B^1 35 peruenire *A* dis*erendo B^a, disserendo B^b laxauimus FI^w

vimus, ut et benivolentiam in te probaremus generalitatis et cunctis desiderabilior
advenires. habet hoc enim humana condicio, ut celerius adepta fastidio sint, dum
omne pretiosum vilescit oblatum et contra dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione
praestatur. Sed non sumus tantummodo de tuorum temporum laude contenti: perquire 11
omnia ad titulos praefecturae praetorianae pertinentia, quae aliorum visa est fraudare
cupiditas. non liceat quemquam gloriari furtis aut praeiudiciis suis. lumen te in-
misimus rebus celatis, quando nec prudentiae tuae quisquam poterit illudere nec fidem
aliqua oblatione lentare. Constitue et huic regulam dignitati, qui ante actis fascibus 12
mirabilis continentiae exempla praebuisti. nam licet paene omnes honores summos
aequaliter egeris, habes tamen proposita conscientiae bona, ubi nullam decet esse
mensuram. hic enim decorum est terminum non habere: hic honesta probatur
ambitio, cuius etiam et nimietas placet. omne siquidem praedicandum quanto pro-
fusius quaeritur, tanto gloriosius invenitur.

XXV.

SENATUI URBIS ROMAE ATHALARICUS REX.

a. 533 fin.

Cumulavimus quidem, patres conscripti, beneficiis nostris copiosum virtutibus, 1
divitem moribus, plenum magnis honoribus Senatorem: cuius si merita consideretis,
debemus omne quod solvimus. qua enim compensatione commendandus est, qui aures
dominantium luculenta saepius praedicatione complevit, dignitates sibi creditas eximia
gravitate tractavit et nisus est tempora facere quae merito laudarentur in principe.
trahebat regnantis animum veritas et disertitudo dictorum, cui sic omnia retulit, ut
miraretur ipse qui fecit. Allegavit solus quod omnes iuvaret et dum purpuratas 2
auditori suo fenerat laudes, gratiosum vobis nostrum fecit inperium. commendat enim
suam gentem, qui oratione placabili permulcet regiam summitatem, quando ex vobis
et alter talis creditur, a quo similia postulentur. Patrem quoque clementiae nostrae 3
in ipsa curia Libertatis qua disertitudine devotus asseruit! recolitis quemadmodum
facta eius orator nobilis excolebat, virtutes ipsius plus mirabiles faciens quam honores.
in absoluto datur probare quod dicimus. aestimate, patres conscripti, quali gratia
potuistis ab illo respici, a quorum se corpore sic videbat ornari. gloriosis quippe
dominis gratiora sunt praeconia quam tributa, quia stipendium et tyranno penditur,
praedicatio autem nisi bono principi non debetur. quid, praeconiales viri, creditis his
tantum fuisse contentum, ut dominos niteretur laudare superstites, a quibus dum
vicissitudo praemiorum forsitan quaeritur, laboris taedia non vitantur? Tetendit se 4
etiam in antiquam prosapiem nostram, lectione discens quod vix maiorum notitia cana
retinebat. iste reges Gothorum longa oblivione celatos latibulo vetustatis eduxit. iste

---

BZNKE(F)H(GI)

1 ut et] et ut HI^p, ut GI^wA et (et in *A*) cunctis *om.* H^1 3 et] e *EF* 6 licet *HGI* quequam *B* praeiudiciis] *fortasse* praedari uitiis 7 nec] ne K^1 8 oblectatione *EI* constitue] constituere HG^v qui] que H^1 actis] latis N^vHG^tI 9 paene omn.] *BK*, omn. pene *reliqui* 10 bona consc. *HGI* 11 hinc Z^a 12 et *om.* *KHGI* 16 consideritis B^1 19 nixus *E*, uisus *NGI* tempora] propria F^1 lauderentur *E* 21 allegavit . . . uobis *om.* *H* 22 fenerat] faceret NI^p, fecit I^w, feratur E^1, ferierat *A* nostr. (uestrum B^aK) fec.] nostr. (*om.* fecit) *H*, fec. nostr. *G* 23 summitatem] dignitatem *K* ex] et ex *ZNK* 24 uestrae *HGI* 25 qua *om.* *F* 26 nobilis] *BHGI*, nobis *ZNK*, uobis *EF* 27 probare] dare *K* didicimus B^1 28 potuisti B^1 respici] despici *EF*, concupisci *N*, concuti *I*, concitti G^a, concuti respici *H* uidebatur *E*, uidebant *A* 29 gratiosioria *EF*, gratiosa *KHA*, generosiora *I* et] de B^2 impenditur *EF* 30 autem] uero *G*, dum *H* hiis *NEF* 32 et. se *EF* 33 prosapiam n. *HI*, nostr. pros. *K* dicens *KI*, dices *H*, discernens E^2F maiorum] malorum *N* *Par. 2186*, amalorum *K* 34 longa *om.* K^a elatos E^1 uestustatis B^a

Hamalos cum generis sui claritate restituit, evidenter ostendens in septimam decimam
5 progeniem stirpem nos habere regalem. Originem Gothicam historiam fecit esse
Romanam, colligens quasi in unam coronam germen floridum quod per librorum
6 campos passim fuerat ante dispersum. Perpendite, quantum vos in nostra laude di-
lexerit, qui vestri principis nationem docuit ab antiquitate mirabilem, ut, sicut fuistis
a maioribus vestris semper nobiles aestimati, ita vobis antiqua regum progenies in-
peraret. cedimus, patres conscripti, et si adhuc referre volumus, beneficia collata
7 superantur. Nostris quoque principiis quanto se labore concessit, cum novitas regni
multa posceret ordinari? erat solus ad universa sufficiens: ipsum dictatio publica,
ipsum consilia nostra poscebant et labore huius actum est, ne laboraret inperium.
8 Reperimus eum quidem magistrum, sed implevit nobis quaestoris officium et mercedes
iustissima devotione persolvens cautelam, quam ab auctore nostro didicerat, libenter
heredis utilitatibus exhibebat. verum his aliquid maius adiciens primordia regni nostri
et armis iuvit et litteris. nam dum curae litorum regias cogitationes incesserent,
subito a litterarum penetralibus eiectus par suis maioribus ducatum sumpsit intrepidus,
9 cui quia defuit hostis, moribus triumphavit eximiis. Nam deputatos Gothos propriis
pavit expensis, ut nec provinciales percelleret nec fiscum nostrum expensarum oneribus
ingravaret. arma eius nulla possessorum damna senserunt. fuit nimirum provinciarum
10 verissimus custos: nam ille defensor proprie dicendus est, qui tuetur innoxie. Mox
autem ut tempus clausit navium commeatum bellique cura resoluta est, ingenium
suum legum potius auctor exercuit, sanans sine damno litigantium quod ante sub
pretio constabat esse laceratum. talem Metelli in Asia, talem Catonis in Hispania
legitis fuisse ducatum, qui plus de sua disciplina quam per arma laudati sunt: non
iniuria, quia hostem congredi varius semper eventus est, indubitata vero gloria morum
11 custodisse mensuram. Quid ergo? num quid tali actione praesumens aliqua se elatione
iactavit, dum familiare est hominibus extolli, cum bene de se cognoverint aestimari?
nonne tanta se communione tractavit, ut principis sibi gratiam ad beneficia tantum
crederet esse concessam, benivolus cunctis, moderatus in prosperis, ignorans nisi gra-
viter lacessitus irasci? qui cum sit iustitia rigidus, ad remissiones irarum non per-
durat austerus: suarum rerum distributor egregius et dum nesciat aliena quaerere,
novit propria largus offerre. hos igitur mores lectio divina solidavit, quando semper
bene geritur, si caelestis metus humanis motibus obponatur. hinc enim virtutum
omnium sumitur manifesta cognitio: hinc sapientia veritatis sapore conditur. sic ad

BZNKE(F)H(GI)

1 hamalos] *BZNE*, amalos *KFHG*[b]*IA*, ammales *G*[a] dec. sept. *A* 2 progeniem] prosapiem *HG*, prosapiam *E*[1]*FI* gotycham *B* 4 fuerit *H* uos] nos *A* *(em. in err. typ.)* nostra] uestra *H* 5 rationem *EF*, nascionem *N* docuit *repetit post* ant. *H* 6 ant. regum] *BEFI*[w], ant. rerum *ZNKHGI*[p], rerum ant. *A* 7 credimus *N*[a]*KLA* patres] adhuc patres *F*[1] 8 principis *B*[a]*H* cum nouitas] commonitas *H*, commoditas *I* 10 nostr. cons. *B*, et consilia (concilia *H*) nostra *HI* huius] *BHGI*, eius *ZNKEFA* 11 repleuit *B* mercedes] mercedis *HI*[p], mercedem *I*[w], mercedere *G* 12 deu. pers. caut.] deuoluens cautela *A* 13 didicerat] dedicat *N* exibeat *B*[1] hiis *NKEF* 15 a *om. HGI* litterorum *H*[1], litterarum *G*, litarum *N*, liturorum *K* penetrabilibus *E* par] pars *K* sumpsit] praestitit *A* intrepitus *K* 16 moribus] maioribus *B* 19 tuetur] defendit *F* 20 comm.] et comm. *H* 21 auctor] *HG coniectura*, doctor *I*[w], ductor *reliqui* sanatis *H* sine damno] fine *(om.* damno*)* *A* sub] sine *HI* 22 constat *HGI* metelli in] metalli in *HI*[p(1)], metellum *B* 23 legitis] leginus *EFA*, *om. HGI* dictatum *A* 24 aggredi *HGI*[p(v)w], ingredi *I*[p(t)] gloria] est gl. *B*, uictoria *HGI* 25 num] non *B* al. se] se al. *HGI* elatione] ****ione *B*[1], elactione *F*[1] 26 est fam. *A* 27 se tanta *EFHI* communitione *ZN* sibi] sui *EF* tantam *E*, tanta *A* 30 ab-sterus *H* nescit *KHGI* 31 proprias *B* igitur] *bis B*, ergo *HGI* quando] quoniam *A* semper] saepe *A* 32 omn. uirt. sum. man. *EF*, omn. man. uirt. sum. *HGI* 33 ueritatis] uirtutum *NKHG*, uirtutum al. *(sic I*[p], uel *I*[w]*)* ueritatis *I*

omnia redditur humilis, quem inbuit doctrina caelestis. Huic ergo, patres conscripti, 12
deo auspice a duodecima indictione praefecturae praetorianae regendam tribuimus dignitatem, ut querellas omnes infidelium nundinatione collectas deo praestante sua integritate componat faciatque tam nimium desideratus, ut cunctis possit esse beneficus. assint superna dispositis, ut quem nos probavimus longa conversatione prudentem, prosperrimus sibi, fidelissimus nobis, utilis rei publicae debeat inveniri et relinquat posteris famam, per quam gloriosam saeculis suam faciat esse familiam.

BZNKE(F)H(GI)

1 huic] hinc *B*^{1}*H* ergo] igitur *HG* 3 infidelium nundinatione] inficiatione *A* 4 beneficiis *Z* 5 nobis *om.* *K*

LIBER DECIMUS.

I. Iustiniano imperatori Amalasuintha regina.

iustino $N^{1(a)\,t}$

amalasuntha N^1, amalasunta N^t, malasuinta Z^t, amalasuineha *I*, amalasuincula *H*, amalasumpta K^t, amalathuinta E^t, amalafiunta F^t, amatundis *G*, amalasuentha *A* *semper*

II. Iustiniano imperatori Theodahadus rex.

iustinoano N^t

theodahatus B^1, theodohadus N^1 *(in laterculo semper, ubi perscribiliter)*, theodaldus N^t, theodaldus K^t, theodealdus *I*, theobaldus *HG*, theodobaldus *F* *(semper ubi perscribitur)*

III. Senatui urbis Romae Amalasuintha regina.

senatori N^t

urbis *om. HI*

amalasuinta Z^t, amalasuntha N^1, amal^{s}undis *G*, ymalasunta N^t, amalathuinta E^t, amalasuita F^t, amala K^t, amala *HI*, theodahadus *K*

regina] rex K^1

IIII. Senatui urbis Romae Theodahadus rex.

theodabadus Z^1, theodahaldus N^t, theodaldus K^t, thod. F^t, theodoaldus *I*, theobaldus *G*

V. Theodosio homini suo Theodahadus rex.

thedosio h. s. *post* th. r. *H*

theodoaldus *I*, theodaldus N^t, theodaldus *K*, theobaldus *HG*

VI. Patricio v̄. ī. quaestori Theodahadus rex.

saturcio *G*

u. i.] $B^1Z^1N^1K^1A$, uiro N^tEF, uiro iusto K^t, *om. HGI*

theodoaldus *I*, theodahaldus N^t, thodobaldus F^t, theobaldus *HG*

VII. Senatui urbis Romae Theodahadus rex.

urb. r. *om. HGI*

theodoaldus N^tI, theodaldus K^t, theobaldus *HG*

VIII. Iustiniano Augusto Amalasuintha regina.

amalasuinta *ZF*, amalasunta N^t

VIIII. Iustiniano Augusto Theodahadus rex.

theodahaudus $N^{t(a)}$, theodahaldus $N^{t(b)}$, theodobaldus F^t, theodaldus K^t

X. Theodorae Augustae Amalasuintha regina.

amalasuinta Z^tF^1, amalasunta N^t, amalasiunthia F^t

XI. Maximo v̄. ī. domestico Theodahadus rex.

maximio *H*

u. i. domestico] B^1, domestico ūi Z^1N^1A, domestico uiro iusto Z^tK^t, domestico uiro N^t, domestico K^1, domestico uiro questori *EF*, senatori *G*, *om. HI*

theodoaldus N^tI, theobaldus *H*, theob' *G*

B^1*(om. a miniatore inde ab ep.* 5 *prima quaque littera)*$Z^{1t}N^{1t}K^{1t}E^{1t}F^{1t}HGI$*: hi tres om. epp.* 8. 9. 10

XII. Senatui urbis Romae Theodahadus rex.

XIII. Senatui urbis Romae Theodahadus rex.
om. N^1K^1

XIIII. Populo Romano Theodahadus rex.
theodahaldus N^t, theodobaldus F^t

XV. Iustiniano imperatori Theodahadus rex.
iustino N^t
theodoaldus N^tI, theodobaldus F^t, theobaldus *H*, theob' *G*

XVI. Senatui urbis Romae Theodahadus rex.
urbis romae *om. HGI*
theodoaldus N^tI, theobaldus *G*, theb' *H*

XVII. Populo Romano Theodahadus rex.
theodoaldus N^t

XVIII. Senatui urbis Romae Theodahadus rex.
item *praemittit G*
urbis romae *om. HGI*
theodoaldus *I*, theobaldus *H*, theob' *G*
18. 19 transponunt EF (em. $F^{t(2)}$*)*

XVIIII. Iustiniano Augusto Theodahadus rex.
augusto] imperatori *KA*
theodoaldus N^t, theodobaldus *F*

XX. Theodorae Augustae Theodahadus rex.
theodore (theodere *HG*) auguste theodoaldus (theob' *HG*) rex *HGI*, iustiniano augusto theodahadus (theodobaldus E^t, theodobaldus $F^{t(1)}$) rex (amalainta regina $F^{t(2)}$ *m. rec.*) *EF*
om. $B^1Z^1N^1K^1$, *unde inscr. ep. 21 hic habent* $Z^tN^tK^tA$

XXI. Theodorae Augustae Gudeliva regina.
gudeliua *Z*, guduliua B^1, gudelena *I*, gudinella *H*, gudelina *reliqui*
inscr. ep. 22 hic Z^t

XXII. Iustiniano imperatori Theodahadus rex.
iust. imp.] senatui urbis romae N^t
theodohadus E^t, theodoaldus N^t, theodaldus K^t
inscr. ep. 23 hic Z^t

XXIII. Theodorae Augustae Theodahadus rex.
om. N^1K^1, *inscr. ep. 24 hic* $Z^tN^tK^tA$

XXIIII. Theodorae Augustae Gudeliva regina.
theod. aug.] item th. a. *G*, iustiniano imperatori *A*
gudeliua] Z^tE^1, gudeuela B^1, gudilena *H*, gudelina *reliqui*
om. N^1, *inscr. ep. 25 hic* Z^tK^t

XXV. Iustiniano imperatori Theodahadus rex.
theodoaldus N^tI, theob' *G*, the' *H*
om. N^1

XXVI. Iustiniano imperatori Theodahadus rex.
inscr. ep. 27 hic Z^tK^t

XXVII. Senatori ppo Theodahadus rex.
senatori] honorio *A*, senatui urbis romae K^t
ppo] *Z*, populo B^1N^1, populorum N^t, praeposito *plerique*, praefecto *A*
theodoaldus N^t, theodericus K^t

B^1*(om. a miniatore prima quaque littera)*$Z^{1t}N^{1t}K^{1t}E^{1t}F^{1t}HGI$*: hi tres om. epp.* 12—14. 17. 19. 22. 23. 26. 27

XXVIII. Senatori ppo Theodahadus rex.

ppo] *Z*, populo B^1N^1A, praeposito *EF*

theodoaldus N^t, theodobaldus F^t

om. N^1K^1, *inscr. ep.* 29 Z^tK^t, *inscr. ep.* 30 *A*

XXVIIII. VVisibado comiti Theodahadus rex.

uisibado B^1, uuisiuado $ZN^1K^1E^1F^1I^t$, uiusiuado E^tF^1, uuisuida K^t, guusinado *H*, uuinsibaldo *G*, uulfiuado N^t, uisido I^1, uinsiuado *A*

theodoaldus N^tI, theodaldus K^t, theobaldus *H*, theb' *G*

inscr. ep. 30 $Z^tN^tK^t$

XXX. Honorio praefecto urbis Theodahadus rex.

honori *H*

profecto *B*

urbis rome *G*, urbis *om.* *A*

thedadus Z^1, theodoaldus *NI*, theodohaldus F^t, theobaldus *H*, theb' *G*

inscr. ep. 31 Z^tK^t (N^t *inscr. hanc et ad* 29 *habet et suo loco)*

XXXI. Universis Gothis VVitigis rex.

uuitigis] uuitisgis *K semper (excepta huius loci manu prima)*, uiutigis *E passim*, *F semper*, uitigis *A semper*, uultigis N^t *semper*

inscr. ep. 32 Z^tK^t

XXXII. Iustiniano imperatori VVitigis rex.

om. N^1, *inscr. ep.* 33 Z^t

XXXIII. Magistro officiorum VVitigis rex.

inscr. ep. 34 Z^tK^t

XXXIIII. Episcopis suis VVitigis rex.

inscr. ep. 35 Z^tK^t

XXXV. Praefecto Thessalonicensi VVitigis rex.

praefecto (praefato N^1) thessalonicensi (thesalonicensi B^1, tassalonicensi E^tF^t)] patritio uiro quaestori *A*

inscr. et ad praecedentem ep. et ad hanc Z^t, *om.* N^t (1)

B^1*(om. a miniatore prima quaque littera)*$Z^{1t}N^{1t}K^{1t}E^{1t}F^{1t}HGI$*: hi tres om. epp.* 28. 31—35

I.

IUSTINIANO IMPERATORI AMALASUINTHA REGINA. *a. 534*

Adeo vobis, clementissime principum, distulimus hactenus indicare filii nostri gloriosae recordationis occasum, ne amantis laederemus animum per tristia nuntiorum: sed nunc iuvante deo, qui consuevit casus asperos in prospera commutare, illa magis elegimus in vestram deferre notitiam, de quibus nobiscum possitis participata exultatione gaudere: iuvat enim divina munera diligentibus confiteri. 1
Perduximus ad sceptra virum fraterna nobis proximitate coniunctum, qui regiam dignitatem communi nobiscum consilii robore sustineret, ut et ille avorum suorum purpureo decore fulgeret et animos nostros solacium prudentis erigeret. iungite nunc vota felicia, ut, sicut nos in imperio pietatis vestrae omnia fieri prospera desideranter expetimus, ita nobis favere vestram benivolentiam comprobemus. peracto itaque nuntio, quod vobis pro ingenita clementia credimus esse votivum, addimus etiam gratissimae legationis officium, ut pacem, quam mente semper geritis et iam mihi specialiter retinetis esse collatam, adiectione quoque meorum proteletis. nam licet concordia principum semper deceat, vestra tamen absolute me nobilitat, quando ille redditur amplius excelsus, qui vestrae gloriae fuerit unanimitate coniunctus. 2
Sed quoniam epistularum brevitate universa sufficienter nequeunt expediri, salutantes reverentia competenti quaedam legatis nostris verbo vobis insinuanda commisimus, quae consuetudine vestrae serenitatis libenter accipite, ut ab omnibus evidenter possit agnosci quod iuste nobis probamus de vestra mansuetudine polliceri. convenit enim de vobis indubitanter praesumi, quando et nos pro desiderio vestro in his quos commendastis talia facimus, qualia vos sperasse cognovimus. 3

II.

IUSTINIANO IMPERATORI THEODAHADUS REX. *a. 534*

Novis regibus mos est per diversas gentes provectus sui gaudia nuntiare, ut adquirant affectum principis externi de ipsa communione regnandi. quod facienti mihi, 1

BZNKE(F)H(GI)

2 Ideo (adeo *HG*) uobis cl. princ. distulimus *BHGI*, adeo (ideo *Par. 2186*) cl. princ. uobis amore *(in litura Z^b)* inhaesimus ut distulerimus (distuleremus *ZE*, distulissemus *N*) *ZNKEFA* 3 per] post *A* tristitiam *I*, tristicia *N* 4 sed *om. BK* nunc] non *H*, nec $I^{p(1)}$, nos G^t iuuante] uibrante *B* 5 eligimus *NFHGI* in uestr. (nostram *F*) def.] def. in uestr. *HGI* possitis] K^b*HGI*, positis *N*, positi BZK^aEF^1A, potius F^2 6 gaudere] *HGI*, gauderetis *N*, gaudeatis *BZKEFA* produximus *F* screpta *E*, ceptrum *NH* 7 frat. nob.] nob. frat. *A* conuinctum *B* nobiscum *ZN* 8 decore] colore *F* 9 salacium *N* nos *om. N* 10 experimur *A* faucatis K^1 11 comprobamus *H* quod] ut qui *A* pro] per *K* 13 semp. ment. *HGI* et iam] et *EF* specialiter *om. KA* retineatis *IA* additione *HGI* 14 meorum] *scripsi*, temporum *plerique*, temporis *F* concordia] et cordia H^a 15 quando] quoniam *EFA*, quod *HG*, quia *I* gloriae *om. F* 16 unanimiter *HGI* neq. suff. *F* 18 serenitas K^1 accipete B^a 21 hiis *NF* commendatis *KHGI* nos] nos HGI^w sperasse] paresse K^a 24 principes *malim* extranei *G*, extraui *H*

piissime imperator, multo melius divina tribuerunt. quando vestram gratiam securus
expeto, quam praecellentissimam domnam sororem meam vobiscum, pepigisse cognosco.
2 Ab eius enim iudicio me nullatenus deviare certissimum est, quae tanta sapientiae luce
resplendet, ut et propria regna mirabili dispositione componat et promissam cunctis
gratiam robusta firmitate custodiat. ideo enim me curarum suarum fecit esse socium,
quatenus et ego illos desiderem habere reverendos, quos sibi ipsa fecit esse pacificos,
prudentiae suae more diiudicans, ut talium amicitias eligeret, qui in toto orbe simile
3 nil haberent. Neque enim nova est ista dilectio: nam si decessorum vestrorum facta
recolatis, agnoscitis quandam esse consuetudinis legem cum illo imperio amicitiam
Hamalos semper habuisse. quae tantum certior quantum vetustior, quia facile mutari
non potest quod per longa saecula custoditur. suscipite itaque affectuosis mentibus
et nostra primordia et domnae sororis nostrae, cui singulariter studetis, favete iudicio.
4 nam si me similiter diligitis, regem quodammodo pariter efficitis. Sed quoniam nos
amplius loqui desideria novitatis exposcunt et litterarius sermo narrare plura non
patitur, ideo tantis meritis, sicut dignum est, salutationis honore completo, harum
portitoribus legatis nostris aliqua pietati vestrae delegavimus intimanda, quia nemo
utilius tractat quam qui vestrae mansuetudini committere sua vota deliberat.

III.

SENATUI URBIS ROMAE AMALASUINTHA REGINA.

a. 534

1 Post flebilem filii nostri divae recordationis occasum vicit animum piae matris
generalitatis affectio, ut non maeroris sui causas, sed vestra potius augmenta cogitaret.
quaesivimus regales curas quo solacio fulciremus. sed auctor ille castitatis et miseri-
cordiae singularis, qui nobis primaevum subtracturus erat filium, maturi fratris reserva-
2 vit affectum. Elegimus deo auspice consortem regni nostri felicissimum Theodahadum,
ut quae hactenus rei publicae molem solitaria cogitatione pertulimus, nunc utilitates
omnium iunctis consiliis exequamur, quatenus in tractatibus duo, in sententiis unus
esse videamur. Astra ipsa caeli mutuo reguntur auxilio et vicario labore participata
mundum suis luminibus amministrant. ipsi quoque homini duplices manus, socias
aures, oculos geminos divina tribuerunt, ut robustius perageretur officium quod duorum
3 fuerat societate complendum. Exultate, patres conscripti, et factum nostrum supernis
commendate virtutibus. nihil reprehensibile desideravimus agere, quae cum alterius
consilio cuncta delegimus ordinare. communio siquidem regni mores asserit, quando

BZNKE(F)H(GI)

1 quando] quoniam *A* 2 expecto *NKEHGI* perexcellentissimam *HGI* domnam] dominam *HGI*, *om. A* meam] nostram KE^1A uobiscum] uobis *KEFA* 3 indicio] omni i. *HG* ullatenus *K* tanta] t. se *A* 4 resplendere *A* et prom.] ut prom. *B (em. m. rec.)* 5 custodiat] componat N^a suarum *om.* HG^1I 6 habere] esse *K* facit *N*, fecerit *F* esse *om. ZN* 7 suae *om. N* more *om. Z* disiudicans E^1 simile nil] similes non *EF* 8 predecessorum *EF* nostrorum *HGIA* 9 amic. ham. (amalos *A*) semp.] amic. semp. amal. *F*, amal. amic. semp. *HGI* 10 tanto c. quanto *A* 11 affectiosis *B* 12 dominae *GI*, donne *H* singularium *K* iud. fauete KE^1FA, iud. fauere E^2 14 narr. plura] *BHGI*, narr. plurima *ZNE*, plurima narr. *KF*, narr. plurimum *A* 16 portioribus HG^a pietate *H* 17 consuetudini HG^aI nota *K* 19 diuae *(om.* G^a*)* rec. fil. n. *HGI* 20 generalis *K* 21 fulciremur *ZN* caritatis E^1F 22 matri E^1 23 eligimus *HGI* regn. nostr. cons. *F*, cons. nostr. regn. *HGI* felicissimum *om. A* theodohadum *N*, theodobaldum *F*, theobaldum *HG*, theoaldum I^p, th. I^w 24 qui G^tI^wA molere *H* cognitione *HGI* 25 duos *A (em. in err. typ.)* unum *NHGI* 29 fuerat *om. B* (est *ins. m. rec.*) factum] fratrem *EG* superius $HI^{p(1)}$ 30 nihil] nil *HGI*, nunc E^2 desideramus *HGIA* alt. cons.] *BHGI*, cons. alt. *reliqui*

placabilis esse iuste creditur, qui potestatis suae habere participem comprobatur.
reseravimus itaque deo iuvante palatia viro nostri generis claritate conspicuo, qui
Hamalorum stirpe progenitus regalem habeat in actibus dignitatem: patiens in ad-
versis, moderatus in prosperis et, quod difficillimum potestatis genus est, olim rector
sui. Accessit his bonis desiderabilis eruditio litterarum, quae naturam laudabilem 4
eximie reddit ornatam. ibi prudens invenit, unde sapientior fiat: ibi bellator reperit,
unde animi virtute roboretur: inde princeps accipit, quemadmodum populos sub aequali-
tate componat: nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam litterarum non augeat
gloriosa notitia. Accipite, quid maius generalitatis vota meruerunt. princeps vester 5
etiam ecclesiasticis est litteris eruditus: a quibus semper quicquid est pro homine,
commonemur: iudicare recte, bonum sapere, divina venerari, futura cogitare iudicia.
necesse est enim, ut sequatur iustitiae vestigium, qui de sua sententia causam se
credit esse dicturum. viderim quae lectio acuat ingenium: divina semper efficere
nititur pium. Veniamus ad illam privatae vitae largissimam frugalitatem, quae tantam 6
procurabat donis abundantiam, conviviis copiam, ut considerato eius antiquo studio
nihil novi habere videatur in regno. in hospitalitate promptus, in miseratione piissi-
mus: sic cum multa expenderet, census eius caelesti remuneratione crescebat. talem
universitas debuit optare, qualem nos probamur elegisse, qui rationabiliter disponens
propria non appetat aliena: tollitur enim necessitas principibus excedendi, quotiens
assueverint propria moderari. Laudata est nimirum sententia, quae rerum praecipit 7
modum, quia nimium non placet etiam quod bonum putatur. gaudete nunc, patres
conscripti, et supernae gratiae pro nobis vota persolvite, quando talem mecum constitui
principem, qui et de nostra aequitate bona faciat et propria suae pietatis ostendat.
hunc enim et maiorum suorum commonet virtus et avunculus efficaciter excitat
Theodericus.

IV.

SENATUI URBIS ROMAE THEODAHADUS REX.

a. 534

Divina vobis beneficia, patres conscripti, provenisse feliciter nuntiamus, dominam 1
rerum toto orbe gloriosam consortem me regni sui larga pietate fecisse, ut nec illi
deesset fidele solacium et nobis avitum congrue praestaretur imperium. suscipiatur
gratissime quod generalitatem constat optasse: reserentur nunc sine metu vota cuncto-
rum: ut unde periculum pertuli, inde me universitas cognoscat ornari. praesumpsistis
enim me inconscio susurrare, quod palam non poteratis assumere. quantum vobis
debeam, hinc datur intellegi, ut illud mihi festinaretis divinitus evenire, quod meus
animus non audebat appetere. Hoc nobis est potius novum quam vobis incognitum. 2

BZNKE(F)H(GI)

1 iuste *om. K* part. hab. *HGI* 2 palatio B^a, palati B^b 3 amalorum *BKFHGA* in actibus (actionibus *F*) *om. K* patiens *om. H* 4 gen. pot. est *HG*, gen. est pot. *I* lector E^1 5 hiis *F* 6 fiat] faciat *K* reperit] inuenit *HGI* 7 principes H^1 sub *om. H* equitate *F* 8 nec] nec enim *A* 9 quod *I Cuiacius* 10 litt. est *HGI* eruditus] imbutus *HGI* quicquid est] est q. est *NI* homine commonemur] bonore commonemur *K* 11 bonum rapere *om. F* 12 est *om.* HG^a sui *F* sententia] iusticia HG^tI 13 uideamus *NEFI* acuit *K* 14 nit. pium] pium nit. *HI*, et pium nit. *G* uitae] ecclesiae *KA* 15 donis] dominis *HI* 16 uid. hab. *HGI* 17 renuutiatione *H* 18 ronabiliter *N* 20 assueuerunt NI^p, consueuerunt I^w est *om. A* sen-tentia] semper *F* 22 nobis *N et pro v. l. Par. 2186* 23 qui] ibi *H* faciat et] faciendo *KA* 24 hinc *F* 25 theodoricus *NEFI* 27 nobis *NEHGIA* peruenisse *A* feliciter] fideliter *K* 28 me *om.* B^a 29 auitum] *Cuiacius*, habitum *libri* 30 generalitates *H* optasse] ornasse *A* 31 ut *om.* K^1 inde] unde *B* pertuli *om. HGI* 32 inconscio] in consortio NHG^t, consorcio I^w, consoricio I^p pala *B* 33 illud *om. F* eueniret *(?) Z* 34 uobis *A* nobis *A*

magna ergo gratia completum debet accipi, quod velociter quam oportebat videbatur aperiri. sed si quid de vobis meremur, cum tamen plurimum apud vos valere nostram gratiam confidamus, domnae et sororis nostrae gloriosas laudes iugiter personate: quae magnitudinem imperii sui nostra voluit participatione roborari, ut tamquam in duobus
3 luminibus unus esset aspectus et concordem sensum nemo crederet segregatum. Sic sunt enim, simul quos et gratia iungit et parentela conciliat. arduum sibi hoc forsitan aestiment impares mores. difficile est illos aliter vivere, qui sibi possunt bonarum cogitationum similitudine convenire. consilium quippe imitari detrectat inprovidus:
4 sapientiam vero ille quaerit in altero, penes quem est scientiae magnitudo. Sed inter diversa munera, quae nobis cum regia maiestate divina tribuerunt, illud amplius permulcet animum nostrum, quod nos sapientissima domina trutina magnae disceptationis elegit: cuius prius ideo iustitiam pertuli, ut prius ad eius provectionis gratiam pervenirem. causas enim, ut scitis, iure communi nos fecit dicere cum privatis. o animi nobilitas singularis! en aequitas mirabilis, quam mundus loquatur. non dubitavit parentem prius iuri publico subdere, quem paulo post voluit ipsis quoque legibus anteferre. exploravit conscientiam, cui erat regni traditura censuram, ut et illa domina
5 cognosceretur esse cunctorum et me probatum perducere dignaretur ad regnum. Quando his muneribus, quando solvamus tantae gratiae quae debemus, ut quae cum parvulo filio imperavit sola, nunc mecum delegerit regnare sociata? in ipsa est enim decus regnorum omnium, in ipsa nostrae originis flos bonorum. quicquid fulgemus, ab eius claritate suscipimus, quando non solum parentibus laudem contulit, sed ipsum quoque genus humanitatis ornavit. quis possit sufficienter edicere, quanta pietate, quanto morum pondere decoretur? discerent profecto nova philosophi, si viderent et minora
6 libris suis faterentur condita quam huic cognoscerent attributa. In tractatibus acuta, sed ad loquendum summa moderatione gravissima. haec est regalis procul dubio virtus celerius necessaria sentire et tardius in verba prorumpere. nescit enim paenitenda loqui, qui proferenda prius suo tradit examini. hinc est quod eius doctrina mirabilis per multiplices linguas magna ubertate diffunditur, cuius ingenium ita paratum reperitur ad subitum, ut non putetur esse terrenum. in libris regum regina austri venisse legitur ad discendam sapientiam Salomonis: hic principes audiant quod sub ammiratione cognoscant. paucis verbis sensus clauditur infinitus et summa facilitate
7 componitur, quod ab aliis nec sub longa deliberatione formatur. Beata res publica quae tantae dominae gubernatione gloriatur. minus fuit, ut generalitas sub libertate

BZNKE(F)H(GI)

1 uelocius F^2 quem *A* uidebatur] constat $N^v I$ 2 aperiri] appeti E^2 si *om. F* ap. uos (ap. uos *om. HGI*) ual. nostram (uestram *HG*) gratiam (gloriam *K*, *om. A*)] nostr. gratiam (*om.* F^1) pl. ap. uos ual. *F* 3 sorori *EHGI* personare *E* 4 sui *om. F* in *bis N* 5 concordes E^1 sic sunt (*om. K*) enim simul (similes K^2)] scitura enim simul *H*, simul enim (*om.* G^a) sunt *G* 6 quos] quod uos *H* coniungit *F* hoc *ante* impares *G*, *om. HI* forsitan] fortasse *HGI* 7 aestiment] existiment *HI*, existimarent *G*, imputent *F* al. ill. Z^a uiuere] agere *I*, *om. HG* 8 cognitionum *EF* imitari] NF^2HGI, mutari $BZEF^1K$, mutare *Paris. 2191* detractat NE^1FHG impauidus EF^1, inprouide *H* 9 scientiae] sententiae *B* 10 uobis *H* 11 deceptationis *H* 12 pertulit *K* prius] post *G*, prior *I* prouectionis gratiam peruenirem (prouenirem *F*)] insticiam peru. prou. gratiam N^t, iust. prou. gr. peru. N^v 13 o animi] quando *H* 14 aequitas] quietas H^1 loquetur $G^a I$ 15 uoluit *post* legibus *EF* 16 anteferri *malim* mensuram *K* dominia *H* 17 perducere] proficere *HI* 18 hiis *N* soluimus N^a, soluemus *EFI* quae cum] quaecumque *A* 19 est] *post* flos *G*, *om. HI* 20 ab *om. HI* 21 suscepimus *EFI* quando] quoniam *A* cont. laud. *F* 22 posset *EF* suff. adic.] sufficere ad dicendum *HGI* 23 decorentur *F* dicerent *HGI*, disceret K^1, discer (*sp. vac. rel.*) E^1, discernerent uel dicerent uel discerent E^2 24 suis libr. *EFHGI* hinc *H* 27 prius (*om. F*) suo] suo pr. *HGI* tradidit *KA* 29 astri *H* 30 legitur] dicitur *HGI* sap. salomonis (salemonis *B*, solomonis *KA*)] sal. sap. *HG* hinc *EHGI* 32 nec] nunc *A* 33 ut] ne *A*

serviret: additum est tantis meritis, ut ei subderetur et reverentia principalis: hoc
enim obsequio dignissime dominamur. nam cum tantae prudentiae pareo, cunctis
virtutibus obsecundo. sub tali siquidem monitore regni pondere non gravamur, dum
si quid sit pro novitate incognitum, fiet nobis eius instructione certissimum. Ad bonum 8
publicum veritatem non pudet confiteri. agnoscite, principes viri, sapientissimae esse
dominae, quod in nobis potuerit plus placere. illam enim aut interrogando melius
sentimus aut eius imitatione proficimus. vivite nunc felices, vivite deo auxiliante con-
cordes et aemulamini gratiam, quam regiam cognoscitis tenere concordiam.

V.

THEODOSIO HOMINI SUO THEODAHADUS REX.

a. 534

Potestatis nostrae censuram rerum volumus esse modestiam, ut, quantum divina 1
beneficia percepimus, tantum aequabilia plus amemus. privata siquidem studia a
nostro animo probantur exclusa, quia generalis dominus custos factus sum deo
auxiliante cunctorum. et ideo praesenti iussione praecipimus, ut quicumque ad domum
nostram noscitur pertinere et curae tuae probatur esse commissus, nullis praesumptio-
nibus insolescat, quia solus dicendus est ille meus, qui legibus potuerit esse tran-
quillus. augete famam nostram per patientiam vestram. Si quis habuerit cum altero 2
forte negotium, ad communia iura descendite: fora vos tueantur, non iniqua prae-
sumptio. a domesticis inchoare volumus disciplinam, ut reliquos pudeat errare, quando
nostris cognoscimur excedendi licentiam non praebere. mutavimus cum dignitate pro-
positum et si ante iusta districte defendimus, nunc clementer omnia mitigamus, quia
domum exceptam non habet princeps, sed quicquid divino auxilio regimus, nostrum
proprie confitemur. Estote ergo circa eos, qui iuri nostro ante fuere subiecti, omnino 3
solliciti: nullum contra legem aliquid permittatis excedere. laus ad me vestra potius
perveniat quam aliqua querella procedat, quia bona conscientia tunc vere imperat, cum
generaliter praestare festinat.

VI.

PATRICIO V· I· QUAESTORI THEODAHADUS REX.

a. 534

Necessarium probatur esse rei publicae personas dignitatibus aptas eligere, ut 1
cui iustitia committitur, malis moribus non gravetur. alioquin inefficax est ab homine
exigere quod agnoscitur non habere: contra confidenter quaeritur, quod inesse sentitur.
Et ideo primum nobis placuit tuos mores inspicere, sine quibus possunt quaelibet 2
optima displicere. ornamentum enim bonorum omnium est sincera benignitas, quae
non est sola, quia de virtutibus cognoscitur esse generata. ordinem serva nostri
iudicii, ut, sicut haec prima quaesivimus, ita te custodire iustitiam prae omnibus

BZNKE(F)H(GI)

1 principalis *om.* H^1 4 fiet] et fiet *HI* eius *om.* HG^aI 5 esse *om.* *K* 6 potuit *F* illam] illa *E*, nam *H* 7 imitatione] mutatione *H* 8 regina *K*, reginam H^a quam] qui *NHGI* reginam H^1 noscitis *EF* 11 equalia *K* ammonemus H^a studia] inditia H^1G^1 12 quia] et E^1F 13 et ideo] ideo *HG*, ideoque *G* praec. iuss. *HGI* 14 nescitur E^1 15 patuerit *K* transquillus *H* 16 patiam H^1 habuit HG^a 17 iniqua] inquam *H* 19 excedenti *H* 20 destricte *B* offendimus *HI* 21 habent principes *A* gerimus *HGI* 22 proprie conf.] profitemur *HGI*, proprie profitemur E^2 circa] cura *Z* 23 promittatis *B* uestra] unde E^1, *om.* *BA* 25 praestarei Z^a 27 esse *om.* *A* eligerem H^a 28 grauatur *H* alioqui *A* 29 cognoscitur *F* 30 et ideo] ideo *HI*, ideoque *G* opt. quael. *HG*, opt. queque *I* 31 omn. bon. *HG* 32 cognoscitur] uidetur *HGIA* ordini *Z* 33 hoc *H*

3 sentiamus. Secunda nobis cura fuit eloquentiae tuae fluenta perquirere, quam licet
singulariter diligamus, moribus tamen iuste postponimus. in illis enim vita cognoscitur,
hic tantum lingua laudatur. sed in te valde decorum, quia utrumque nosceris habere
sociatum. aequaliter enim splendes actionis merito et dictionis eloquio, ut iuste possit
intellegi per te voluntas principis expediri. nam inter ceteras artes oratoriam sic
4 diligimus, ut eam ornamentum litterarum omnium esse fateamur. Quicquid enim in
qualibet disciplina concipitur, ab ista sub decore profertur. reperiat quamvis magna
philosophus: quid proderit sentire, si laudabiliter non possit excolere? naturale est
invenire, sed facundi decenter adserere. quale est enim cunctis desiderantibus loqui
et res communes ita diserte dicere, quas etiam prudentes se mirentur audisse? in
hac te cognovimus arte praevalidum, ut et suadere possis suaviter et suggestionibus
5 tuis nescias maligna miscere. Atque ideo quaesturae tibi fasces per tertiam decimam
indictionem propitia divinitate concedimus, ut saties generalitatis votum iuridicorum
sequendo iudicium. totum te legibus, totum responsis trade prudentium. sic nobis
optime famularis, si priscorum servias constitutis. considera in verbis tuis laudem
positam principalem: fama nostra est quod loqueris conscientia sine dubitatione quod
6 sentis. Intellege quantum sit, quod a te exigatur, cui opinio nostra committitur. haec
subiectos nostros amplectitur: haec per gentes exteras pervagatur: per hanc ubi non
videmur, agnoscimur. decreta nostra tradunt civitatibus provinciisque sermones: iudicare de nobis possunt etiam qui nostris iussionibus obsequuntur. summo ergo studio
constat esse servandum, quod de nobis potest ferre iudicium.

VII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODAHADUS REX.

a. 534

1 Post primordia nostri imperii vobis feliciter nuntiata congrua nobis contigit, patres
conscripti, causa sermonis ut iudicem nos cognoscatis elegisse, cuius nos lingua possit
ornare. quaestor enim eloquens rei publicae decus est, qui et vota nostra optime
2 videatur edicere et antiquorum iura firmo consilio custodire. Hic est enim Patricius
suis iam vocabulis honoratus: nam perpetua fruitur laude, cui est honor in nomine:
cuius affluentem facundiam studia Romana genuerunt: ostentans merito de loci dignitate
peritiam. nam qui illic potuit imbui, meruit ubique laudari: ibi defaecatus sermo
Latinus est: ibi discuntur verba toto nitore lucentia. aliae regiones viva balsama et
olentia tura transmittant: Roma tradit eloquium, quo suavius nil sit auditum. sic bonis
artibus eruditus mox est forensibus aptatus excubiis, ut oratores, quos longa medi-

BZNKE(F)H(GI)

1 cura] cum *H* quae *HG*, quem *IA* 2 motibus E^1 praeponimus *HI* illa *HI* enim *om.* *K* 3 hinc *HI* decorum] d. est EFI^p quia] qui *I* 4 sociatum] solacium *N* iusta *HGI* 5 uoluntates F^2 expeditur *A* ornatoriam H^a 6 ornatum *F* litt. omn.] *BHGI*, omn. litt. *reliqui* 7 repparat *vel* repperat *Z* 8 extollere N^vI naturalis E^2F est] est enim E^1, enim est *F*, *om.* *ZNK* 10 communes] oratione *A* discere *H* etiam prudentes] et pr. *H*, pr. et *I*, imprudentes *K* se *om.* *F* 12 dec. tert. *A* 13 iuridicorum] et iur. *F*, ueridicorum KHG^tIA 14 responsis] te responsis *HGI* *Cuiacius* prudentum *KEF* 15 famularis] familiaris *H*, consularis *K*, consulueris *A* 15 constitutis] institutis N^aE^2FHGI, inconstitutis *K* laudem] laudem tuam B^a 17 quantum] tamen q. *A* a *om.* *N* exigitur *HI* nostr. op. *GI*, uestra op. *H* 19 prouinciis ciuitatibusque *HGI* 20 etiam qui] et qui *HGI*, etiam K^1E, qui F^1, qui etiam *A* 23 post *om.* *HGI* nobis *H* contingit EFI^w 24 causa p. consc. *HGI* uos ling. *ZNA*, ling. nos *HG* 25 optime] apertissime *HGI* 26 hinc *H* 27 iam *om.* *HGI* nam] nam et *K* est] lest Z^a homine E^1 29 ibi] inde *A* 30 licentia B^a uiua] *BHGI*, uina *reliqui* 31 olenciea N^a transmittunt *HGI* nichil *H* fit *E*, est *HGI* 32 forentibus B^1 orationes quos *H*, orationes quas *G*

tatione perceperat, consimili declamatione monstraret. Notum est etiam quanta cum 3
collegis suis moderatione contendit. certaminibus eius modestia semper affuit: dicendi
calore raptatus studuit laudabilibus inventis, non, quod plerique faciunt, vacavit iniuriis:
qui sic peroravit causas sub tranquillitate, ut mores proprios semper assereret. con-
tendisse siquidem, non litigasse repertus est. alienam enim causam faciebat suam
gloriam. nam sic cognitus est vincere, ut probaretur contrarii animum non laesisse.
Talem itaque virum non decuit diutius institiam petere, sed docere: quia iudiciaria 4
virtus est linguae bonis abundare et mentis temperantiam custodire. cognoscite, patres
conscripti, quid fieri velimus, quando in iudicibus primum mores elegimus, in ea prae-
sertim dignitate quae iura consuevit edicere. non enim temporibus nostris potestate
regia est armata quaestura, sed legibus probatur esse composita. Velle nostrum anti- 5
quorum principium est voluntas, quos in tantum desideramus imitari, quantum illi
iustitiam sunt secuti. illa est enim reverenda priorum auctoritas, quae a recto tramite
non declinat. sequendi enim necessitatem relinquit posteris, qui iustitiam suis miscuerit
constitutis. et ideo, patres conscripti, per tertiam decimam indictionem illustri Patricio
quaesturae contulimus dignitatem ut qui est clarus nomine, magnificus etiam sit honore.
fovete in eum nostra iudicia: ut quod nos praestitimus, vobis placitum nihilominus
sentiatur.

VIII.

IUSTINIANO AUGUSTO AMALASUINTHA REGINA. *a. 534*

Ita nos gratia vestrae pietatis oblectat, ut quicquid ad decorem nostrum potest 1
proficere, libenter a vestris velimus partibus postulare: quia talia vobis divina tribuerunt,
ut et vos eius affluenter muneribus abundetis et sperantibus benigno animo quae sunt
necessaria concedatis. Et ideo mansuetudinem vestram reverenter salutans harum 2
portitorem illum ad excellentiae vestrae beneficia destinavi, ut marmora vel alia neces-
saria quae quondam Calogenitum comparare feceramus, per praesentium portitorem
ad nos pervenire domino favente iubeatis, ut cognoscamus nos a pietate vestra re
vera diligi, quorum facitis vota compleri. vestra enim gloria est noster ornatus, quando
vos praestitisse cognoscitur quod nostris laudibus adplicatur. decet enim ut et orbis
iste Romanus iuvamine vestro resplendeat, quem amor vestrae serenitatis illustrat.

VIIII.

IUSTINIANO AUGUSTO THEODAHADUS REX. *a. 534*

Aequum est, sapientissime imperator, ut illa nobis libenti animo faciatis impendi, 1
ad quae si essemus desides, a vestra potius clementia deberemur hortari. vobis enim
gratum esse non dubium est, quicquid per nos ad Italiae decorem contigerit expediri,
quia laudibus vestris iure proficit, quando videtur crescere quod ad nostrae rei publicae

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 8. 9

1 praeceperat *A* consimili] a simili *A* declaratione *HG*^{1}*I* 2 collegiis *HE* 3 laudibus *EF* uocauit *E*^{1} 4 sic] sicut *K* 5 litigasse* *B* 6 contrarium *KA* 7 diutius] praesentius *E*^{2} *(cf. ad v. 9)* iudicaria *K*^{1}*E* 9 eligimus *KEFI*, selegimus *B*^{a} praesertim] magis *KE(cf. ad v. 7)FA* 10 edicere] edere *E*^{2}*I* 11 comp. prob. esse *G*^{a}, apposita prob. esse *HI*^{p}, esse prob. apposita *I*^{w} 12 quantam *H* 13 a] in a *N*^{1}, in *N*^{2} 14 reliquit *A* 15 institutis *E*^{2}*FHGI* dec. tert. *A* 16 etiam sit] etiam fit *A (em. in err. typ.)*, sit etiam *H*, sit et *G* 17 fouere *H* 21 nobis *KA* 24 illum *ad* 25 praesentium *om. K*^{1}, illum *om. K*^{2} uestra *Z* 25 comperare *F* praesentium] pium *A* 26 cognoscatis *K*^{a} 29 iste] istes *Z*^{a} illustret *B*^{1} 31 sanctissime *EF* 32 deberemur] *B(K)*, deberemus *ZNEFA* 33 contigerat *B*^{1} 34 quia] qui *B*^{1}*ZN* nostris *A (em. in err. typ.)*

2 potest gloriam pertinere. Quapropter exhibens principatui vestro reverentissimum salutationis affectum harum portitorem ad illa direximus exhibenda, ad quae quondam Calogenitus fuerat destinatus, ut, etsi persona rebus humanis subtracta est, beneficia tamen vestra ad nos, domino iuvante perveniant, ne cassetur desiderium quod convenienter est de nostra praesumptione securum.

X.

THEODORAE AUGUSTAE AMALASUINTHA REGINA. *a. 534*

Cum propositi nostri sit illa quaerere quae probantur ad gloriam pii principis pertinere, dignum est vos sermone venerari, quos bonis omnibus constat semper augeri. concordia non est sola praesentium: quin immo illi se melius respiciunt, qui animi caritate se coniungunt. atque ideo reddens Augustae reverentiae salutationis affectum spero, ut redeuntibus legatis nostris, quos ad clementissimum et gloriosissimum principem destinavimus, de vestra nos faciatis sospitate gaudere, quia prospera vestra ita nobis grata videntur ut propria et necesse est sospitatem desideranter suscipere, quam nos iugiter constat optare.

XI.

MAXIMO V· I· DOMESTICO THEODAHADUS REX. *a. 535*

1 Si gloria est bonorum principum incognitas honoribus clarificare personas, dum quicquid a subiectis proficitur regnantum laudibus applicatur, quanto nobis praestantius est nobilissimae familiae reddere, quod eam cognoscimus etiam nascendi sorte meruisse! sic enim iustitiam sequimur, si bonis heredibus parentum praemia non negemus. decet
2 enim etiam priores suos vincere, qui ad nostra meruerunt tempora pervenire. Anicios quidem paene principibus pares aetas prisca progenuit: quorum nominis dignitas ad te sanguinis fonte perducta collectis viribus hilarior instaurata rutilavit. quis ergo relinqueret in posteris minus honoros, quos tamdiu constat fuisse praecipuos? accusarentur saecula, si talis potuisset latere familia. atque utinam nobis Marios vel Corvinos annosior vita servasset! vix satiaretur principis votum, si nos contingeret personas illas talium possidere meritorum. quemadmodum nunc profecto neglegamus inventa,
3 qui desideramus habere praeterita? Atque ideo, quod feliciter dictum sit, primiceriatus, qui et domesticatus nominatur, ab indictione quarta decima tibi conferimus dignitatem. usurus es omnibus titulis qui ad eius pertinent actionem. hic honor quamvis tantis natalibus videatur inferior, cunctis tamen fascibus tuis videtur esse felicior: cuius tempore meruisti coniugem regiae stirpis accipere, quam in tuis curulibus nec prae-

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 9 *et* 10 *(praeter* 9 concordia — 10 coniungunt*)*

1 uestro] nostro *B, om. A* 2 portitarem B^a direximus] duximus *F* 3 etsi] si F^1 rebus hum. rebus B^a beneficia *ad* 4 iuuante per *om. A* 4 uestra] nostra E^1, nostram E^2 nos] uos E^1 domino] *B*, deo *reliqui* 5 nostra] *B*, uestra *ZNKEFA* secutum *E*, sequutum *F* 7 cum] dum *ZNA* pii *om. A* 10 se car. *EF* iungunt *K* 11 et glor.] glor. *K, om. N* 12 faciat *F* 13 grata *om. F* desiderantur *K* 16 sin B^1 17 a *om. HGI* regnantum] *BEH*, regnantium *ZNKEFGIA* laudatubus *N[?]* amplicatur B^a nobis] magis *F* 18 familiae] femine HG^tI etiam *om. HGI* 20 suos *om. ZN* 21 genuit E^1 22 fonte] forte *H*, sorte G^t hilariorum HI^p restaurata E^1 quis] quos *HGI* 23 minus *om.* B^1 honoros] honores *KEFHI* fuisse] esse *E* 24 saecula] secunda *E* lat. pot. *N* utinam] uidetur E^1, *om. A* curuinos *K* 26 nunc] non *K* profecto *om. F* 27 qui] que *KHG* quod] que H^aI^p, *om.* I^w 28 domesticus *HGI* ab] ad *H* dec. qu. *A* 29 est B^a 30 tuis *om. HGI* uidetur] uider̄ *H* 31 meruistis *H* curulibus] ciuilibus *Z*

sumpsisses optare. Age nunc, ut sicut tibi est votivus, ita nobis reddatur acceptus. 4
considera quid merueris et dignum te nostra affinitate tractabis. nam qui familiae
regnantis adiungitur, in laudum gremio collocatur. nunc maior opera mansuetudini
detur: nunc omnibus communio benigna praebeatur, ut talem probemur elegisse, quem
nulla possit prosperitas immutare. humilis age rem gloriae, quia de modestia laus
sumitur, de elatione odium concitatur. provectibus quidem proxima est indubitanter
invidia, sed tolerantia melius vincitur, quae contentione semper augetur. Supra ceteras 5
virtutes amicam sapientibus ama patientiam: erectus ex nobis sustinendo potius quam
vindicando laudaberis. iram vince: benigna dilige: cave, ne maior videatur esse feli-
citas moribus tuis, sed qui nostro iungeris generi, proximus gloriosis actionibus com-
proberis. laudati sunt quidem hactenus parentes tui, sed tanta non sunt coniunctione
decorati. nobilitas tua non est ultra quo crescat. quicquid praeconialiter egeris,
proprio matrimonio dignissimus aestimaris.

XII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODAHADUS REX.

a. 535

Ne quis nos, patres conscripti, in honoribus dandis non aestimet habuisse rationem, 1
quod post insignia consulatus minora magis posterius conferamus. quin immo sua-
serunt nobis merita candidati, ne iam maturus nulla videretur sumere, qui primaevus
emerita cognoscitur accepisse. avari quippe principis erat in uno honore spatia vitae
tam magna concludere et ideo magis nihil praestare, quia prius cognoscitur summa
meruisse. quin potius omnia miscue concedamus: nulla dignitas minor est, cum bene
geritur, quando reverentiam plerumque actio videtur accipere de claritate personae.
haec autem tunc sunt gradibus distincta, cum diversis fuerint attributa. nam hono-
rem suum semper aequaliter retinet quicquid probe gesserit consularis. sic minorum
fluminum vocabula maior amnis absorbet et quamvis plurima fluenta Tiberis vester
excipiat, tamen a proprio nomine non declinat. Et ideo, quod feliciter dictum sit, 2
illustri viro atque magnifico patricio Maximo primiceriatus, qui et domesticatus nomi-
natur, a quarta decima indictione gerendam tribuimus dignitatem, ut mediocritas honoris
merito cresceret praesidentis. neque enim fas est humile dici quod gerit Anicius:
familia toto orbe praedicata, quae vere dicitur nobilis, quando ab ea actionis probitas
non recedit. Sed his bonis addimus, patres conscripti, ut nostrae affinitati praecelsae 3
clara familiae vestrae gratia misceatur. verum hanc gloriam non sibi tantum potest
unus assumere, quam nos probamur Romano nomini contulisse. reddite affectui meo
plenissimam caritatem. plus est amandus a domino, qui parentis nomen dignatus est
praestare subiecto. Sed aequum est, patres conscripti, ut carus existat, per quem 4

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 12 (praeter v. 21 reuerentiam — personae *et* 23 minorum — 24 absorbet *et* 29 familia — 30 recedit*)*

1 optasse *HGI* 2 quod *A* qui *om. Z* 3 collocatur] commoratur *G, om. HI* 5 age rem] ager est *HI*^{p}, est ager I^w molestia HG^a 6 sumitur] creditur E^a indub. prox. est *HGI* 7 uincitur *bis* B^1 supra c. uirtutes] supra c. enim u. *KA*, *om. F* 8 amicam] admixtam *HI* patientiam] sapientiam E^2HI erectus ex] erectus e *I*, erectus est *H*, electus est (es G^b) a *G* 9 laudabilis *HG* esse *om. HG* 10 actibus *EFI* 11 laudati *ad* 12 decorati *om.* K^1 quidem *om. NA* non] nunc *EF*, *om. HGI* 12 quod *A* quicquid *om. H* 15 in *om. N* estimat B^a 16 magis] magnis B^b suaserunt *om. A* 17 merita E^1 20 miscue] miseue E^1, promiscue *A* 23 gesserit] retinet *A* consularis] singularis E^1 24 absorbit *B* noster *A* 25 accipiat K^a a *om.* F^1 decliuet B^a 26 magn. patr. max.] patr. magn. (*om.* max.) E^1 domesticus *K* 27 gerenda *N* 28 amuitius *F*, amicius *A* *(em. in err. typ.)* 29 quae *om. GIA* non rec. pr. act. *K* 30 hiis *FK* uestrae *A* alfinitate N^a 31 nostrae *A* sibi] tibi *ZN* 34 carius B^1

vobis tam felicia contigerunt. exultate generaliter et has nuptias laetitia profusa celebrate. unde profecit nomen omnium, vota debent esse cunctorum. quae preces a me exigere potuerunt. quod meus animus spontanea deliberatione concessit, ut vestri ordinis viros parentes vere appellare possimus, qui nobis affinitatis claritate iungendi sunt?

XIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODAHADUS REX.

a. 535

1 Postquam venerabiles viros episcopos agnita legatione remisimus nec petitionibus
vestris, quamvis essent quaedam reprehensibilia, noster animus obviasset, venientes
ad nos aliqui retulerunt civitatem Romanam adhuc inepta sollicitudine laborare et id
agere, ut, nisi nostrae mansuetudinis interesset, pericula sibi potius certa ex dubiis
suspicionibus concitaret. unde aestimate, cui debeat populorum inanis levitas imputari
2 nisi vestro ordini, a quo decuerant cuncta componi. Per vestram siquidem sapientiam
ammoneri provincias oportuit universas, ut talia probarentur assumere, quae principis
primordia viderentur ornare. verum quae civitas non fiat excusabilis, si Roma deliquerit? res minor ad potioris currit exemplum et alieni facti iure invidiam sustinet,
quae peccatis praestat exemplum. sed gratias divinitati referimus, quae dona sua
3 vestris potius ornavit excessibus. Ecce prius culpas ignoscimus quam devotiones
aliquas sentiamus. nil debemus et solvimus: ante benefici sumus, ut postea gratissimos invenire possimus. sed licet in hac parte nostrae modestiae gravitas asseratur,
nolumus tamen nos tantum praedicari, nisi ut et devotionis Romanae benignitas possit
ostendi. plus enim vestra opinione pascimur, quam si de nostra semper tranquillitate
4 laudemur. Amovete suspiciones ab ordine vestro semper extraneas. non decet senatum corrigi, qui debet alios paterna exhortatione moderari. nam ex quibus habebunt
genium mores, si parentes publicos minores contigerit inveniri? sufficiunt haec nobilibus, sufficiunt ista verecundis, ut ad studium perfectae devotionis incitemus quos
paululum de prava suspicione culpavimus. nos enim quod praesentiam vestram expetivimus, non vexationis iniuriam, sed utilitatis vestrae causas profunda cogitatione
tractavimus, ut illud magis debuissetis efficere, quod vobis cognovimus expedire.
5 Certe munus est videre principem. hoc a vobis pro rei publicae utilitate volumus
fieri, quod praemiis solebat optari. sed ne ipsa remedia in aliqua parte viderentur
austera, cum res poposcerit aliquos ad nos praecipimus evocari, ut nec Roma suis
6 civibus enudetur et nostra consilia viris prudentibus adiuventur. Redite ergo in pristinam devotionem et sollicitudines meae, quas pro generalitate sustineo, vestro potius
adiuventur ingenio, quia hoc vobis semper insitum fuit principibus vestris votum puritatis offerre nec parere necessitate terroris, sed potius amore dominantis. reliqua
per harum portitorem illum verbo dicenda commisimus, ut summotis cogitationibus
ambiguis nostris ammonitionibus credere debeatis.

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 12 *et* 13 (*praeter v.* 14 quae — deliquerit)

1 nobis *E* tam felicia] tam felicia uota *ZN*, talia *A* 2 proficit *EF* 3 exigere potuerunt] exire poterunt B^1 4 claritatis Z^a 8 quaedam *om. B* reprehensibia B^a 9 inepta** *B* labore B^1 10 *post* interesset *excidit fortasse* parcere *vel simile quiddam* 12 ordine B^a decuerunt *F* 14 fiet *HGI* delinquerit *Z*, dereliquerit H^a 15 res] *fortasse* res publica et] ut B^1 17 quam *ad* 18 soluimus *om.* K^1 18 beneficii *K* 19 mod. nostr. *N* 20 uolumus *N* uos *A* et *om. E* 21 nostra *EF* semper *om. A* 22 laudaremur *EK* 23 cohortatione *E*, cohartatione *F* 24 contingerit *K* 25 ista] isti *E* quos *ad* 26 culpauimus *om.* K^1 26 culpamus *A* quod] qui *EF* 27 profundas *N* 29 minus *EF* fieri uol. *F* 32 uiris (iuris *A*) prud.] prud. uir. K^a 33 et] ut *KEFA* 34 semp. uob. *EF* puritatis] pietatis N^a 36 ill. har. port. *A* 37 decbeatis B^a

XIIII.

POPULO ROMANO THEODAHADUS REX.

a. 535

Licet vobis sit insitum dominos vestros pura mente diligere et obsequiis id agere, 1
ut regnantis animum possitis habere placabilem, hoc tamen maiorum vestrorum semper
proprium fuit, ut tamquam membra capiti, ita suis principibus viderentur adiungi.
quam enim vicissitudinem reddat qui maximo labore defenditur, cuius per dies singulos
civilitas custoditur, nisi ut illos diligat supra omnia, per quos habere probatur universa?
Absit enim a temporibus nostris, ut in vobis aliquid tale reperiamus, quod 2
nostris indignationibus esse possit idoneum. fides vestra, quae vos hactenus asseruit,
modo potius evidenter ostendat. non varium, non dolosum, nec seditionibus plenum
populum decet esse Romanum. mali mores vestro nomini probantur adversi. sed hoc
quoque mirabile est, quod gravitatem vestram cogimur ammonere, quam constat semper
sponte sapuisse. nullae vos ineptae suspiciones, nulla timoris umbra deterreat. habetis
principem, qui pietatis studio optet in vobis invenire quod diligat. hostibus vestris,
non defensoribus obvietis. invitare, non excludere debuistis auxilium. Sed sensus 3
iste fortassis eorum est, qui minus probantur intellegere quae generaliter poterant
expedire: ad vestrum potius redite consilium. numquid vos nova gentis facies ulla
deterruit? cur expavistis, quos parentes hactenus nominastis? qui relictis familiis ad
vos venire properabant, de vestra erant potius securitate solliciti. quando, rogo, talis
ab illo vicissitudo recepta est, cui salutis praemia debebantur? Illud enim, quod ad 4
nos attinet, scire debuistis, quia die noctuque incessanter optemus, ut quod parentum
nostrorum temporibus constat enutritum, sub nobis potius divinis auxiliis augeatur.
ubi enim fama regnantis erit, si vos, quod absit, patiamur imminui? nolite talia
cogitare, qualia nos minime videtis assumere. immo magis, si quis aliqua iniquitate
depressus est, spem de bona conscientia non amittat, quando sublevare cupimus quos
studere probis moribus invenimus. Aliqua etiam vobis per illum verbo dicenda com- 5
misimus, ut nostrum circa vos in omni parte animum propitium sentientes, iugibus,
sicut oportet, obsequiis et oratione sincera devoti esse debeatis.

XV.

IUSTINIANO IMPERATORI THEODAHADUS REX.

a. 535

Constat desiderium nostrae voluntatis expleri, quotiens ad pietatem vestram salutiferos apices contigerit destinari, quia semper felici gaudio repletur, qui vobiscum sincera mente colloquitur. et ideo salutans clementiam vestram honorificentia competenti harum portitorem pro negotio Ravennatis ecclesiae venientem gratissima vobis petitione

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 14 *(praeter v.* 11 mirabile — 12 sapuisse*)*

5 sing. dies *N* 6 ciuitas *K*[1] super *K* prob. hab. *K* uniuersa] immensa *A* 9 ostendatur *A* nanum *A* 10 decet *fortasse delendum* nostro *A* probantur] p. esse *EF* 11 uestr. grau. *HGI* 12 sponte sua *HGI* uos *om. E*[1] 13 optet] oportet *K*[1] 16 nostrum *EF* uos *bis N* noua] nostra *ZN* 17 deterruit] decreuit *E* 18 properabant] festinabant *F* sollociti *B*[a] 20 nos *ZN* optamus *EFA* ut *om. F* 21 tempore *EF* 24 ammittat *B* quando] quoniam *A* 25 studere] *scripsi,* tūdere (tundere *vel* tundere) *B,* tundere *ZN,* intendere *KEFA* probis] bonis *F* uobis per illum] per ill. uobis *EF,* uobis pro illis *K* uerbo *om. KEFA* 27 sicera *F* 29 expleri *om. HGI*[p] 30 quia] et *HGI* gandio] animo *EF* qui] quia *E*[1] 31 cl. uestram *(om. H)*] uestr. clem. *NI* honorificentiam *H* 32 uobis *om. HG*

commendo: quando talis offertur causa praestandi, ubi merces videatur adquiri, quam vos facere semper exoptant qui serenitatem vestram florere desiderant. non est enim dubium meliora recipere, quos contingit iusta praestare.

XVI.

SENATUI URBIS ROMAE THEODAHADUS REX. *a. 535*

1 Imperiosa nimium res est, patres conscripti, pietas nostra, quando propria voluntate vincimur, qui alienis condicionibus non tenemur. nam cum deo praestante possimus omnia, sola nobis credimus licere laudanda. cognoscitis, prudentes viri, verba quae loquimur: vel nunc clementiam, quam vobis ante promittere debuistis, agnoscite. ecce nec sollicitos patimur, quibus infensi esse putabamur. sic est a principe gravis vincenda suspicio: sic curare debuit, qui noxius esse non voluit. postulata siquidem sacramenta vobis ab illo atque illo praestari nostra decrevit auctoritas, quod bene imperaturo non est difficile persuasum, quia sic vobis securitatem dedimus, ut nihil
2 nostro proposito addere videremur. Talia siquidem qualia promittimus eramus acturi, quia deo debemus ista, non homini. nam qui per lectiones sacras antiqua regna cucurrimus, quid aliud optare possumus, nisi quod divinitati in aliis placuisse sentimus? ipse enim remunerator est bonorum omnium deus: nam quicquid in subiectos pietatis efficimus, illum nobis repensare sine dubio iudicamus. quapropter conscientiam fidelem adepta securitate monstrate, quia post talia redditur clementiae nostrae potius quam offertur affectus.

XVII.

POPULO ROMANO THEODAHADUS REX. *a. 535*

1 Cognoscite, Quirites, quali vos princeps vester firmitate dilexerit, ut temptatus asperis rebus non vos pateretur esse sollicitos, nec voluimus amplius vota vestra differri, quos semper optamus in summa rei publicae celebritate laetari. vestra enim securitas noster ornatus est et hoc vere gratanter accipimus, cum gaudia vos habere sentimus. quapropter, flexi petitionibus vestris, per illum atque illum praestari vobis sacramenta censuimus, ut regis vestri animum non habeatis incognitum: nec liceat
2 falsis suspicionibus errare, dum manifeste teneatur quod credatis in principe. Aestimate quid vobis benignitatis videatur impendi, quando ille iurat, qui non potest cogi. scimus enim pro remedio nos datos esse cunctorum: non despicimus sanare subiectos: et ideo, licet culmini nostro videretur incongruum, libenter adquievimus facere, quod generalitatem probamus optasse. intellegite, quantum nobis imponere vester videatur affectus: fide vobis constringimur, qui vel solo verbo promissa servare sacris lec-

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 17

1 uideantur *N* 2 florere] semper fl. *HGI* 3 meliora] maiora *HGI* contigit *B* 5 res *om.* N^a uestra E^1I 6 alienis] aliis *ZN* omn. poss. *EF* 7 cred. lic.] *BHGI*, lic. cred. *reliqui* 8 loquuntur H^a nobis *FHGI* ante] hactenus *F* agnoscitis *EF* 9 infessi *B*, inprensi HG^1, impensi *I* 10 debuit] non debuit N^a non uoluit] noluit *EF* 11 nobis *HG* atque illo *om. F* 12 persuasu *IA* 13 prop. nostr. *HGI* aucturi *H* 14 quia] qui E^1 15 cucurrimus] cognouimus *NHGI* 16 renumerator *B* 17 repensare] conpensare *N*, recompensare *G*, recumpensare *H*, recompensari *I* indicamus *H* 18 monstrare *K* 22 uolumus *KEFA* uestra uota *F*, uota nostra *A* 24 accepimus *K* nos *B* 25 flexis *K* 26 habeatis] *KEFA*, abeatis B^2, debeatis B^1, haberetis *ZN* 27 err. fals. susp. *K* credatis] *BZN*, creditis *KEA*, credimus *F* 28 quid *om. ZN* benignitas EF^1 29 sanare] saciare E^2 30 libenter *om. E* 31 nob. quant. *E*, quantum nobis *NA* uester] noster *ZN* 32 permissa F^a reseruare *E*

tionibus ammonemur. ostendite nunc devotionem vestram: supernae maiestati iugiter supplicate, ut tranquilla tempora, quae vos habere cupimus, caelesti munere concedantur.

XVIII.

SENATUI URBIS ROMAE THEODAHADUS REX.

a. 535

Remedium, quod pro vobis, patres conscripti, pia mente tractavimus, non sinimus 1
vobis fieri acerba suspicione contrarium, quia laesionis instar est occulte consulere et aliud velle monstrare. cognoscite itaque arma nostra pro salute vestra potius destinata, ut qui vos temptaverit appetere, divino auxilio Gothorum manus ei debeat obviare. nam si insidias gregis strenuus pastor excludit, si pater familias diligens decipientibus locum subreptionis intercipit, qua nos convenit cautela Romam defendere, quam constat in mundo simile nihil habere? summa non mittuntur in casu, quia probatur minus diligere, qui neglegit adversa tractare. Sed ne in aliquo vobis gravis 2
existeret vel ipsa defensio, exercitui destinato ordinante illo annonas fecimus secundum forum rerum venalium comparari, ut et illis tolleretur necessitas excedendi et vobis auferretur causa dispendii. his etiam praefecimus maiorem domus nostrae Vuaccenem, qui pro suarum qualitate virtutum bellatoribus esset iure reverendus, cuius exemplo et excessus vitarent et fortitudinis instrumenta perquirerent. Quos 3
tamen locis aptis praecepimus immorari, ut foris sit armata defensio, intus vobis tranquilla civilitas. intellegite quid excogitaverit consolatorium principis pro vobis ingenium: defensio vos obsidet, ne manus inimica circumdet et a periculis excipimus quos nostrorum sanguine vindicamus. absit enim ut nostris temporibus urbs illa muris videatur protegi, quam constat gentibus vel sola opinione fuisse terrori. ita enim de divino speramus auxilio, ut quae semper fuit libera, nullius inclusionis decoloretur iniuria.

XVIIII.

IUSTINIANO AUGUSTO THEODAHADUS REX.

a. 535

Gratias divinitati referimus, cui est regum semper accepta tranquillitas, quod 1
provectum nostrum clementiae vestrae gratissimum esse declarastis. constat enim amare vos posse, quem gaudetis ad regni culmina pervenisse. sic decuit suscipi qui se per vos praesumpsit augeri. praestate igitur mundo vestrae benignitatis exemplum, ut detur intellegi quantum promoveat, qui se pura vobis affectione commendat. Non 2
enim rixas viles per regna requiritis: non vos iniusta certamina, quae sunt bonis moribus inimica, delectant, quia nihil aliud vos constat appetere, nisi quod opinionem vestram possit ornare. quemadmodum enim pacem exorati poteritis abicere, quam pro ingenita pietate et iracundis gentibus consuestis inponere? bona quidem vestrae

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 17 *et ex ep.* 18 *inde a v.* 15 his etiam *ad finem et ep.* 19 *(praeter v.* 32 nihil enim — 33 ornare*)*

1 ammouemur *K* 2 nos *EFA* 5 pro *om. K* transmisimus *A* 6 nobis *H* acerba susp.] seua susp. *HG*, seuo auspice *I* 7 nostra *H* 8 temptauerint *KEF* goth. man. ei] *NHGI*, goth. man. eis *B*, manus eis goth. *KEFA* 10 subreptionibus *N*[a]*[?]F*[1] defendere] defenditre *B*[1] 11 simile] *KHGI*, similem *BZNEFA* nihil] non *F* quia] q. ille *B*[2] 12 grauius *EF* 13 uel *om. ZN* secundum forum] per fora *NHGI* 15 nobis *NH*[v]*I* causa] cautela *N*[1] hiis *KNF* praefuimus *E* 16 naccenem *KEFA* 18 praecepimus] *B*, praecipimus *ZNKEFA* 19 excogitaueris *K* consulatorium *BZNK* 20 ne m. i. circumdet *om. ZN* exceperimus *A* 21 sanginem *N* ut nostris temporibus *om. F* muris] minus *E* 22 gentibus] hominibus *A* sola] sala *N* 28 uos *om. B* suspici *K* 31 per *in litura octo litt. B*[2] quaeritis *K*[1] uos] nobis *HG* 34 consuenistis *EFA*, consuetis *K*[a]

concordiae non tacemus. totum creditur eximium, quicquid vobis fuerit praedicabili
3 caritate sociatum. Sed et vobis, gloriosi principes, cum sitis absolute mirabiles, aliquid tamen additur, cum vos omnia regna venerantur. nam commune est cunctis in suis imperiis praedicari, sed illud est omnimodis singulare in extranea gente laudes proprias invenire, quia ibi sunt vera iudicia, ubi neminem comprimit ulla timiditas. diligeris quidem, piissime imperator, in propriis regnis: sed quanto praestantius est, ut in Italiae partibus plus ameris, unde nomen Romanum per orbem terrarum constat esse diffusum! oportet ergo vestram pacem servari, quae vobis contulit exordia gloriosa
4 vocabuli. Sed ut sacris affatibus ordine respondere videamur, reverentissima salutatione decursa piis sensibus indicamus beatissimum papam urbis Romae vel amplissimum senatum nostra praeceptione commonitos, ut vir eloquentissimus Petrus legatus serenitatis vestrae et doctrina summus et conscientiae claritate praecipuus sine aliqua dilatione competentia responsa reciperet nec contra vestram voluntatem moras incongruas sustineret, quia totum illud desideramus efficere, quod vestro nequeat iudicio displicere: quando et pietatem vestram hoc studere cognoscimus, quod nobis per omnia prodesse
5 sentimus. Cui virum venerabilem illum legatum nostrum adiungendum esse credidimus, ut non per occasionem legationis vestrae, sed propria potius destinatione nostra possitis vota cognoscere.

XX.

THEODORAE AUGUSTAE THEODAHADUS REX.

a. 535

1 Litteras pietatis vestrae gratia, qua desiderata semper sumuntur, accepi et colloquia oris vestri muneribus omnibus celsiora reverentissima gratulatione promerui, cuncta mihi de tam sereno animo promittens, quando quicquid optare potui, in tam
2 benigna collocutione suscepi. Hortamini enim ut quicquid expetendum a triumphali principe domno iugali vestro credimus, vestris ante sensibus ingeramus. quis iam dubitet ad effectum pervenire, quod talis potestas dignabitur allegare? ante quidem de causarum nostrarum aequitate praesumpsimus, sed nunc amplius de vestra promissione laetamur. non enim poterunt vota nostra differri, quando interest, quae meretur audiri. nunc implete promissa, ut rem tenere faciatis, cui spem certissimam
3 contulistis. Additum est etiam gaudio meo, quod talem virum vestra serenitas destinavit, qualem et tanta gloria debuit mittere et vestra decet obsequia retinere. dubium enim non est illam mores deligere, cui observatur assidue, dum constat defaecari animum bonis praeceptionibus institutum. hinc est quod vestra reverentia commoniti duximus ordinandum, ut sive beatissimus papa sive senatus amplissimus sine aliqua

BZXKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 19 *(praeter v.* 3 commune — 5 timiditas*) et ex ep.* 20 *extrema inde a v.* 32 hinc est

1 taccamus *XA* fuerit] creditur *F* 2 abs. sit. *F* 4 omnibus modis *HGI* 5 proprias *om. HGI* ibi] ubi B^{a} tumiditas *H* 6 est ut *om. A* in *om. EF* italiae] talia e *B* 7 ameris] amari *A* 8 esse *om.* E^{1} nostram *A* nobis E^{1} ex. gl. uoc.] *BK*, gl. ex. uoc. *ZXA*, gl. uoc. exordia (concordia E^{1}) *EF* 9 reuerentissima *ad* 10 indicamus *om.* E^{1} 11 uestra *A* *post* legatus, *quo voc. pagina finit, ins.* 308, 13 nostro *ad* 17 repensare E^{1} legatus *om. A* 12 praecipimus B^{1} 13 competentia resp. rec.] c. uota reciperet responsa F^{a} uol. uestr. *KEFA* 17 occasionem] actionem *K* nostrae *K* 21 omn. mun. *F* celciora *K* gratulationes H^{a} 24 domino *HI* uestro] *BZHG*I^{p}, nostro *XKEF*I^{w}*A* ante] autem *HG* integramus *B* quis] quod si *H*I^{p} 25 uenire *F* alligare *H* 26 casarum B^{a} uestrarum *H* praes. aeq. *HG*, praes. dignitate I^{p} nunc] non *X* 27 nostra] uestra I^{w}*A* deferri *B* quae] quod que *H* 28 merentur *EF*A^{b} 29 meo] nostro *K* nostra I^{w}*A* 30 dub. est non enim *H*, non enim est dub. *I* 31 deligere] *scripsi*, diligere *(fortasse in textu factum ex* deligere; *in marg. resecto superest* gere*)* B^{2}, de *(sp. vac.* 4 *litt.)* re *Z*, de re *K*, daro *XEFH*G^{2}*I*, retinere *A*, *om.* B^{1} *(in sp. vac.)* G^{1} deficari B^{a}, defetari *E*, deificari *HG* 32 commonite *K*

dilatione respondeant, quod ab eis expetendum esse iudicastis, ne gloria vestra minus
reverenda putetur, cui studium dilationis opponitur, sed potius de celeritate facti votiva
gratia possit augeri. Nam et de illa persona, de qua ad nos aliquid verbo titillante 4
pervenit, hoc ordinatum esse cognoscite, quod vestris credidimus animis convenire.
desiderium enim nostrum tale est, ut interveniente gratia non minus in regno nostro
quam in vestro iubeatis imperio. significamus itaque supra dictum ante nos a venerabili
viro papa egredi fecisse, quam vester legatus harum portitor de urbe Roma potuisset
exire, ne aliquid accederet quod vestris animis obviaret. Quapropter salutans venera- 5
tione, quae tantis debet meritis exhiberi, virum venerabilem illum et moribus et doc-
trina pollentem sanctitatis etiam honore reverendum ad vestram clementiam legationis
officio peculiariter curavimus destinandum, quia gratas vobis illas credimus esse per-
sonas, quas divinis mysteriis indicamus acceptas.

XXI.

THEODORAE AUGUSTAE GUDELIVA REGINA. *a. 535*

Aestimare te convenit, Augustarum prudentissima, quantis cupiam nisibus gratiam 1
vestram quaerere, quam etiam domnus iugalis meus magno studio desiderat optinere.
nam licet hoc illi sit omnimodis carum, mihi tamen cognoscitur esse praecipuum,
quando me tantae dominae ita potest amor erigere, ut supra regnum cognoscar maius
aliquod invenire. Quid enim gratius quam si gloriae vestrae videar caritatis partici-
patione sociari, ut quia vos abunde fulgetis, nobis libenter de proprio splendore
mutuemini, cum damnum non est lumini alteri de sua claritate largiri? fovete desi-
deria nostra, quae cognoscitis sinceritate praecipua. gratia vestra per omnia nos regna
commendet. debetis enim nos claros reddere, qui de vestra volumus luce fulgere.
Quapropter serenitati vestrae reverentiam salutationis inpertiens affectuosa me animis 2
vestris praesumptione commendo, sperans, ut sic omnia mirabilis prudentia vestra
componat, quatenus fiducia, quae nobis de animo vestro data est, uberius augeatur.
nam cum nullam inter Romana regna deceat esse discordiam, emersit tamen et qualitas
rei, quae nos efficere cariores vestrae debeat aequitati.

XXII.

IUSTINIANO IMPERATORI THEODAHADUS REX. *a. 535*

Retinetis, sapientissimi principum, et per legatos nostros et per virum disertissi- 1
mum Petrum, quem nuper ad nos vestra pietas destinavit, quo studio concordiam
Augustae serenitatis optemus. et nunc iterum per illum virum sanctissimum eadem
credidimus esse repetenda, ut vera atque affectuosa iudicetis quae frequenter expetita
cognoscitis. pacem siquidem sub omni sinceritate petimus, qui causas certaminis non

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 20 fin. et ep. 22

2 celeritati *Z* 4 credimus *KA* 9 et doctrina] doctrinaque *KEFA* 12 miuisteriis *A* 14 te] uos *N*, *om.* B^a nixibus *E* 15 etiam] et *EFA* donnus *H*, dominus *GI* 16 illis *K* sit *om.* H^1I carum] causarum *N* 17 ut] ne F^2 cognoscat EHG^1I 18 aliquod] *BHG*, aliquid *reliqui* si gloriae] single *H* uestrae *om.* H^1 19 nobis libenter *om.* *HGI* speldore *H* 20 mutuemini] impertiamini *A* fauete *H* 21 regna* *B* 22 debitis B^a 23 affectiosa *B* animi F^2 24 uestris *om.* *F* 25 nostro *H* 26 roma H^1 et *om.* *HGI* 27 efficere cariores] et car. eff. *F* aequitati] inquitati *H* 29 sapientissime *KEFA* desertissimum B^a 31 eandem *EF* 32 credimus *NKA* repetendam *EF* ut *om.* *F* affectiosa *B* 33 certauimus *B*

habemus. talis ergo ad nos veniat, sic composita, sic decora, ut eam tantis votis merito quaesisse videamur. absit autem ut quod nobis committitur debeat ingravare.
2 Pro nobis potius tractate quod convenit. trahitur enim ad benivola, cui causa creditur rationabiliter ordinanda nec potest utilitatem propriam anteferre, cui magis decorum est credenti profutura praestare. considerate etiam, principes docti, et Ablabi vestri historica monimenta recolite, quantum decessores vestri studuerint de suo iure relinquere, ut eis parentum nostrorum foedera provenirent. aestimate, qua gratia debent oblata suscipi, quae consuerant postulari. non arroganter loquimur, qui veritatem fatemur. gloriae vestrae potius proficit quod demonstrare contendimus, quando nunc illi vestram gratiam ultro quaerunt, qui suis parentibus meliores se esse cognoscunt. associentur amicitia gratuita vestris animis quos prius vobis largitatis studio iungebatis, ne bona tantum illorum temporum fuisse credantur, quae vos et copiosa benignitate
3 vincitis et affluenti munere superatis. Atque ideo salutationis honorificentiam praelocuti illum virum venerabilem sacerdotio clarum, doctrinae laude conspicuum legationis nostrae ad pietatem vestram fecimus vota deferre. confidimus enim in virtute divina, quod et suis meritis vobis abunde placeat et desideria probae petitionis optineat, sperantes ut eum cum effectu rerum celerius recipere debeamus. sed quia epistularis series continere non poterat universa, aliqua sacris sensibus verbo insinuanda commisimus, ne fastidium vobis faceret lectio prolixa chartarum.

XXIII.

THEODORAE AUGUSTAE THEODAHADUS REX.

a. 535

1 Suscipientes legatum vestrum virum eloquentissimum Petrum et, quod est ipsis dignitatibus honorabilius, vestris obsequiis inhaerentem, optata nobis Augustae gratiae monimenta fulserunt, ut per eum disceremus acceptum vobis esse, quod in hac re publica constat evenisse. ostendistis vos diligere quicquid ad iustitiam cognoscitur pertinere, quando per divinam providentiam omni suspicione detersa desiderabilis potest unanimitas permanere. nunc est potius quod regna coniungat promissio fixa
2 et votiva concordia. Et ideo illum virum venerabilem vestris conspectibus vere dignissimum legatum nostrum ad vos specialiter credidimus esse dirigendum, ut, vobis annitentibus, serenissimi iugalis vestri pacis gratia solidetur, quatenus generalitas evidenter agnoscat merito venisse nos ad suavitatem foederis per tale vinculum cari-
3 tatis. Et quia semel bene inita nulla debent contraria occasione suspendi, si quid est quod difficultate sui nobis non oportet imponi, sapientiae vestrae moderatione mitigetur, ut affectum, quem circa regnum vestrum habere coepimus, iugibus studiis augeamus.
4 Quapropter erigite vestrae sapientiae firmitatem et hanc vobis palmam concordiae specialiter vindicate, ut, sicut clementissimi imperatoris fama in proeliis inclita dicitur, ita in pacis studio opinio vestra cunctorum ammiratione laudetur. familiariter vos et frequenter videat harum portitor quem direxi, quatinus effectum possit celerem

BZNKE(F): H(GI) deficiunt

3 potius *om.* *ZN*   tractare *K*   4 propriam] uestram *ZN*   5 ablabi] ablaui *Meyer*, abaui *libri*   nostri *EFA*   6 historica *om.* *A*   monumenta *B*   7 eis] in eis E^1 8 consuerant] B^2, suerant B^1, consueuerant *ZNKEFA*   ueracitatem E^a 9 contendimus] condimus B^1 11 associentur] *EFA*, associetur *BZNK*   prius] potius *F*   17 ut eum *om.* E^1 affectu *BA*   19 prolixa] diffusa K^2A, *om.* K^1 21 uirum *om.* *B*   elegantissimum *A*   23 monumenta *BK*   diceremus B^1KEF 24 ostenditis N^1 27 aspectibus *F*   28 credidimus] *BZ*, credimus *NKEFA*   29 aunuentibus *EFA*   nostri *A*   inito *om.*, *spatio relicto*, B^1 32 uobis E^1 oportet] opponet *A*   34 exigite *A*   36 ammiuistracione *N*   37 quatenus] quo *E*   affectum B^1

promereri, qui ad praesumptam gratiam visus est destinari. speramus enim iusta non gravia, cum tamen nihil videatur inpossibile. quod per talem gloriam cognoscimus allegare.

XXIIII.

THEODORAE AUGUSTAE GUDELIVA REGINA.

a. 535

1 Veniente viro sapientissimo Petro ita nos amor vestrae serenitatis explevit, ut vidisse nos aestimemus, cuius colloquia benigna suscepimus. quis enim tanta affabilitate suscepta non reddat venerationis eximia, cui ante dignationis eloquium iure ab omnibus commendationis suae debetur officium? 2 Et ideo per illum virum venerabilem legatum domni iugalis nostri ad vos specialiter directum salutiferos apices curavimus destinandos, ut recurrens vestrae serenitatis affatus et de optata incolumitate laetificet et de firmissimae gratiae nos faciat exultatione gaudere. tali enim compendio et causarum bene disponitur ordo et vestrae tranquillitatis geminata crescit affectio. suscipiamus ergo vestri animi bona, quia hoc est vere regale propositum gloriose vivere amore cunctorum. 3 Quaedam vobis per harum portitorem verbo suggerenda commisimus, quae pro ingenita mansuetudine et libenter accipite et efficaciter deo auxiliante praestate.

XXV.

IUSTINIANO IMPERATORI THEODAHADUS REX.

a. 535

1 Per venerabilem virum Heracleanum presbyterum Augusta nobis pagina vestrae serenitatis illuxit, gratiam sermonis benigne tribuens et apte munera salutationis inpertiens, ut re vera magnum sit beneficium tam suave principis meruisse colloquium. cui reddimus quanta valemus caritate responsum, optantes ut et sospitatem vestram saepius nos audire contingat et regni vestri felicitas semper accrescat, quia tale votum nos decet habere, quod gloriam salutemque vestram iugiter possit extendere. 2 Significamus etiam pro vestro voto ad papam urbis Romae nos litteras destinasse, ut praesentium gerulo litterarum sine aliqua dilatione respondeat, quatenus qui a vobis dirigi meruit, celeritatis gratiam consequatur. nostri enim voti est causas emergere, in quibus possimus vestris desideriis oboedire, quia sic vos ad reddendam dilectionem efficaciter commonemus, si vobis in aliqua parte pareamus.

XXVI.

IUSTINIANO IMPERATORI THEODAHADUS REX.

a. 535

1 Intellegimus serenitatis vestrae gratiam muneribus omnibus ditiorem, quando illa nos hortamini facere, quae ad mercedem nostram possint omnimodis pertinere. tale

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 23. 26

2 nihil] nunc E^1 6 nos] uos *F* benigne *A* quis] quemuis *H*, quamuis *I* 7 reddit *E* 8 uirum *om. E* 9 donni *H*, dompni I^w, domini GI^p 10 nostrae *H* affectus $B^a HGI$ et *om. F* 11 talia *B* et *om. A* 12 uestrae] nostrae *A* coescit E^1 13 nostri *H* uere *om. A* 14 uobis] uero uobis *HI* suggerendo *H* 15 accipite] accipere B^a auxiliante] annuente *HGI* 18 eracleanum *K*, etadeanum *EF*, h. *HGI* uobis *N* 19 gratiam sermonis] et gr. s. *EF*, sermones *A* apta E^1 20 ut] et E^1 colloquium] alloquium HGI^p, concilium N^a 21 et *om. EF* 22 cont. aud. *EF* 23 nos] non K^a 24 uot. uestr. *N* 25 respondeant HG^a 26 celeritatis] claritatis B^1 gratia *H* 27 possimus] possumus *K*, *om. N* uos] nos $E^1 A$, uobis N^a reddendum *A* 30 intelligite E^1

siquidem votum semper amantis est. ut causas nos misericordiae velitis agere, quae
2 nos divinae possint commendare potentiae. Et ideo significamus gloriae vestrae monasterium famularum dei, quod vobis insinuatum est tributorum gravi sorte laborare, eo quod ager eius nimia inundatione perfusus sterilitatis vitia de inimica humectatione contraxerit: ad virum eminentissimum Senatorem praefectum praetorio dedisse nos nihilominus iussionem, ut eius ordinatione provida ad praedium, de quo querella est, diligens inspector accedat et, rebus moderata inquisitione trutinatis, quicquid gravaminis potest habere possessio, rationabiliter abrogetur. ita ut competens atque sufficiens dominis remanere possit utilitas, quia vere nobis lucrum pretiosissimum iudicamus,
3 quod pro mansuetudinis vestrae voluntate concedimus. De Ranildae quoque causa, unde vestra serenitas me commonere dignata est, quamvis ante longum tempus sub parentum nostrorum regno contigerit, tamen necesse nobis fuit negotium de propria
4 largitate componere, ut tali facto eam non paeniteret mutata religio. Earum siquidem rerum iudicium non praesumimus, unde mandatum specialiter non habemus. nam cum divinitas patiatur diversas religiones esse, nos unam non audemus imponere. retinemus enim legisse nos voluntarie sacrificandum esse domino, non cuiusquam cogentis imperio: quod qui aliter facere temptaverit, evidenter caelestibus iussionibus obviabit. merito ergo pietas vestra invitat nos ad talia quae nobis praecipiunt divina mandata.

XXVII.

SENATORI PPO THEODAHADUS REX.

a. 535/536

1 Non dare, sed reddere videtur expensas, quisquis tributariis aliquo remedio subvenire festinat. quid enim iustius est quam petenti conferre quod intellegitur ipse laborasse? ad misericordiam forsitan pascantur otiosi: cultor agri ad futuram famem
2 deseritur, nisi ei, cum necesse fuerit, subvenitur. Quapropter industriosae Liguriae devotisque Venetiis copia subtracta dicitur esse de campis: sed nunc nascatur in horreis, quia nimis impium est plenissimis cellis vacuos esurire cultores. atque ideo illustris magnitudo vestra, quorum dignitas ad hoc legitur instituta, ut de repositis copiis populum saturare possetis, Liguribus, quos tamen indigere cognoscitis, tertiam portionem ex horreis Ticinensibus atque Dertonensibus per solidum viginti quinque
3 modios distrahi censitote. Venetis autem ex Tarvisiano atque Tridentino horreis ad definitam superius quantitatem item dari facite tertiam portionem, ut miserata divinitas copiam largiri possit, quam homines in se exercuisse cognoscit. et ideo tales viros his distributionibus adhibete, ut indulgentia nostra maxime ad illos perveniat qui suis viribus pasci minime potuerunt.

BZNKE(F):HGA deficiunt

1 causa *ZN* misericordiae u. a. quae *om. A* 2 diuitie E^1 potentiae] penitentiae *B* 3 gratia forte *A* 5 contraxit *KEF* emeinentissimum B^a 6 ordinatione] *scripsi*, ordinatio *libri* 9 poss. dom. rer. *F* uobis *E* 10 nostrae *FA* de ranildae] ueranildae *A* causa unde] unde causa B^a 11 quamuis] quam *F* 12 uobis *K* propria] nostra *A* 13 religione *KEFA* 14 rerum] certum *EF* 15 nos *om. A* 17 qui aliter *(om. E^1)*] qualiter B^1 obuiabit] *EF*, obuiauit *BZNKA* 18 inuitat] inutat *Z* precipuunt *B* 22 pascantur] *scripsi*, poscantur *BZNKA*, poscatur *EF* 24 nunc] numero *N* 26 uestra] tua *A* repensitis E^1 27 possitis *KF* liguribus q. t. i. cognoscitis *om. A* 28 orre*is *B* titicensibus *N* atque dertonensibus] a. ueronensibus F^2, *om.* E^a 29 taruisiano] *BZNK*, teruisino *EF*, taruisino *A* 30 item] *A*, idem *libri* 32 hiis *N*, *om.* K^1 distributoribus F^2 adhibere *E*, adhibite N^a

XXVIII.

SENATORI $\overline{\text{PPO}}$ THEODAHADUS REX.

a. 535/536

Decet regiam iustitiam custodire quod a iudicibus bene agentibus fuerit ordi- 1 natum, maxime quorum conscientia sic nota est, ut nihil incaute, nihil venalitatis studio fecisse videantur. et ideo arcarios prorogatores tritici, vini et casei, macellarios, vinarios, capitularios horreariorum et tabernariorum, fenerarios et cellaritas, qui ad urbem Romam vel ad mansionem pertinent Ravennatem, sed et eos, qui ripam Ticinensem et Placentinam sive per alia loca quicumque publicos titulos administrare noscuntur, quos a vobis conperimus ordinatos, cuius iudicia sic libenter amplectimur, sic servari desideramus, tamquam a nobis facta esse credantur, nec sinimus contra illos cuiusquam praevalere malitiam, qui vestro iudicio amministrationes publicas susceperunt. Quapropter in designatis titulis ambitio, inimica semper iustitiae, con- 2 quiescat: consuetudinarium bene agentibus locum protinus tollamus invidiae: non liceat cuiquam intra quinquennium praedictis velle succedere, si tamen vestra inquisitione eos nulla culpa respuerit. sint ergo intrepidi, qui vestra voluntate vel sunt vel fuerint ordinati: procurent sibi necessaria securi: non timeat intra hoc quinquennium expelli, quem commendaverit probitas actionis. Propter sterilitatem quoque praesentis temporis 3 de singulis speciebus, prout eminentiae vestrae rationabiliter visum fuerit, pretia facite temperari, ut hi, quibus commissum est exercere singulos apparatus, de iniusto gravamine non querantur. sed quoniam humana ambitio nisi per metum damni non potest inhiberi, si qui a vobis titulis ordinatis, sive suffragiis sive patronorum precibus nisus, visus fuerit cuique succedere, statim triginta librarum auri multa feriatur, a vobis nihilominus exigenda. Quod si ad hoc damnum idoneus non potuerit inveniri, corporali 4 supplicio poenam luat qui non potuerit in supra dicta perculsione sufficere et frustretur ausibus suis, poena etiam inurendus infamiae, qui contra interdicta nostra aliqua tergiversatione venire temptaverit. nihil enim securum, nihil poterit stabile reperiri, si semper invidentium vota ad illicitas accedere permittantur insidias. quod magnitudo vestra in omnium faciat pervenire notitiam, ne quis per ignorantiam se existimet excusandum, quod non intellexerit fuisse prohibitum.

XXIX.

VVISIBADO COMITI THEODAHADUS REX.

a. 535/536

Cum generis tui honoranda nobilitas et magnae fidei documenta suasissent, ut 1 tibi urbem Ticinum, quam per bella defenderas, gubernandam pace crederemus, limosae podagrae subita inundatione completus, aquas Bormias potius siccativas, salu-

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 28.

3 notata E^1 4 studio fec. uid.] stud fec. *Z,* studio noscitur fecisse *N* 5 uinarios *om. N* et *om. F* cellarios K^2 6 romanam *A* sed] si *E* ticineusem] *KFA,* ticenensem *BZNE* 8 sic *ante* libenter *delendum* 12 toll. inu. prot. F^a 13 inter *NA* nostra *A* 14 respexerit E^2F siut] sin K^1 fuerunt *EFA* 15 timeant F^1 inter *N* 17 uis. fuer. rat. F^a 18 hii *NFK* est] est semper *F* apparatos B^1ZNK^1 19 querantur] curantur B^1 20 si] *scripsi,* is *BZNEFA,* hiis *K* nobis *A* siue s. sine B^2 patriciorum E^1F nisus uisus] *scripsi,* nisus *BZN,* uisus *KEFA* 21 cuique] $BZNK^2EF$, cuiquam *A, om.* K^1 22 poterit *NK* 27 extimet *KEF,* aestimet *A* 28 quod] qui K^1*[?]* intellerit *Z,* intulerit *N* fuisse] esse *F* 30 cum] dum *(d a miniatore) Z* generis tui] *BHGI,* gentis tuae *reliqui* 31 ticenum *BHGI,* ticinam *E* 32 mundatione *H,* inuodatione *I* complutus *A* bormias] bromias *HGI,* botinias E^1F, hocetinias E^2 potius *ante* borm. *HGI*

tares huic specialiter passioni, velle te expetere postulasti. desiderium tuum remediali
iussione sanamus, ut sospitatem, quam merito in te quaerimus, iussionis beneficio com-
2 pleamus. Absit enim, ut bellicosissimum virum tyrannis gravissimae calamitatis ex-
armet, quae miro modo membra virentia infusione poenalis umoris cogit arescere
nodosque mobiles replet marmoreo tumore crescentes. cum norit alia cuncta vacuare,
iuncturae petit concavas lacunas, ubi palustri statione pigrescens saxa perficit de liquore
et quae ad decorem inflexionis natura laxaverat, in turpissimum rigorem peregrina
3 soliditate constringit. Haec passio insanabilis et sanitas passibilis ligat solutos, con-
trahit vivos et decrescere facit corpora, quae nulla sunt mutilatione truncata. con-
stantibus membris proceritatis mensura perit et minor cernitur, cui nihil subductum
esse sentitur. subtrahuntur superstiti ministeria membrorum: corpus vivum est nec
movetur et inter insensibilia redactum iam non proprio voto, sed motu fertur alieno.
haec viva mors supra omnia tormenta sana dicitur et melius habere fertur, qui evasisse
4 causam tanti periculi non probatur. Desederat quidem dolor, sed dimittit reliquias
fortiores et, novo infelicitatis exemplo, passio videtur abscedere et aeger non desinit
aegrotare. appendia ipsa cruciatis debitoribus aliquando solvuntur: ista enim vincula
sunt quae, cum semel potuerint illigare captum, nesciunt in tota vita dissolvere.
infelicia signa relinquit abscedens et more gentium barbararum hospitium corporis
occupatum suis indiciis violenta defendit, ne ubi ferox ista coepit succedere, adversa
illuc iterum sanitas audeat fortassis intrare. hoc licet omnibus videatur esse contra-
rium illis maxime, qui armorum exercitatione floruerunt, ne membra illa durissima
langoris decoctione mollescant et qui ab hoste foris superari minime potuerunt, ab
interna potius contrarietate vincantur. perge igitur auctore deo gressibus tuis ad
locum praedictum. absit enim, ut bellator noster ambulet passibus alienis, equino
dorso, non humana subvectione portetur, quia viro forti grave est sic vivere, ut nec
inermem possit implere. quae ideo tibi exaggerata narratione retulimus, ut ad studium
sanitatis votiva nimis cupiditate rapiaris. utere igitur aquis illis, primum potae dilu-
toriis, deinde thermarum exhalitationibus siccativis, ubi merito indomabilis cervix illa
flectitur passionis, quando interna plurima effusione mundantur, exteriora attractiva
virtute libera fiunt et velut duobus auxiliis congregatis in medium missa superatur.
amentur illic munera concessa divinitus. contra illam humani generis debellatricem
data sunt opportuna munimina lavacrorum et quam non edomat iuge decennium, non

BZNKE(F)H(GI)

1 huic] hinc *H* petero *A* remediabili E^1I 2 in te] uite E^1 quaerimus] credimus *H* 3 tirampnitas E^2F, tyrannus *HI*, thirannus *G* 4 quae] qui *ZNI* 5 timore E^a 6 cumcavas *H* plaustri *E* proficit *H* 7 inflectionis EF^1 rigorem] liquorem H^tI peregrina soliditate (solidate *B*)] sol. per. *KEFA* 8 hoc HG^a 9 uiuos] neruos *A* 10 proceritas E^1 11 misteria HI^p uiuum est] uiuum *H*, uiuit *GI* 12 uot. propr. *K* 13 hoc *H* uiua] uina *K*, *om.* H^a super *HGI* sana] fera E^2F, *fortasse* sani 14 causam] *BI*, causa *HG*, causas *reliqui* desederat] *scripsi*, desiderat *BH*, desierat *G*, desinit *I*, decrit *K*, deserit *ZNEFA* remittit E^1 15 uideretur *H* aeger] egra *H* 16 enim] autem *A* 17 potuerunt B^a, poteruut *G*, potuerit HI^p 18 signa *om.* *HGI* reliquit *HI* barbarum *ZEF* 19 iudiciis *KIA*, inuidiis G^a, in inditiis et *H* uolenta *(sic)* *H* succedere aduersa] *fortasse* abscedere, reuersa 20 iterum *om.* *A* uideatur] *scr.* uidetur 21 illic *H* exertitatio *B*: *fortasse* exercitio 22 hoste *om.* *HGI* 23 contraietate *F* uincuntur *ZNEF* 24 equino dorso] equi non dorso B^1Z, equina *NHGI* 25 subueutione *K* 26 inermem] *NHGI*, inertem $BZKE^1F$, mortem E^2A narratione] relatione *K* 27 aquis] aliquis H^a illis *om.* *H* pote *HG*, poto *BZN*, potu $KEFI^pA$, *om.* I^w dilutoriis] *scripsi*, delutoriis *HG*, delitoriis BNE^2F, delittoriis *ZK*, deicoriis E^1, delenitoriis I^p, delinitoriis I^wA 28 themarum *Z* exhalitationibus] *scripsi*, exhabitationibus EF^1HG^t, exhibitionibus *BZNKI*, uel exalationibus uel exibitionibus G^v, exhalationibus F^2 29 flect. pass.] *BHGI*, pass. flect. *reliqui* pluraria *B* 30 fueriut *A* superantur *FA*

mille potionum mollit introitus. voluptuosis illic remediis effugatur. praestent optatum divina beneficium, ut famam loci verissimam tua potius salubritate noscamus, quem nobis desiderabile est evadere quicquid adimit corpoream sospitatem.

XXX.

HONORIO PRAEFECTO URBIS THEODAHADUS REX. *a. 535/536*

Relationis vestrae tenore comperimus in via sacra, quam multis superstitionibus 1
dicavit antiquitas, elephantos aeneos vicina omnimodis ruina titubare. et qui solent in
carnali substantia supra millenos annos vivere, occasum videantur proximum in simu-
lacris aeris sustinere. his providentia vestra reddi faciat propriam longaevitatem uncis
ferreis hiantia membra solidando: alvum quoque demissam subdito pariete corroboret.
ne illa magnitudo mirabilis solvatur turpiter in ruinam. Nam et vivis ipse casus ad- 2
versus est, qui, dum in genus cubationis, arte hominum succisis arboribus, ingentia
membra commiserint, toto pondere supinati nequeunt propriis viribus surgere, quos
semel contigerit corruisse, scilicet quia pedes eorum nullis inflectuntur articulis, sed
in modum columnarum rigentes atque incurvabiles iugiter perseverant. ibi tanta mole
prostrati sunt, ut tunc magis metallicos possis credere, cum se vivos aspicias non
movere. iacent superstites similitudine cadaverum: mortuos putes, quos vivos esse
non dubites et more cadentium fabricarum, nesciunt locum sponte relinquere, quem
suis membris potuerint occupare. Magnitudo illa terribilis nec formicis minutissimis 3
par est, quando beneficium non habet naturae. quod ultima videntur animalia meruisse.
humano solacio consurgunt, cuius arte iacuerunt. belua tamen suis gressibus restituta
novit memor esse beneficii: in magistrum quippe recipit quem sibi subvenisse cognoscit:
ad ipsius arbitrium gressus movet, ipsius voluntate cibos capit. et, quod omnem in-
tellegentiam quadrupedum superat, non dubitat primo aspectu adorare quem cunctorum
intellegit esse rectorem: cui si tyrannus appareat, inflexa permanet nec imponi potest
beluae hoc et malis pendere, quod a se novit bonis principibus exhibere. In vicem 4
manus promuscidem tendit et magistro profutura gratanter accipit, quia se ipsius cura
vivere posse cognoscit. est enim, ut ita dixerim, praedictae beluae nasuta manus, per
quam data suscipit et ori suo voranda transmittit. nam cum sit altum animal, bre-
vissima cervice compositum est, ut quod cibos ex humo non praevalebat carpere, hoc
se ministerio videretur posse satiare. temptando solum cautus semper incedit, retinens
initio captivationis suae fuisse sibi noxiam ruinam. Flatum suum, quia dolori capitis 5

BZNKE(F)H(GI)

1 mille] nulle *E*^{1} molliter *A* interitus *H* nolupt.] ut nolupt. *B* illic] ille *E* praestet *H* 2 diuina] diutius *E* 5 nostrae *H* uia] uasa *E* 6 dedicauit *HGI* elefontos *N*, elefantes *G*, elephantes *HA* omnimodo *HGI* 7 ann. uiu.] uiu. ann. *K*, uiu. (*om.* annos) *Z* uidentur *FG* 8 aeris] *B*, eneis *ZNHGI*, aereis *KEF* hiis *NKF* prudentia *F* uestra] tua *HI* uincis *H* 9 aluum] alium *E*^{2}*HGI* quoque] que *ZN* demissum *HI*^{w}, dimissum *GI*^{p} subito *B*^{1}*NI*^{p} corroboret] roboret *K* 10 ruina *K* uiuis] auus *B*^{1}, unus *EHG* 11 qui dum] quibus *B* in genus] *BF*^{2}*HGI*, ingeniis *ZN* (*potest legi item* in genus) *KEF*^{1}*A* 12 commiserunt *HG* suspinati *E*^{1} nequeunt] nequeant *E*, n. potius *NH* 13 contigerat *F*^{2} inflect. art.] *BHGI*, art. infl. *reliqui* 14 ibi] ita *NHG*, ita in *I* mole] nole *H* 15 sunt *om. HGI* metallicos] italicos *E*^{1} 16 mouere *H* cadauerorum *H*^{1} esse *om. N*^{1}*HGI* 18 potuerunt *B*^{1}*NKEFI*, poterunt *G*^{a} 21 esse] esto *H* in *om. ZN* 22 omnem] communem *E*^{1} 23 quadrupedium *B*, quadrupedii *HI* 24 rect. esse *ZNKEA* 25 et *om. HGI* bonis pr. (pncipibus *N*)] pr. bon. *HGI* exhibere] exhiberi debere *HGI* 26 promuscidem] *NI*, promuscide *H*, promuscidere *G*^{t}, promuscida *G*^{v}, promuscilem *BZKEF*^{1}, promuscibilem *F*^{2} 27 est] et *EFHGI* bel. praed. *EFHGI* nasuta] nasutare *H*. nasus utraque est *I*, nascitur *G* 28 et] ut *KA* transmittat *KA* 29 ceruisse *K* ex humo] exhimio *H*, eximio *G* capere *F* 30 misterio *HG*^{t}*I*^{w} 31 in initio *HGI* captiuitatis *N*^{1}*HG*, captionis *A* nox. sibi fuisse *KI*

humani mederi dicitur, rogatus exhalat. hic dum ad aquas venerit hauriendas, per cavum promuscidis in modum pluviae imbrem postulatus effundit et sic agnoscit quod petitur, ut libens faciat quod rogatur. motu corporis ab diversis postulat quod magistro porrigat et nutritoris compendia sua putat alimenta. quod si aliquis praebere contempserit postulata, vesicae collectaculo patefacto tantam dicitur alluvionem egerere, ut in eius penatibus quidam fluvius videatur intrare, contemptum vindicans de fetore.
6 Nam et laesus servat offensam et longo post tempore reddere dicitur, a quo iniuriatus esse sentitur. oculi quidem parvi, sed graviter se moventes. credas aliquid regium eius intendisse conspectum. despicit scurriliter ludentes: honestum aliquid gratanter
7 adtendit et advertis recte iudicare, cui levia cognoveris displicere. Cutis huius ulcerosis vallibus exaratur, a qua transportaneorum nefanda passio nomen accepit, quae in tantam duritiam solidatur, ut putes esse osseam cutem. haec nulla vi transmittitur, nullo ferri acumine penetratur, ideoque Persarum reges hanc beluam ad bella traxerunt,
8 quae et nullis ictibus pulsata cederet et adversarios sua mole terreret. Quapropter eorum vel formas habere gratissimum est, ut qui vivam substantiam non viderunt, opinatum animal tali imaginatione cognoscant. et ideo non patiaris perire, quando Romanae dignitatis est artificum ingeniis in illa urbe recondere, quod per diversas mundi partes cognoscitur dives natura procreasse.

XXXI.

UNIVERSIS GOTHIS VVITIGIS REX.

a. 536

1 Quamvis omnis provectus ad divinitatis est munera referendus nec aliquid constat bonum, nisi quod ab ipso dinoscitur esse collatum, tamen quam maxime causa regiae dignitatis supernis est applicanda iudiciis, quia ipse nihilominus ordinavit, cui suos populos parere concessit. unde auctori nostro gratias humillima satisfactione referentes indicamus parentes nostros Gothos inter procinctuales gladios more maiorum scuto subposito regalem nobis contulisse praestante domino dignitatem, ut honorem arma
2 darent, cuius opinionem bella pepererant. Non enim in cubilis angustiis, sed in campis late patentibus electum me esse noveritis, nec inter blandientium delicata colloquia, sed tubis concrepantibus sum quaesitus, ut tali fremitu concitatus desiderio virtutis ingenitae regem sibi Martium Geticus populus inveniret. quamdiu enim fortes viri inter bella ferventia nutriti principem ferre poterant non probatum, ut de eius fama laboraret, quamvis de propria virtute praesumeret? necesse est enim talem de cunctis
3 opinionem currere, qualem gens meruerit habere rectorem. Nam sicut audire potuistis,

BZXKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 31

2 canum *H* in mod. pl. *om.* K^1 3 patitur KE^1, patitur et *A* rogatus *H* ab *(a EFHGI)* diu. *om.* *X* 4 puta F^1 aliquid B^a 5 postulata] alimenta p. *XHGI* abluuionem E^2, aluuione *K* 6 eius] eis *E* intrasse *A* iudicans *HI* 7 seruat] seuiat B^a, seruus seruat XHG^a, serius (serio $I^{w(1)}$) seruat *I* longe *H* 8 sed] seu *BZEF* aliquod *HI* 9 aliquod *HGI* grauiter *XHGI* 10 auertis *H* recte] certe *EF* cutis huius] cuius cutis *HGI* ulcosis *HG* 11 nefande B^a 12 esse put. *K* 13 nullo] et u. *EF* 14 pulsanda *HI* 15 eor. uel formas (foras B^1) habere] *BHGI*, hab. eor. uel formas *reliqui* uiuam] ueram XH^tGI 16 perire] illos ruere *I*, *om.* *H* 17 artificium *KE* 18 praestasse E^1 20 est] sit *EF* constet *EF* 21 ipso] illo *K*, ipsa *A* *recte* dinoscitur] cognoscitur *XEF* quam (quia E^1F) m. c. r. dign. sup. est *(om. F)* applicanda (amplicanda B^1) iud.] sup. quam m. iud. appl. est c. r. dign. *X* 23 concessit] cognoscit *A* actori *EF* 24 scutorum *A* 25 praest. domino dign.] *BK*, praest. deo dign. *ZXA*, dign. pr. deo *EF* hominem E^1F 26 cuius] cui *A* bella *om.* *A* cubilibus F^2, cubiculis E^2 angustis B^aEF 29 ingente X^a 30 pot. non] non pot. non *K* ut] et *ZX* 31 est enim] e. est *EF*, est *(om.* enim*)* *ZX* 32 quale ingens *B* meruit *KA*

parentum periculis evocatus adveneram communem cum omnibus subire fortunam:
sed illi ducem me sibi esse non passi sunt, qui exercitatum regem quaerere videbantur.
quapropter primum divinae gratiae, deinde Gothorum favete iudiciis, quia me regem
omnes facitis, qui unanimiter vota confertis. deponite nunc damnorum metum: dispen-
diorum suspiciones abicite: nihil sub nobis asperum formidetis. Amare novimus viros 4
fortes, qui saepius bella peregimus. additur, quod unicuique virorum vestrorum testis
adsisto. ab alio enim mihi non est opus facta vestra narrari, qui omnia vobiscum
laboribus sociatus agnovi. arma Gothorum nulla promissionum mearum varietate fran-
genda sunt: ad gentis utilitatem respiciet omne quod agimus: privatim nec nos ama-
bimus: hoc sequi promittimus quod ornet regium nomen. Postremo nostrum per 5
omnia pollicemur imperium, quale Gothos habere deceat post inclitum Theodericum:
vir ad regni curas singulariter et pulchre compositus, ut merito unusquisque principum
tantum praeclarus intellegatur, quantum consilia illius amare dinoscitur. idcirco parens
illius debet credi, qui eius facta potuerit imitari. et ideo pro regni nostri utilitate
estote sollicitl, de interna conversatione domino iuvante securi.

XXXII.

IUSTINIANO IMPERATORI VVITIGIS REX.

a. 536

Quanta sit nobis, clementissime imperator, gratiae vestrae votiva suavitas, hinc 1
omnino datur intellegi, ut post tot gravissimas laesiones et tanta effusione sanguinis
perpetrata sic videamur pacem vestram quaerere, tamquam nos nemo vestrorum putetur
ante laesisse. pertulimus talia, qualia et ipsos possunt offendere qui fecerunt. in-
secutiones sine reatu, odium sine culpa, damna sine debitis. et ne pro parvitate sui
neglegi potuisset, non in provinciis tantum, sed in ipso rerum capite probatur inflictum.
aestimate, quos dolores abicimus, ut vestram iustitiam reperire possimus. talis res
effecta est, quam mundus loquatur: quae sic a vobis meretur componi, ut aequitatem
vestram generalitas debeat ammirari. Nam si vindicta regis Theodahadi quaeritur, 2
mereor diligi: si commendatio divae memoriae Amalasuinthae reginae prae oculis
habetur, eius debet filia cogitari, quam nisus vestrorum omnium perducere decuisset
ad regnum, ut cunctae gentes potuissent agnoscere vicissitudinem vos gratiae tanto
pignori reddidisse. Illud etenim vos debuit permovere, quod distributione mirabili 3
ante regni fastigia invicem vos divinitas nostram fecit habere notitiam, ut amoris
causam tribueret, quibus aspectus gratiam contulisset. quali enim reverentia principem
colere potui, quem adhuc in illa positus fortuna suspexi? sed potestis et nunc omnia

BZXKE(F): HG1 deficiunt

2 esse non p. sunt] non p. sunt K^1, p. esse non sunt *EF* 3 Gothorum] *requiritur* Gothorum nostrorum 4 deponite] de penitē****** B^1 6 bella] arma *ZX* uirorum uestrorum] uirorum *(om. uestr.) B*, uirtutum uestrarum *A* 7 uestra *om. ZX* qui] quia *A* nobiscum *E* 8 arma g. n. promissionum (promissione X^a) m. u. frangenda] amici g. n. p. m. u. frangendi *A* 9 respicit E^2F 10 postremum *B* 11 incl. theodericum] i. theodoricum (thedoricum X^a) *BX*, theodoricum i. *EF* 13 illius] ipsius *A* parens] par *EF* 14 illius] B^1KEF, ipsius B^2ZXA 15 domino] *B*, deo *ZXKEFA* 17 suauitatis *B* 18 omnino] opio (*pro* oio) E^2 tot] tam KE^2F, *om. A* tantam effusionem *F* 19 perpetrata] *B*, perpetratas *reliqui* uestram *om. X* putatur *B* 20 et] et nos X^a poss. off.] *B(K)*, off. poss. *ZXEFA* 22 potuissent *F* ipso] ipsorum K^a infictum E^1 23 dolores *om. B* nostram *EF* 24 ut] et *E* 25 theodahadi] *BZKEA*, theodaadi F^1, theodohadi *X*, theodoaldi F^2 26 meror K^1 amalasuinte *ZK*, amalesiunthe *E (potest item legi* amalesuinthe*) F*, amalasiunte *X*, amalasuenthae *A* 27 haberetur *E* ni**sus *B*, uisus E^v perducere* *B* debuisset B^2E^1F 28 tantae *A* 29 promouere E^1F qui *A* 30 uos] *scripsi*, nos *libri* uestram *K* 31 gratia *A* 32 illam *E* positus] *B*, positum *reliqui* fortunam *E*, fortu F^1 suspexit K^a, respexi *F*

redintegrare quae facta sunt. quando non est difficile illum in affectum retinere, qui
4 gratiam constat desideranter expetere. Et ideo salutantes clementiam vestram honorificentia competenti indicamus nos legatos nostros illum atque illum ad serenitatis vestrae sapientiam destinasse, ut omnia more vestro cogitetis, quatinus utraeque res publicae restaurata concordia perseverent et quod temporibus retro principum laudabili opinione fundatum est, sub vestro magis imperio divinis auxiliis augeatur. reliqua vero per legatos praedictos serenitati vestrae verbo insinuanda commisimus, ut et aliqua epistularis brevitas perstringeret et causas nostras suggerentes plenius intimarent.

XXXIII.

MAGISTRO OFFICIORUM VVITIGIS REX. *a. 536/537*

1 Illum et illum legatos nostros ad serenissimum principem dirigentes congruum fuit magnitudini vestrae per eos salutiferos apices destinare, ut in omni parte vestra
2 beneficia mererentur. cum nostrae deportarent collocutionis affectum. Et ideo epistularem gratiam vestris meritis exhibentes speramus, ut apud clementissimi imperatoris animos eis vestra prudentia suffragetur, quia sic sunt iusta quae petimus. ut omnium sapientium mereantur adnisum. facile enim a vobis debet corrigi, quod non decuisset admitti. sed potestis omnia gratanter, omnia placabiliter ordinare, quia dulcior solet esse gratia post amaritudines expiatas. refugere vos enim potuisset ignotus: ego autem, qui ornatum rei publicae vestrae vidi, qui tot nobilia procerum corda cognovi, non me desidero a piissimi principis gratia dividere, si in me velit quae sunt iusta cogitare.
3 Nam si alter offensam meruit, ego debeo gratissimus haberi, qui odioso cum vindicta successi. vestros animos sum secutus: praemia mihi fuerant reddenda, non laesio. et ideo non negetur gratia. cui nulla sunt penitus imputanda. atque ideo sepultum sit odium cum morte peccantis. nam etsi de vobis aliquid minus forte mereamur, Romana libertas cogitetur, quae per bellorum tumultus ubique concutitur. pauca dixisse sapientiae vestrae sufficiunt. quia in alto pectore protenditur. quod consideratum semper augetur.

XXXIIII.

EPISCOPIS SUIS VVITIGIS REX. *a. 536/537*

Si sacerdotibus etiam ignotis honorem debemus, quanto magis illis quos amabili veneratione conspeximus! aliter enim requirimus notum et aliter appellamus incognitum. visorum maior semper affectus est, dum gratissime retinetur qui assiduo et suavi sermone coniungitur. et ideo per harum portitores legatos nostros, quos ad serenissimum principem destinavimus, sanctitati vestrae praesentamus debitae venerationis obsequium, sperantes, ut pro nobis orare dignemini et, ubi usus exegerit, solacia vestra reperiant, quia necesse est, ut bene velitis quos vobis religione iunctos esse cognoscitis.

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 32. 33 *(praeter* 16 dulcior — 17 expiatas*).* 34

1 reintegrare E^1FA affectu *K* qui] quem *EF* 2 salutans F^1 3 nostros *om. B* 4 sapientiam *(sic) Z* 7 serenitatis *BZN* uerbo] libello *K* 8 pertingeret E^1, stringeret *A* 11 salutationis *F* in *om.* K^1 ben. uestr. *K* 12 deportaretur coll. affectus *A* 14 animum *EF* 15 sapientum *EF* nobis E^1 debuisset *F* 16 poteritis *K* gratiter E^1 17 en. uos. *NK* ignarus *EF* 18 uestrae *om. N* nobilia] *B*, nobilium *ZNKEFA* pr. cord.] *BF*, cord. pr. *ZNKEA* 19 desiderio B^a 20 aliter B^a odiosa *N* cum] eum *ZN* 21 succensi *N* fuerunt B^a lesit E^1 22 pen. sunt *A* adeo *A* 23 sit] it F^1 al. forte min. *N*, min. al. fortasse *K* 24 ubertas *A* 25 sufficiant *F* alto pectore] alio tempore E^1 28 incognitis *F* 29 et *om. F* 30 semp. mai. *N* 33 nostra *A* 34 nobis E^1 regione N^a

XXXV.

PRAEFECTO THESSALONICENSI VVITIGIS REX.

a. 536

Illum et illum legatos nostros ad serenissimum principem deo favente dereximus, per quos necesse fuit magnitudini vestrae reddere salutationis affectum, quando honori vestro et sapientiae debetur, ut vobiscum collocutionis gratia perfruamur. speramus autem ab excellentia vestra, ut moram non debeant sustinere, quos nos sub celeritate perspicitis destinasse, quatenus vestris beneficiis applicemus, si eos remota tarditate pervenire cognoscimus.

BZNKE(F): H(GI) deficiunt

2 ad ser. pr. deo fauente (faciente *F*) direx.] deo fau. direx. ad ser. per. N^a 3 reddere *om.* K^a quando] quoniam *A* 4 debetur] creditur E^a 6 prospicitis *FA* remorta K^a

LIBER UNDECIMUS.

Praefatio chartarum praefecturae.

> ch. pr. *om.* *A*

I. Senatui urbis Romae Senator ppo.

> romae senator *om.* K^t
>
> ppo] $Z^1K^1E^1F^t$, praeposito $N^1K^tF^1$, pplo *I et sic deinceps, ubi non monui*, populo *A et sic deinceps*, pplorum = populorum Z^t, populorum N^t, praepositus E^t, poiipeis *G*, p. *H et sic deinceps, ubi non monui*

II. Iohanni papae Senator ppo.

> iahanni N^1
>
> sanator N^t
>
> ppo] $Z^1N^1K^1E^1H$, populorum Z^tN^t, praeposito *F*, praepositus E^t, prefelcio K^t, p. *G et sic deinceps*

III. Diversis episcopis Senator ppo.

> uniuersis *A*
>
> ppo] $Z^1N^1K^1E$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t
>
> diuersis . . . ppo] senatui urb. rome iohes pp *I*, *om.* *H*

IIII. Ambrosio v. i. agenti vices Senator ppo.

> u. i.] Z^1N^1A, uiro *EF*, *om.* *HGI*
>
> senator] senatorias senator *G*, *om.* K^1
>
> ppo] ZN^1EF^t, populorum N^t, praeposito K^t, *om.* K^1

V. Ambrosio u. i. agenti vices Senator ppo.

> ambroxio E^1
>
> u. i.] Z^1A, uiro N^tEF, *om.* *HGI*
>
> uices] uiris K^t
>
> senatorum *G*
>
> ppo] ZEF^t, populorum N^t, praeposito K^t
>
> *om.* K^1, *post ep.* 9 F^1

VI. Iohanni cancellario Senator ppo.

> ppo] ZN^1K^1E, praefecti K^t
>
> *om. (substituens inscr. 8)* N^t

VII. Universis iudicibus provinciarum Senator ppo.

> uniuersis] epistola *G*, *om.* N^tHI
>
> senatori N^t
>
> ppo] $ZN^1K^1E^1F^t$, populorum N^t, praefecti K^t, po *H*

VIII. Edictum per provincias. Senator ppo.

> edictum] edictum publicum *I*, edictum imperatorie maiestatis *G*
>
> per prouincias (prouincie K^t) senator ppo (*sic* $ZN^1K^1EF^t$, populorum N^t, pf K^t)] *om.* *HGI*
>
> *ad ep. 6 (substituens hic inscr. 11)* N^t

ZNKE(F)H(GI)

VIIII. Iudicibus provinciarum Senator ppo.

ppo] $Z^1N^1K^1E$, populorum Z^t, praefecti K^t, *om.* *H*
om. N^t *(substituens hic inscr. 12)* I^1

X. Beato v. c. cancellario Senator ppo.

u. c.] *A*, uiro clarissimo *plerique*, uiro K^1, ne E^1, nuc F^1, nunc E^tF^t
ppo] K^1EF^t, pf K^t
om. ZN^1 *et (substituens hic inscr. 13)* N^t

XI. Edictum de pretiis custodiendis Ravenna.

pretiis] F^tA, praediis *laterculi omnes et in textu ZNKE*
in rauenna F^t
ad ep. 8 (substituens hic inscr. 14) N^t

XII. Edictum pretiorum per Flaminiam.

edictum] fructum N^t
prediorum Z^1N
flaminiam] *A*, flaminia *ZN*, flamina K^tEF, flumina K^1
ad ep. 9 (substituens hic inscr. 15) N^t

XIII. Iustiniano Augusto senatus urbis Romae.

iustino N^t
romae *om.* *K*
ad ep. 10 (substituens hic inscr. 16) N^t

XIIII Gaudioso cancellario provinciae Liguriae Senator ppo.

candisio K^1, studioso E^t
prouinciae (pronuinci *F*) l. senator (senacior N^1) *om.* K^tA
ppo] $ZN^1K^1EF^t$, populorum N^t, praefatio K^t
ad ep. 11 (substituens hic inscr. 17) N^t

XV. Liguribus Senator ppo.

ppo] ZN^1K^1E, populorum N^t, prefatio K^t
ad ep. 12 (substituens hic inscr. 18) N^t

XVI. Liguribus Senator ppo.

ppo] $Z^1N^1K^1E$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t
om. F^1, *ad ep. 13 (substituens hic inscr. 19)* N^t

XVII. Promotiones officii praetoriani, quae natale domini fiunt.

off. practoriam *K*, praet. off. N^t *(altero loco)* HGI^1
natale] natali N^t*(loco posteriore)*HGI^p, ad natale N^1, in natali N^t *(priore loco)* EFI^w
et ad ep. 14 et suo loco N^t

XVIII. De corniculario qui egreditur.

et ad ep. 15 et suo loco N^t

XVIIII. De corniculario qui accedit.

qui accedit *om.* N^t *loco posteriore*
et ad ep. 16 et suo loco N^t

XX. De primiscrinio qui egreditur.

primiscinio $K^{1(a)}$, primiscrineo E^1
om. Z^1N

XXI. De primiscrinio qui accedit.

primiscrineo E^1, eodem I^1
qui acc. *om.* I^1
om. *ZNH*

XXII. De scriniario actorum.

de] item de N^t *tertio loco*
seniario E^1, scrinario Z^tI^1
auctorum *H et duobus locis* N^t, epistolarum K^t, *om.* N^t *loco tertio*
et ad ep. 20 et ad ep. 21 et suo loco N^t, *ad ep. 24* Z^tK^t *cf. ad ep. 28*

ZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 10—16

XXIII. De cura epistularum.
ad ep. 25 Z^tK^t, *cf. ad ep. 29*

XXIIII. De scriniario curae militaris.
sciniario E^1
cura N^t
ad ep. 26 Z^tK^t

XXV. De primicerio exceptorum.
primcerio N^t
ad ep. 27 Z^tK^t

XXVI. De sexto scholario.
ad ep. 28 Z^tK^t

XXVII. De praerogativario.
ad ep. 29 Z^tK^t

XXVIII. De commentariense.
commentariceuse K^1, commentariensi HI^p, commentariensi offitio N^t
ad ep. 22 Z^tK^t

XXVIIII. De regendario.
regerendario Z^tH, regerandario K^1, regundario G, rege dario I^p, regetedario I^w
ad ep. 23 Z^tK^t

XXX. De primicerio deputatorum et de primicerio augustalium.
et de prim.] et de primi *(sic)* K^t, et prim. E^tF^t, de prim. *om.* N^t
augusta $Z^{1\,1}$*(?)*, augustattum $Z^{1\,(2)}$, augustarum N^1, agustalium E^1, augustarum N^t, augtalium Z^t

XXXI. De primicerio singulariorum qui egreditur.
singulariorum *om.* Z^t

XXXII. De primicerio singulariorum qui accedit.

XXXIII. De concedendis delegatoriis.
delegatariis N^1, legatoriis N^t

XXXIIII. Anthiano suggerente dictum est.
antiano *plerique*, anciano K^1E, de antiano F^1

XXXV. Delegatoria.
delegaturia N^1

XXXVI. Anatolico cancellario provinciae Samnii Senator ppo.
anatholico *plerique*, anathalico N^1, antalico N^t, anotholico E^t, anatolio I, anatholio H, anathelio G
cancellario] cancennario H, nunc canc. K^t
prouinciae samnii E^tF^t, prouinciales amnii (annii Z^tK^1, ammni N^t, ammii K^t) ZNK, *om.* HGI
senatori N^t, *om.* H
ppo] $Z^1N^1K^1E$, populorum N^t, praefatio K^t, *om.* HGI

XXXVII. Lucino v. c. cancellario Campaniae Senator ppo.
u. c.] Z^1, nnc K, nice EF, ui N^1, nc N^t, nunc A
campaniae *om.* Z^t
ppo] $Z^1N^1K^1EF^t$, pp^{orum} N^t, praefatio K^t

ZNKE(F)H(GI): hi tres om. epp. 23—25. 27. 30—35. 37. *ordinari epistulas ad ZNKEF laterculis eorum et textu consentientibus: in B similiterque in HGI (ubi ordo est* 26. 36. 28. 29. 38 *interpositis omissis). qui libri omnes laterculis carent. in textu epistulae duae* 28. 29 *interponuntur inter ep.* 37 *et* 38

XXXVIII. Iohanni canonicario Tusciae Senator ppo.
canonico N^t, cancellario *FHI*, concellario *G*
tusciae *om.* $Z^t G$
ppo] $Z N^1 K^1 F^t I$, populorum N^t, praefatio K^t
om. *E*

XXXVIIII. Vitaliano v. c. cancellario Lucaniae et Bruttiorum Senator ppo.
uitalliano K^1, appor uit. K^t
u. c.] $Z^1 K^t$, ne N^t, uiro K^1, uice $E F^t$, nunc *A*, *om.* $N^1 F^1$
bruttionum Z^1, brutionum $Z^t N^t$, brucionum K^t, brutuonum N^1, bruccioni K^1
ppo] $Z N^1 K^1 E F^t$, populorum N^t, praefatio K^t

XL. Indulgentia.
de indulgencia $N^1 H I$

ZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 39

PRAEFATIO CHARTARUM PRAEFECTURAE.

1 Praefationis auxilium ex contrarietate plerumque nascitur, actionum, quando illud
opitulatur scriptori, quod potuit impedire cogitanti. quae res etsi laudes adimit, cle-
menter tamen veniam tractata concedit, quia quod constat otiosos debere, nemo potest
occupatos exigere. quapropter administrator amplissimus si vacasse credatur, obpro-
brium est, cuius etiam secretum dicitur, quod tumultuosis actionibus verberatur. sed
vix nobis aliquid praestabit ad effectum ducta probatio, quando et occupati fuisse
2 credimur et male scribere minime debuisse iudicamur. Nam multo satius est vitiosa
tenebris occulere quam culpanda praesumpta inportunitate vulgare. verum hoc mihi
obicere poterit otiosus, si verbum improvida celeritate proieci, si sensum de medio
sumptum non ornaverim venustate sermonum, si praecepto veterum non reddiderim
propria personarum: occupatus autem, qui rapitur diversitate causarum, cui iugiter
incumbit responsum reddere et alteri expedienda dictare, non me addicere poterit,
3 qui se in talibus periclitatum esse cognoscit. Facile enim absolutor est alieni conscius
sui: neque enim semper in illis valemus, quae interdum posse iudicamur. argutum
inventum laetum fundit ingenium: tepentia dicta mens concipit occupata. aliquando
acutum iugiter decet esse compositum, quia dicendi ars in nostra sita potestate cog-
4 noscitur, alacritas mentis divinis tantum muneribus applicatur. Remanet itaque ad
excusandum brevitas insperata librorum, quam nemo purgat diutius nisi qui bene
creditur esse dicturus. sed ne quis forsitan possit offendi, quod in praetoriano culmine
constitutus sic omnimodis actioso pauca dictaverim, accipiat viri prudentissimi Felicis
5 praesumptione factum, cuius participatus sum in omni causa consilium. Etenim vir
primum est morum sinceritate defaecatus, scientia iuris eximius, verborum proprietate
distinctus, senilis iuvenis, altercator suavis, mensuratus eloquens: qui necessitates
publicas eleganter implendo ad favorabilem opinionem suo potius labore perduxit.
alioquin tantis causarum molibus oneratus aut impar esse potui aut forte arrogans
inveniri. sed melius, quod eius fatigatione recreatus sic regalibus curis affui, ut non

BZNKE(F)H(GI)

2 praef. aux. ex contr. *om. HGI* plerumque (pluriumque *K*) nasc. actionum] nasc. pl. act. *EFA*, pl. nascitur actio non *HG*, pl. nascuntur actiones *I* quando] quoniam *A* 3 quod *om. A* 4 uen. tractata (tracta K^1), ueniam in tract. B^1, tractata uen. *N* 5 creditur *HGI* 7 quando] quoniam *A* 8 satius] sanctius *EF* 11 ornatum K^1 13 expedienda] inpeudenda HGI^p adicere *ZN* 14 qui] *fortasse* quia enim (*om. K*) abs. est] est en. abs. *HI* 15 semp. in ill.] *BHGI*, in (*om. N*) ill. semp. *reliqui* quae] quod *G*, qui *H* argentum *HGI* 16 fundit] sigt *H*, significat *G*, signat *I* tepentia] temperantia *EF* 17 actutum K^1, atutum K^2 debet E^2HGI 18 tantum] tamen *ZN* 19 insperta *H* 20 sed] se *E* qui *A* forsitan] fortis *H*, forte *GI* 21 constitutus *om. HGI* actioso] actio *E*, actuoso *F*, affectuoso *N*, *om.* HG^bI uiri] in HGI^p, *om.* I^w 23 morum] mox *E* sinceritatē *B* iuris *om.* EF^1 24 iuuenilis *B* altercatione *F* mensurator E^1 necessitas E^1 26 alioqui *A* aut impar] autem i. *H*

potuissem in arduis rebus deficiens approbari. Duos itaque libellos dictationum mea- 6
rum de praefecturae actione subiunxi, ut qui decem libris ore regio sum locutus, ex
persona propria non haberer incognitus. quia nimis absurdum est in adepta dignitate
conticescere, qui pro aliis videbamur plura dixisse. Sed postquam duodecim libris 7
opusculum nostrum desiderato fine concluseram, de animae substantia vel de virtutibus
eius amici me disserere coegerunt, ut per quam multa diximus, de ipsa quoque dicere
videremur. Modo parcite diserti, favete potius inchoantes: nam si nihil mereor elo- 8
quentiae munere, considerandus sum potius ex officiosissimo labore, qui tantis rei
publicae necessitatibus occupatus sic vacare potui sub urentibus curis si me gloriari
contigisset fluminibus Tullianis. nam ipse quoque fons eloquentiae cum dicere pete-
retur, fertur excusasse se, quod pridie non legisset. quid iam aliis accidere poterit,
si tanta laus facundiae auctorum visa est beneficia postulare? aegrescit profecto in-
genium, nisi iugi lectione reparetur. cito expenduntur horrea, quae assidua non fuerint
adiectione fulcita. Thesaurus ipse quam facile profunditur, si nullis iterum pecuniis 9
compleatur. sic humanus sensus, cum alieno non farcitur invento, cito potest attenuari
de proprio. si quid autem in nobis redolet, studiorum flos est, quod nihilominus mar-
cidum redditur, si a matre lectione carpatur. illic enim potest esse laetissimum, unde
docetur et natum, quando omnia in origine sua plenissime vivunt, quae needum a
naturalibus sinibus auferuntur. proinde veniae magna pars est, si scribimus non
vacantes, si legimur non legentes. sed iam removeamur ab excusationis voto, ne
magis offendat nimis affectata defensio.

I.

SENATUI URBIS ROMAE SENATOR PPO.

a. 533

Commendatis mihi, patres conscripti, provectum meum, si vobis intellego fuisse 1
votivum: credo enim evenisse prosperrime quod tot felices constat optasse. desideria
quippe vestra bonorum omnium probantur auspicia, quando nemo potest talium favore
suscipi, nisi quem divinitas praecepit augeri. mutuamini ergo gratiam, ut exigatis
obsequium. natura rerum est amare collegam. laudes quin immo vestras extollitis,
si honorem qui Senatori datus est erigatis. Sollicitudo patrum ad publicas me utili- 2
tates instanter impellat, ut vestro magis imputetur praeconio, cum tali meruero placere
solacio. secunda mihi est cura vobis me commendare post principes, quia illud vos
amare confidimus, quod et rerum dominos iubere sentimus: primum, ut hoc putemus
utile quod honestum, ut nostros actus quasi pedisequa semper iustitia comitetur et
quod a continenti principe non emimus, nulli turpiter venditemus. Audistis, principes 3

BZNKE(F)H(GI)

1 potuissent *H* 2 qui] quid *B*ª religio *B*ª 3 nimis] minus *H*, *om. G* absurdus *H* adempta *B* 4 contiscescere *N* 5 uel de uirt. eius] uel (et *G*) eius uirt. *HGI* 6 cognouerunt *E* per] post *HG* dixeramus *F* 7 nihil] nunc (*superscr.* nihil uel mihi) *E* 9 sic] si *HG* uacari *B*¹*ZN* *ante* sub urentibus (subruentibus *HGI*) curis *fortasse exciderunt talia:* mirum foret 11 se *addidi* potuisset *K*¹ 12 si] sit *B*ª auct. (actorum *H*) uisa est] uisa est auct. *F* agressit *B*¹, decrescit *I* 13 lectioni *H* 14 additione *E*²*F* ipse] ille *HG*, illius *I*ᵖ 15 sarcitur *KHI* inuento] adiumento *m. rec. superscr. B* cito *om. A* 16 quis *Z* est *om. Z* 17 si] si non *F*² carpitur *H* 19 finibus *EFHGIA* magnae *BNE*¹*H* 20 legimus *KHGI* ne] nec *K* 23 int. fuisse] fuisset *HGI* 25 comprobantur *HGI* quando] quoniam *A* 26 nisi *om. ZN* praecepit] cepit *N*, pracipit *G*, praecipitur *H*, praeceperit *I* ut *om. HGI* 27 nostras *HGI*ᵖ 28 exigatis *KHGI* ad publicas *bis K* me *om. FA* 29 cum tali] cunctali *B*¹ 30 solacio] patrono *KEFA* est mihi *FHGI* 32 utile] ut ille *BZ* uestros *FA* comittetur *B*, committetur *H* 33 eminus *HG*ª*I*ʷ uendicemus *KHGIA*, uendicamus *E*

viri. quae rerum pondera praedicatus exceperim. supra vires exigitur. qui dignitatis
culmina laudatur ingressus. haec non audemus falsa dicere. sed confitemur esse potiora:
nam talia iudicia non invenerunt merita. sed fecerunt: neque enim nos inde iactamus,
qui intellegimus dominos nostros humilia voluisse sustollere, ne videantur inmeritis
tam ingentia praestitisse. rapiunt nos praedicandi temporis bona et velut longa ariditate
4 sitientes ad haustum dulcissimi saporis invitant. O saeculi beata fortuna! sub principe
feriato matris regnat affectio, per quam totum sic peragitur, ut generalis nos tegere
caritas sentiatur. huic gloriosum praestat obsequium cui omnia serviunt et mirabili
temperamento concordiae, antequam possit populos regere, suis iam coepit moribus
imperare. hoc est profecto difficillimum regnandi genus exercere iuvenem in suis
sensibus principatum. rarum omnino bonum est dominum triumphare de moribus et
5 hoc consequi in florida aetate, ad quod vix creditur cana modestia pervenire. Gau-
deamus, patres conscripti, et supernae maiestati gratias supplici devotione referamus,
quando nulla erit accessu temporis difficilis clementia nostro principi, qui in annis
puerilibus didicit servire pietati. sed hoc miraculum utriusque moribus demus: nam
6 tantus est genius maternus, cui etiam iure princeps servire debuisset extraneus. Hanc
enim dignissime omnia regna venerantur. quam videre reverentia est. loquentem audire
miraculum. qua enim lingua non probatur esse doctissima? Atticae facundiae claritate
diserta est: Romani eloquii pompa resplendet: nativi sermonis ubertate gloriatur: ex-
cellit cunctos in propriis. cum sit aequaliter ubique mirabilis. nam si vernaculam
linguam bene nosse prudentis est. quid de tali sapientia poterit aestimari. quae tot
7 genera eloquii inoffensa exercitatione custodit? Hinc venit diversis nationibus neces-
sarium magnumque praesidium, quod apud aures prudentissimae dominae nullus eget
interprete. non enim aut legatus moram aut interpellans aliquam sustinet de media-
toris tarditate iacturam, quando uterque et genuinis verbis auditur et patriotica respon-
sione componitur. iungitur his rebus quasi diadema eximium inpretiabilis notitia
litterarum, per quam, dum veterum prudentia discitur, regalis dignitas semper augetur.
8 Sed cum tanta gaudeat perfectione linguarum, in actu publico sic tacita est. ut credatur
otiosa. paucis litigia nodosa dissolvit: bella ferventia sub quiete disponit. silentiose
geritur publicum bonum. non audis praedici quod palam videtur assumi et tempera-
9 mento mirabili dissimulando peragit quod adcelerandum esse cognoscit. Quid tale
antiquitas honora promeruit? Placidiam mundi opinione celebratam, aliquorum prin-
cipum prosapia gloriosam purpurato filio studuisse percepimus. cuius dum remisse

BZNKE(F)H(GI)

3 iuribus *A* uenienti *H*, uenientis *G* 4 et *om. K* uobis *E* 5 sit] fit *FA* tot. uob.] *BGI*, tot. nobis *H*, uob. tot. *ZXKEFA* summata *K* est] rem H^a 6 recte *A* quae *om. A* nec. sunt *H* 9 cum] dum *X* dani] dani *A*, *deficit X* cogitarent B^1 10 lactacii *E* 11 nil] non *EF* uulgati KE^1A subueni*ret *B* 12 resonans *EF* anhelo] hanelo BX^bE, heleno hanelo X^a dum] unde *K* 13 enim *om. X* 14 an s. c. an] *ZX*, ā sumere (asumere B^1) c. au *B*, aut s. c. aut *KEFA* 16 euacuatur *A* igitur] ergo *KEF*, *om. A* 17 passioni] *KEFA*, passionis *BZX* 19 lac tanta] lactante B^1 20 nescitunt B^a*[?]* potius E^1 ille] illius E^2 pristino] primo *KA* 21 passionibus] p°anis *E* uacua *K* uiros *F* effetas] B^2A, aeffectas B^1, effecatas *ZXK*, affectatas *E*, effecatos *F* 23 haec] hic B^2 hausta *A* ut thumor B^a 24 lesa prob. X^a 25 non *om.* B^a 26 dumenta *K* montium] *KEF*, motium *B*, in ocium ZX^b, in ocicium X^a 27 passionem F^2 tam *om. K* 28 subuectionemque] *BE*, subiectionemque *ZXKA*, subuentionemque *F* prebet B^1, prebe B^2 ut *om. KA* 29 armentali suco (fuco *B*) *om. KA*

XI.

EDICTUM DE PRETIIS CUSTODIENDIS RAVENNA.

a. 533/537

Venalitas victualium rerum temporis debet subiacere rationi, ut neque in vilitate 1
caritas nec in caritate vilitas expetatur, sed aequalitate perpensa et murmur ementibus
et gravamen querulis negotiatoribus auferatur. Atque ideo trutinatis omnibus et ad 2
liquidum calculatione collecta diversarum specierum pretia subter affiximus, ut omni ambiguitate summota definitarum rerum debeat manere custodia. si quis autem vendentium non servaverit quae praesentis edicti tenor eloquitur, per singulos excessus sex solidorum multam a se noverit exigendam et fustuario posse subiacere supplicio. quatinus eum et damni metus terreat et praedicta poena vehementer affligat.

XII.

EDICTUM PRETIORUM PER FLAMINIAM.

Si otiosi populi urbium singularum sub pretiorum iustitia continentur, quanto 1
magis debet laborantibus subveniri, ne utilitas commeantium sauciatur discrimine fortuitorum! et ideo susceptio transeuntium requies debet esse curarum, ne quod ad levamen inventum esse constat, detestabile potius gravamen infligat. recipiatur hospes ad pretia definita: iniquitatem non patiatur avaram qui invitatur ad gratiam, quando
turpis aucupatio est terrere enormitate pretii et susceptione blandiri. Praedoni similis 2
est, qui sub iniqua cupit voluntate distrahere: utrosque enim constat aliena velle diripere et considerationem iustitiae non habere. nescitis quanta possitis adquirere moderati? ultro ad commoda vestra veniunt, qui vos temperanter agere posse cognoscunt. nullus ergo se aestimet, quod est familiare semper absentium, longinquitatis oblivione
defendi, quando ad nos cotidie veniunt qui vestra mercimonia patiuntur. Cavete potius 3
damna multarum, qui lucrorum aviditates appetitis. sex enim solidorum dispendium se noverit sustinere et laceratione corporis affligendum, si quis aliter vendendum esse crediderit, quam miles noster in rem directus pretia cum civibus atque episcopis locorum habita deliberatione censuerit. sufficere enim debent omnibus honesta lucra de civibus, ne obsessa potius itinera videantur esse latronibus.

XIII.

IUSTINIANO AUGUSTO SENATUS URBIS ROMAE.

a. 535

Honestum nimis et necessarium videtur esse negotium pro securitate Romanae 1
rei publicae pio principi supplicare. quia convenit a vobis expeti quod nostrae possit

---

BZNKE(F): HGI deficiunt

2 rer. uit. *K* temptoris *A* debet *bis Z* neque *F* uilitatem *N* 7 te edicti tenor B^a, ten. ed. *EF* ecessus *B* 8 multam] B^1, mulctam *KEFA*, multa B^2Z, muclta *(sic) N* exigendam] *KEF*, exigendum *BZN* fustiario *B* posse] possit *A*, debet *ZN* 9 eum et] et eum *K* 11 insticiam *K* continetur ZNK^1 12 fortuitorum] *A*, fortunorum *BZNK*, fortunarum *EF*: *fortasse* opportunorum 14 leuamen] iuuamen E^2F inuentum] uiuentium E^2 15 diffinita *libri* qui] quae *A* imitatur E^1 quando] quoniam *A* 16 aucupatio] occupatio *KA* est *om. N* terrere] terre *K* 17 uirosque *E* aliena *om. A* uelle *om. ZN* 19 posse *om.* N^a 20 abstinentium B^a obliuioni B^1 21 quando *ad* patiuntur (partiuntur *EF*) *om. A* 22 dampno *E* multarum] multorum *KEA* 24 ciuibus] uilibus *K* 25 consuerit *N* 26 ciuibus] uicibus E^1 it. uid.] *BF*, uid. it. *reliqui* latronum *KA* 29 nobis *EF*

proficere libertati. nam inter cetera bona, quae vobis singulariter divina tribuerunt,
nihil gloriosius probatur accedere, quam quod vos cognoscitis ubique posse praestare.
rogamus ergo, clementissime imperator, et de gremio curiae supplices tendimus manus,
ut pacem vestram nostro regi firmissimam praebeatis nec nos patiamini abominabiles
2 fieri, qui semper de vestra concordia videbamur accepti. Romanum si quidem nomen
vos commendatis, si nostris dominis benigna conceditis. gratia vestra nos erigit ac
tuetur et hoc mereri cognoscimus, quod de vestra mente sentitur. quietem ergo Italiae
foedera vestra componant, quia tunc amari possumus, si per vos dilectio votiva copu-
letur. cui rei si nostrae preces adhuc non videntur posse sufficere, aestimate patriam
3 nostram in haec precatoria verba prorumpere: 'Si tibi aliquando grata fui, ama, piissime
'principum, defensores meos. qui mihi dominantur, tibi debent esse concordes, ne in-
'cipiant talia in me facere, quae a votis tuis cognoverint discrepare. non mihi sis
'causa crudelis exitii, qui semper vitae gaudia praestitisti. ecce alumnos meos sub
'tua pace geminavi, ecce civibus ornata resplendui. si me laedi pateris, ubi iam nomen
'tuae pietatis ostendis? quid enim pro me nitaris amplius agere, cuius religio, quae
'tua est, cognoscitur sic florere? senatus meus honoribus crescit, facultatibus indesi-
4 'nenter augetur. Noli per discordiam dissipare quod deberes per bella defendere.
'habui multos reges, sed neminem huiusmodi litteratum: habui prudentes viros, sed
'nullum sic doctrina et pietate pollentem. diligo Hamalum meis uberibus enutritum,
'virum fortem mea conversatione compositum, Romanis prudentia carum, gentibus
'virtute reverendum. iunge quin immo vota, participare consilia, ut tuae gloriae pro-
'ficiat, si mihi aliquid prosperitatis accedat. noli me sic quaerere, ut non valeas in-
5 'venire. tua sum nihilominus caritate, si nullum facias mea membra lacerare. Nam
'si Libya meruit per te recipere libertatem, crudele est me amittere quam semper
'visa sum possidere. impera motibus iracundiae, triumphator egregie. plus est quod
'generali voce petitur quam si vester animus cuiuslibet ingratitudinis offensione vin-
6 'catur.' Haec Roma loquitur, dum vobis per suos supplicat senatores. quod si adhuc
minus est, beatorum apostolorum Petri atque Pauli petitio sanctissima cogitetur. nam
qui securitatem Romanam saepe defendisse probantur ab hostibus, quid erit quod
eorum meritis vester non tribuat principatus? sed ut omnia reverentiae vestrae con-
gruere videantur, per illum virum venerabilem legatum piissimi regis nostri ad vestram
clementiam destinatum preces nostras credidimus porrigendas: ut tam multa debeant
efficere, quae vel singula potuerunt apud pios animos optinere.

XIIII.

GAUDIOSO CANCELLARIO PROVINCIAE LIGURIAE SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Cum multis itineribus Comum civitas expetatur, ita se eius possessores para-
veredorum assiduitate suggerunt esse fatigatos, ut equorum nimio cursu ipsi potius

BZNKE(F): HGI deficiunt

3 supplices] *v. l. Montespess. 4,* duplices *libri* 4 firmissime *E* 5 uideamur *K* 7 cognoscimur *NE^2* 8 per *om. B* copuletur] compleretur *E* 9 non uiderentur adhuc *F* 10 uestram *N* 11 debent] *B^2*, debeant *reliqui* in me tal. inc. *EF* 13 prestiti *B: fortasse* cui s. u. g. praestiti 17 per discordiam] discordia *KEFA* 18 huiusmodi] huius *A* litterarum *B^1A* 19 amalum *BFA* 20 mea] m̄a *B* compositum *om. K^1* 21 ut] et ut *A* 22 accedit *N^a* 23 si] sed *E^1A* 24 si libya] sibilia *E^2* 27 supplicat] pub. supplicat *K^a* 31 nostri regis *B* 32 credimus *NA* multi *A* 33 singuli poterunt *A* pios] eos pios *E* 36 cum] dum *A*, ,um *N* comum] como *plerique,* camo *N* eius *om. A* parauerendorum *ZKEF*, parauendorum *N* 37 suggerunt esse fat.] suggerentes se fat. *B^1*, sugg. fat. esse *F^a* cursu] in cursu *B^2*

adterantur. quibus indultu regali beneficium praecipimus iugiter custodiri, ne urbs illa,
positione sua libenter habitabilis, rarescat incolis frequentia laesionis. est enim post
montium devia et laci purissimi vastitatem quasi murus quidam planae Liguriae. quae
licet munimen claustrale probetur esse provinciae, in tantam pulchritudinem perducitur,
ut ad solas delicias instituta esse videatur. Haec post tergum campestria culta trans- 2
mittit et amoenis vectationibus apta et victualibus copiis indulgenter accommoda: a
fronte sexaginta milibus dulcissimi aequoris amoenitate perfruitur, ut et animus recre-
abili delectatione satietur et piscium copia nullis tempestatibus subducatur. merito
ergo Comum nomen accepit, quae tantis laetatur compta muneribus. hic profecto lacus
est nimis amplissimae vallis profunditate susceptus, qui concharum formas decenter
imitatus spumei litoris albore depingitur. Circa quem conveniunt in coronae speciem 3
excelsorum montium pulcherrimae summitates, cuius ora praetoriorum luminibus de-
center ornata quasi quodam cingulo Palladiae silvae perpetuis viriditatibus ambiuntur.
super hunc frondosae vineae latus montis ascendunt. apex autem ipse quasi quibusdam
capillis castanearum densitate crispatus ornante natura depingitur. hinc rivi niveo
candore relucentes in aream laci altitudine praecipitante descendunt. Huius sinibus 4
ab austro veniens Addua fluvius faucibus apertis excipitur. qui ideo tale nomen accepit,
quia duobus fontibus adquisitus quasi in proprium mare devolvitur, qui tanto impetu
vastissimi aequoris undas incidit, ut nomen retinens et colorem in septentrionem
obesiore alvei ventre generetur: putes quandam lineam fusciorem in aquis albentibus
esse descriptam miroque modo influentis discolor natura conspicitur, quae misceri posse
simili liquore sentitur. Hoc et in marinis quidem fluctibus fluviorum inundatione con- 5
tingit: sed ratio ipsa vulgariter patet, ut torrentes praecipites limosa faece corrupti
vitreo sint aequori discolores. hoc autem iure putabitur stupendum, quod simile tantis
qualitatibus elementum per pigrum stagnum videas ire celerrimum, ut amnem per
solidos campos putes decurrere, quem se peregrinis undis non videas colore posse
miscere. Quapropter incolis harum rerum iure parcitur, quando amoena omnia delicata 6
sunt ad labores et facile onus afflictionis sentiunt, qui uti suavibus deliciis consuerunt.
fruantur ergo munere regali perpetuo, ut sicut gaudent nativis epulis, ita eos exultare
faciat munificentia principalis.

XV.

LIGURIBUS SENATOR PPO.

a. 534

Regale munus impetratum gaudium debet esse cunctorum, ut provocetis ad meliora, 1
cum de vobis concessa probaveritis esse gratissima. nam si subvenire semper amantis
est, cuiusmodi vos aestimatos intellegitis, quos relevatos esse sentitis? sed ne vestram
laetitiam longis praelocutionibus differamus, quia bonarum rerum celerrima semper
desideratur agnitio, gloriosissimi domini devotae Liguriae necessitatibus consulentes

BZNKE(F):HG1 non habent nisi 4 urbs ad tantam — 5 uideatur *et* 27 amoena — 28 consuerunt

2 est enim] etenim *K* 3 laci] loci E^2 uastitate B^2 4 tantum E^1F pulcritudine *EF*, fortitudinem pulcritudinem *HG* producitur *HG*, prouehitur I^w, perueniat I^p 5 cultra *B* 6 et *om. KA* uenationibus *EF* indulgentur *K* 7 militibus B^1 amenite *N* 8 copiam E^1 9 comum] cumo *B*, como *reliqui* nomen] non B^1 11 spumea E^1 quem] que *K* 12 praetoriorum] praet*ori*orum *N*, praetorum *EF* liminibus *EF* 13 singulo *K* silu. pall. *N* 15 capellis *N* hinc] huic *A* 16 aream] (h)aera *EF* 17 fluius *B* 18 acquisitis *A* deuoluitur] *KA*, diuoluitur *BZNEF* 20 albei *B* quandam] K^2E^2A, quondam $BZNK^1E^1F$ lineam] EF^2A, lineum $BZNKF^1$ fusiorem *EF* 21 quae] circa quem B^1 22 quidem] quoque *EF* 23 corrumpti *B* 25 celerrime *A* 26 quam *B* 27 misceri *EF* quando] quoniam *A* 28 qui] quae *H* deleciis B^1 consueuerunt *KEFGA* 29 exaltare *F* 30 munificentia] B^2KEFA, e munificentia B^1Z, munificencia e *N* 33 de *om. EF* 36 nessitatibus *Z*

centum libras auri per illum atque illum de cubiculo suo pietate solita destinarunt,
ut, indicio vestro quibus est causa notissima, tanta unusquisque huius muneris partici-
patione laetetur, quanta necessitate gravatus esse cognoscitur, ne quod afflictis datum
est usurpet inlaesus. sed illi reparatis viribus consurgant, qui damnorum sarcina pre-
2 mente corruerant. Hastensis autem civitas, quae supra ceteras suggeritur ingravata,
dispositionis vestrae iustitia maxime sublevetur, ut secundum modum dispendii com-
moditate beneficii perfruatur. sumite pietatis stipendium, tributarii, et dominorum
aestimate clementiam, qui condicione mutata hoc vos ab aerario videtis accipere, quod
consueveratis inferre. sed ut beneficia dominorum subtractis exactionum incommodis
augeantur, celerius relatio vestra nos instruat, quid unicuique de hac summa relaxan-
dum esse iudicatis, ut tantum de prima illatione faciamus suspendi, quantum ad nos
notitia directa vulgaverit. quapropter piissimis dominis votis salutaribus reddite quae
debetis, ut ratio vestra supplicando peragat, quod se in ipso universitas recepisse
cognoscat.

XVI.

LIGURIBUS SENATOR PPO.

a. 534

1 Studiose nos oportet erigere, quos statuit regalis pietas sublevare: nam quibus
dominorum clementia voluit descendere, convenit his etiam subiectos de propria digni-
tate praestare. nuper mihi gratias retulistis, quod spem vobis bonorum quam fructum
aliquem contulissem. invitastis me ad beneficia quia magna suscepistis gratulatione
promissa. absolvimus votum iudicis obligati. quae fuerunt praedicta, nunc probantur
2 impleta. Initium igitur a libra faciemus, quia ubi conscientiam fas est intendere,
inde debet sermo iudicis inchoare. hinc est, quod in ponderibus atque mensuris vos
suggeritis ingravatos. et ideo nostra cura providebit, ut nullius vos ulterius ex ea
parte vexare possit iniquitas, quia grave scelus esse iudicamus aut mensuras modum
3 excedere aut libram aequissimi ponderis iustitiam non habere. Milites etiam sedis
nostrae nec non exactores atque susceptores, a quibus gravia vobis inferri dispendia
suspirastis, praeceptis nostris fecimus conveniri, ut deductis ad liquidum ratiociniis si
quid fraudis potuerit inveniri, sine aliqua dilatione persolvant: quia hoc nostris tempo-
4 ribus profitemur inimicum, ut alter alterius laetetur incommodo. Nunc ad apparatum
florentissimi exercitus vota convertite, universa sine querella vel tarditate aliqua pro-
curantes. efficaciter enim me ad omnia benigna constringitis, si gratanter quae sunt
iussa completis. laetus oboediat, quem causa generalitatis invitat. illa sola dolere
debent dispendia, quae studio videntur cupiditatis imposita. nam quod pro rerum
necessitate praecipitur, inde prudentum animus non gravatur.

BZNKE(F): HG1 deficiunt

1 destinarunt] *B*, destinauerunt *ZNKEFA* 4 usupet *Z* 5 astensis *libri* ceteras] ciuitas ceteras B^1 6 subleuemur *F* 11 iudicetis *A* 12 pissimis *B* 13 uniuersitatis K^a 16 nos op. E^2 quibus] quos *A* 17 descendere] BE^a, condescendere $ZNKE^bF$, conscendere *A* his et.] *B*, et. his *ZA*, et. hiis *NKEF* 18 ret. grat. N^a quod] q. tam *Cuiacius cum Guelf.* 20 *fortasse scr.* iudiciis 22 imponderibus *B* 23 ex ea parte nos ult. *F* 24 quia] quod *K* 27 suspirastis] *BZE*, suspiratis *NKF* uestris *K* reductis E^1F 29 profitemur] *ZNKEF*, profiteri *B*, confitemur *A* laetetur] ledatur E^1, *om. N* incommodum *N* ad *om.* B^1F 30 uel tarditate *om. F* 31 benigna] bona N^a iuss. sunt compleatis *EF* 32 inuitat] mutat E^1 34 inde] in *N* pru-dentium *KA*

XVII.

PROMOTIONES OFFICII PRAETORIANI, QUAE NATALE DOMINI FIUNT.

a. 531 ante Dec. 24

Si hodierno die redemptionis invenimus vitale remedium. si caelesti beneficio 1
panditur spes salutis, convenit etiam nos longo labore fatigatis gaudii deferre medi-
cinam. ut superna bona quae periclitanti mundo collata sunt. generaliter sentiantur.
alioquin piaculum quoddam est inter tristes velle gaudere et humanitatis refugit affectum,
qui dolorem non sequitur alienum. contra quanto se melius excitat de communione
laetitia. quando incitamentum magnae alacritatis est plurimos videre gaudentes!
Hinc est quod sapientes mortale genus unum hominem esse testati sunt, quoniam 2
omnes a cunctis casibus suis indivisos esse voluerunt. quapropter unusquisque iuxta
matriculae seriem tua designatione vulgetur. ut quem loci ordo postulat. gradibus pro-
motionis accedat. egrediatur unus, ut anteponat universos. totam sequentium seriem
ad provectum trahit. dum prior militiam perfunctus exierit.

XVIII.

DE CORNICULARIO QUI EGREDITUR.

Amplectenda est promotionum grata sollemnitas, quae bene meritorum solvit excubias, quia tironibus conceditur spes laboris. dum vicissitudo fuerit reddita veteranis. et ideo Anthianum. qui praetorianis inculpabiliter paruisse perhibetur obsequiis, inter tribunos et notarios ad adorandos aspectus properet principales. ut iuxta consuetudinem praesentatus spectabilitatis decoretur insignibus.

XVIIII.

DE CORNICULARIO QUI ACCEDIT.

Optatus ad optata perveniens sui nominis sortiatur effectum. et ideo supradictum assiduis laboribus comprobatum corniculariorum sumere censemus officium. ut iure inter primates assistat, qui tironum inculpabiliter egit excubias.

XX.

DE PRIMISCRINIO QUI EGREDITUR.

Olim quidem efficaciter peragens imperata multorum meruisti bona indicia: sed nunc et divino favore commendatus erigeris. quando militiae laboribus perfunctus esse

BZNKE(F)H(GI)

3 uitale] natale *HGI* si *om.* *A* 4 uos E^1 longo labore] longo tempore *K*. langore *B* 6 alioqui *A* 7 quanto] tanto B^2, quando E^1 melius] magis *F* 8 quando] *K coniectura proba.* quanto *B*. quantum *A*. tanto *EFHGIA*, *om.* *ZN* magnae (*om.* *F*) al. est] est m. al. *HGI* 9 testati sunt] putauerunt E^2 quoniam] quem *HG* 10 cunctis] cunctibus Z^a 11 gradibus] $BZNE^2GI$. gratibus *H*, gradus KE^1FA promonitionis B^1 12 accendat E^1F ut *om.* *HGI* sequentem *A* 15 graata *N* soluit] nouit *EF* 16 dum] cum *F*, si E^2HGI 17 antianum *plerique*, anzianum *E*, antinianum *N* inc. praet. *HGI* par. inc. F^a 18 adorandos] decores *F*, decorandos *HGI* 21 optatus] adoptatus *HGI* sociatur effectui E^1F 22 assiduis] a suis HG^1 officium] effectum *A* 23 assistat] existat E^2FI 25 quidem] si q. *EF* peragentes *K* mer. mult. *A* sed nunc *om.* *HGI*

monstraris. quapropter spectabilitatis honore suffultus inter tribunos et notarios venerandam purpuram adoraturus accede, ut per sacros aspectus principis tuae subsistat firmitas dignitatis.

XXI.

DE PRIMISCRINIO QUI ACCEDIT.

Differri non patimur merita fidelium, ut ad studia bonorum actuum provocemus vota cunctorum. demus igitur quae sunt iusta laboribus, ut provectu priorum invitemus corda sequentium. atque ideo Andreas, qui praetorianis fascibus inculpabiliter noscitur obsecutus, gradum feliciter primiscriniatus ascendat, ut locum, quem versutia nescivit exquirere, se gaudeat probis moribus invenisse.

XXII.

DE SCRINIARIO ACTORUM.

Iuste potentiora consequitur, qui de commissa sibi negotii perfectione laudatur. et ideo Castellum, quem matriculae series fecit accedere, nostra auctoritas quoque actorum scriniarii curam praecepit obtinere.

XXIII.

DE CURA EPISTULARUM.

Constantiniani merita licet plures asserant, adstipulatio quoque nostra commendat. tanta est etenim in eo sinceritas mentis, ut et iudice teste mereatur laudari. hic itaque epistularum canonicarum curam provectus accipiat, ut amplius momenta suae integritatis exhibeat, quando fidem publicam sibi respicit esse commissam.

XXIIII.

DE SCRINIARIO CURAE MILITARIS.

Convenienter honoris praestat augmentum probitas actionis nec decet differri, quem frequenter efficacem contigit approbari. hinc est quod Lucinum scriniarium curae militaris esse praecipimus: exhibiturus obsequium cui se merito non dubitat attributum.

XXV.

DE PRIMICERIO EXCEPTORUM.

Decet nos incunctanter tribuere promotionis ascensus, quos labor militiae meretur assiduus. sicut enim aequum est desidiosis laborantium praemia denegare, ita con-

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 23. 24. 25

1 monstratis *K*, probaris E^2 propter *om.* E^1 ueneranda purpura *EFHGI* 2 adoraturus accede] adoratus accede E^1, adornatus accede E^2F, adornatus *H*, adornatus exhiberis *G*, sedeas adhornatus *I* 6 priorum] cunctorum N^a inuitemur] imiremur *(sic) H* 7 corda] uota E^2FHGI praetorianis] pretoriis finis *B* 8 obsecutus] executus HG^1I locum *om. HGI* 9 probis] pro his *B*, prohiis $I^{p(1)}$, propriis *K*, bonis *G* 11 (i *a miniatore omissa*) uste *B* prosequitur *HI*, persequitur *G* commissi *EF* 12 castellum] *BHGI*, catellum *reliqui* quem *om.* K^1 nostra *om. HGI* actorum] auctorum *ZNEF*, *om. HG* 13 scriniarii] scriniarum *K*, crismarii *B* praecipit $EFHGI^w$ 15 constantini *EF* 16 tanta] auta *B* ut et iud. test. (test. iud. *K*) mer.] et ut tudice *(sic)* mer. teste *B* 18 exhibeat] accipiat K^1 20 augmentum] a. est F^2 21 frequenter] decenter *A* lucinum] *BZN*, lucillum *KEFA* crismarium *B* 22 praecepimus E^1 exhibiturum *F* 29 nos *om. K*

venit excubantibus remunerationis optata concedere. et ideo Patricius exceptorum primicerium se a nobis noverit institutum, ut ad tale perductus officium placuisse suarum merita gaudeat actionum.

XXVI.
DE SEXTO SCHOLARIO.

Dignus est nostro iudicio promoveri, qui a multis praesulibus meruit approbari. uni enim acceptum fuisse interdum gratia est, multis placuisse iudicium. Iustus igitur locum sexti scholaris se noverit consecutum inventurus militiae praemium, cum se actibus studuerit sociare fidelibus.

XXVII.
DE PRAEROGATIVARIO.

Quis Iohannem non aestimet merito esse promovendum, qui nostro iudicio cancellorum olim sumpsit officium et tunc iam praerogativam conscientiae meruit, quando secreti munus iudicialis accepit? fruatur itaque gaudio et ordinis et honoris. qui moribus noscitur placuisse laudatis. hunc igitur praerogativarium sententia nostra confirmat, ut gradu potitus emeriti devotioribus animis publicae pareat iussioni.

XXVIII.
DE COMMENTARIENSE.

Iuvat bene meritorum votis beneficiis respondere vicariis. ut devotiore mente possit obsequi. qui meruit anteferri. quapropter Heliodorus commentariensium fruatur officio. digne siquidem eius integritati committimus quae custodienda esse censemus.

XXVIIII.
DE REGENDARIO.

Aequitati videtur accommodum, si efficaci actione laudatis digna moribus vicissitudo praestetur. habet enim suam gloriam, qui pensatis excubiis militarem noscitur promovere fortunam. hinc est quod Carterium regendarii locum feliciter obtinere censemus, ut spe futuri provectus avidius praetorianis possit inhaerere laboribus.

B(ep. 28. 29 post 37) ZNKE(F)H(G1): hi tres om. ep. 25. 27 et collocant ep. 28. 29 inter ep. 36 et 38

1 concedere] praestare *E*¹   2 ad] et *B*   6 interdum gratia] inter gradus *HG*¹   7 locum] longum *K*¹   sexi *H*   scholarii *scribendum*   nouiter *H*   assecutum *K*, secutum *HG*   se *om. HG1*   8 studuerte *G*, studiunt *H*, studuit *I*   sociari *HG1*   10 ol. canc. *B*   11 sumpsit] *B*, sumpserit *KA*   12 secesti *E*¹, decreti *A*   13 hinc *A*   pre**rogatiuarium *B*¹, precrogatiuarium *B*², praerogatiuarum *KA*   14 gradu potitus] *BZN*, gradus potius *KEFA*   publici *N*   16 deuotiori mente *G*ᵇ, deuotione mentis *HG*ᵃ*I*   posset *Z*ᵃ   17 heliodorus] *B*, theliodorus *EF*, cheliodorus *ZNKHG*, cereliodorus *I*ᵖ, et diadorins *I*ʷ   20 equitatis *HG*   uidetur *(sp. vac.)* modum *B*, uid. esse acc. *HI*   21 depensatis *HG*, de peractis (paetis *I*ᵖ) pensatis *I*   militarem] ad m. *HGIA*   22 perueniae *IA*, promoueri *HG*   carterium] *EF*, arterium *B*, charterium *K*, cartarium *N*, cartharium *Z*, cartherium *I*ᵖ, carcherium *HG*, chaecerium *I*ʷ   regerendarii *BHGI*, regerendarum *ZN*   23 sensemus *K*

XXX.

DE PRIMICERIO DEPUTATORUM ET DE PRIMICERIO AUGUSTALIUM.

Dignum est ut sequatur vota fidelium fructus laborum et superior gradus excipiat, quos gestarum rerum integritas affectata commendat. hinc est quod Ursum primicerium deputatorum atque Beatum primicerium Augustalium esse censemus: ut qui ad maiora provecti videntur officia, praedicanda conscientiae sequantur exempla.

XXXI.

DE PRIMICERIO SINGULARIORUM QUI EGREDITUR.

Decet palmae praemia consequi, qui sacramentis militaribus videntur esse perfuncti, quia diutinus labor sibi vindicat quod inexperta vix potest invenire nobilitas. et ideo, quoniam Urbicus primiceriatus sui noscitur tempora peregisse, inter domesticos et protectores sacram purpuram adoraturus accedat, ut venerandis clarificatus aspectibus militaribus excubiis se gaudeat liberatum.

XXXII.

DE PRIMICERIO SINGULARIORUM QUI ACCEDIT.

Adest militaribus obsequiis integritas iudicantis, quia gratanter exsolvit quod deberi iuste cognoscit. quapropter Pierius primicerium singulariorum se nostra auctoritate cognoscat effectum.

Si qua sunt alia, fiducialiter suggerantur: quia non est haesitationis metus, ubi non est iudicis venalis auditus.

XXXIII.

DE CONCEDENDIS DELEGATORIIS.

Moras intercipit, quem praestandi consuetudo constringit, quia plus ille ad beneficia compellitur, qui innata benivolentia commonetur. neque enim decet, ut nostrorum factorum dissimiles esse debeamus, dum oporteat crescere numerositate remedii, cui administrationis tempora videntur augeri. et ideo de praesenti vobis delegatorios nostra largitur humanitas, ut tunc habeatis commoda praemii, quando estis et sudoris terminum consecuti. non vos anxia mora suspendimus nec cruciabili dilatione fatigamus. unus sit finis sollicitudinis et laboris. nam differendum quis putet, si beneficia sua vendere non retractet?

BZNKE(F): H(GI) om. epp. 30. 31. 32 (*praeter* 17 non est — 18 auditus). 33 (*praeter* 20 plus — 21 commonetur)

4 rerum *om. A* affectata] *BZNE*²*F*, affecta *KA*, effecta *E*¹ ursum] rusum *E*¹, rursum *K*, rufum *F* 5 atque *om. B* primicerium *om. KA* 6 prouecti *om. F* uidentur] *BZNE*², tenduntur *KE*¹*FA* 8 debet *A* uideantur *B*, probantur *E*¹*F* esse *om. K* 9 diutius *E* 10 urbichus *EF* 11 adornatus *F* 15 pierius] pierus *F*, *om. N* primicerius *NK* 17 *a* si *comma incipit B* alia] *EF*, talia *BZNKA* 20 morant *K*¹, morans *K*², horas (h *a min.*) *Z et Gareti cod. S. Audoeni* 21 commouetur *KA* 23 delegatorios *om. E*¹ 25 consueti *E*¹ nec] ut *K*¹ 27 retactet *N*

XXXIIII.

ANTHIANO SUGGERENTE DICTUM EST.

Petitionem tuam retinebit officium, donec consensum sequentium, dum facultas fuerit, inquiramus, quia uni incaute creditur quod est a plurimis asserendum. ite omnes provecti, estote cuncti feliciter approbati. nil sustinuistis dubium, dum omne iudicium habeatur incertum. sola vos alpha complectitur, ubi ea littera non timetur. sic enim unusquisque proprio usus est voto, tamquam de alieno non pependisset arbitrio.

XXXV.

DELEGATORIA.

a. 534 ante Dec. 24

Si Olympiaci currus agitator rapit praemia post labores, si ferarum certamen inhonestum velociter solet coronare victores, quam celeritatem remunerationis merebitur, a quo laudabiliter militiae sacramenta peraguntur? cur enim agentum in rebus miles officii post tot laboris incerta aliquid patiatur ambiguum, qui crebris actionibus excubando ideo principis nomen habere promeruit, quia militiae sacramentis ceteros antecellit? 1

Observavit enim iugiter imperialibus iussis et ut reverentiam praetorianae sedis extolleret, tunc ad eius venit obsequium, quando vocabulum coepit habere praecipuum. tales ergo tardare piaculum est, quia post palmam nemo dilatus est. votivum non potest dici quod tristis suscipit. gravamina nulla metuant absoluti, ne portus hoc ingerat liberis quod facere potuit procella vexatis. 2

Quapropter experientia tua de illa provincia ex illatione tertia fiscalium tributorum solidos, quos principi Augustorum provida deputavit antiquitas, sine aliqua dilatione persolvat, quos noveris tertiae decimae indictionis rationibus imputandos. sed cave venales moras: declina damnosa fastidia, ut qui desideras similia consequi, exemplum tibi non videaris intulisse dispendii. qua enim poscentem ratione summoveas, si te actionis tuae qualitate constringas? honorabiles quidem a cunctis habendi sunt veterani, sed ab his maxime, qui militiae labore detinentur. tibi ergo praestas quod parcis alteri, quando indemnitas prioris lucrum potius fit sequentis. 3

XXXVI.

ANATOLICO CANCELLARIO PROVINCIAE SAMNII SENATOR PPO.

a. 534

Qui laboriosas excubias et officia magnae sedulitatis invenit, rationabiliter et temporis definita constituit, ut quod erat sub vitae termino positum praemium, non 1

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 34 (*praeter* 3 uni — asserendum). 35 (*praeter* 8 si — 10 peraguntur *et* 16 grauamina — 17 nexatis)

3 pluribus *HGI* 4 omne *om. K* 5 nos *A* ubi] nisi *EF* ea *om. K* timeatur *E*, metitur *B* 6 non *om. N*[a] reppendisset *K*, perpendisset *E*[1] arbitrio] negocio *N* 8 cursus *HGI* agitatur *B*[1] capit *E*[1]*F* 9 honestum *A* 10 cur *ad* 11 ambiguum *om. A* agentum] agendum *B*, argentum *EF et Montispessulanus* 294 12 ceteros *om. B* 13 obseruauit] *E*, obseruabit *BZNKFA* enim] cum *K* 14 excelleret *A* principum *E*[1] 15 dilatus] dilatus laetus *malim* ergo] igitur *N* 16 grauamina] grauia *HGI* nulla] n. non *E*[a] hoc] haec *N* 17 de *om. EF* 18 terciana *E* aug. princ. *B* 20 mores *N* 22 enim] propter *KEFA* rationem *EF* si] sed *EF* constringat *A* 23 habenda *B* hiis *KEF* 24 alt. parc. *N* quando] quoniam *A* indemnitas] indemptas *N* 28 et temporis *om. F* 29 constuit *N* uitae] iure *E*[2]

haberet incertum. alioquin quis sufficere semper et expectare posset, cum se mor-
talibus lux ipsa subduceret? qua de re sub incerta vita certa militia est nec habet
2 quod possit metuere, qui ad designatum tempus inoffense meruit pervenire. Astra
ipsa, ut astronomi volunt, licet assidua repetitione volvantur, cursus sui definita custo-
diunt. nequit esse ambiguum, quod fine proprio tenetur inclusum. Saturnus annis
triginta constituta sibi caeli spatia pervagatur. stella Iovis duodecim annis attributam
sibi regionem illustrat. Martis sidus ignea celeritate raptatum decem et octo mensibus
deputata sibi discurrit. sol anni spatio zodiaci circuli signa praetervolat. astrum
Veneris mensibus quindecim spatia concessa transcendit. Mercurius velocitate suc-
cinctus tredecim mensibus proposita sibi intervalla praetervehit. Luna peculiari nobis
vicinitate proximior triginta diebus peragit, quod anni spatio sol aureus circumactus
3 impleverit. Merito ergo laboris finem mortales inveniunt, quando, ut philosophi dicunt,
et ipsa, quae deficere nequeunt nisi cum mundo, cursus sui terminos rationabiliter
acceperunt, hac tamen interveniente distantia, quod illa opus suum finiunt, ut ad prin-
4 cipium redeant, humanum genus ideo militat, ut peractis sudoribus conquiescat. Et ideo
illi, qui inculpabiliter cornicularii est perfunctus officio, septingentos solidos, quos ei
longaeva consuetudo deputavit, per illam indictionem de Samnii provincia ex illatione
tertia sine ambiguitate contrade: quia non potest dubitare de praemio, quem vera
iudicis commendat assertio. praefuit enim cornibus secretarii praetoriani, unde ei
nomen est derivatum, laudatis actionibus comprobatus: eo ministrante calculum scripsi-
mus inempti, quod magnis pretiis optabatur impleri: gratificati sumus, cui leges faverunt:
5 negavimus, cui iustitia non promisit. Nemo tristis extitit de victoria sua, quia salvis
facultatibus obtinuit, quando ut fieret superior, non redemit. nostis omne quod loqui-
mur: neque enim in cubiculis nostris secretaria vestra peracta sunt: quod egimus,
cohortes noverunt. fuimus nimirum ad nocendum privati, ad praestandum iudices.
districtio nostra in verbis est habita et in factis sensa benignitas. irascebamur placati,
minabamur innoxii et ne potuissemus laedere, terrorem videbamur inferre. habetis,
ut solebatis dicere, castissimum iudicem: relinquam vos integerrimos testes.

XXXVII.

LUCINO V. C., CANCELLARIO CAMPANIAE SENATOR PPO. *a. 534*

1 Bene antiqua moderatione provisum est, ut laboris sui pretia recipiant qui publicis
utilitatibus obsecundant, ne quis haberetur praeteritus, qui probabili fuerat actione

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 37

1 alioqui *A* quis] quod *H* sufficere semper et expectare (spectare *libri*)] sufficeret (sufficere G^{a}) semper spectare *HGI* posset *om. HI* 3 temporis K^{1} 4 astronomici *HGI* sui curs. *HGI* custodiant ZN^{1} 5 ne quid esse E^{1}, ne quid esset *FHGI* teneretur B^{1}, non teneretur *HG*, non tenetur *I* 6 adtributas sibi regiones *HGI* 7 collustrat *HI* sidus] syrus B^{1} raptatus *BZN*, raptum *I*, regnum raptum *HG* xuiiii H^{a} 8 sibi *om. HGI* decurrit $N^{a}HI$ annis B^{a} circuli] cieli *HGI* 11 uicinitate] in ciuitate HI^{p} 12 quando] quondam *A* 14 hac] at *B* opus suum] post suum *H*, post suum cursum *G* finiunt] firmiter E^{a} ut] ut et E^{1} principium] principum *H*, principem ZE^{1} 16 perfectus B^{a}, functus *HGI* septingentos] septem *A* ei] *scripsi*, et *libri* 18 tertia *om. HGI* contradere *H* 19 iudicis] *BZNHGI*, principis *KEFA* cornibus] *Cuiacius e coni.*, curibus *BZK*, curribus $E^{2}HG$, curiis *N*, curis $E^{1}F$, currilibus $I^{p(1)}$, currulibus $I^{p(2)}$, curalibus I^{w} 20 deriuatiuum *B* laudatis] l. enim *HGI* comprobatum *N* calculum *HGI* 21 inepti *ZNEFHGI* precibus *HGI* fauerunt] suaserunt *HGI* 22 tristis *om. EF* extitit] excedit $E^{2}F$ 23 omne] esse *EFG* 24 enim *om. FHGI* secreta *HGI* uestra] nostra *KA* peracta] pacta E^{1} sumus *A* 25 indices *H* 26 et *om. EF* ben. sensa *K* 28 reliquam *H* testes *om. HGI* 30 pretia] praemia *EF* 31 obsecuntur *K*

laudandus. nam cui officio remuneratio solveretur, si praetorianis laboribus praemia
tardarentur? quicquid enim paene in re publica geritur, eorum strenuitate completur
et, quod difficillimum serviendi genus est — sic enim omnia cogitur implere, ut non
permittatur excedere —, exercitibus paret, armatis obtemperat et inde reportat gra-
tiam, ubi invenire potest alter offensam. Quid publicas illationes per difficiles minutias 2
referamus esse collectas, quas magna subtilitate compositas et ab illis exigunt, quos
offendere non praesumunt? eorum est etiam sudoribus applicandum, quod victuales
expensae longe quidem positae, sed tamquam in urbe regia natae sine querela pro-
vincialium congregantur, quia dum suis temporibus aliquid apte quaeritur, danti dispen-
dium non putatur. Actus ipsorum nostra gloria est, opinio temporum, virtus explicabilis 3
iussionum et quicquid pro continendis omnibus gratificationis accipimus, eorum iuste
provisionibus applicamus. splendescunt usu ipso laboribus attributi, qui reddunt homi-
nes semper instructos: labores, inquam, violenti magistri, solliciti paedagogi, per quos
cautior quis efficitur, dum incurri pericula formidantur. erudiatur quis forensibus
litteris: alter qualibet disciplina doceatur: ille tamen instructior redditur, qui actu
continuae devotionis eruditur. Et ideo talibus cum honore solvendum est quod meren- 4
tur, ut et sibi aliquando accipiat, qui semper rei publicae utilitatibus adquirebat.
quocirca illi primiscrinio iam militiae labore perfuncto ex canone provinciae Campaniae
tertiae illationis tot solidos sollemniter te dare censemus, ut et ille iustis laboribus
perfruatur et posteri eius exemplum liberae famulationis accipiant, cum eum pro sua
fide bene habitum fuisse cognoscunt.

XXXVIII.

IOHANNI CANONICARIO TUSCIAE SENATOR PPO.

a. 534/535

Moderatrix rerum omnium diligenter consideravit antiquitas, ut, quoniam erat 1
plurimis per nostra scrinia consulendum, copia non deesset procurata chartarum, qua-
tinus, cum iudices multis profutura decernerent, odiosas moras dulcia beneficia non
haberent. hoc munus supplicantibus datum est, ne avare constringerentur ad com-
modum, pro quibus a largitate publica constabat acceptum. ademptus est impudentissi-
mus exactionibus locus: specialiter a damnis exemit propter quos principis humanitas
dedit. Pulchrum plane opus Memphis ingeniosa concepit, ut universa scrinia vestiret 2
quod unius loci labor elegans texuisset. surgit Nilotica silva sine ramis, nemus sine
frondibus, aquarum seges, paludum pulchra caesaries, virgultis mollior, herbis durior,
nescio qua vacuitate plena et plenitudine vacua, bibula teneritudo, spongeum lignum,
cui more pomi robur in cortice est, mollities in medullis, proceritas levis, sed ipsa se

B(post ep. 37 ins. epp. 28. 29)ZNKE(F)H(G1): hi tres om. ep. 37 et ins. ante ep. 38 epp. 28. 29

1 remeneratio *E* praemia *om. A* 2 quicquid] quid E^1 paene *om. F* 3 et *om. E* enim *om. K* cog. omn. *A* 4 paret] KE^1A *coniectura proba*, parat $BZNE^2F$ obtemperat] imperat E^2F et inde *om.* E^a reportat] reparat *EF* 5 quid] qui *K* illationes] *BZN*, actiones *KEFA*, rationes *Cuiacius e coni.* minutas *EF* 7 offendere] ledere *F* 11 omnibus] hominibus *N* accepimus *N* 12 amplicamus *B* reddunt] credunt E^1 14 quis *om. N* 16 est cum hon. solu. *EF* 18 illa B^a primiscrineo *E* ex] eu *B* 23 desiderauit *A* quoniam] quantum E^2, *om. in sp. sac.* E^1 24 scrinia] seruitia E^1 procurata] copulata *HG* 25 iudicis H^a prof. dec. mult. F^a, prof. mult. dec. F^b 26 ne] ut *H* constringerent *N* 27 constat *K* adeptus *H* impudentissimis *H*, imprudentissimus *K* 28 locum HG^a a damnis] ad annus *K* eximit *F* quos] quod *HGA* 29 dedit] dederit *A*, *om.* HG^a pulc(h)rumque *HG* memphys *E*, menphis *BNF* ingen*osa B^1 concipit *HG* scrinia] s. nostra *HGA* 30 exuisset *NF* inlotica *HI* 31 uirgultus *K* 32 qua uacuitate] quacuitate *H*, a qua ciuitate B^1 teneritudo] *BZNHG1*, teneritudine *KEFA* spungeum *BZN* 33 robur] labrobur N^a ipsa] quia B^1, *om.* B^2

3 continens, foedae inundationis pulcherrimus fructus. Nam quid tale in qualibet cultura nascitur, quam illud, ubi prudentium sensa servantur? periclitabantur ante hoc dicta sapientium, cogitata maiorum. nam quemadmodum velociter potuisset scribi, quod repugnante duritia corticis vix poterat expediri? ineptas nimirum moras calor animi
4 sustinebat et cum differebantur verba, tepescere cogebantur ingenia. Hinc et priscorum opuscula libros appellavit antiquitas: nam hodie quoque librum virentis ligni vocitamus exuvias. erat indecorum, fateor, doctos sermones committere tabulis impolitis et in veternosis ramalibus imprimere, quod sensualis poterat elegantia reperire. gravatis manibus paucis memoriam commonebat nec invitabatur plura dicere, cui se talis pagina videbatur offerre. sed hoc primordiis consentaneum fuit, quando rude principium tale debuit habere commentum, quod provocaret ingenia sequentium. invitatrix pulchritudo chartarum affluenter dicitur, ubi exceptionis subtrahi materia non timetur.
5 Haec enim tergo niveo aperit eloquentibus campum, copiosa semper assistit et quo fiat habilis, in se revoluta colligitur, dum magnis tractatibus explicetur. iunctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera nivea virentium herbarum, scripturabilis facies, quae nigredinem suscipit ad decorem, ubi apicibus elevatis fecundissima verborum plantata seges fructum mentibus totiens suavissimum reddit, quotiens desiderium lectoris invenerit: humanorum actuum servans fidele testimonium, praeteritorum loquax, ob-
6 livionis inimica. Nam memoria nostra et si causas retinet, verba commutat: illic autem secure reponitur, quod semper aequaliter audiatur. quapropter deputatam summam tot solidorum de Tuscia provincia illi subadiuuae ex illatione tertia te praebere censemus tertiae decimae indictionis rationibus imputandam, quatenus scrinium publicum integritatem fidei suae laudabili debeat perpetuitate servare, quod defectum inter mortalia nesciens annua cumulatione semper augescit, nova iugiter accipiens et vetusta custodiens.

XXXVIIII.

VITALIANO V. C. CANCELLARIO LUCANIAE ET BRUTTIORUM SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Apparet, quantus in Romana civitate fuerit populus, ut eum etiam de longinquis regionibus copia provisa satiaret, quatenus circumiectae provinciae peregrinorum victui sufficerent, cum illi se ubertas advecta servaret. nam quam brevi numero esse poterat,
2 qui mundi regimina possidebat! Testantur enim turbas civium amplissima spatia murorum, spectaculorum distensus amplexus, mirabilis magnitudo thermarum et illa

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 39

1 foedae] fide *KE¹F* fructus] filius fructus *HG* 2 nascitur] non n. *EF* illud *om. HGI* prudentum *A*, prudentur *F* hoc] hic *IHG* 3 sapientum *EFGA* quem] que *B* scr. pot. *HG* 4 corticis] cordis *KI*ʷ⁽¹⁾ 7 uocitatus *B*ᵃ, uocamus *HGI* exuuias] *B²HGIA*. exu*ias *B¹*, exubias *K*, excubias *ZNEFI* 8 ranalibus *H* poterat] potuit *I*, ceperit *G*, repperit *H* elegantiam *H* 9 memoria *EF* 10 quando] quanto *B*, quoniam *I*ʷ*A* 11 principum *H* commentum] commercium *E²I* quod prouocaret] prouocauit *HGI* subsequentum *F* 12 affluenter (affluentus *H*, affluentius *G*) dicitur] *fortasse scr.* affluenter exhibitarum iure dicitur ubi *om. K¹EFA* 13 haec] hoc *ZNH* enim] ergo *EF* uiueo *E¹* copiosa *ad* 14 reuoluta *om. K¹* 14 fit *H*, sit *I* colligitur] colligit *E*, cogitur *K¹* sine] se *N* 15 continuata *HGI* de minutiis] deminutis *K*ᵇ*F*, si deminutis *K*ᵃ 16 apitibus *B* eletis *K¹* 17 plantanda *F* lectoris *om. F* 19 causam *EF* committat *B¹* 21 prouincia] illi pr. *Z*ᵃ illi subadiuuae] *H*, illi subadume *G*, illi subiecta *Angelicanus*, illi (*om.* subadiuuae) *plerique*, illa *E*, *om. I* te] te prouintie *ZN* 22 tertiae decimae] *E²FI coniectura*. terciam (tertia *HG*) de decimae *BZNKHG* indictioni* *N*ᵃ scrineum *E* 23 integritate *N* 24 mesciens *H* uetusta] cuncta *HG¹I* 28 in rom. ciu. quant. *ZN* pop. fuer. *EF* eum *om. EF* 29 circumuecte *ZNKE²A* prouinciae *om. A* 30 cum *bis N* illi se] *scripsi*. illis *libri* aducta *Z* seruiret *F* breuis numerus *A* 31 mundo *N*ᵃ teistantur *Z*ᵃ enim] etiam *F*

numerositas molarum, quam specialiter contributam constat ad victum. hoc enim
instrumentum nisi fuerit usuale, necessarium non habetur, quando nec ornatui potest
proficere nec parti aliae convenire. denique haec quasi vestimenta pretiosa corporum
ita sunt indicia civitatum, dum nullus adquiescit superflua facere, quae se novit magnis
pretiis explicare. Hinc enim fuit, ut montuosa Lucania sues penderet, hinc ut Bruttii 3
boum pecus indigena ubertate praestarent. fuit nimirum utrumque mirabile, ut et
provinciae tantae civitati sufficerent et sic ampla civitas earum beneficiis victualium
indigentiam non haberet. erat quidem illis gloriosum Romam pascere: sed quanto
dispendio videbatur posse constare adducere tam multis itineribus quae darentur ad
pondus, dum quae probabantur decrescere nullus poterat imputare! Redactum est ad 4
pretium, ubi pati non poterant detrimentum, quod nec itineribus imminuitur nec labo-
ribus sauciatur. intellegant provinciae bona sua. nam si antiqui eorum fuerunt ad
dispendia devoti, cur isti non sint ad compendia solvenda munifici? et ideo ambos
titulos in assem publicum iam redactos diligentia tua statutis illationibus procurabit,
ne meis temporibus neglegentes esse videantur qui alienis dignitatibus laudabili inte-
gritate paruerunt. Nam licet et alias provincias studuerim reficere, nihil tamen in 5
illis actum est quod voluerim vindicare. senserunt me iudicem suum et quibus privatus
ab avis atavisque praefui, vivacius nisus sum in meis fascibus adiuvare, ut me agno-
scerent retinere affectum patriae, quos in meis provectibus sentiebam propensa ex-
ultatione gaudere. pareant ergo non compulsione aliqua, sed amore, quando et hanc
summam illis imminui, quae solebat offerri. nam cum mille ducenti solidi annuis
praestationibus solverentur, ad mille eos regia largitate revocavi, ut exultarent gau-
diorum crementis de oneribus imminutis.

XL.

INDULGENTIA.

a. 533/537

Quamvis nomen ipsum iudicis dicatum videatur esse iustitiae et totius anni orbitam 1
aequitatis iubeamur ambulare vestigiis, his tamen diebus in domicilium pietatis iure
deflectimus, ut ad redemptorem omnium remissionis itinere pervenire possimus. ex
hac enim virtute suavissimos fructus legimus et remittendo aliis nobis parcimus. nam
qui periculose iusti sumus, sub securitate semper ignoscimus. quapropter poenas ab-
dicimus, tormenta damnamus et tunc vere iudices sumus. Macte, indulgentia, quae 2
solvis et praesules. tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medica singularis.
quis tuo non egeat munere, cum sit peccare commune? ab universis necessario
peteris, quando sub te spes vitae sumitur, quae sub iustitia non habetur. nam dum

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. cp. 39

1 numerositas] uniuersitas *A* spectaliter *E* constat] c. esse *E*, esse c. *F* 2 nisi] non *K* quando] quoniam *A* 3 aliae] alii ZNE^2F 4 iudicia KE^2F 5 hic *E* fuit *om. A* sues penderet] suspenderet E^1F^1 ut] est quod *EF* bruttii] *K*, brutii *EFA*, brutum *BZN* 6 boum] bonum E^1 7 eorum *N* 8 haberent *BK* roma *B* quando *B* 9 nidebantur *K* itineribus] muneribus *KEFA* 10 quae *om. K* probabantur] *B*, probantur *ZNKEFA* decrescere] decernere *E* 11 quae n. it. muniuntur n. l. sauciantur *A* 13 sunt N^aF 14 tua *om. A* procurauit *libri* 15 meis] in eis *ZN* 16 et *om. F* studuerim] *B*, studuerint *ZNKEFA* nil *A* 17 illis] aliis *EF* priuatus] pr. fueram N^a 18 praefui] *B*, profui *ZNKEFA* uisus sim meis *A* 20 amores B^a 21 minui *KA* 22 larg. reg. *EF* 23 crementis] elementis *KA* 26 hiis *NKEF* 27 flectimus Z^a, deflectimur FG^1I, flectimur E^1, *inc.* G^a 28 uirt. en. *E* 29 semper *om.* E^1 addicimus HG^aI, abdicamus *A* 30 quae] qua *E* 31 soluis] solius KE^1H, soliis I^p, solus I^w mediocria *A* 33 quando] quoniam *HGI* dum cum] *scripsi*, dum *BZNHGIA*, cum *K*, *om. EF*

cum tribus aliis sororibus caelesti gratia perfruaris et amabili amplexatione nectamini,
omnes tibi, quamvis et ipsae virtutes sint, honorabiliter cedunt, quando te humano
generi salutiferam esse cognoscunt. sed quid tantum de terrena conversatione dica-
mus? pietas est, quae regit et caelos. o si tecum liceret longis habitare temporibus!
3 totus excluderetur reatus, et parcendo fieret ut parcere tolleretur. Sed providentissime
tanta res sacris solum temporibus videtur esse concessa, ut gratius mundus acciperet,
unde pro rerum novitate gauderet. quapropter abstine noxiam, lictor, securem, cui
licet impune facere quod in aliis cognosceris vindicare: ama paulisper ferrum splen-
didum, non cruentum. catenas tuas lacrimis madidas felicior rubigo suscipiat: illud
potius reconde, quod solebat includere. auditoria feralium vocum meliore sorte mutes-
cant. sic re vera nomen custodis sine mortibus alienis. quid semper inferis laboras?
aliquando et superis milita. otium tibi clemens actus indicit. qui iustitiae inexorabili
4 excubat necesse est, ut eum pietas benigna discingat. Et ideo cella gemituum, tri-
stitiae domus, apud superos Plutonis hospitium, locus perpetua nocte caecatus, tandem
infusione lucis albescat: in quo non unum tormentum sustinet reus, qui antequam
incurrat necis exitus, a superis probatur abscisus. primum pedor ille collega catena-
rum abominabili maerore discruciat: auditum alieni gemitus et lamenta conturbant:
gustum ieiunia longa debilitant: tactum pondera prementia defetigant: lumina diutinis
tenebris obtusa torpescunt. non est unum clausis exitium: multifaria morte perimitur,
5 qui carceris squalore torquetur. Nunc ergo reos de Averno tuo victuros emitte:
redeant ad superos, qui ex magna parte inferos pertulerunt: atria tua vacuitatibus
impleantur. locus ille perennium lacrimarum quondam tristes incolas perdat. non
sunt inde qui laeti sunt: qui tunc profecto habebit gratiam, si desertus appareat.
exite, inclusi, vicina semper morte pallentes: redite ad lucem, quos caligantes tenebrae
possidebant, nihil amplius optata morte passuri, nisi quod adhuc poteratis occidi.
6 Sed vos, qui nulla debetis ambitione iam decipi, delicta derelinquite cum catenis,
dierum beneficiis absoluti. vivite nunc honestate, qui didicistis superstites mori.
cognoscite quam beneficialis sit bona conversatio: altera contulit teterrimum carcerem,
haec novit splendidam tribuere libertatem: ista praestabit ut velis vivere, illa dedit
ut eligeres iam perire. si leges astringunt, ulterius vos nullus includit. secreta pave-
7 scite: ad forum sine trepidatione venite. Illa iuste refugitis, per quae tristia pertulistis.
mirentur vos liberos, qui viderunt reos. odisse debetis quod vos tradidit neci. pecora

BZNKE(F)H(GI)

1 celestis gratia (gratiae *G*ᵇ) *HG* amplexione *HI*, amplectatione *vel* amplectione *G*¹, amplexatione *corr. in* amplexione *G*ᵛ 2 et *om. EF* 3 de terrena *om. in fine pag. B* 4 pietas] et p. *B* est *om. FHG*ᵃ*I* liceret *om. N* hab. temp.] *BHGI*, t. h. *ZNKEFA* 5 parcere tolleretur] parce tolleretur *E*¹*A*, parce tollerentur *KE*² 6 gratis *HG*ᵃ 7 unde] unde de *E*¹ pro rerum] procerum *N* litor *H* securem] *BHGI*, securim *ZNEFA*, securium *K* 8 impunens *B*ᵃ uindicasse *E*¹ 9 catenas *bis F* lacrimis *om. E*¹ 10 recinde *G*ᵃ, recundere *H* solebas *HGI* uocum *om. HGI* sorbe *E*¹, forte *H* mitescant *HG*, nitescant *I* 11 sic] *EHGI*, si *A*, sit *BZNF* sine *om. K*¹ qui *G*, quod *H* in ferris *E*¹*G*ᵃ, in inferis *F* 12 militia *HG*ᵃ cl. tibi *ZN* inducit *N*ᵃ*F* iustitiae] i. domini *B*¹ 13 celsa *N*, colla *H* 14 hospitium] officium *E* tandem *om. K* 15 qua *A* 16 supernis *KA* 17 maerore] terrore *E*¹ discutiat *K*¹*I*, discutit *E* alienus *EF* 18 tractum *H* defetigant] *B*²*H*, defestigant *B*¹, defatigant *ZNKEFGI* 19 est *om. HGI* premitur *HGI* 20 squalore*** *B*, scalore *ZKH* ergo] autem *F* reos] eos *HGI* 21 qui ex m. p. inferos *om. N* 22 tristis *H*ᵃ*G* perdit *E* 23 habebunt *HG*ᵃ*I* deserti appareant *HG*ᵃ*I* 24 semper morte] super morte *I*, morte *ZNG*ᵃ, mort. semp. *A* 25 possideant *B*¹ occidi] accedi *E*¹ 26 derelinquite] *B*, relinquite *ZNKEFHGIA* 27 dier. benef. *om. B* absolute *B*ᵃ houestate] honeste *EFG*ᵇ, *recte puto* 29 nouit spl.] spl. nou. *F* libertatem] dignitatem *N*ᵃ uelis] uelit *H*, uelitis *GA* 30 eligeretis *GA* si] set *H*, sed ni *G*ᵇ, ni *G*ᵃ includet *EF* 31 illa] ista *HGI* refugistis *HG* tristitia *BH*ᵃ, tristitiam *I* 32 uidentur *K* debis *H*

ipsa vitare norunt, quae se laesisse cognoscunt: itinera illa non repetunt, ubi in foveam
corruerunt. tenaces laqueos avis cauta declinat, haerentem viscum ales suspecta non
insidet. piscens lupus harenis se mollibus, ut plumbati lini insidias evadat, immergit:
cuius ut superducta retia eius tergum frustra diraserint, alacer in undas exilit et vitati
periculi gaudia liberatus agnoscit. Scarus esca pellectus, cum iunceum carcerem 8
coeperit introire, mox se ad exitium suum invitatum fuisse cognoverit, in caudam
labitur, paulatim se ab angusto subducens. quem si alter eiusdem generis cognoverit
inretitum, extrema eius mordicus trahit, ut qui sibi captus non potest subvenire, alterius
solacio probetur evadere. sic et sauri argutum piscium genus a velocitate nominati
cum se in insidias nexuosas impulerint, quasi quibusdam funibus aequabiliter illigati
totis nisibus trahentes retrorsum socium conantur liberare captivum. plura sunt, si
talia perquirantur. omnia enim, quae possunt habere contraria, facilis casus absumeret,
si curam salutis propriae non haberent. Ad te, claustrorum magister, verba revocemus. 9
patere poenale secretarium tuum innocenter esse secretum. torqueris quidem, quod
nullus affligitur: a communibus gaudiis maestus exciperis, dum tibi soli non parcitur
venia generali, lividae invidiae comparandus. sustine de omnium securitate iacturam,
qui habuisti de multorum afflictione laetitiam. sed ut tuos quoque gemitus consolemur,
illos tibi tantummodo vindica, quos lex pietatis gratia non relaxat, ne, cum truculentis
parceret, asperrima facinora levigaret. solvamur ergo cuncti saecularibus actibus implicati. patitur omnis homo periculosos nexus, quos festinet evadere. claustra reos
dimittant: nos vincula improbae cogitationis absolvant.

BZNKE(F)H(GI)

1 ipsa *om. HG* illa] ipsa *EFHG* 2 cauta] capta *KE*^{1}*A* uiscum *om. HG*^{a}*I* alis *libri* suscepta *E*^{1} 3 pumblati *K*, plumbeati *HGI*^{p} 4 supra ducta *N*, supra dicta *HI* eius *om. F* terga *HGI* in undas] *NKFHGIA*, inundans *BZ Montispess. 294*, in undis *E* desilit *HGI* 5 liberatus] letus *F*^{2}, *om. F*^{1} escam *H* perlectus *F*, perlectens *HG* iunceum] uinceum *E*^{1}, uimeum *E*^{2}*F*, innicenum *HG*, in iunceum *I*^{p}, iniunetum *I*^{w} 6 cepit *K* mox] mor *Z*, mors *Par. 2186*, *om. N* se ad] *B*, ut se ad *ZKEFHGI*, ut ad se *NA* exitum *E*^{1}*HGI* suum *om. ZNE* iuitatum *B* fuisse *om. N* cognoscit *HGI* 7 augusto *BHI* aliter *B* nouerit *HGI* 8 inritetitum *E*, irritetum *H*, irritatum *G*^{a} non pot. capt. (cautus *I*) *HGI* conuenire *H* 9 eu. probetur (probaretur *H*) *HGI* sauri] scauri *E*^{2}*HGI* argustum *K* 10 in *om. KHI* uexuosas *K* finibus *H* equaliter *BKHI* 11 retorsum *Z* socios *KA* conantur liberare] colliberare *K* captinos *KA* 12 assumeret *EF*^{2}, assummeret *F*^{1} 13 si curam] securam *B* magistrum *A* uerba *om. HG*^{a}*I* 14 secretarum *E* scretum *F*^{1} 15 maestus] metus *K* exceperis *B*^{a} parcit uenia generalis *HI*, parcit genialis (geueralis *G*^{b}) uenia *G* 16 liuidae inuidiae] laude libide in inuidiae *B* comparande *G*^{a} sustinere *H* 18 uindica *om. K*^{1} 19 parcent *H* acerrima *F* soluamus *EFA* ergo *om. ZN* cuncta *KEFA*, cunctis *HGI* 20 patimur *N* festinat *IA* 21 demittant *B*

LIBER DUODECIMUS.

I. Diversis cancellariis provinciarum singularum Senator ppo.

cancellariis *om.* N^t
pr. singularum (*om.* N^1)] diuersarum prouinciarum *HGI*
senator *om.* *HI*
ppo] $Z^1N^1K^1EF^{1(1)}$ (*in laterculo aut sic aut* praeposito *semper*) F^t, populorum N^t, populo *A semper*, prepositus offitiorum Z^t, preposito K^t, praepositus $F^{1(2)}$ (*semper ubi fuit* praeposito), *om.* *HGI*

II. Universis iudicibus provinciarum Senator ppo.

diuersis N^t, /niuersis (duniuersis *miniator*) Z^1
ppo] $Z^1N^1K^1E^1F^t$, populorum Z^tN^t, ppllo *I*, praefatio K^t

III. Universis saionibus, qui sunt cancellariis deputati, Senator ppo.

u. salonibus qui quae cancennariis deputati *H*, u. polonibus qui fiunt cancelaribus dep. *G*
ppo] $ZN^1K^1EF^t$, populorum N^t, praefato (*sic*) K^t

IIII. Canonicario Venetiarum Senator ppo.

canonicarum F^1, canonio N^t
ppo] $Z^1N^1EF^t$, populorum Z^tN^t, pf K^t

V. Valeriano v. s. Senator ppo.

u. s.] Z^1N^1A, uiro sublimi Z^tN^tKEF
ppo] $Z^1N^1K^1E$, populo Z^t, populorum N^t, praefatio K^t

VI. Universis praefecturae titulos administrantibus Senator ppo.

uniuersis *om.* *HGI*
titulo K^t, titulis F^t
ppo] $ZN^1K^1EF^t$, populorum N^t, praefatio K^t

VII. Canonicario Venetiarum Senator ppo.

canonico N^tK^t, cancellario *HGI*
ppo] $Z^1N^1E^1F^t$, pp K^1, populorum Z^tN^t, praepositus E^t, praefatio K^t

VIII. Consulari provinciae Liguriae Senator ppo.

ppo] $ZN^1K^1EF^t$, populorum N^t, praefatio K^t

VIIII. Paschasio praefecto annonae Senator ppo.

pascasio *fere laterculi, in textu Z*
ppo] $Z^1N^1K^1E$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t

X. Diversis cancellariis provinciarum Senator ppo.

ppo] ZN^1K^1E, populorum N^t, p F^t, praefatio K^t

XI. Petro v. c. erogatori opsoniorum Senator ppo.

petro *om.* *HGI*
u. c.] *Z*, nc E^1, nunc $N^tK^tE^tFA$, uiro K^1, *om.* N^1HGI
erogatorio *HG*, erogatario *I*
absoniorum $E^1F^{1(1)}$
ppo] ZN^1K^1E, populorum N^t, praefatio K^t

ZNKEFHGI: hi tres om. epp. 4. 5. 8—10

XII. Anastasio cancellario Lucaniae et Bruttiorum Senator ppo.

et bruttiorum (brutiorum *vel* bruciorum *vel* bructiorum *hic et deinceps libri plerique*, brutionum Z^t, bructinorum K) *om.* N^1K^t

ppo] $Z^1N^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t

XIII. Edictum.

edictum capitulum ℞ (= rubrica) K^t

om. N^1

XIIII. Anastasio cancellario Lucaniae et Bruttiorum Senator ppo.

anastasio *om.* HGI

luc. et bructiorum K^1, luc. et brutionum Z^t, lucanie bruciorum HG, *om.* K^t

ppo] $Z^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefatio K

om. N^1

XV. Maximo v. c. cancellario Lucaniae et Bruttiorum Senator ppo.

maximo *om.* HGI

u. c. cancellario] Z, nuo cancellario K^t, cancellario nunc (= nc) EFA, niro cancellario N^tK^1, u. i. cancellario A, cancellario HG *similiterque* I

brutionum Z^t, bructinorum K^t

senator *om.* H

ppo] ZK^1EF^t, populorum N^t, pf K^t, *om.* H

om. N^1

XVI. Canonicaria.

XVII. Iohanni liquatario Ravennati Athalaricus rex.

ihoanni Z^t

liquatorio Z^tK, *om.* HGI, siliquatario *Cui. e coni.*

ath. rex] se. ppo N^1I, senator populo A, p. s. G, *om.* H

XVIII. Constantiniano viro experientissimo Senator ppo.

costantiano Z^1, constantino $Z^tN^1E^tF^t$, constantouano K^t

ppo] $ZN^1K^1EF^t$, populorum N^t, praefatio K^t

XVIIII. Maximo vicario urbis Romae Senator ppo.

ppo] $Z^1N^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t

XX. Thomati et Petro vv. cc. arcariis Senator ppo.

thomato E^tF^t

uu. cc.] Z^1N^1A

arthariis K^1

ppo] $Z^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t

XXI. Deusdedit scribae Ravennati Senator ppo.

rauennatis Z^1NK^1

ppo] ZN^1EF^t, p K^1, populorum N^t

om. K^t

XXII. Provincialibus Histriae Senator ppo.

hystoriae K

ppo] ZK^1EF^t, populorum N^t, praefatio K^t

XXIII. Laurentio viro experientissimo Senator ppo.

senatorum N^t

ppo] ZN^1EF^t, p K^1, populorum N^t, praefatio K^t

XXIIII. Tribunis maritimorum Senator ppo.

tribunis] rubinis F^1

maritinorum E^1, mauritanorum Z^1N^1, mauritaniorum N^t

ppo] $Z^1N^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefatio K^t

$ZNKEFHGI$: *hi tres om. epp.* 12. 16. 18—24

XXV. Ambrosio v̄. ī. agenti vices Senator ppo.

ambroxio E^1
u. i] Z^1N^1A, uiro N^tK^1EF, sexto *I*. *om.* K^tHG
agenti vices senatorias *G*
ppo] $Z^1N^1EF^t$, p̄ K^1, populorum Z^tN^t, praefatio K^t

XXVI. Paulo viro strenuo Senator ppo.

ppo] $Z^1N^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefecto K^t
datio episcopo mediolanensi s. p. *HGI*

XXVII. Datio episcopo Mediolanensi Senator ppo.

ratio N^t, dicio E^1, dilecto K^t
ppo] $Z^1N^1K^1EF^t$, populorum Z^tN^t, praefecto K^t
idem qui supra *H*, item cui supra *G*. *om.* *I*

XXVIII. Edictum.

ZNKEFHGI

I.

DIVERSIS CANCELLARIIS PROVINCIARUM SINGULARUM SENATOR $\overline{\text{PPO}}$.

a. 533/537

Nescio quis magnus esse creditur, qui de penetralibus iudicis destinatur, quoniam 1
tanto plus aestimatur quis amare iustitiam, quanto ab illo frequentius constat auditam.
per milites suos intellegitur iudex et sicut discipuli magistri scientiam produnt, sic nos
obsequentium mores aperiunt. praeceps non putatur observasse moderato, avarus
paruisse non advertitur continenti: stultus prudentibus servisse non creditur. Pericli- 2
tamur, fateor, in actionibus nostris, si vos mala intentione tractetis et, quod nulli
accidit vestrum, alienum vitium nostrum celebratur obprobrium. sustinemus tales
casus, quales nos in alios iudicare non possumus et lex, qua fruuntur cuncti, in nobis
non potest custodiri. sed habemus iterum ex alia parte solacium, quod vestra bona
nostra creduntur esse mandata et nobis otiosis adquiritur, quicquid gloriae vestris
laboribus expeditur. Si te enim aliquis sapienter agere videat, statim famam tui prae- 3
ceptoris exaltat, dum tale institutum fuisse creditur, qualia gesta nihilominus sentiuntur.
una est sententia plebis tales esse iudices, quales vos contigerit approbari. et ideo
magnopere cavendum est, ne ille de vobis incipiat iudicare, cuius vos opinionem con-
tigerit ante lacerasse. ulciscitur poenis quod misistis in fabulis et tormentis vestris
compensat, quod populus vulneratus exaggerat. quam periculosum est pati iudicem
rationabiliter iratum et illum de fortunis tuis decernere, quem te constat graviter
irritasse! quapropter stude magis, ut nostra potius voce lauderis, quia sicut te potest
iudicis vel sermo adversus deprimere, ita prosperrima sententia sublevare. Perge igitur 4
per illam indictionem iuvante deo ad illam provinciam, cancellorum pompa decoratus
et gloriosa gravitate praecinctus. absens cogita praesentis pudorem. nam quid debeas
temptare vile, qui militas sub honore? fasces tibi iudicum parent et dum iussa prae-

---

BZNKE(F)H(GI)

3 nescio] /scio *Z* quis] qui *N* magnus e. cr. qui (cum Z^a)] maior e. cr. quam qui E^2 penetrabilibus *EF* 4 coustat *om. N* 5 int. iud.] *BHGI*, iud. int. *ZNKEFA* magistri (magististri *N*, *om. E*) scientiam (*om. N*) pr.] sc. pr. mag. F^a 6 praeceps] preces *B* obseruisse *HGI* moderato] mandato HG^a 8 nostris] *BEI*, uestris *ZNKFHGA* 9 accidi *F* nostrum] uestrum *KHI* celebrabitur *HGI* opprobrium] officium E^2 10 nos *om. K* alio *HGI* indicare *NE* et *om. HGI* 12 creduntur] uideutur E^2HGI nobis] non bis *H*, in nobis *G* quicquid gloriae] quod *F* 13 expenditur E^2 te enim] te N^a, enim te N^b aliquis sap.] aliquis aliquid sap. *G*, aliquis sap. aliquis H^a 15 uos] nos *A*, *om. HGI* et] est *HI* 16 magno opere cau. *K*, magno precauendum *B* est *om. HGI* uos] nos *A* 17 antea *EFI* quod] quem *G*, qui *I* misistis] insistit E^2I et] ut *A* nostris *NA* 18 compensat] compescat *A* est *om. HGI* 19 discernere *ZN* 20 laudaris B^1 te *om. HGI* 21 aduersus *om. KA* prosperrime B^a subleuare] eleuare *ZN* perge] per te *B* 22 concellorum E^1 23 et *om. HI* gratuitate *F* quid] quidem *Z*, qui *H* 24 uile] E^2FHGIA, uiles *BZNK*, uide E^1 qui] quod *H* faces *ZN[?]*, facis *EF* iudicium *B*, iudicem E^1F parent] parem E^1F, pateut E^2I uisa *H*

torianae sedis portare crederis, ipsam quodammodo potestatem reverendus adsumis. edicta nostra tu primus observa: ostende bonam te intendentibus viam. nam cuius est
5 iudicis custodire mandata, si milites nostra videantur neglegere constituta? Reginam illam procacium vitiorum avaritiam fuge, cui cuncta crimina detestabili devotione famulantur: quae dum pectus hominis ingressa fuerit, gregatim quoque maleficas cohortes admittit. ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria. agmen habet blandissimum, arma suscipit ex talentis et per dulcedinem superat quos amara deceptione captivat. proinde ad utilitates publicas esto sollicitus: iniuncta morali compulsione procura. plus agit inculcator rationis quam possit exercere terribilis. persona tua refugium sit oppresso, infirmi defensio, praesidium aliqua calamitate concluso. sic enim proprie nostros cancellos agitis, si laesorum impia claustra solvatis.

II.

UNIVERSIS IUDICIBUS PROVINCIARUM SENATOR PPO.

a. 534 ante Sept. 1

1 Gratias divinitati refero, quia et provinciales fecerunt quae monui et ego complevi omnia quae promisi. nam nec me sensit quisquam aliqua venalitate pollutum nec ego pertuli tributarios indevotos. habemus utrimque quod in nobis diligere debeamus: illi repererunt affectuosos iudices, nos adquisivimus integerrimos praecones. agamus itaque deo praestante quod coepimus. possessor mihi publicas pecunias libens inferat:
2 ego illi in conventu iustitiae tributa persolvam. Vobis autem commode repetitur, quod veraciter actum esse sentitur, quando de rebus praeteritis spes magna redditur in futuris. probastis enim, quia nullum coegimus dare quod non debuisset offerre. non publicis, non privatis a me quisquam damnis afflictus est. discussorum terrores fecimus ignorari. nec extraordinaria quaesivimus, qui cuncta geri legibus optabamus. sed nec vos sitis in ea parte dissimiles. praesules imitatores esse dignitatis nostrae iura voluernnt, quibus paene eandem quam nobis iurisdictionem per provincias con-
3 tulerunt. Nullum repudiat sequenda iustitia: omnes clarificat, quos sui participatione sublimat: minorem se ille solus facit, qui ab ipsa discesserit. cur accipiendi vota sectemur? nullam gloriam recipit qui dives vocatur: contra omni laude decoratur qui iustus edicitur. desideremus potius quod nos pretiosiores locupletibus facit. fasces accipimus, ut graves esse debeamus: tribunalia conscendimus, ut morum gradibus
4 evehamur. Nil vile, nil cupidum iudices decet. claras enim suas maculas reddunt, si illi ad quos multi respiciunt aliqua reprehensione sordescunt. alioquin expedit non videri quam cunctorum irrisione signari. omnes ergo, qui gremiorum celsa petimus,

---

BZNKE(F)H(GI)

1 referendum *HG* adsumis] accedis assumis *N* 2 tu prius *K*, inprimis *A* te] *malim* in te 3 custodire] obseruare *HGI* 4 procacium] uel prouo *superscr.* E^2, prouocatricem *F* cui cuncta] calcancia E^1 crimina] uitia *HGI* de stabili *B* 5 maleficas] HGI^w, malefices I^p, malefidas *reliqui* cohortes *om.* H^1 6 ferre *B*, fieri *HGI* potest *om.* *Z* 8 captiuat] facaptiuat N^a iniuncta] inuicta B^2 10 oppressio *H* 14 et *om.* FI^w fecerunt] referunt HG^tI^w, reserunt I^p compleo *EF* 15 omnia *om.* *EF* quisq. sensit (sentit B^a) *B* 16 utrimque] *BHGI*, utrique *reliqui* 17 affectiosos *BZ* 19 conuentu] *HGI*, conuentus *reliqui* autem commode] accommode *K* 20 quando] quoniam *A* magna] maxima *F* 21 non *om.* HG^a debuisset] habuisset *B* 22 discorum HG^a, discolorum *I*, priscorum G^b 23 legimus *H* optamus *K* 24 scitis *K*, *fortasse recte*, *om.* *HGI* in ea] mea *BH*, in aliqua *F* 27 discessit *A* uota *om.* *A* 28 sectamur E^1F, fatemur *N*, serentur G^t, serretur *H* contra *ad* 29 edicitur *om.* *A* 29 nos *om.* *HGI* faciat N^a 30 ascendimus *ZN*, conscendimur *H* 32 sordescant *KGI* alioqui *A*, aliquando E^2HGI 33 signari] seruari E^1F ergo *om.* NFG^a gremiorum] praemiorum *A*

vitiorum humilia deseramus. sit in nobis frons libera, ut aliorum possimus emendare peccata. aequat crimen omnes quos inquinat et ideo dissimilis ab accusato debet esse qui iudicat. haec nos annuo sermone convenit loqui, quia bonarum rerum nulla satietas est. fateor aviditatem desiderii mei: cupio me vobiscum velle praedicari. Veniamus 5
nunc ad consueta: quae ideo debent suscipi grata, quia probantur esse sollemnia. quapropter, quod feliciter dictum sit, te officiumque tuum cum dei iuvamine possessorem praecipimus ammonere, ut tributa indictionis tertiae decimae devota mente persolvat. quatenus trinae illationis moderamine custodito debitam rei publicae inferat functionem. tempora exactionum statuta serventur, ita tamen, ut nullus sub immaturae compulsionis iniuria se ingemiscat exactum nec iterum sub turpi venalitate indutiarum largitas damnosa praebeatur. dilatio enim tributi maioris fit causa dispendii, quando irrite suspenditur quod nullis protractionibus evitatur. Expensarum quoque fidelem notitiam 6
quaternis mensibus comprehensam consuetudine custodita ad scrinia nostra dirigere maturabis, ut totius erroris detersa caligine publici ratiocinii possit claritas apparere. nam si aliter facias, te damna respiciunt, quae per neglectum tuum publicis utilitatibus ingeruntur. et ut facilius possis deo auxiliante quae sunt statuta perficere, illum atque illum sedis nostrae milites tibi officioque tuo consuetudinarie praecipimus imminere, quatinus ordinatio nostra inculpabiliter sortiatur effectum. cave ergo, ne te imparem praestes nostris ammonitis, quia nimis foedum est ut a quo laudanda reposcimus, resecanda potius approbemus.

III.

UNIVERSIS SAIONIBUS QUI SUNT CANCELLARIIS DEPUTATI SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Oportet quidem cuncta sub tranquillitate peragi, quemadmodum pote sit bonis moribus convenire. sed tanta est in re publica de morum varietate diversitas, ut nemo valeat leges defendere, nisi terror videatur aliqua temperare. aegris non una causa salutis est: alter cibis reficitur, alter per abstinentiae beneficia tenuatur: hic lavacra mollia, ille ferrum quaerit ad vulnera: et varium poscit remedium diversa qualitas passionum. sic qui populis praeesse cognoscitur, non uno consilio praeditus invenitur. feroces districtione premendi sunt, mansueti civiliter ammonendi: dolosi caute, simplices sub lenitate tractandi sunt. et ideo ubique probatur necessaria esse prudentia, quoniam rebus omnibus adhibere videtur accommoda. Quapropter devotionem 2
tuam solaciis illius viri clarissimi cancellarii nostri sollemni more deputamus, ut contra nullum alium erigaris, nisi qui legibus parere despexerit. ad forum trahe qui iusta

BZNKE(F)H(GI)

1 fons K^1 em. poss E^a 2 omnes] *NKEHGI*[w], omne *BZFA*, quaenis *I*[p] quod *A* 3 haec] nec *ZHGI* societas *K* 4 me] ne *H* uelle *om. N* 5 ad *om. K* 6 possessores *EFI* 7 persoluat] *G*, persoluant *reliqui* 8 interat] *BG*, inferant *ZNKEFHA*, referat *I* 10 iniura B^a ingemescat *B* 11 maioris] E^2F, maior $BZNKE^1HGIA$ fit] fuit B^1, sit *K* 12 protractibus E^1, pertractionibus *HI*[p], *om.* G^a 13 cons. compr. HG^aI custodita] custoditam *I*[w], et custoditam G^aI^p, concustoditam *H* scrinea *E* mat. dir. N^a 15 dampnosa *K* neglectum tuum (tuis Z^a)] negligentiam tuam *HGI* 16 ut *om.* ZN^a possis deo] possideo B^1 17 officioque tuo] officioque nostro *KA*, officio nostro *EF* immunere B^1 18 inc. ord. nostr. *ZN* 19 praestes nostris] *HGI*, nostr. pr. *plerique*, nostris (*om.* pr.) *B* ammonitionibus *HGI* nimis] minus *H* 23 oporteret *B* quidem] q. quod E^a pote sit] *B*, possit *reliqui* bonis *om. EF* 25 seges E^1 non] in B^a 27 lauacra] lauacrum *H*, lauacrum ad *G* 28 sic qui] si quis HG^aI^p concilio *H* prediturus *A* 29 destrictione B^a, distinctione *H* mansueti *om.* K^1 30 leuitate *NFGA* prob. ub. *ZN* esse nec *KA* 31 rebus *om.* K^1 32 solatius B^1 illius (illus N^a, illis N^b) uiri] illius *HG*, *om. I* soll. more] solemnitate *E* deputemus B^a 33 al. null. *ZN* iuxta $B^1KI^{p(1)}$

non recipit: sub continentia irascere, sub maturitate distringe. timeri te amplius
volumus quam probari, quia maxime illud vigori tuo reputabitur, si nullius prae-
3 sumptione peccetur. Cogitetur prae omnibus pecuniae publicae fidelis exactio. sit
tuum commodum contemptus alienus. coactus faciat, quod sponte complere neglexerit.
causis tantum te delegatis impende. si praecepta sequeris, devia non requiris. caret
culpa, qui imperata perfecerit. in executore illud est pessimum, si iudicis relinquat
arbitrium. non inde iacteris, quod tibi non potest obviari, nec assumere superbiam
velis, quia te multorum humilitas pertimescit. viri fortes semper in pace modesti sunt
4 et iustitiam nimis diligunt, qui frequenter proelia tractaverunt. Quam gratum est, si
inter parentes reversus querellarum non reportes opprobrium, sed ita te cognoscant
egisse, quemadmodum diligentes probantur optare! nos etiam gratanter excipimus
cum laude venientem et otio vacare non sinimus, quem probabiliter egisse sentimus.
his etiam et rerum dominus maiora credit, quos bona conscientia utilitates suas gessisse
probaverit. quanta sunt, quae possunt tollere sapientes! nemo amplius adquirit
quam qui se bona conversatione tractaverit.

IIII.

CANONICARIO VENETIARUM SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Mensae regalis apparatus ditissimus non parvus rei publicae probatur ornatus,
quia tanta dominus possidere creditur, quantis novitatibus epulatur. privati est habere
quod locus continet: in principali convivio hoc profecto decet exquiri, quod visum
debeat ammirari. destinet carpam Danuvius: a Rheno veniat anchorago, exormiston
Sicula quibuslibet laboribus offeratur: Bruttiorum mare dulces mittat acernias: sapori
pisces de diversis finibus afferantur. sic decet regem pascere, ut a legatis gentium
2 credatur paene omnia possidere. Et ideo procuranda sunt vina, quae singulariter
fecunda nutrit Italia, ne qui externa debemus appetere, videamur propria non quae-
sisse. comitis itaque patrimonii relatione declaratum est acinaticium, cui nomen ex
3 acino est, enthecis aulicis fuisse tenuatum. Et quia cunctae dignitates invicem sibi
debent necessaria ministrare, quae probantur ad rerum dominos pertinere, ad posses-
sores Veronenses, ubi eius rei cura praecipua est, vos iubemus accedere, quatenus
accepto pretio competenti nullus tardet vendere quod principali gratiae deberet offerre.
digna plane species, de qua se iactet Italia. nam licet ingeniosa Graecia multifaria
se diligentiae subtilitate commendet et vina sua aut odoribus condiat aut marinis

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres deficiunt v. 20 *in* ammirari

1 iracere *Z* 2 imputabitur *ZN* 3 actio *A* sit] sic *HE*^{1}, si *I* 4 faciat] fiat *B* quod sponte] *BZNHGI*^{p}, quod spondet *I*^{w}, quod iuste *Montispess. 294*, quod iuste sponte *KEF*, qui iusta sponte *A* 5 tantum] tamen *E*^{1}*FI*^{p} impendere *H* 6 excusatore *K*, excusacione *N* 7 inde] tamen (in = tn) *F* iactere *ZN* obuiari] *KEFH*^{b}*GIA*, obuiare *BZNH*^{a} 9 nimis] minus *F* 10 reportat *HGI* 11 diligentes *om. F* etiam] enim *F* gr. exc.] exc. grat. *N*, gr. accipimus *EI* 12 cum] eum *Z* uenientes *H* quem] quam *H* 13 hiis *NEF* maior *NEF* credit] concedimus credit *N*^{a} gessisse] egisse *EFGA* 15 qui *om. K* inuersatione *Z* tractauit *A* 17 ditissimus *om. A* rei p.] de re publica *HGI* approbatur *E*^{1} 18 dominus *om. HGI* 19 cont. loc. *HGI* prof. dec.] dec. prof. *K*, decet (*om.* prof.) *ZN* 20 danubius *BZNKEA*, danuubius *F* reno *libri* uenia *E*^{1} ancorago *libri* exorimiston *EF*, exornustro *K* 21 huiuslibet *F* offerantur *ZN* bruttiorum] *K*, brutiorum *(B) vel* bruciorum *plerique: similiter alibi* mares *N* acernas *EF* 22 pices *Z* sinibus *B recte fortasse* sic] si *B*^{1} pacere *Z* 23 omnia possidere] omnium possunt *Z*^{a} 24 nutrit] mictit *F* debeamus *K* 25 patrimonium *ZN* aciuaticium *N*, acinaticum *A* ex] ab *F* 26 aciuo *N* euthecis *A* fuisse *om. ZN* teneatum *B* dignitates] ciuitates *A* 28 uernonenses *N* praec. cur. *EF* 29 competentis *B*^{1} gratia *K* debetur *A* 30 se *om. K* iactat italie *B*^{a} graecia] gratia *N* multifarie *ZN*

permixtionibus insaporet, sub tanta tamen exquisitione reperitur simile nil habere.
Hoc est enim merum et colore regium et sapore praecipuum, ut blattam aut ipsius 4
putes fontibus tingi aut liquores eius a purpura credantur expressi. dulcedo illic ineffabili suavitate sentitur: stipsis nescio qua firmitate roboratur: tactus eius densitate pinguescit, ut dicas esse aut carneum liquorem aut edibilem potionem. libet referre quam singularis eius videatur esse collectio. autumno lecta de vineis in pergulis domesticis uva resupina suspenditur, servatur in vasis suis. thecis naturalibus custoditur. rugescit, non liquescit ex senio: tunc fatuos humores exsudans magna suavitate dulcescit.
Trahitur ad mensem Decembrem. donec fluxum eius hiemis tempus aperiat, miroque 5
modo incipit esse novum, quando cellis omnibus reperitur antiquum. hiemale mustum, uvarum frigidus sanguis. in rigore vindemia, cruentus liquor, purpura potabilis, violeum nectar defervet primum in origine sua et cum potuerit adulescere, perpetuam incipit habere novitatem. non calcibus iniuriose tunditur nec aliqua sordium ammixtione fuscatur, sed. quemadmodum decet, nobilitas tanta provocatur. defluit, dum aqua durescit: fecunda est. cum omnis agrorum fructus abscedit. distillat gemmis comparem liquorem: iucundum nescio quid illacrimat et praeter quod eius delectat dulcedo, in
aspectu singularis eius est pulchritudo. Hoc quantocius perquisitum et competentibus 6
pretiis adgregatum chartariis qui in rem directi sunt tradite deferendum nec illud neglegendum putetis, quod lacteo poculo relucescit, quando plus est mirabile quod potueritis difficilius invenire. albedo ibi decora est et serena puritas. ut illud de rosis, hoc credatur natum esse de liliis. colore quidem extraneum, sed sapore germanum est: aspectus dispar et similis in utroque suavitas. nam quod acute sapit, quod cito reficit, commune illis intellegitur. sed magna est distantia quae videtur. istud intueris rubore laetum. illud conspicis candore festivum. et ideo procuratio eorum debet esse celerrima, quando ambobus inesse cognoscitur quod pariter expetatur.

V.

VALERIANO V· S· SENATOR PPO.

a. 535/536

1 Generaliter quidem amplissimum cognitorem decet beneficia dilatare, quoniam qui omnibus praeesse cognoscitur. cunctis impendere profutura censetur. sed gratificante natura illis amplius debemus, qui nobis aliqua proximitate iunguntur, dum
quoddam genus recti videatur esse propositi ab aequalitate discedi. Nam modestiam 2
collegis impendimus, reverentiam patribus exhibemus, civibus debemus gratiam communem, sed affectum filiis singularem: et tanta necessitudinum vis est, ut nullus se contemptum esse diiudicet. si sibi aliena pignora praelata esse cognoscit. et ideo non est aliquid iniustum de patria plus esse sollicitum eo praesertim tempore, cum eius

BZNKE(F)

1 exquisione Z^a 2 precipium *B* blattam] *KA*, blatam *B*, blactam *EFA*, batram *ZN* 3 tangi *ZN* purpuri *N* illic] illi *KA* 2 stipsis] stirpis E^2 firmitate] infirmitate *N*, suauitate firmitate *Montispess. 294 m. 1* 5 inferre *A* 6 eius uid. esse] *B*, uid. eius *ZN*, esse uid. eius *KEFA* pergulis] persingulis B^1, pertigulis B^2 7 domestis *A* custodibus Z^a 8 rigescit F^2A 10 cellis] c. eius *ZN* 11 uiolum *F*, inoleum *A* 12 neetat E^1 def. pr. *bis K* 13 tonditur *ZN* 14 decet *om. N* 16 iocundat *N* nesciat Z^a illacrimatur *K* dulc. del. *EF* 17 est eius *N* quam totius *EF* conpententibus Z^a 18 carrariis EF^2 tradide *N* defendendum K^a 19 quando] quoniam *A* mirabilis B^1 21 natura *A* de liliis] deliciis B^1 extranea B^a 23 magis *A* istud] illud *EFA* 24 robore *A* illud] istud *EF*, hoc *A* inspicis *A* esse] e esse *N* 25 ambobus inesse] *BKEF*, ambobus eorum inesse *ZN*, in ambobus esse *A* expetatur] *ZNFA*, expectatur *BKE* 30 uidetur *EF* proposita *K* 31 collegio *A* exhibemus] adhibemus *N* gr. comm.] *B*, c. gr. *reliqui* 32 sing. fil. *N* uicissitudinem *EF* 33 esse *om. A* cognoscat *K*

videamur periculis subvenire. plus enim eos diligere credimur, quos eripere festina-
3 mus. Veniens itaque numerosus exercitus, qui ad defensionem rei publicae noscitur
destinatus, Lucaniae Bruttiorumque dicitur culta vastasse et abundantiam regionum
studio tenuasse rapinarum. sed quoniam et illis dare et istis sumere pro temporis
qualitate necesse est, pretia quae antiquus ordo constituit ex iussione rerum domini
cognoscite temperata, ut multo artius quam vendere solebatis in assem publicum
praebita debeant imputari, quatenus nec possessor dispendia nec exercitus laborans
4 sustinere possit inopiam. Nolite igitur esse solliciti. evasistis exigentium manus,
tributa vobis praesens adimit apparatus. sed quo facilius instrueretur vestra notitia,
imputationum summas infra scriptis brevibus credidimus exprimendas, ut nemo vobis
vendat beneficium quod publica noscitis largitate collatum. continete ergo possessorum
intemperantes motus. ament quieta, quos nullus ad incerta praecipitat. dum belligerat
Gothorum exercitus, sit in pace Romanus. felicium votum est quod iubetur. ne rustici,
agreste hominum genus, dum laborandi taedia fugiunt, illicitis ausibus efferentur et
5 contra vos incipiant erigi, quos vix poteratis in pace moderari. Quapropter ex regia
iussione singulos conductores massarum et possessores validos ammonete, ut nullam
contrahant in concertatione barbariem, ne non tantum festinent bellis prodesse, quan-
tum quieta confundere. arripiant ferrum, sed unde agros excolant: sumant cuspides
boum stimulos, non furoris. defensorum maxima laus est, si, cum illi videantur prae-
6 dictas regiones protegere, isti non desinant patrioticas possessiones excolere. Sit
iudicibus vigor ex legibus: subsellia non desinant iura malis moribus intonare: timeat
latro iudicium quod semper expavit: adulter gremium iudicis intremiscat: falsarius
vocem praeconis exhorreat: fur fora non rideat, quia tunc libertas gaudet, si talia
non laetentur. sic enim prosperrime geri non sentiebitis bellum, si vobis sit com-
muniter de civilitate consilium. nullus opprimat indigentem: invadite pervasores,
insequimini persequentes. est vobis competens pugna civilis. omnia pacata vos
redditis, si duces scelerum comprimatis. in annonis vero reputandis esto sollicitus,
7 ne aliquem cuiusquam possit fraudare versutia. Rectoribus autem exercitus a rerum
dominis sub mea praesentia cognoscite delegatum, ut, dum a vobis necessario fuerint
commoniti, gravatis per iniuriam debeat subveniri. custodiant nihilominus disciplinam,
unde robustius armatur semper exercitus. additum est etiam beneficii genus, ut a
praesenti devotione praeceptis regiis nec divina domus videatur excepta, sed totum
8 communiter sustineatur, quod pro generalitate censetur. nunc ergo cum fratribus
vestris studiose consurgite et sub omni cautela necessaria providete, ut prosit re vera
nobilissimae patriae talia volumina praetulisse. quieta enim regere et ex usu admini-
strare provincias homines vel mediocris intellegentiae possunt: sed hoc opus, hic labor

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 5 (praeter 35 quieta regere — 365, 2 periculi*)*

1 uidemur *F* eos *om. ZN* credimus *KE*²*A* festimus *N*ᵃ 3 brutiorumque *B* 4 rap. stud. ten. *F*, ten. rapinis (*om.* stud.) *A* 5 antiquis *Z* ex *om. F* dominis *K*ᵃ 6 temporata *E*¹ artius] amplius *F*ᵃ: *fortasse* altius in assem] masse *ZN* 7 dispendio *B* 8 igitur] ergo *N* 9 nobis *Z* praestans *K* nostra *A* 10 ut *om. N* 12 inteperantes *K* 13 sit] fit *Z* 14 agreste] agite *N*ᵃ gen. hom. *ZN* efferantur *EF* 15 nos *N* quos] quod *BK* 16 singulares *N* possessores] fossores *F*² 17 in concertatione] concertationem *EF* 18 quieta] *ZNA*, quiete *BKEF* accipiant *EF* 19 bouum *E*¹ furores *N* si cum] sicut *N* illi] illa *E*ᵃ, illis *F* preductas *B* 20 patrocieas *K* 21 mal. mor. iur. *ZN* timea *Z*ᵃ 22 intremescat *B*ᵇ, intremescit *B*ᵃ 23 praec. noc. *ZN* foca *E*¹ 24 geri non *om. N* sentiebitis] *BZ*, sentietis *reliqui* 26 paccata *ZN*, peccata *B* 27 esto sollicis *N*, estote solliciti *F*² 28 fraudere *B*ᵃ 32 praesente *F* regis *libri* 33 sustineat *F* quod *om. N*ᵃ generalite *Z* fratribus] omnibus fr. *Cuiacius* 34 et *om. A* 35 *fortasse* uos lumina praetulisse quietas *K* enim *om. ZN* ex] est *H* 36 medioeres *A* *(em. err. typ.)* hoc] hic *N*

est illud magis regere, quod se relictum non potest continere. cessat enim nautarum in tranquillitate peritia nec nomen praestat artifici, nisi fuerit vis magna periculi. Habetis ergo tempus, ubi et famam sapientum possitis adquirere et in omni parte vos 9
laudabiliter iuvante domino custodire. meos autem ultra ceteros minime commendo, quia omnibus hoc cupimus accidere, quod nostris desideramus laribus evenire. mihi enim propria cura dilapsa est, postquam generalem coepi cogitare custodiam. opto meis bene, sed quod possit esse commune, quia magnae iniustitiae genus est aliud sibi iudicem velle quam potest generalitas sustinere.

VI.

UNIVERSIS PRAEFECTURAE TITULOS ADMINISTRANTIBUS SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Quamvis abunde sufficiant quae rerum domini ingenita pietate praeceperunt, interminationes tamen importunis et fatuis adhibita districtione geminamus, ut qui nequeunt erubescere, saltem se contineant per timorem. quis enim de sua praesumptione gratuletur, quando famam perditurus est qui interdicta temptaverit? retundatur ambitio caeca cupientum: proterva refrenetur audacia: qui lucrum de malo quaerit, poena proposita terreatur: qui honorem per nefanda desiderat, amissa potius opinione turbetur. Additur etiam quod nostris temporibus sceleratae pecuniae non 2
valebunt nec culpam suam redimit, qui se reum esse cognoscit. iniquis fraudibus non patebit occasio: persequimur, non vendimus excedentes. ubi iam, male capientes, spem habebitis, quando vobis et rerum domini et vestri iudices comminantur? vos tamen, quos ad publicas amministrationes pervenire nostra fecit electio, de actionum honestate confidite, quia vos nulla venalitas excludit, si probitas continuerit actionis. Publicis utilitatibus servite fixi, quando vos nulla privata damna concutient. reddite 3
hanc vicissitudinem iudicio meo, ut qui vos nullo proprio suffragio gravari feci, studeatis in vobis mea facta laudari. praefixum itaque tempus a rerum dominis noveritis esse servandum, ita tamen, ut ea, quae vobis pro publica utilitate decreta sunt, providere ac solvere debeatis.

VII.

CANONICARIO VENETIARUM SENATOR PPO.

a. 536/537

1 Sub clementia boni principis nihil constat licere fortuitis, quando sinistros casus corrigunt, qui praestare prosperrime consuerunt. nam quemadmodum ferret nudus

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 5 (praeter antea indicata)

1 continere] sustinere *ZN* enim] autem *Z* 2 peritia] perpetua *HG* nis] uix *E* 3 ubi] ut *F* 4 domino] deo *N* 5 hoc *om. EF* cupimus] desideramus *K* des. lar.] *B*, lar. des. *ZN*, latoribus des. *EF*, laboribus des. *Δ*, laboribus cupimus *K* 6 cust. cog. N^a 7 gen. est magn. ini. *ZN* 8 quam] quam quod F^2 11 suffitiat B^1 pietate] probitate *EF* perceperunt *H* 12 interminatores *EF* districtictione *F*, distinctione E^2 13 timorem] amorem *ZN* 14 pertiturus *N* qui] quod *H* temperauerit *E* recondatur *HΔ* 15 cupientium HG^aI, insipientium G^b audacia] obnoxia audatia HG^a qui *ad* 17 turbetur *om. Δ* 16 desiderata B^a amissa] commissa *HG* 17 quod] q. in *ZN* 18 suam *om. K* se reum] seum r. E^1, r. se *Δ* 19 parebit *N* uendimus] uendemus *K*, uehimus E^1F cupientes EFG^b 20 spem] speciem (= spem) *ZN* habetis *F*, habebatis E^1, habeatis *HGI* uobis (uobis *H*) *post* iudices *HGI* uestri iudices] rerum i. u. *ZN* 21 uestra *Δ* actione *H*, *om. G* 22 honestate] hereditate HG^tI nulla] illa *Δ* continuauit *HG*, contiauauerit *I* 23 fixi] fisci H^2 quando] quoniam $I^w Δ$ damna] dona dampna E^a 24 hinc *F* uos *om. HGI* 27 ac soluere] absoluere *HGI* 29 boni *om. Δ* nihil] nunc E^1 30 corrigunt] contingunt E^1 censuerunt] consuerunt *H*, consueuerunt *EFGI*

saevam barbariem et districtum principem, quando spoliatus iure negat quod affluens inferre didicerat? atque ideo illi vel illi Sueborum incursione vastatis fiscum quintae decimae indictionis serenitas regalis indulsit, sicut te poterit instruere relecta prae-
2 ceptio. Unde oboedientiam commendantes a supradictis possessoribus de praediis, quae tamen cognoveris esse vastata, praesentis indictionis tributa non exigas: reliqua vero sollemni compulsione procura, ut constitutis temporibus arcario nostro residuam compleas quantitatem. cave ergo, ne gravior fias hostibus, si adhuc nudare velis exutos: chlamydes non paveseant, qui arma timuerunt: rapinas non sentiant post praedones. validas contra te apochas invenerunt: invictas securitates illis dedit calamitas sua: violentus abstulit quod quaerebas. cui nihil videtur relictum, a tributis constat esse liberatum.

VIII.

CONSULARI PROVINCIAE LIGURIAE SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Novum genus videtur esse compendii postulantes adquirere et praestantes nulla damna sentire. nam sic accipitur ab uno, ut perire non possit ab altero: donatur sine dispendio: ceditur sine imminutione et nomen habet munificentiae quod iura
2 domini nescit exire. Quapropter ille casarum suarum fiscum in illa provincia constitutarum, quas brevis subter conscriptus eloquitur, exactorum suggerit enormitate vexari. desiderans sine aliqua imminutione publicae utilitatis inferre se debere nostris arcariis debitam functionem. quod nos, qui nullorum damnis studere cognoscimur, dummodo fisco competentia rationabili satisfactione solvantur, libenter annuimus, quia
3 hoc est bona desideria suspendere quod illicita perpetrare. Qua de re spectabilitas tua commonitis curialibus vel compulsoribus nec non et his, quorum interesse cognoscit, ab illa indictione praedictis casis exactionem facies sub hac condicione removeri, ut, si intra illas kalendas summa quae competit non fuerit arcario persoluta, intra provinciam sollemnis exactio peragatur, minus ne, si fidem suae promissionis arcariorum apochis probaverit esse completam, ab omni inquietudine compulsorum designata praedia liberentur, quia illa magis debent eligi, quae sine suspicione damni libenti animo probantur offerri. grata enim nobis est sine instantia compulsoris exactio et hoc devotum facere, quod vix poterat coactus implere. atque utinam possessor ultroneus et nobis necessitatem morarum tolleret et sibi damna competentibus illationibus abrogaret! ipse enim imminentem necessarium facit, qui sollemnia praebere distulerit.

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 8 (praeter principium ad 8 exire *et 21* hoc — perpetrare*)*

1 saeuam] suam *EF* et] quando et Z^a destrictum *B* 2 didiscerat *Z* illi uel illis B^1, illi et illi *EF*, illis uel illis *HGI* sucuorum *plerique*, suanorum HI^p, siranorum *G* 3 indulsit] inclusit HGI^p, **** indulsit I^w te *om. HGI* relicta *K* 4 commendantes] mandantes *K*, commoderantes *HGI* 5 uastatam *B* exigaris H^a 6 constitutas *H* 7 compleas] *ZNHGI*, suppleas *BKEF* uel. nud. *ZN* 8 exustos *K* tenuerunt *N* 9 inuicta *B*, inuitas *EFHGI recte fortasse* ded. ill. *HGI* 10 uiolenter *EA* nihil] nunc E^1 relictum] esse r. *FI* 11 constat] uideatur E^2, uidetur HG^tI liberatus G^tI 13 gen. uid. esse] ergo uid. esse genus (gen. esse *I*) *HGI epistulae principium adiungentes praecedenti* 14 sic] sicut *K* 15 creditur *EFI*, ceterum HG^a quod] qui *GA* 16 casarum] *BZK*, causarum *NEFA* suarum *om. A* fiscum] *malim* uilicum 19 fugtionem *B* cognoscimur] *ZNEF*, cognoscimus *BKA* 22 non] nos *K* hiis *KEF* 23 illis Z^a praeditis *EF* causis *A* exactione *B* faciens EF^1, faciet F^2 24 inter *A* competit] petit E^1, expetit *A* 25 prouincias *F* minus ne] minusue *Cuiacius e coni. male* si *om. KA* fide *A* arcariorum] archariorom *Z*, archario *K* 26 completum *E* 27 susceptione B^1 29 poterit *E* coactus] actus *KA* utinam] nunc *E*

VIIII.

PASCHASIO PRAEFECTO ANNONAE SENATOR PPO. *a. 533/537*

Pietate plenum est peregrinam gentem publicis beneficiis obligare et non tantum 1
consanguineos ad substantiae lucra permittere quantum ipsos quoque advenas invitare:
hereditas quae est sine proximis, absque parentela successio solaque fides generis est
patrios sonare sermones. Afer enim sic expetit beneficia, ut sibi olim doceat fuisse
concessa: donum sine accipientis nomine, praeter personam largitas, quia primum colla-
tum est genti, ut postea petentium vocabulum potuisset affigi. Hinc est quod iure 2
quodam postulant hereditates alienas et illis tantum videtur competere, quod Romanus
non potest in causis similibus optinere. beneficium tale non habuerunt in patria sua,
sed hic omnes sub hac condicione parentes sunt: universa natio, quantum ad succes-
sionis beneficium, una familia est. Quocirca experientia tua preces illius diligenti 3
examinatione discutiat et si re vera ille, quem suggerit de hac luce transisse, filios
non reliquit nec ab alio constat rationabiliter possideri, introductionem memoratae rei
officium vestrum celebrato ex more, quatinus antiqua pietas regnantum praesentium
reparet beneficia dominorum et possit pro illis supplicare, sub quibus se magis in-
tellegit votiva meruisse. resumat facultatem, quam se suspiraverat amisisse. pere-
grinum se ultra dicere non potuit, qui optata rura conquirit. habeat possessorum
similem dignitatem et iam tributa reparatus inferat, qui opem ab alienis manibus ex-
petebat. Gandeat se ad hoc perductum, ut daret quod utique nisi habenti non probatur 4
emergere, ceteris dominis in hac tantum sorte deterior, quoniam alienare nequit quod
possidere praevaluit. sed et hoc quoque magna credimus aequitate repertum, ut qui
loco succedit pignoris, substantiam suam affectu patris iure servet extraneis. misera-
tione pastus nunc pascat et alios: felix illi contigit et praedicanda captivitas Romana
civitate perfrui et Afrorum privilegiis potuisse misceri.

X.

DIVERSIS CANCELLARIIS PROVINCIARUM SENATOR PPO. *a. 533/537*

Rationum publicarum reliquiae infaustae sunt aegritudini comparandae. quae 1
gravant, debilitant, nisi sub celeritate discedant. reatus quidam est esse sub debito
nec liber potest veraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri. prudens se ipse com-
pellit: minus cautus est, qui urgetur ab altero. nam quid egit totius anni suscepta
compulsio? summa futurae indictionis et quantitas exigatur. Parcendo non parcitis: 2
exonerando praegravatis et dum venales moras quaeritis, tributi onera duplicatis.
relinquite tandem crudelem misericordiam, beneficia tota detestatione fellita. gravius

BZNKE(F):HGI om. ep. 9 *et* 10 *(praeter* 27 reatus — 29 altero *et* 32 beneficia — 368, 1 grassatur*)*

3 consagnineos *Z* permittere] mittere *Δ* 4 fide *Δ* 7 potentium *Δ* potuisse *B* 8 postulauit hereditas *K* compere *B* 11 famia *K* 14 celebrato] *scripsi,* celebrant *B,* celebrate *ZNKE²F,* celebrare *E¹*, celebret *Δ* regnantium *N* 15 ben. rep. *ZN:* reparetur beneficio *malim* 16 suspicauerat *E* amisse amisisse B^a peregrina N^a 17 poterit *EF* rura] iura *Δ* habet *K* possessorem *N* 18 iam *om. EF* manibus] manus B^a, nominibus *ZN* expectat *E¹* 19 quod] qui *Δ* nisi *om. E* probaretur *F* 20 sorte] parte *E¹F* nequiuit *Δ* 21 praeualuit] non p. *K* cred. magn. *N* 22 affectum *K* extraneus *E¹F* 23 predicantia *B* 24 potuisse] potius se *B* 26 rationum] illationum *E¹F* reliquiae] reliquisse *K¹* sunt *om. ZN* 27 grauant] grauanter *E¹F,* grauatum *Δ*, grauant et *Fornerius*^{v} ratus Z^a sub deb. esse *HGI* 28 prudens] prudentes *ZN* 29 est *om. HI* agit Z^a 30 expulsio *Δ* futurae] furtiue *E* parendo *Δ* 31 tributi onera] tributionem *ZN* 32 beneficia] et b. *E*

percutit qui blandiendo grassatur et sub indulgentia laedit, qui consuetis temporibus exigere tributa distulerit. et ideo desinite aliquando possessorum damna mereari, quia totum constricti per incommoda redditis quod iniquis dilationibus abstulistis. post ista enim non vos credatis verbis iterum commoneri, sed inremissibili exactione com-
3 pelli. Quapropter si ad illum diem arcario nostro, quae de provinciis sollemniter postulantur, dispunctis rationibus non aut per te intuleris aut destinaveris quantitatem, degeniatus in provincia velociter reddis quae te male distulisse cognoscis. quia nimis iniquum est, ut assis publicus sub tua neglegentia iaceat et arcarius mutuatam pecuniam publicis utilitatibus incessanter expendat.

XI.

PETRO V· C· EROGATORI OPSONIORUM SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Probatae debet esse conscientiae, qui principalia beneficia praeponitur erogare, ne aliqua cupiditatis sorde desiccetur quod a tanta liberalitate profunditur. mutant enim quaslibet largitates rapientium manus et sicut fontis puritas per limosa corrumpitur, sic affluentia boni regis avaris distributoribus immutatur. aurum ipsum cum solvitur in liquorem, nisi mundissimo caliculo suscipiatur, inficitur, quando puritatem sui illa sola custodiunt, quae nulla sordium ammixtione fuscantur. quam gratum per niveos calculos rivulos videre currentes et ipsam quodammodo naturae liberam ridere puritatem, quando nullis maculis iniuriata turpatur! sic dona rerum domini nulla debent pollutione fuscari. sed sicut ab ipso exeunt copiosa, ita debent ad Romanos
2 pervenire purissima. Nam licet omnis fraus gravis esse videatur, illa tamen importabilis redditur, quae in Romulea plebe grassatur: turba quae vivit quieta: populus qui nescitur, nisi cum laetus est: clamor sine seditione: strepitus furoris nescius, quibus sola contentio est paupertatem fugere et divitias non amare. nesciunt enim esse lucripetes nec aliqua se negotiationis calliditate discruciant: vivunt fortuna mediocrium et conscientia divitum. nonne piaculum est talibus rapere, qui nesciunt aliena
3 fraudare? Quapropter opsonia Romano populo distribuenda ab illa indictione propitia tibi divinitate concedimus, ut sine aliqua imminutione percipere possit quod regia largitate promeruit. cave ne quod illi meruerunt, alter accipiat et tu a gratia nostra peregrinus reddaris, si a civico amore discesseris. non fiat Latialis pretio, qui civitatis illius non habet iura nascendo. honorandum semper est quod nomen gentibus dedit,

---

BZNKE(F)H(GA): hi tres om. ep. 10 *(praeter antea indicata) et finem ep.* 11 *inde a v.* 28 cave

1 crassatur *BF* intelligentia *ZN* constitutis *F* 2 possessores *malim* 3 constricti] conscripti *E^1A*, discripti *E^2F*, conscriptum *K* 4 it. uerb. *ZN* commoueri *K* 6 postulatur *B* 7 degematus *F* prouinciam *Z* reddes *Cuiacius* 8 est *om.* *F^1* assit *K* arcariis *Garetus* pecuniam *om.* *ZN* 9 expendat] *E^2F^2*, expendas *$BZNKE^1F^1A$* 11 consc. deb. esse *HGA* proponitur *HA* 12 cupiditate *Z^a* sorde] *EFG coniectura*, sorte *BZNKHA* quod a] qui de *HA*, qui *G* 13 largitates] dignitates *N^a* rimosa *N* 14 distributionibus *EA* 15 cum soluitur] consoluitur *B*, cura soluitur *HG* mundo *HGA* calculo *N^aA* quando] quoniam *A* 16 sui] suam *HGA* ammixione *B* gratum] g. est *HGA* 17 callienlos *F* quod. lib. nat *HGA*, quod. nat. quod. lib. *Z^a*, nat. quod. lib. *Z^bN* 18 uidere *N* nullis] in illis *A* iniurita *E^1F* dona *om.* *HG^a* remrum *N* 19 ipso] eo *HGA* 21 crassatur *B* 22 cum laetus (lentus *E^1*, locus *A*) est] cum laetus *HA*, quietus *G^a*, cum laetus inuenitur *G^b* sine *bis* *K* 23 est *om.* *HG* enim *om.* *G^aA* 24 lucripetens *B* nec] ne *BHG* negotiationis calliditate] *BEHGA*, negatione lucripetes *Z^a*, negatione *Z^bN*, negociis c. *K*, negocii c. *F* mediocrum *ZNEF*, mediomediocrum *K* 25 est *om.* *HG* ab illa ind. *om.* *HGA* 26 tibi conc. prop. diu. *ZN* 27 imminutione] *BHGA*, diminutione *ZNKEFA* 28 metuerunt *E*

quando potior in humanis rebus redditur, de cuius aliquid claritate praestatur. munera ista Quiritium sunt. non subripiat locum liberi fortuna servilis. in maiestatem populi Romani peccat, qui sanguinis illius puritatem famulorum societate commaculat.

XII.

ANASTASIO CANCELLARIO LUCANIAE ET BRUTTIORUM SENATOR PPO.

a. 533/537

Cum apud dominum rerum sollemni munere pranderemus et diversae provinciae 1 de suis deliciis laudarentur, ad vina Bruttiorum et Silani casei suavitatem currente, ut assolet, sermone perventum est: quod herbarum beneficio tanta ibi naturae iucunditate conficitur, ut non credas deesse mellis gustum, quem nulla conspicis qualitate permixtum. manat illic leviter provocatum lac uberibus fistulosis et quasi in alios ventres naturae ubertate collectum non guttis impluit, sed quibusdam repentinis torrentibus influescit. redolet suavis et varius odor herbarum: naribus agnoscitur pecudum pastus, qui fragrans virtute diversa thuris sentitur inspirare similia. Huic tanta pinguedo 2 sociatur, ut arbitreris simul decurrere Palladium liquorem, nisi quod ab illa prasina viriditate niveo candore discernitur. tunc cadis late patentibus copia illa mirabilis laeto nimium pastore suscepta cum ammixtione coaguli in callosam coeperit teneritudinem condurari, ad pulcherrimum orbem forma perducitur. quae subterraneis horreis aliquantulum congregata diuturnam casei facit esse substantiam. hoc quantocius superimpositum navigiis destinabis, ut desideriis regalibus parvo munere satisfecisse videamur. Vinum quoque, quod laudare cupiens Palmatianum nominavit antiquitas, 3 nos stipsim, asperum, sed gratum suavitate perquire. nam licet inter vina Bruttia videatur extremum, factum tamen est paene generali opinione praecipuum. ibi enim reperitur et Gazeto par et Sabino simile et magnis odoribus singulare. Sed quia illud 4 famam sibi nobilissimam vindicavit, hoc et in suo genere nimis elegans perquiratur, ne prudentia maiorum aliquid appellasse videatur inproprium. est enim suavi pinguedine molliter crassum, vivacitate firmissimum, nare violentum, candore quoque perspicuum, quod ita redolet ore ructatum, ut merito illi a palma nomen videatur impositum. Viscera defecta constringit, vulnera madida desiccat, lassum reficit pectus 5 et quod vix praevalet implere potus arte compositus, hic naturaliter praestat infectus. sed provide ut supra dictas species exactas debeas destinare, quia falli non possumus,

BZNKE(F):H(GI) om. ep. 11 fin. (vide antea) et ep. 12 (praeter v. 10 manat — 13 similia*)*

1 quando] quoniam *A* 2 ista] illa *K* quiritium] *B*, quiritum *reliqui* suscipiat *N* maiestate *EF* rom. pop. *A* 6 dom. rer.] *B*, rer. dom. *reliqui* munere] more *KEFA* 7 brutiorum *B* silani casei suauitatem] *c coniectura Cuiacii Fornerius in marg.*, silanica (sillauica *EF*) ei (ex F^2[?]) suauitate *libri* 8 prouentum *A* herbarum] in herbarum *B* tantu *Z* naturae *om.* K^1 9 confititur *B*, perficitur *F* 10 illi *H* leuiter *om. HGI* 11 libertate *KG* impleuit *HG* 12 intumescit *A* redolet] reddet *E* 13 qui *H* fragrans *ZNEFG*, flagrans *BKHIA* diuersa *om. HGI* sentitur] sentire *K* 14 decurrere] inspirare *N* prasini *F* 15 niueo] uiueo E^1, miro *ZN* late] labe E^1F laeto] loco *A* 16 nimirum *A* cagoli F^1 teneritudine *Z* 18 congregatam *B* caseam *B* fecit *A* esse *om.* K^a quam tocius *B*, quam totius *EF* 20 uinum] unum *B* 21 nos (*sic* ZK^2A, non NK^1EF) stipsim (stipsum *K*) asperum (aspersum E^1, a spiritu *A*)] *ZNKEFA*, nos *(sp. vac. 4 litt.)* in asperum *B* perquirere E^1 bruttia] *BK* 22 tam. est] *ZNK*, est tam. *EF*, est *B* 23 gazeo *K*, gazato *EF* 24 sib. fam. nob. uind. *K*, fam. nob. sib. uind. *N*, fam. sib. uind. uob. *EF* 25 prudentiam *A* 26 melliter B^2 grassum E^1F uiu. (in uacitate *B*) firm.] firm. uiu. *EF* 27 ructatum] eructatum B^a, luctatum *ZN* uideatur] u. esse *ZN* 28 lapsum *A* respicit *N* 29 praeualet] ualet *A* 30 possimus B^a

qui hoc patriotica veritate retinemus: ad praesens enim de cellariis nostris quae desiderabantur optulimus. tu autem tuo periculo dissimilia facis, quorum iam indicia teneri posse cognoscis.

XIII.

EDICTUM.

a. 533/537

1 Nisu contineri debet omnium largitas impensa dominorum, quando necesse est
universis proficere, quod illos impulsu divinitatis probatum fuerit effecisse. pietas
siquidem principum totum custodit imperium et dum illis vicissitudo digna redditur,
incolumia rei publicae membra servantur. dudum siquidem imperialia constituta per
Bruttios atque Lucaniam sacrosanctas ecclesias aliqua munerum devotione iuverunt.
sed ut est sacrilegis mentibus familiare et in ipsa quoque divina reverentia peccare,
nonnullam exinde partem numerariorum nomine canonicarii subtrahebant, facientes
2 laicum commodum substantiam clericorum. Quod sedis nostrae numerarii execratione
detestabili respuentes numquam sibi illatum fuisse suggerunt, quod de tali scelere
manus impiae fraudaverunt. quid adhuc, minime humana audacia, temptabis, si et
ibi furta porrigis, ubi te minime latere posse cognoscis? ut inludas oculis fortasse
mortalibus, quamvis iniqua, tamen aliqua videtur esse praesumptio: quanta vero caecitate damnatus est, qui se aestimat perpetrare quod divinitas non possit advertere!
3 Sed ne ulterius similis grassetur forte praesumptio aut divinam patientiam frequens
provocare possit excessus, edictali programmate definimus, ut qui in hac fuerit ulterius
fraude versatus, et militia careat et compendium propriae facultatis amittat. graviore
siquidem poena plectendus est, qui usque ad iniuriam divinam suam nihilominus tetendit
audaciam. habeant pauperes dona regnantum: possideant aliquid quibus nulla facultas
4 est. Cur aliena substantia in regali posita largitate pervaditur? possessio eius principis munus est. quemadmodum praesumat subiectus contingere quod deo respicit
humilitatem dominantis offerre? additur quod talibus non dare tulisse est, et merito:
quando qui potest esurientibus subvenire, si non pascit, extinguit. pudeat illis tollere,
quibus iubemur offerre. ultra omnes crudelitates est divitem velle fieri de exiguitate
mendici. amentur honesta lucra, horreantur damnosa compendia: nullus audeat inde
tollere quod possit collecta dispergere. addendo perdit, qui retinendo collegerit et
paupertatem potius ad se trahit, si egentium pecunias non repellit.

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 12

1 retimus *Z* enim *om. E* 2 autem *om. N* iudicia *A* 5 nisu *ZNE*^{1}, nisum *F*, *(sp. vac. litt. 1)* isi *B*, nisi *K*, usu *E*^{2}*IA*, uisu *HG* quando] quoniam *A* 6 uniuersis] *B*^{2}*HGI*, uniuersi *B*^{1}, uniuersitati *reliqui* 7 principium *Z* 8 incoluma *H* 9 brutios *B* iuuerunt] inuenerunt *K* 10 sacris legis *HG*, sacrilegiis *I*^{p} quoque *om. ZN* diu. reu.] *ZNHG*, reu. diu. *reliqui* 11 partem] parcere *H* munerariorum *A* canonicario *N*^{a} 12 clericorum] lai clericorum *Z*^{a} numerari *BZNK*, numerari in *H*, munerarii *A* execratione detestabili] execrabili detestatione (destestacione *N*^{a}) *NEF* 13 suggerunt] seuciunt *N*^{a} 14 impiae fraudauerunt] *NFHGI*, impia effraudaueruut *B*, impiae effraudaueruut *ZE*, impiae effundauerunt *K* hum. aud.] *HGI*, aud. hum. *B et reliqui* si] sed *E* 15 posse *om. ZNEF* cognosceris *H* 16 alinqua *B* esse *om. KA* 17 damnatus est] damnatur *A* existimat *HGI* 18 ult. sim.] *BHGI*, sim. ult. *reliqui* crassetur *BHI* 20 malicia *E*^{1} ammittat *B* 21 poena] peue *N*^{a} est *om. A* suam *om. N* tendit *HI* 22 regnantum] *BZEA*, regnantium *reliqui* 23 regalium *HGI* princ. munus (manus *HGI*)] mun. princ. *ZN* 24 subiectos *K* contingere] praesumere *HG*^{t}*I* deo *om. F* 25 dominantis] regnantis *HGI* additur *ad* 27 offerre *om. N* additus *H* 26 qui] quis *HG*, non *K* 27 iuberemur *B*, iubetur *EF*, iubemusur *H* 28 inde] illud *E*^{2}*F* 29 perit *HG* retinendo] renuendo *HG*, ren(n)uenda *I* et *om. EF* 30 pot. ad se] *(sp. vac. 5 litt.)* ad se *B*, ad se pot. *NHGI*^{w} egentium] *EFHGI*, ex gentium *B*, exigentium *reliqui* non *om. HG*

XIIII.

ANASTASIO CANCELLARIO LUCANIAE ET BRUTTIORUM SENATOR PPŌ.

a. 533/537

Regenses cives ultimi Bruttiorum, quos a Siciliae corpore violenti quondam maris 1
impetus segregavit, unde civitas eorum nomen accepit divisio enim ῥήγιον Graeca lingua
vocitatur, iniqua suggerunt exactorum se praesumptione fatigari, implorantes non aurium,
sed oculorum nostrorum nota remedia, qui possumus scire territorium eorum quod
petitur non habere. est enim montanis lapillis terra rarissima, arida pascuis, sed undosa vindemiis: segetibus adversa, sed olivis accommoda: et ideo cultura eius omnis
in sarculis est, quia superficies ipsius sicca nutrire non valet superne nascentia. tergore illic ager nudus industria potius quam natura vestitur. Nam Palladiae silvae 2
viriditate contegitur qui in solo aridissimus approbatur. talibus enim locis illa proficiunt, quae radicibus proceris ad humi penetrale descendunt. segetes rigantur, ut
vivant et condicione mutata hoc aristis impenditur, quod oleribus exhibetur. quanta
seges est, quae manu colitur? raro illic ab area venit umeris gravatus agricola, ut
non messes in horreis colligere, sed vix possit aliquos cophinos de summa ubertate
complere. In hortis autem rusticorum agmen habetur operosum, quia holus illic omne 3
saporum est dum marina inroratione respersum: quod humana industria fieri consuevit,
hoc cum nutriretur accepit. contra Maronis[1]) autem sententiam intiborum illic fibrae
dulcissimae sunt, quae praecinctae foliis tortuosis callosa teneritudine conglobantur:
unde in morem vitri aliquid decerptum frangitur, dum a fecundo cespite segregatur.
His victualibus, si vis nosse, regio illa fecunda est: nam et marinis deliciis copiosa 4
iucunditate perfruitur, quia ibi mare supernum atque infernum, insertis frontibus adunatum, delicias utriusque pelagi in unam congregationem sinus sui volubilitate perducit.
necesse est enim illic et pisces properare, ubi constat et undam posse defluere.
Exormiston quoque, inter pisces regium genus, compar murenis corpore, sed colore 5
distans, naribus setosis, colostrea delicatitudine praeditum, oleoso ac suavi liquore
coagulatum, appetibilis grataque pinguedo, cum spumis fluctuantibus inter aeris confinia
coeperit enatare, nescit ad cubilia redire quae deserit: credo aut immemor reversionis

BZNKE(F)H(GI)

3 regences *N*, rhegienses *A*   bruttiorum] *BK*   uiolenti] uehementi *H*, uehementis *GI*   mar. imp. qu. *HGI*   4 region *plerique*, regiōn *B*, regionum HG^{a} 5 uocatur *NHGI*   iniqua] in qua *H*   sugg. se exact. *KEFIA*, exact. se sugg. *G*   fatigatione praesumptione Z^{a}, fatigari praes. $Z^{b}N$ aurum *F*   6 nostrorum] nostra *HGI*   territorum *Z*   7 terram rarissimam *H*   8 uindemus B^{1} 9 sicca] circa HG^{a} nutrice B^{1} superue *K*   tergore] terrore *H*, terre fore G^{a} 10 ag. ill. N^{a} 11 uiriditate] po *(sp. vac.)* uiriditate *A*   12 quae] qui *N*   proceris] paucis *N*   irrigantur *EF*   13 uiuant] umantur *H*, humentur *I*   14 colitur] colligitur G^{t} *Cuiacius*   arca *NEF*   15 messis *A*, massas $BNKE^{2}FH^{b}GI$, masses H^{a}, massos E^{1} colligitur *K Montisp. 294*, colligatur *A*   16 compellere *H*   quia *ad* 17 respersum *om. F*   illic *om. B*   omne] oī̄ *B*   17 dum] *BHGI*, *om. reliqui*   irratione *H*   18 accipit *HG*   contra maronis] contra romanis *B*, cum maiorum G^{a} autem *om. HGI*   inciborum $KEFI^{w}$, uiriborum *H*, uirorum aquarum *G*   19 teneritate *HG*   20 in morem] minorem *HG*   uitri] intri *H*   decertum KE^{2}*[?]F*, deceptum *HG (hic litura supra* c, r *adscr. supra* p*)*   secundo *B*   21 hiis *NKEF*   si uis nosse] suus nosse *H*, suis G^{a} 22 superum *B*   atque] ac *A*   fontibus $E^{2}F$ 23 congregationem] congregatione in *B*   producit $G^{a}I$ 25 exomiston *HI*, exonustero *G*   pices K^{1} sed] *G coniectura*, uel *reliqui*   26 secosis *K*   delicatitudine] *BZNEA*, delicatudine *KF*, delicata teneritudine *HGI Forneriana editio ab Accursiana recedens*   predinm *B*   oleseo *F*, oleosa *H*   licore *BZ*   27 fluctualibus *N*   28 enatare] enarrare Z^{a} aut] autem *KHGI*

1) *Georg.* 1, 120: amaris intiba fibris.

aut teneritudine summa mollitus nequit undis elevantibus contraria obluctatione demergere. fertur velut corpus exanime, nullis nisibus periculum, nulla arte devitans et hinc viribus destitutus redire non creditur, quia nec fugere posse sentitur. hic plane
6 tantae dulcedinis esse dinoscitur, ut ei nemo piscium comparetur. Haec sunt in litore Regino quae diximus, quod non alio referente cognovimus, etsi visuali probatione retinemus. quapropter laridi atque tritici species nullis temporibus coemptionis nomine inde decernimus postulari, quia nimis calumniose petitur, quod loci beneficio non habetur. deinde sufficere debet defensio veritatis et testimonium iudicis, quia nimis execrabile malum est, si, cum aliud noverit conscientia, aliud lingua decernat. additur etiam quod tantis commeantium fatigatur adventibus, tanta excurrentium laceratione deteritur, ut rationabiliter illi remitti debuisset vel quod apud ipsam nasci posse constaret.

XV.

MAXIMO V· C· CANCELLARIO LUCANIAE ET BRUTTIORUM SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Scyllaceum prima urbium Bruttiorum, quam Troiae destructor Ulixes legitur condidisse, inrationabiliter dicitur praesumentium nimietate vexari, quod nobis praesidentibus non oportuisset assumi: quia laesiones eius cogimur plus dolere, dum patriotica nos probatur affectione contingere. civitas supra sinum Hadriaticum constituta in modum botryonis pendet in collibus, non quod difficili ascensione turgescat,
2 sed ut voluptuose campos virentes et caerula maris terga respiciat. Haec nascentem solem ab ipsis cunabulis intuetur, ubi ventura dies non praemittit auroram, sed mox ut oriri coeperit, lampadem suam vibrans fulgor ostendit. gaudentem respicit Phoebum: propria illic luminis claritate resplendet, ut ipsa magis solis putetur esse patria Rhodi opinione superata. fruitur luce perspicua: aeris quoque temperatione donata apricas hiemes, refrigeratas sentit aestates et sine aliquo maerore transigitur, ubi infesta tempora non timentur. hinc et homo sensu liberior est, quia temperies cuncta
3 moderatur. Patria siquidem fervens leves efficit et acutos, frigida tardos et subdolos: sola temperata est, quae mores hominum sua qualitate componit. hinc est quod antiqui Athenas sedem sapientium esse dixerunt, quae aeris puritate peruncta lucidissimos sensus ad contemplativam partem felici largitate praeparavit. numquid enim tale est corpori aquas caenosas sorbere, quale perspicuitatem dulcissimi fontis haurire? sic

---

BZNKE(F)H(GI)

1 summa *om. HGI* emergere *HG,* immergi *I* 2 uelut] ueluti *F,* illud *K* examine *H* nullis] nillis Z^a nulla] nullum *H* 3 redire] ueuire redire HG^a 4 nemo] nullus *EF* compararetur *H* 5 etsi uisuali] sed uis. *EFI,* et usuali *HG, fortasse* et sensuali 6 lardi *NHGIA* in nullis *K* 7 beneficio *ad* 12 constaret *om. in sp. vac.* N^1 8 defensio] ostensio *F* 9 aliud] alium NE^1 aliud] alium NE^1, ac HG^a decreuerat E^1 10 commantium B^1 fatigantur *A* 11 decernitur NH^a, deceritur H^b, territur *G* 15 scyllaceum] *B,* scillaceum *ZKEH,* /cillaceum *N,* scillacthrum *F,* scillacium *A,* squillaceum *I,* squillatium *G* bruttiorum] *BK* quam troiae (qu. tr. *om.* G^a) destructor] q. troie districtor *B,* q. tr. destructorum *H,* post troie destructionem *N* ulyxes *B,* ulysses *A* legitur] dicitur *E,* creditur *A* 16 rationabiliter *F* praesumentibus *ZNE* 17 oportuisset] oportuisse *H,* potuisset *EF* coguntur *K* 18 patriciotica *H* nos (*om. H*) prob.] probetur nos *F* adriaticum *plerique,* adrianum E^1F, adriacum E^2 19 botrionis *plerique,* butrionis F^1, botrinis *B,* brotronis H^a, botronis H^b pendat B^a quod difficili] quod deficili I^p, quod e (de *G*) diff. *HG* ascentione *ZK* 20 cerulea *K* 21 ubi] ibi *EF* praemittat B^1 aurorem *H* 22 febum *B,* phebum *HGI* 23 luminis] nominis *KA,* lucis *HGI* 24 rodi *plerique,* rodii *HGI* opinio est sup. *H* perspicua] perpetua *HGI* temperatione donata (dotata *FA*)] temperie d. *HI,* donata temperie *G* 25 apriscas *Z* 27 actutos K^a, atutos K^b 29 sedem *om. EF* sapientum esse *EFHGI,* esse sapientium *ZN* per cuncta *H,* percincta $GI^{p(2)}$, perfuncta $I^{w(2)}$, *inc.* $I^{p(1)}$ $I^{w(1)}$ 30 partem] uitam *ZN* enim] enit B^a 31 quale *om. in fine paginae B* dulcissimi *om. ZN*

animae vigor oneratur, dum spiritu graviore comprimitur. subiacemus enim necessario talibus rebus, quando nubilo tristes efficimur et iterum naturaliter ad serena gaudemus, quia caelestis animae substantia ad infecta * * * et purissima quaeque laetatur.
Fruitur marinis quoque copiosa deliciis, dum possidet vicina quae nos fecimus claustra 4
Neptunia: ad pedem siquidem Moscii montis saxorum visceribus excavatis fluenta Nerei gurgitis decenter immisimus, ubi agmen piscium sub libera captivitate ludentium et delectatione reficit animos et ammiratione mulcet optutus. currunt avidi ad manus hominum et antequam cibi fiant, escas expetunt. pascit homo delicias suas et dum habet in potestate quod capiat, frequenter evenit, ut repletus omnia derelinquat.[1]
Spectaculum quoque pulchre laborantium non adimitur in civitate sedentibus. cer- 5
nuntur affatim copiosae vindemiae, arearum pinguis tritura conspicitur, olivarum quoque virentium vultus aperitur. non eget aliquis agrorum amoenitate, cui datum est de urbe cuncta conspicere. hoc quia modo non habet muros, civitatem credis ruralem, villam iudicare possis urbanam et inter utrumque posita, copiosa noscitur laude ditata.
Hanc dum frequenter invisere desiderant commeantes, dum taedia laboris refugere 6
cupiunt, amoenitate civitatis in paraveredorum et annonarum praebitione proprii cives fatigantur expensis. quapropter ne laedat urbem amoenitas sua aut res praeconii fiat causa dispendii, paraveredorum et annonarum praebitionem secundum evectiones concessas in assem publicum constituimus imputari. Pulveratica quoque iudicis funditus 7
amputantes trium tantum etiam dierum praesulibus annonas praeberi secundum vetera constituta decernimus, suis expensis facta tarditate vecturis. leges enim administrantes remedio, non oneri esse voluerunt. qua de re aequitatis intuitu civitas nostra * * * relevare iudiciarium est, quod tibi referimus, non remissum. vive iuvante deo iustitia saeculi et securitatis gaudio singulari. alii dicant insulas, ego habitationes tuas appellem potius Fortunatas.

BZNKE(F)H(GI): hi tres finiunt v. 22 in uoluerunt

1 animi *HGI*p subiaceamus *ZN* 2 officimur *H* 3 infesta *B*¹ *post* infecta *aliquid excidit:* tristatur *addunt deteriores quidam (1² et Montispess. 4 m. 2)* et (uel *I*p) purissima quaeque (quoque *I*)] *BHGI*. quaeque (quemque *E*¹, quoque *A*) et purissima *ZNKEFA* 4 uicinia *EF*¹*[?]*, niuaria *F*² facimus *F* clausa *B* 5 moscii] metii *F*² 6 iurgitis *H* piscium *om. F* 7 ammiratione] ammirationes *H*, animi rationes *G* mulcit *B* obtutus] *E*²*I*, obtutos *KE*¹*F*, obtuitos *Z*, obtuitus *NHG*, optimos *B* 8 expetunt] petunt *F*¹ 9 potestatem *A* 10 in ciuitate] uicinitate *H* 11 affatibus *HG*ª 13 cunctam (cuncta *N*) de urbe *ZN* hoc] haec *NG* credit *B*ª, credas *NG*ᵇ*I*, *om. HG*ª 14 utramque *ZN* pos. cop. nosc.] per omnia c. n. *HI*, nosc. per omnia cop. *G*ª, posita nosc. per omn. cop. *G*ᵇ dicata *ZNE* 15 laboris refugere (fugere *HGI*) cupiunt] refugiunt laboris *ZN* 16 in parauerendorum *KE*¹*F*¹, in pareuendorum *ZN* annotarum *H* proprii] *G*ª, propriis *reliqui* 17 fatigant *EF* fatigantur *ad* 18 annonarum *om. H* 18 parauerendorum *KF*¹, parauendorum *Z(utroque loco)N*, *deficit H* *post* euectiones *repetit* 16 propriis *ad* 18 praebitionem *Z* 19 publicum *om. HG*ª amp. fund. *Z*ª 20 etiam *om. HGI* 21 instituta *ZN* uecturis] uicturis *EFG*, uicturi *BHI*ʷ, uicture *KM*, iuncture *ZN*, incerti *I*p 22 oneri] omnium *H* uestra *A* *post* nostra *quaedam exciderunt* 23 reuelare *NE*¹ iudicarium *K*, iuditiumarium *Z*ª quod] q *Z* 24 et *om. F* appellarem *A*

1) *Cf. Cassiodorus inst. dir. litt. c.* 29: invitat vos locus Vivariensis monasterii ad multa peregrinis et egentibus praeparanda, quando habetis hortos irriguos et piscosi amnis Pellenae fluenta vicina . . . . . maria quoque vobis ita subiacent, ut piscationibus variis pateant et captus piscis cum libuerit vivariis possit includi. fecimus enim illic iuvante domino grata receptacula, ubi sub claustro fideli vagetur piscium multitudo ita consentanea montium speluncis, ut nullatenus se sentiat captum, cui libertas est escas sumere et per solitas se cavernas abscondere.

XVI.

CANONICARIA.

a. 537 ante Sept. 1

1 Tempus ammonet humanis rebus indesinenter accommodum, dum res nobis etiam
asperas captata semper opportunitate conciliat, ut illationum fiscalium curam annua
festivitate reparemus, quando rei publicae ordo tali consistere cernitur instituto. et
merito votivum, quod pro cunctorum utilitate praestatur. diligenda sunt ista, unde
res publica videtur esse firmissima, quae dum redeunte censu reficitur, status sui fir-
2 missimo robore continetur. Quapropter magna est quolibet tempore monstrata devotio,
sed tunc acceptior redditur, quando necessaria plus habetur. praebeant igitur posses-
sores stipendia suae gratiae profutura. debitum siquidem quod non potest evitari,
prona debet mente semper offerri, ut fiat beneficium, quod sine compulsione constat
3 illatum. Atque ideo, quod feliciter dictum sit, per indictionem primam in dioecesi
tua possessorem te praecipimus ammonere, ut trina illatione servata assem tributarium
devotus exsolvat, quatinus nec aliquis se sub immatura compulsione ingemiscat exactum
nec iterum remissione protelata quisquam se dicat esse praeteritum. nullus quanti-
tatem iustae ponderationis excedat sitque libra iustissima: modus non erit rapiendi,
4 si pondera fas sit excedi. Expensarum quoque fidelem notitiam per quaternos menses
ad scrinia nostra sollemniter destinabis, ut totius erroris obscuritate detersa rationibus
publicis veritas eluceseat. sed quo facilius possis iuvante deo quae sunt statuta com-
plere, illum atque illum sedis nostrae milites tibi officioque tuo periculorum suorum
memores praecipimus imminere, quatinus quod agnoscis iussum, inculpabiliter sortiatur
effectum. cave ergo ne te aut improbae redemptionis aut torpentis desidiae culpa
respiciat et quod expedire neglexeris, tuis inferat damna fortunis.

XVII.

IOHANNI LIQUATARIO RAVENNATI ATHALARICUS REX.

1 Munitio civitatum spes est certa cunctorum, quando in pace ab exteris gentibus
discitur, quod veraciter in certamine timeatur. plena est enim diversis generibus
hominum habitatio urbium singularum. quis novit cum qua gente confligat? ideoque
omnes debent agnoscere quod futuris hostibus gratum non sit adire. quapropter ex
nostra iussione possessores ammonere curabis, ut iuxta montem Caprarium et loca
circumiecta muris fovearum ingentia ora pandantur talisque ibi pateat hiatus, ut nullus
ibi relinquatur introitus. cur. nefandi homines, perscrutamini accessus inlicitos, quibus
portarum permittitur licenter ingressus? nescio quid videmini tegere, qui palam non

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. ep. 16

2 admouet *E* dum] des Z^a, *om. EF* et nob. *K* 3 opportunitate] opinione *KEA* adlationum *B* annua] anime B^a 4 quando] quanto *B*, quoniam *A* instituto et merito uotiuum] *scripsi (cf. v. 4)*, i. et m. u. sistere cernitur (cernere sistere Z^a, cernitur sistere Z^bN) *libri*, *om. A* 8 igitur] ergo *N* possores *N* 9 stipendia] *A*, stipendie *B*, stipendii Z^bNKEF, stipendium Z^a 10 mente] mte *N* 11 diocesi *BZKEF*, dictione *A* 13 deuotum *B* aliqui *A* compulsione] exactione *A* ingemescat *B* 14 protelata] *scripsi*, letata *libri*, lentata *A* dicat se *N* praetitum *N* quantitatem] quantitam *B* *(cm. m. rec.)* 15 sitque libra (lira *K*) iust.] sit *(sp. vac. 8 litt.)* iust. *B* modum *K* 16 quoque] que *N* 17 declinabis *A* 18 possit *A* iuu. deo] *B*, deo iuu. *reliqui* statuta] *B*, instituta *ZNKEFA* compellere EF^1*[?]* 21 redemptionis] r. quatinus quatinus *N* 22 neglexerit *E* 24 spes] species *H* quando] quoniam *A* 25 dicitur *H* ueraciter] singulariter *HGI* enim *om. NHGI* gentibus *HI* 26 hominum *om. NI* 27 debet *H* non sit gr. *ZN* adire] *scripsi*, audire *libri* 28 ut iuxta] ex iusta *H* loqua *H* 29 circoniecta *N*, circumuecta *EFHG* ingentiora *HG* pandentur *B*, condantur *A* nullis *H* 30 ibi *om. A* accessos *Z* 31 quod *H*

desideratis intrare. Conscientia recta vias publicas tenet, obviorum collocutione gratulatur et cum diversos gratanter inquirit, laboris taedio non gravatur. amicum est autem crimini velle nesciri et qui vias suas occulit, conscientiam prodit. proinde in usus generales itinera prisca revocentur, ne, dum compendium laboris quaerunt, vitae dispendia patiantur. ille enim iure habendus est hostis, qui munimina nititur violare civitatis. 2

XVIII.

CONSTANTINIANO VIRO EXPERIENTISSIMO SENATOR PPO.

Regius apparatus sicut neglegentibus affert periculum, sic strenue laborantibus praestat ornatum, quia praemium est vitae domino vidente servire, cui nec culpa celari nec bonum possit abscondi. quam gratum est sine offensione aliqua iter agere destinatum, videre indicia diligentiae, dubia sine timore transire, gressu facili montuosa conscendere, in pontibus cum trabium mobilitate non tremere viamque sic conficere, ut omnia probentur animo convenisse! militiam vestram transcenditis, si rerum domino placere possitis. nam cui nos parere contendimus, magnus provectus est si mereamini ad eius placidos venire conspectus. 1

Quocirca iter Flaminiae rivis sulcantibus exaratum, 2
hiantes ripas latissima pontium interiectione coniungite, oppressas margines platearum asperrimis silvis enudate. paraveredorum adscriptus numerus procuretur cum electa qualitate membrorum: annonarum designatarum copia sine aliquo possessorum dispendio congregetur, quia sic omnia grata redditis, si in nulla parte peccetis. res una subtracta cuncta deformat et totum deesse creditur, ubi vel minima querela asperitas commovetur.

Species praeterea, quae mensis regiis apparantur, exactas tota sedulitate 3
perquirite. nam quid proderit exercitui satisfacere, si vos contigerit in ipsa dominorum pastione peccare? parcant provinciales ammoniti: civitates singulae declarata brevibus subministrent. nam quotiens laeto principi occurritur, efficaciter beneficia postulantur. cogitate etiam, quod praesens facta vestra diiudico: aut gratias vobis domini gaudens reddo aut commonitionem principis iratus attribuo. agite ergo, ne mihi imputetur vester excessus, quia cunctis de vobis satisfacio, quos culpis vestris offendero. persolvat mihi potius gratiam universus exercitus. magna vobis erit gloria et me securum reddere et tantorum bona iudicia meruisse.

XVIIII.

MAXIMO VICARIO URBIS ROMAE SENATOR PPO.

a. 535/536

Adventum quidem regium ex ipsa potestis cognoscere frequentia commeantum, 1
quia necesse est ut res magna competentia praemittat semper indicia. venturum diem

BZNKE(F)H(GL): hi tres om. ep. 18 *(praeter v.* 19 sic — 21 commouetur*) et* 19

1 conscientia] cum scientia *L*, cum et conscientia *HG*^{a} recta] nostra recta *HG* obuiorum] plurimorum *A* 2 diuersis *HG*^{t} grauatus *N* 3 et qui (quia *Z*) uias suas *om. HG*^{a} occulerit *HL*^{w}, occulerunt *L*p(1), occuluerit *L*p(2), occulitur *G* consc.] et consc. *HG*^{a} perdit *E*^{1}*F* 4 laboris *om. ZN* 8 sic] ita *F* 10 posset *EF* abscondit *B*^{a} iter] tunc *K* 11 iudicia *A* 12 cum trabium] *BZNEF*, contrabium *K*, trabem *A* mobilitate] mollitate *EF, om. KA* ut] ut *Z* 15 uenire] conuenire *E* flamine *NKEF* *post* exaratum *videtur excidisse* redintegrate *vel simile vocabulum* 16 latissimas *K*^{a}*EF* coniugite *B* oppressos *K* margines] m. ripa *Z*^{a} 17 asperrimus *B*^{a} enudate] emundate *ZN*, *fort. recte* parauerendorum *ZKE*^{1}*F*^{1}, parauendorum *N* abscriptus *E*^{1} 18 annorum *B*^{a}*E*^{1} 19 congregentur *A* sic] sicut *E*^{1} in *om. H* una] una certa *G*^{a}, una certe *G*^{b}, una cͤta *H* 20 format *Z*^{a} et *om. HG*^{a} uel *om. G*^{a} querelae *GA* 21 mensis] magis mensis *Z*^{a} apparentur *B*^{a}, parantur *F*^{1}, apparatas *Z*^{a} 22 contingerit *KE*^{1} 23 pastione] *dett. quidam (Montisp. 294 m. 2 et Montispess. 4 m. 1)*, passione *libri A* 24 principi] *edd.*, principio *libri et A* 26 commotionem *BZ* iratus *om. A* 27 quos] *B*, quod *reliqui* 28 nobis *NA* et] etiam *Z* 31 commeantum] *BF*, com(m)eantium *reliqui* 32 semper *om. ZN*

Lucifer demonstrat exortus: serena secutura favens ventus ostendit: imminentia bona quadam animi praesagatione dinoscimus et difficile magna res geritur, quae signorum
2 praecursione minime declaretur. Verumtamen et nos necessario commonemus, ut pontis iunctione Tiberinos fluctus sollemniter vestiatis, quatenus transitum praebeat intremulum fixum concatenatione navigium et de suo situ celerem nobis praestet excursum. non moveatur pigris funibus, ut solebat: non manibus trahentium moles tanta torpescat: celeritatem potius fixa conferat, quam se movens antea non praebebat. ambulent commeantium greges profecto, non navigent: incisa nos unda deportet. sic decet
3 dominum suscipi, ut aliqua debeat novitate gratulari. Tabularum fortiter iunctura constricta soliditatem debet praebere necessariam, ut pavorem undas dubitantium terrena similitudine possit auferre. optetur quin immo longior fuisse, cum transitur innocue. cancellorum tutamen dextra laevaque decenter aptetur: prosper datur transitus, cum fuerit casus asper exclusus. vide quemadmodum reliqua ad te pertinentia praepares, qui te occursurum esse cognoscis. quale est enim in tanta frequentia non potuisse culpari! universos affligit, qui regi aliquid necessarium subtrahit, quia, dum
4 laetus optatur ab omnibus, cunctos contristat, si probetur offensus. Adde quod sic praeclarum est sub tanta senatorum occursione laudari, principem sic suscipere, ut omnes intellegant nil deesse, ante ipsum quoque dominum venire laetum quam aliqua trepidatione confusum. insperatum bonum est, si is ad quem deceptionis pertinet periculum sibi gratiae procuret augmentum. in quam rem illum sedis nostrae militem nos direxisse cognosce, qui tibi officioque tuo debeat imminere, quatenus nobis omnia parata renuntiet, quia committi non potest casui, quod nostro periculo constat adscribi.

XX.

THOMATI ET PETRO VV· CC· ARCARIIS SENATOR PPO. *a. 536*

1 Retinetis mecum, fidelissimi viri, sanctum Agapitum urbis Romae papam, cum ad Orientis principem legationis gratia mitteretur iussione regia, datis pignoribus a vobis tot libras auri facto pittacio sollemniter accepisse, ut cui providus dominator iussit, ad subitum eius etiam urgeret egressum. primum quidem benigne praestitit qui in necessitate mutuas pecunias dedit: sed quanto gloriosius fecit etiam illud largiri,
2 quod cum gratiarum actione potuisset offerri! Victa est sine damno necessitas: manus papae dabat quod eius substantia non habebat et iter illud est indemne redditum, quod donis constat expletum. quale, rogo, videbatur antistitem petentibus profundere et ecclesiam nulla detrimenta sentire? distributor fuit potius quam donator, quia necesse est illi applicari, de cuius facultatibus videbatur expendi. quid non agat apud
3 pium principem talis legatio, quam destinatam singulari constat exemplo? Quapropter

BZNKE(F): H(GI) om. ep. 19 *(praeter v.* 2 difficile — 3 declaretur *et* 15 uniuersos — 16 offeusus*) et* 20

2 animi] cum *A* praesagitatione *K*, praesagitione *A* 3 decursione *HGI* declaratur *IA* uos *A* 4 unctione *B* tibernos *N* 5 fixum *om. B* de *om. K* nobis *om. ZN* 6 pigris] pinguis K^a 8 nauigent] *scripsi,* nauiget *B*, nauigiis *reliqui* 9 aliqua] aliena *F* 10 conscripta *KA* necessarium B^a dubitantum *N* 11 optatur] oportet *E* 12 decenter *om. EF* 13 asp. cas. *N* 15 uniuersas *N* aliquod *HGI* 16 optatur] captatur *HGI* hominibus *HGI* sic] sicut B^1 18 omnes *om. E* 19 confusum] festinum confusum Z^a est bon. *ZN* pert. dec. *F* 22 quia] qui *ZNE* quod] qui *K* abscribi E^1 25 pigneribus *EF* 26 pitatio *B* cui] *fortasse scr.* ubi 27 egressum] excessum *KEA* 28 fecit] *malim* fuit 29 quod] qui *N* posset *N* 30 non hab. subst. *ZN* iter illud est] *B*, illud iter (ita *K*, inter *E*) est *ZNKEFA* 31 qualem *A* rogo] ergo *K* profundere et ecclesiam] *ZN*, profundere et ecclesia *B*, ecclesiam (eclesiasticam *K*) et ecclesiam *KA*, ecclesiam profundere et ecclesiam *EF* 32 quia] qua *B* 33 amplicari *B* de cuius] decus *Z* 34 principem] iudicem *N* dest. sing. const. (n constat Z^a)] d. s. c. esse *E*, d. esse s. c. *F* singulare c. exemplum *B*

nostra praeceptione commoniti et regia iussione securi sanctorum vasa cum obligatione
chirographi actoribus sancti Petri apostoli sine aliqua dilatione refundite, ut lucrose
reddita celeriter impetrare videantur optata: referantur manibus levitarum ministeria
toto orbe narranda: donetur quod proprium fuit, quando iuste per largitatem recipit
quod sacerdos legibus obligavit. Superatum est exemplum quod in historia nostra 4
magna intentione retulimus. nam cum rex Alaricus urbis Romae depraedatione satiatus
apostoli Petri vasa suis deferentibus excepisset, mox ut rei causam habita interrogatione
cognovit, sacris liminibus deportari diripientium manibus imperavit, ut cupiditas, quae
depraedationis ambitu admiserat scelus, devotione largissima deleret excessum. sed
quid mirum, si reverenda sanctorum diripere noluit, qui tanta se urbis vastatione
ditavit? Rex autem noster religioso proposito reddidit vasa, quae iure pignoris propria 5
videbantur effecta. et ideo talibus factis frequens praestetur oratio, quando laeta concedi posse credimus, cum retributionem bonis actibus postulamus.

XXI.

DEUSDEDIT SCRIBAE RAVENNATI SENATOR PPO. *a. 533/537*

Scribarum officium securitas solet esse cunctorum, quando ius omnium eius solli- 1
citudine custoditur. alios enim depopulantur incendia: alios nudat furtiva subreptio:
nonnullis neglegentia perit quod diligens auctor adquirit: sed de fide publica robustissime reparatur quicquid a privatis amittitur. Diligentior est in alienis quam potest 2
esse cura de propriis: non admonitus facit quod vix rogatus impleret et requisitus non
potest negare quod is cuius interest se fatetur amisisse. armarium ipsius fortuna
cunctorum est et merito refugium omnium dicitur, ubi universorum securitas invenitur.
ad paterna transit officia, si incorrupte sit veritas custodita. nam sicut diligens genitor
servat quod otiosus successor inveniat, sic arbiter partium nullum patitur propria utilitate fraudari. Et ideo tantae rei iugiter praecipimus esse custodem. ut qui hactenus 3
de integritate placuisti, nulla debeas varietate fuscari. vide quod tibi committitur
antiqua fides et cotidiana diligentia. dirimis iurgantium litem: apud cunctos praesules
de tua cura litigatur et tu potius iudicas, qui causarum vincla dissolvis. hoc honorabile
decus, indisputabile testimonium: vox antiqua chartarum cum de tuis adytis incorrupta
processerit, cognitores reverenter excipiunt: litigantes quamvis improbi coacti tamen
oboediunt. et cum fas sit promulgatam sententiam suspendi, tibi non licet obviari.
Quocirca non habeas venale propositum. tinea documentorum est oblatio maligna 4
redimentis, dum quaerunt consumere quod se cognoverint impedire. pascat te editio
decora veritatis: facultas tua habeatur integritas. da petentibus quae olim facta sunt.

BZNKE(F)

1 securi] commoniti Z^a obligatione] ablatione *K* 2 cirographi *vel* cyrographi *reliqui,* cirography *B* actoribus] *B,* auctoribus *KEFA,* auctoritatibus *ZN* luose E^1 3 impetrata A^b referantur] deferantur *N,* reddantur *K* 4 quando] quoniam *A* recepit *E* 5 quod] qui *N* 6 rex *om. N* alaricus *om.* E^1 7 defetentibus E^1 8 luminibus *FA* 10 reuerendorum *KA* sanctorum] s. uasa *K* deripere *A* se *om. N* nerbis *F* 11 dilatauit *ZN* uester *A* reddit *N* pigneris *EF* 12 frequens] praesens *ZN* quando] quoniam *A* 15 esse *om. K* quando] quoniam *A* 17 nonnullis neglegentia] nonnullorum *N* actor *K* 18 ammittitur *B,* admittitur *ZNF* 19 cura esse *E* 20 is *om. B* admisisse E^2F 22 si] sit *A* incorrupta *NA* 23 otiosus] occisus *N* partium] *scripsi,* artium *libri* 24 praecipimus] p. te *EF* 25 quid *B* 26 fide *malim* dirimis] diximus *N* litem] lucem *N* 27 et tu] qui *E* uincula *EA* 28 testomonium *B* additis KE^2F, actibus E^1 29 praecesserit *EFA* 30 sit] sis *Z* promulgantam *Z* obuiare E^a 31 habeas] *EF,* habeat *BZNKA* timea *K* 32 cognouerunt *KEFA* edictio *F*

translator esto, non conditor antiquorum gestorum. exemplar velut anulum ceris im-
prime, ut sicut vultus expressa non possunt signa refugere, ita manus tua ab authentico
5 nequeat discrepare. Quod si te aliquis iniqua subreptione traduxerit, quemadmodum
in alia causa tibi adquiescat credi quem scit potuisse corrumpi? inpugnat te fraude
sua et facile convincit, quem in una parte deceperit. ama iustitiam, de qua nemo
queritur, ut etiam iratus testimonium salubre possit dicere, qui te in cassum voluit
deviare. publicum est omne quod feceris, dum aut laudatus gratiam aut accusatus
invenire possis offensam.

XXII.

PROVINCIALIBUS HISTRIAE SENATOR PPO.

a. 537/538

1 Expensae publicae diversa temporum varietate titubantes hac ratione se poterunt
continere, si proventum locorum sequatur salubritas iussionum. illic enim facilis est
procuratio, ubi fuerit fructus uberior. nam si indicatur quod sterilitas ieiuna dene-
gavit, tunc et provincia laeditur et effectus optabilis non habetur. commeantium igitur
attestatione didicimus Histriam provinciam a tribus egregiis fructibus sub laude nomi-
natam, divino munere gravidam vini, olei vel tritici, praesenti anno fecunditate gra-
tulari. et ideo memoratae species in tot solidos datae pro tributaria functione vobis
de praesenti prima indictione reputentur: reliqua vero propter sollemnes expensas
2 relinquimus devotae provinciae. Sed quoniam nobis in maiore summa sunt quaerenda
quae diximus, tot solidos etiam de arca nostra transmisimus, ut res necessariae sine
vestro dispendio uberrime debeant congregari. frequenter enim, dum extraneis urge-
mini vendere, soletis damna sentire, eo praesertim tempore, cum vobis peregrinus
emptor ereptus est et rarum est aurum capere, quando mercatores cognoscitis non
adesse. quanto vero melius est parere dominis quam praestare longinquis et debita
3 fructibus solvere quam ementum fastidia sustinere! Prodimus etiam amore iustitiae
quod nobis suggerere poteratis, quia in pretio laedere non debemus, unde naulorum
praebitionibus non gravamur. est enim proxima nobis regio supra sinum maris Ionii
constituta, olivis referta, segetibus ornata, vite copiosa, ubi quasi tribus uberibus
egregia ubertate largatis omnis fructus optabili fecunditate profluxit. quae non immerito
dicitur Ravennae Campania, urbis regiae cella penaria, voluptuosa nimis et deliciosa
4 digressio. fruitur in septentrione progressa caeli admiranda temperie. Habet et quas-
dam, non absurde dixerim, Baias suas, ubi undosum mare terrenas concavitates in-
grediens in faciem decoram stagni aequalitate deponitur. haec loca et garismatia plura
nutriunt et piscium ubertate gloriantur. Avernus ibi non unus est. numerosae con-
spiciuntur piscinae Neptuniae, quibus etiam cessante industria passim ostrea nascuntur
iniussa. sic nec studium in nutriendis nec dubietas in capiendis probatur esse deliciis.
5 Praetoria longe lateque lucentia in margaritarum speciem putes esse disposita, ut hinc

BZNKE(F)

1 imprimere *K* 4 scis *EF* potuisset *B* impugnet *E* te] de *N* fraude sua et *bis N* 5 decepit *A* 6 ut] tut *B*ª 7 quod *om. K* 10 temporum *om. K* 12 ubi *om. B* iudicatur *A*, dicatur *E*, quaeratur *F* ieiunia *A* 13 obstabilis *A* itaque *EF* 14 didiscimus *ZN* a tribus] *edd.*, matribus *libri et A* 15 triti *K* 16 memoratae] *BZNEF*, memoratas *KA* uobis] *scripsi*, qui uobis (nobis *NA*) *libri* 17 reputantur *N* 18 querentia *B* 20 urgimini *B* 21 solestis *E* nobis *E* 22 ereptus] *BE*²*FA*, erectus *ZNKE*¹ est *om. A* et *om. F* 24 emencium *KF* 26 grauamus *EF*, gaudemus *Z*ª uobis *A* 27 refecta *E* uite *om. B* 28 largatis] *B*, largitis *ZNEFA*, largitatis *K* 29 campaniam *B* plenaria *N* 30 disgressio *NKEF*, degressio *A* finitur *A* 32 equabilitate *ZN* garimaria *E*, grimaria *F* 33 pisciunt *E*¹ numerosae consp.] n. c. ibi *Z*, n. ibi c. *N* 35 inuisa *B*¹*K* in nutr. nec dub. in cap.] in cap. *N*, incapiendis (n above) nec in nutr. nec dub. in cap. *Z* 36 lateque] late *N* iacentia *A* margitorum *N*

apparet, qualia fuerint illius provinciae maiorum iudicia, quam tantis fabricis constat ornatam. additur etiam illi litori ordo pulcherrimus insularum, qui amabili utilitate dispositus et a periculis vindicat naves, et ditat magna ubertate cultores. reficit plane comitatenses excubias, Italiae ornat imperium, primates deliciis, mediocres victualium pascit expensis et quod illic nascitur, paene totum in urbe regia possidetur. praestet nunc copias suas sponte magis devota provincia: amplius pareat, dum speratur, quando
gratissime faciebat, dum minime quaereretur. Sed ne aliqua iussionibus nostris dubietas 6
nasceretur, Laurentium virum experientissimum et magnis nobis in re publica laboribus comprobatum cum praesenti auctoritate direximus, ut secundum breves subter annexos incunctanter expediat quod sibi pro expensis publicis iniunctum esse cognoscit. nunc procurate quae iussa sunt. vos enim facitis devotum militem, cum libenter suscipitis
iussionem. Pretia vero vobis moderata sequenti occasione declaramus, cum nobis prae- 7
sentium gerulus nativitatis modum missa relatione suggesserit. taxari enim aliquid non potest iuste, nisi copia rei evidenter potuerit indagari. inaequalis est quippe arbiter, qui sententiam mittit in cassum et mali sibi probatur conscius, qui est indeliberata dicturus.

XXIII.

LAURENTIO VIRO EXPERIENTISSIMO SENATOR PPO.

a. 537|538

Deliberatio iudicis probatos viros debet publicis actionibus adhibere, ut facile 1
possit impleri quod sub sterilitate temporis videtur inquiri. in abundantia rerum quaelibet se potest expedire persona: electis opus est militibus, cum fuerit necessitatis impulsus. atque ideo experientiam tuam frequentibus nobisque tali devotione gratissimam ad Histriam provinciam iubemus excurrere, ut in tot solidos vini, olei vel tritici species de tributario solido debeas procurare, in aliis vero tot solidis, quos a nostro arcario percepisti, tam a negotiatoribus quam a possessoribus emere maturabis, sicut
te a numerariis instruxit porrecta notitia. Quapropter erige nunc animos ad parendum, 2
qui tantis excubiis indiscreta sorte placuisti. ammoneat te prioris conversationis exemplum, quia nimis grave est emeritum delinquere, quem tironem nullatenus constat errasse. qualis autem supra dictarum specierum ubertas se optata laxaverit, veraci nobis, ut de te credimus, relatione significa, ut nos habito modo constituere debeamus quod nec provinciales laedat nec publicas gravare possit expensas.

XXIIII.

TRIBUNIS MARITIMORUM SENATOR PPO.

a. 537|538

Data pridem iussione censuimus ut Histria vini, olei vel tritici species, quarum 1
praesenti anno copia indulta perfruitur, ad Ravennatem feliciter dirigeret mansionem.

BZNKE(F): H(GI) deficiunt (praeter v. 19 iu — 21 impulsus *et* 27 nimis — 28 errasse*)*

1 inditia *N* 3 et *om. EF* 5 regia] precipua *A* 6 magis *om. F* quando gratissime faciebat dum (cum *B*) m. quaereretur] *fortasse scr.* quando gratis si faciebat minime quereretur iuss. nostr. dub.] dub. iuss. nostr. *Z*, dub. iuss. *N* 8 nascetur *N* expertissimum *EF* nobis *om. F* 9 subter annexos] subterraneos *B* 10 pro *om. K* iniuctum *K* 11 libentes *A* 12 nobis *B*, *om. F* sequente *EF* occasione] iussione *KEFA* praes. ger.] ger. praes. *ZNKA* 13 suggesserint *N* taxari] *A cum dett.*, taxare *libri boni* 14 inequabilis *EF*, in qualis *K* est quippe] *B*, quippe est *reliqui* 15 in cassum] in casum B^1A, cāu *E* mali] *KA*, male *BZNEF* 20 pers. exp. *N* est op. *HGI* 21 *post* frequentibus *quaedam exciderunt, puta* occasionibus comprobatam nobisque] nobis *EF* 22 uini *ad* 23 solidis *om.* K^1 uel *om. EF* 23 uero *om. N* 25 prorrecta Z^a parentum *K* 26 indiscreta *bis N* placuisti] praebuisti E^1 27 derelinquere *F* 28 laxauerat *A* 29 ut *om. K* de te *om. A* significat *N*, significata *K* nos] no *Z*, non *N* 30 laedat] negat ledat *B* 32 histria] h. prouintia *EF* olei] et olei *KEFA* uel tritici *om. KA* 33 rauennatam B^a

sed vos, qui numerosa navigia in eius confinio possidetis, pari devotionis gratia pro-
videte, ut quod illa parata est tradere, vos studeatis sub celeritate portare. similis
erit quippe utrisque gratia perfectionis, quando unum ex his dissociatum impleri non
permittit effectum. estote ergo promptissimi ad vicina, qui saepe spatia transmittitis
2 infinita. Per hospitia quodammodo vestra discurritis, qui per patriam navigatis. accedit
etiam commodis vestris, quod vobis aliud iter aperitur perpetua securitate tranquillum.
nam cum ventis saevientibus mare fuerit clausum, via vobis panditur per amoenissima
fluviorum. carinae vestrae flatus asperos non pavescunt: terram cum summa felicitate
contingunt et perire nesciunt, quae frequenter inpingunt. putantur eminus quasi per
prata ferri, cum eorum contingit alveum non videri. tractae funibus ambulant, quae
stare rudentibus consuerunt et condicione mutata pedibus iuvant homines naves suas:
vectrices sine labore trahunt et pro pavore velorum utuntur passu prosperiore nautarum.
3 Iuvat referre quemadmodum habitationes vestras sitas esse perspeximus. Venetiae
praedicabiles quondam plenae nobilibus ab austro Ravennam Padumque contingunt,
ab oriente iucunditate Ionii litoris perfruuntur: ubi alternus aestus egrediens modo
claudit, modo aperit faciem reciproca inundatione camporum. hic vobis aquatilium
avium more domus est. nam qui nunc terrestris, modo cernitur insularis, ut illic
4 magis aestimes esse Cycladas, ubi subito locorum facies respicis immutatas. Earum
quippe similitudine per aequora longe patentia domicilia videntur sparsa, quae natura
protulit, sed hominum cura fundavit. viminibus enim flexibilibus illigatis terrena illic
soliditas aggregatur et marino fluctui tam fragilis munitio non dubitatur opponi. scilicet
quando vadosum litus moles eicere nescit undarum et sine viribus fertur quod altitu-
5 dinis auxilio non iuvatur. Habitatoribus igitur una copia est, ut solis piscibus ex-
pleantur. paupertas ibi cum divitibus sub aequalitate convivit. unus cibus omnes
reficit, habitatio similis universa concludit, nesciunt de penatibus invidere et sub hac
6 mensura degentes evadunt vitium, cui mundum esse constat obnoxium. In salinis
autem exercendis tota contentio est: pro aratris, pro falcibus cylindros volvitis: inde
vobis fructus omnis enascitur, quando in ipsis et quae non facitis possidetis. moneta
illic quodammodo percutitur victualis. arti vestrae omnis fluctus addictus est. potest
aurum aliquis minus quaerere, nemo est qui salem non desideret invenire, merito,
7 quando isti debet omnis cibus quod potest esse gratissimus. Proinde naves, quas
more animalium vestris parietibus illigatis, diligenti cura reficite, ut, cum vos vir ex-
perientissimus Laurentius, qui ad procurandas species directus est, commonere tempta-
verit, festinetis excurrere, quatenus expensas necessarias nulla difficultate tardetis,
qui pro qualitate aeris compendium vobis eligere potestis itineris.

BZNKE(F): H(GI) deficiunt (praeter 30 nemo — 31 gratissimus*)*

1 deuotione *K* 3 utrique *N* quando] quoniam *A* unum] unus Z^1 hiis *KEF* dissociatus Z^a 4 promtissima diucina *B* spatia] per sp. *EF* 5 nostra *N* 6 uob. iter al. K^2, uob. *** al. K^1, al. uob. iter *F* aperitis Z^a perpetua *ad* 7 panditur *om. N* securitate tranquillum] tranquillitate securum *Z* 11 stare] gestare *K* consueuerunt *NKEF* suas *om. N* 12 uectrices] K^2FA, uectrice $BZNK^1E^1$, uectricem E^2 fauore *Bongarsius* uelocem autuntur passo *B* anautarum B^a 13 sitas esse] sitas *Z*, *om. N*, perspeximus] *B*, respeximus *ZN*, prospeximus *KEFA* 14 nobilibus] moribus *ZN* ab] sub *F* rauennem B^1 ab or. cont. *ZN* 16 uobis] uero *N* 17 qui] que *A* ins. cern. *E* 18 cicadas E^1 immutatas] immittatas B^2, immittatis B^1, inmimutas *K* 19 ecora *Z* natura] *BA*, non natura *ZNKEF*, natura non *Forn.* 20 protula B^1 enim] est *E* 21 soliditas] congregata solidata *A* aggregitur B^1 fluctu *NA* scilicet] si *F* 24 omnis *E* 26 const. esse *ZNEA* salmis *B* 27 chilindros *ZN* uoluistis K^1 28 uobis fr. uobis B^a quando] quoniam *EF* 29 arti] arci E^1F^1, arce K^vF^2 fructus E^2F additus *EF* 30 min. al. *ZN* 31 debetur *NG*, debent *H* quod] qui *NHGI* 32 uestris] ueris *Par. 2186*, u**s Z^1 illigastis ZE^2A 34 tradetis *N*

XXV.

AMBROSIO V̄· I· AGENTI VICES SENATOR PPŌ.

a. 533

Plerumque sollici fiunt, qui mutatos rerum ordines intuentur, quia saepe porten- 1
dunt aliqua, quae consuetudini probantur adversa. nihil enim sine causa geritur nec
mundus fortuitis casibus implicatur, sed quicquid venire videmus ad terminum, divinum
constat esse consilium. suspenduntur homines, cum sua reges constituta mutaverint,
si aliter induti procedant quam eorum usus inoleverat. quis autem de talibus non
magna curiositate turbetur, si versa vice consuetudinum a sideribus aliquid venire
videatur obscurum? nam sicut certa securitas est suis vicibus tempora notare cur-
rentia, sic magna curiositate complemur, cum mutari talia sentiuntur. Quale est, rogo, 2
stellarum primarium conspicere et eius solita lumina non videre? lunam noctis decus
intueri orbe suo plenam et naturali splendore vacuatam? cernimus adhuc cuncti quasi
venetum solem: miramur media die umbras corpora non habere et vigorem illum
fortissimi caloris usque ad extremi teporis inertiam pervenisse, quod non eclipsis mo-
mentaneo defectu, sed totius paene anni agi nihilominus constat excursu. Qualis ergo 3
timor est diutius sustinere quod vel in summa solet populos celeritate terrere? habui-
mus itaque sine procellis hiemem, sine temperie vernum, sine ardoribus aestatem.
unde iam speretur posse venire temperiem, quando menses qui fructus decoquere
poterant boreis flatibus vehementer algebant? quid enim fertilitatem producat, si terra
aestivis mensibus non calescat? quid germen aperiat, si matrix pluviam non resumat?
duo haec elementis omnibus probamus adversa rigorem perpetuum et contrariam sic-
citatem. mutaverunt se tempora non mutando et quod mixtis imbribus solebat effici,
ex ariditate sola non potest optineri. Atque ideo de veteribus frugibus prudentia tua 4
futuram vincat inopiam, quia tanta fuit anni praeteriti felix ubertas, ut et venturis
mensibus provisa sufficiant. reponatur omne quod ad victum quaeritur. facile privatus
necessaria reperit, cum se publicus apparatus expleverit. Sed ne te praesens causa 5
magna haesitatione discruciet, ad considerationem revertere naturalium rerum et fit
ratione certum, quod stupenti vulgo videtur ambiguum. sic enim constat divina ordina-
tione dispositum, sic astra praesentis anni in domiciliis suis mutuis amministrationibus
convenerunt, ut supra solitum hiems sicca redderetur et frigida. hinc aer nivibus
nimio rigore densatus ardore solis in nulla raritate perductus est, sed in assumpta
crassitate perdurans et caloribus eius obstitit et aspectum humanae fragilitatis elusit.
media enim quae sunt, nostris dominantur obtutibus et per ipsa tantum videre possu-

---

BZNKE(F)H(GI)

2 fiunt] sunt *HGI* 3 geritur] agitur *HI* 4 quicquid *om. E* uidemus] iubemus *E* 5 consilium] iuditium *N* constituta] statuta E^1 mutauerunt *A* 6 induci *EF* inoleuerat] uioleuerat *B* 7 curiositas *K* uice] fide HG^a uen. (uenise *N*) uid.] uid. uen. *Z* 8 securitas] obscuritas *N* uiribus *EF* natare *EF* 9 rogo] ergo E^2HGI 10 soluta *E* decus *om. K* noctis *post* decus *repetit* H^a 11 intueri] inueniri *F* quasi *om. A* 12 medio *H* umbra *N* 13 extremi] *BHGI*, extremam *ZNKEFA* teporis] *scripsi*, temporis *libri* quod] quia *K* non eclipsis] eclipsis *H*, non eclipsi *I*, eclipsim non *G* 16 timor est] timorem HG^a, timor I^p 16 ita *N* sine temp. (temperies *A*) uernum *om. B* 17 quando] autumpni G^a, ante *H*, anni *I* dequoquere $BZNI^p$ 18 poterant] solent Z^a agebant *N* 19 estiuus H^1 mensibus] solibus *ZN* quod *H* aperiet *N* matrix] *N*, matris *BZKEFH*, maris *G*, materies *I*, matrem *KA* 20 omn. el. *ZN* 21 temp. se *ZN* 22 tuam B^1ZN 23 inopinam B^1 et uenturis] euenturis *HGI*, uenturis *EF*, etiam uent. *A* 24 sufficiat B^2I^p reponitur *K* omne *bis H* 25 praes. caus. magna (maligna *EF*)] caus. praes. magn. *ZN*, praes. tam magna *A* 26 discutiet HI^w, discutiat G^a, discrutiat G^b nat. reu. *N* 28 dispositis Z^a anni] temporis K^2, *om.* K^1A 29 hyemis *K* 30 nimio] immo HG^a densatur *BHGI*, densatis *F* 31 crassitudine *KEFHGIA* obsistit *HG* 32 sunt *om. F* *malim* dominamur possimus *H*

6 mus, quantum nobis sui corporis tenuitate concedunt. Hoc enim inane magnum, quod inter caelum terramque elementi more liquidissimi pervagatur, dum contigerit esse purum et solis claritate respersum, nostros veraciter pandit aspectus: si vero aliqua fuerit permixtione congregatum, tunc tenso quasi quodam corio nec colores proprios nec calores pervenire facit astrorum. quod etiam aliis saeculis aere nubilo pro tempore frequenter efficitur. hinc est quod diutius radii siderum insolito colore fuscati sunt, quod novum frigus messor expavit, quod accessu temporis poma duruerunt, quod
7 uvarum senectus acerba est. Sed si hoc divinae providentiae tradatur, satagere non debemus, quando ipsius imperio prodigia quaerere prohibemur. illud tamen sine dubio terrenis fructibus adversarium esse cognoscimus, ubi alimonia consueta nutriri lege propria non videmus. proinde agat sollicitudo vestra, ne nos unius anni sterilitas turbare videatur, dum sic ab illo primo amministratore dignitatis nostrae provisum est, ut praecedens copia sequentem valuisset mitigare penuriam.

XXVI.

PAULO VIRO STRENUO SENATOR PPO.

a. 533/537

1 Frequenter utilitas publica compendiosa pietate servatur, quando illud magis adquirit, quod bonorum intercessione remiserit. veniens itaque vir venerabilis Augustinus vita clarus et nomine Venetum nobis necessitates flebili allegatione declaravit, non vini, non tritici, non panici species apud ipsos fuisse procreatas, asserens ad tantam penuriam provincialium pervenisse fortunas, ut vitae pericula sustinere non possint, nisi eis pietas regalis solita humanitate prospexerit. quod nobis crudele visum est aliquid a petentibus postulare et illud sperare, quod provincia cognoscitur indigere.
2 a talibus enim solas lacrimas exigit qui quod non invenitur imponit. Et ideo tanti viri allegatione permoti vinum et triticum, quod vos in apparatum exercitus ex Concordiense, Aquileiense et Foroiuliense civitatibus colligere feceramus, praesenti auctoritate remittimus. carnes tantum, sicut brevis vobis datus continet, exinde providentes.
3 hinc enim, cum necesse fuerit, sufficientem tritici speciem destinamus. Et quoniam in Histria vinum abunde natum esse comperimus, exinde, quantum de supra dictis civitatibus speratum est, postulate, sicut in foro rerum venalium reperitur. quatenus nec ipsi laedi possint, cum eis pretia iusta servantur. quapropter praesentem indulgentiam nulla credatis venalitate taxandam, ut, dum fuerit remedium gratuitum, possit existere nihilominus gloriosum. noveritis enim gravi vos subici posse vindictae, si quod interdictum est dari, a vobis videatur acceptum.

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. v. 26 et quoniam — 29 seruantur

1 nobis *N* inane] mare *H* 2 liquidissimi *om. KA* contingerit E^1 3 uestros *A* fuer. al. *K* 4 denso *BHGI* qua*si *B* nec col. proprios *bis N* 5 nec calores *om. HI*, nec cal. peru. *om. I* 6 radiis HG^a 7 messorum *N* diruerunt Z^a 8 prouincie E^1 satagere] sagere B^1 9 prohibemus *H* tamen] a *K* 11 propria *om. HGI* uidemur F^1 ne] nec *H* 12 turbare] roborare *A* amministrare *B* 15 frequenter] /regenter *N* quando] quod *H* illud] ille *F* 16 quod] qui *F* itaque] namque *H* agustinus *F* 17 uenenum *B* 18 fuisse *om. N* procreatas] proreatas *H*, proculatas *N* 19 ut *om.* F^1 non] ZNF^1HG1, *om.* $BKEF^2A$ 20 est uis. *EF* 21 aliquod *H* a petentibus] *malim* ab egentibus quod] BZ^a, quo $Z^bNKEFHGIA$ 22 quod] quidem *H* non *om. B* et] quia *N* 23 uos] *B*, nos *KEFHIA*, *om. ZN* apparatum] *scripsi*, apparatu *libri* cordiense *HG* 24 aquileiense] *A*, aquilegiense *K*, aquiliense *BEFHGI*, aquilinieuse *ZN* 25 tantum] tamen *HGI* breuis nobis (nobis *N*) dat.] nob. breu. dat. *K*, br. dat. uob. *F* 26 enim] est *E* 27 historia *B* esse *om. N* 28 eiciuitatibus B^a postulare *E* foco E^1 29 possint laedi *ZN* indigentiam *E* 31 graui uos (nos *N*)] nos graui *KGI* posse subici *K* 32 nobis *HG*

XXVII.

DATIO EPISCOPO MEDIOLANENSI SENATOR PPO.

a. 535/536

Minus prodest bonum iubere, nisi hoc per viros sanctissimos velimus efficere. 1
auget enim beneficium voluntas recta iustorum et quicquid sine fraude geritur, hoc
vere donantis meritis applicatur. decet enim, ut munificentiam principalem sacerdotalis
puritas exequatur. nam cui est studium bonum de proprio facere, laudabiliter potest
aliena vota complere. Et ideo sanctitatem vestram petimus, cuius propositi est divinis 2
inservire mandatis, ut de horreis Ticinensibus et Dertonensibus panici speciem, sicut
a principe iussum est,[1]) tertiam portionem esurienti populo ad viginti quinque modios
per solidum distrahi sub vestra ordinatione faciatis, ne cuiusquam venalitate ad illos
perveniat, qui se de proprio videntur posse transigere. accipiat minus habens indul-
gentiam principalem. egentibus iussum est, non divitibus, subveniri. fundit potius,
qui mittit in plenum, nam illud potius reconditur, quod vasis vacuis congregatur.
Quapropter sanctitas vestra miserationis officia non putet iniuriam: quia totum vobis 3
dignum est, ubi pietas invenitur, siquidem aliena desideria fideliter gerere hoc est
bona propria perfecisse. ad quam rem deo iuvante procurandam illum atque illum
curavimus destinare, qui sanctitatis vestrae ordinationibus obsecuti nihil ex se faciant,
sed tantummodo vobis oboedire contendant. solidi vero, quanti ex supra dicta quanti-
tate panici potuerunt congregari, vestra nobis relatione declarate, ut apud arcarium
reconditi ad supra memoratam speciem reparandam futuris reserventur deo auxiliante
temporibus: more vestis redivivae, cuius adunatio per fila resolvitur, ut in novam
faciem splendido potius decore texatur.

XXVIII.

EDICTUM.

a. 535/536

Quis nesciat providentiam divinam usibus nostris aliqua velle subducere, ut huma- 1
num possit animum comprobare? nam si nullum penitus indigere contingeret, locum
proinde largitas non haberet. data est provinciis in regis nostri laudem penuria:
steriles facti sunt agri, ut ubertas domini possit agnosci. minus esset acceptissimum
donum, nisi praecessisset incommodum. gaudete, provinciae, malisque vestris potius
gratiam referte, quando talem probatis animum principis, ut nullis cedat adversis.
en pietas mirabilis, quae ubique nostris repugnat incommodis. Nam cum se feritas 2
gentilis prioris temporis animasset, Aemilia et Liguria vestra, sicut vos retinere necesse

---

BZNKE(F)H(GI): hi tres om. v. 17 solidi — 21 taxatur

2 bonum] uerum *A* scanctissimos *Z* uelimus *om.* E^1 4 dominantis F^1 munificentia *N* 5 bon. stud. *N* 6 scitatem *N* 7 ticinentibus *N*, nonensibus *HG* et dentornensibus *E*, et detornensibus HI^w, et de cornensibus *G*, *om. K* 8 potiorem *N* uiginti quinque] xxii *HG* 9 nostra *A* ne] nec *NH* 10 uidetur *BZN* munus *A* habens *om. N* 11 uisum *HGI* subuenire *ZNIA* potius] tutius HG^bI^p 13 qua * propter *B* putet] imputet *B*, putauit *H*, putabit *I*, putauerit *G* nobis *HI* 14 ubi] ut *N* sed quidem *A* gerere] agere *ZN* 15 quam] quem *H* procurandum *H* 16 sanctitati *K* 17 uobis *om. HGI* obbedite *E* 18 potuerunt] *B*, potuerint *ZNKEF*, poterunt *A* arcanum *A* 19 memoratam] dictam *N* reseruetur *E* 20 rediuiuae] diuinae K^1 per] in *F* 21 taxetur *A* 25 proinde] prouide *HG* data] nata *N* prouinciis] prouiutiam *H*, per prouinciam *G* laudem] *scripsi*, laude *libri* 27 gaude K^1 28 nullus c. aduersus *H* 29 uestris *KEFH* cum se] si *K* ferocitas *EF* 30 gentibus *F* nostra *NKIA*

---

1) *cf. ep. X*, 27

est, Burgundionum incursione quateretur gereretque bellum de vicinitate furtivum,
subito praesentis imperii tamquam solis ortus fama radiavit. expugnatum se hostis sua
praesumptione congemuit, quando illum cognovit nominatae gentis esse rectorem, quem
sub militis nomine probaverat singularem. quotiens se optavit de suis finibus non
exire Burgundio, ne principe nostro pugnaret adverso, cuius licet praesentiam relevatus
3 evaserit, felicitatem tamen praecipitatus incurrit? Nam mox ut Gothi ad belli studium
genuina se fortitudine contulerunt, ita prospera concertatione caesa est rebellium manus,
quasi inde nudos, hinc stare contigisset armatos: divini aequitate iudicii. ut in ipsis
campis praedo corrueret, quos vastare praesumpsit. exulta, adversariorum cadaveribus
ornata provincia: acervum ride funerum, quem inimicorum exitio constat effectum.
nunc melius culta Liguria, cui negato fructu segetis messis provenit hostilis: nam etsi
4 tributa tua minus potuerunt accipi, triumphos in te natos feliciter optulisti. His additur
Alamannorum nuper fugata subreptio, quae in primis conatibus suis sic probatur
oppressa, ut simul adventum suum iunxisset et exitum quasi salutaris ferri execatione
purgata, quatenus et male praesumentium vindicaretur excessus et subiectorum non
omnino grassaretur interitus. possem quidem vobis dinumerare, quanta in aliis locis
hostium turba ceciderit: sed more humani animi ad vestra felicia festinantes illud nos
5 tantum dicere cupitis, quod ad vos specialiter pertinere sentitis. Redeamus ergo ad
suave principium, quando qui vos defendit a belli clade, nec inopiae patitur pericula
sustinere: nam qui perculit hostem provinciae, et famem iussit exire. o certamen toto
orbe praedicandum! contra indigentiam saevam gloriosi principis pugnat humanitas,
cuius vere castra sunt horrea referta, quae si claudere voluisset, tunc importabilis
6 intrasset inimica, sed quia magis aperuit, saevientem adversariam mox fugavit. Nescio
quae principis nostri bella mundus potius ammiretur: ego tamen dicam quod sentio.
in usum est viris fortibus feliciter egisse pugnas, sed supra humanam virtutem esse
constat vicisse penuriam. verum cum his tantis ac talibus bonis nulla potuissent
supplicum vota sufficere, adhuc et dimidiam relaxare pertulit fiscalis calculi functionem,
7 ne tristes in aliqua parte faceret, quibus tot felicia praestitisset. Ioseph legimus contra
famem funestam emendi quidem tritici dedisse licentiam, sed tale posuisse pretium,
ut suae subventionis avidus se potius venderet alimonia mercaturus. quale fuit, rogo,
tunc miseris vivere, quibus acerba subventio libertatem suam videbatur adimere: ubi

BZNKE(F)H(GI)

1 burgundiorum K^1EF iussione *A* gererentque *HGI* 2 radiauit] radiant B^1 3 illud N^a 4 probauerat] p. esse *A* 5 uestro *E* libet *H* 6 praecipitatus *om.* HG^aI *Bern.* nam] non *E* 7 genuina se] *B*, gemina se $ZNKEFHGI^wA$, geminasse I^p cancertatione *B* cessa *B* est *om.* *F* 8 nud. ind. N^a stare] constare *HGI Bern.* ut] et *B* in] tu E^1 9 pedo corruerunt *H*, praedones corruerunt G^a, praedones corruerent G^b uestare B^1 10 ornatu] orna E^1 exitio] *scripsi*, uitio *libri* 11 mensis *H*, mensus *G* hostis *HGI* 12 minus] *ZNKEFHGIA*, non *B* poterunt *H* in te] inde *HGI* hiis *KEF* 13 alamannorum] $KEFI^wA$, halammannorum *B*, alammanorum *N*, alammannorum *Z*, alemanuorum HGI^p nuper *om.* *ZN* fugato *B*, fugatio *HGI Bern.* 14 iuxisset *Z*, iunxissent *H* ferri *om.* E^1 execatione] KHG^aI^p, excecatione $BZNE^2I^w$, exercitatione E^1F, cecatione G^b 15 purgatus *N*, purgatione Z^a praesumentibus *N* 16 crassaretur E^1FI introitus E^1 possum *N* 17 uestra (nostra *N*) fel.] fel. uestr. *HGI* 19 qui uos] B^2EFH^bG, qui nos *I*, quis uos H^a, que uos B^1, quos *ZNK*, uos *A* 20 pertulit KEF^1HA, pepulit *I* 21 pugnat] ponat *N* 22 refecta EG^a quae si] quasi *H*, quando *K* 23 inimicitia *EFI* aperiit *N*, apparuit *K* aduersariam mox] aduersarium mor *Z*, aduersarium mors *N* *cum Par. 2186* 24 quae] quam *H*, quae quam F^2 nostris *H* bella mund. pot.] bella pot. mundus HG^b, bella potius in mundo G^a, pot. bella mund. *I* quod] quae *ZNI* 25 usu *HGI* est *om.* *F* fort. uir. *ZN* pugnans *N* humanam] humanitatem *KA* esse *om.* *HGI* 26 uerum] u. etiam *EF* hiis *KEFGI* bonis] hominis H^1 posuissent B^a 27 supplicium B^1H uotas B^1 28 triste *HG* iosehp *Z*, iosep EFI^p 29 licentiam] laetitiam *A* *cum Guelf. et Scal.* potuisse B^1KH 30 subuectionis *A* se] sed *H*, *om.* G^aA alimoniam NF^2GI quale] q. ergo *N* 31 ubi] unde E^2FI

non minus ingemuit liberatus quam potuit flere captivus! credo virum sanctum hac
necessitate constrictum, ut et avaro principi satisfaceret et periclitanti populo subveniret.
pace tanti patris dixerim: quanto praestantius est libertate salva frumenta vendere et
propter indigentiam tributa laxare! Gratis constat ista venalitas, quando et unde 8
ematis cessit et pretium quod vos oblectet imposuit. vendit itaque largitas publica
vicenos quinos modios, dum possessor invenire non possit ad denos. ordinem rerum
saeculi mutavit humanitas: nos iubemur vile distrahere, cum esuriens paratus sit carius
comparare. o novum praedicationis eventum! affectu damni et negotiatio provenit et
votum est vendenti magis perdere, ut quaestum comparans debeat invenire. talia pro-
fecto regem decet tractare commercia: talem convenit nundinationem exercere pietatem,
ut tunc minus adquiescat accipere, quando emptor plurima praecipitatur offerre. Libet 9
referre, qualis in vobis sit dominantis affectus, quia et primo cessit quantum sufficere
credidit et nunc iterum postulata geminavit. verecundum vobis erat aliquid sperare
post dona, cum se adhuc ad beneficia principis reservaret humanitas: non audita de-
spexit, quando ipse visa testatus est. felix illa calamitas, quae prius miserantem reperit
testem, ut post districtum iudicem non haberet. gaude igitur, assuete iam bono Ligur:
in usu tuo secunda venerunt: nam collatos tibi Aegyptios magna prosperitate vicisti:
evadis tempora necessitatis et libertatis praemia non amittis: immo illo tempore securus
es ab hoste redditus, quando et de famis periculo cognosceris esse liberatus. Adhuc 10
te praedictum ornat exemplum: adhuc est in qua parte superetur. legitur enim Ioseph
fratribus suis tantum saccis occulta pretia reddidisse. quid mirum, si natura compel-
lente proximis suis humanior visus est extitisse? hic autem cunctis large vendidit,
functionem debitam reliquit et plus iste generaliter contulit tributariis quam ille solis
visus est praestitisse germanis. breviter dicantur effusa: hinc bona sua discat uni-
versitas, quando non regibus comparantur nostra saecula, sed prophetis. sed ne diutius
beneficiorum regalium cupidos occupemus, praecepta nostra ad eos quorum interest
manasse cognoscite, ut secundum tenorem iussionis ad vos perveniat munificentia
principalis.

BZNKE(F)H(GI)

1 ingenuit *K* 2 et *om.* H^aG auaro] uaro B^a 3 frumentum *KEFA* 4 indulgentiam HG^aI laxaret B^1 5 cessat *K*, concessit *ZN* pretium] post inde HG^a uos *om.* *F* oblectaret *EFI Bern.*, oblectat *HG* imposuerit *H* uendidit *HI* 6 posset *EF* ad *om.* HG^aI 7 nos] non *EF* detrahere HG^a 8 affectum *A* damni et] *scripsi*, dampnet *B*, dampni *ZNKEFHGIA* et *om.* *HG* 9 notum *N* uendenti] deuedenti B^1, uedenti B^2, uendentis *K*, uendendi *H*, uendendendo G^a ut] quam *EF* debeat] *BHGI Bern.*, ualeat *ZNKEFA* 10 tractare] quaerere E^2I exerc. nund. *ZN* 12 in] etiam *A* nobis *ZNA* cessis *K* 13 credit *A* et nunc iterum postulata geminauit] et nunc iterum geminat postulata et tunc iterum postulata geminauit I^p, et n. i. geminat postulatum I^w, et tunc *(sp. vac.)* geminata postulauit *H*, et tunc geminatum postulauit G^b, *inc.* G^a nobis *ZNI* al. er. *N* 14 ad *om.* *K* benefica *K* 15 ipse] iste *HGI* quae *om.* *HGI* miserante *B* 16 destrictuum *B* bona ligur *HI Bern.*, bona liguria G^a 17 tuo usu *F* secunda] secunde B^a, secula $EFHG^aIA$ deuenerunt F^2, **nenerunt F^1 collatus *B* tibi egyptos B^a uixisti *K* 20 te] tē *H*, *om.* G^a iosep EFI^p 21 saxcis *K* reddisse *Z* 22 uisus] iussus *ZN* uendidit] u. et *FGI*, uendit *A* 23 quam] quod *EF*, quia *I* solus *KH* 24 est *om.* *F* praestitisse] praebere *HGI Bern.* 26 cupidos] auidos *F*

ADDITAMENTVM PRIMVM.

EPISTVLAE THEODERICIANAE VARIAE

EDIDIT TH. MOMMSEN.

I.

GELASIUS THEODERICO REGI.

a. 494 fin.

Apud magnanimitatis tua excursus constare manifestum est pro quibuslibet intervenire pontificem ministerii sui qualitate constringi. Christianae mentis vestrae pietate confisus virum spectabilem Constantium credidi vobis meis litteris intimandum, utpote qui pro quolibet homine supplicare sacerdotalis officii ratione convenior.

Ex collectione Britannica (cod. Londin. n. 8873) epp. Gelasii n. 5 (inde Ewald *Neues Archiv* vol. 5 a. 1880 p. 511; Jaffé-Loewenfeld n. 641). scriptam esse epistulam eo quem indicavimus anno Ewaldius l. c. p. 529 effecit ex ordine epistularum.

II.

TEIAE COMITI GELASIUS.

a. 495

Si conscientia secura est Eucharisti, aut solus huc ante venire non debuit, cum 1
accusator eius aegritudine teneretur, aut postea quam accusator eius huc venit, hic
potius debuit permanere, donec in praesenti accusatore suo manifestissime confutato
suam nobis innocentiam manifestissime conprobaret. nos tamen eius causa iustitiam
reservantes, quamvis intellegamus tergiversationibus eum suis audientiam declinare,
in qua fallere omnino non posset, defensorem Anastasium cum praeceptione dereximus,
ut, si se confideret posse purgari, ad nostrum properaret examen, ubi convenienter
ab accusatoris obiectionibus expeditus liber apud nos posset existere; quod si non
fecisset, sciret de conscientia sua se esse confessum. Item. quod dicis non apud me 2
Fausti debere verba proferri accusantis Eucharistum, quia ipse eum ante laudaret,
tanto magis huic credendum est, qui scelus eius ex ipsa verius potuit familiaritate
cognoscere. quod in tantum verum esse monstratur, ut ad Faustum convincendum
nullatenus venire praesumat: quod utique, si conscientiam ab obiectionibus Fausti
liberam se habere confideret, etiam nullo mandante facere debuisset. Item. dicit tua 3
nobilitas nescio quos illic parentes Fausti iam fuisse convictos. tanto magis fiduci-
alius huc Eucharistus properare debuerat, ut et Faustum sic ut proximos de mendacii
concinnatione, quod dictum est saepe, convinceret. neque enim parentes Fausti contra
Eucharistum apud nos querimoniam commoverunt, sed cum hic Faustus positus accu-
sat. non ergo ad nos pertinet, si illos convicit, qui eius apud nos non fecerant men-
tionem aut nunc etiam ad accusandum Eucharistum venire dissimulant, nisi Faustum,
qui in eius accusatione persistit, in nostra examinatione convincat. quid autem visum
fuerit nobilitati tuae, ut mihi iniuriam faceretis, ignoro, dum putatis, quia de nostro
iudicio causa deberet auferri, et ad episcopos intra provinciam positos pro Eucharisti
et sociorum voluntate transferri: quod non poterit ulla omnino ratione fieri. Item. 4
nobilitatem tuam magis ac magis commonemus, ut se ab ecclesiasticis causis et rebus

abstinere dignetur et permittas omni exagitatione cessante religionis regulam custodiri, praecipue cum te alterius communionis non dubium sit, nec personam tuam debeas rebus ad te non pertinentibus qualibet intentione miscere, ne nos conpellas, ut supra diximus, ad domnum filium meum regem haec omnia missa relatione referre, quia, cum ipse pro sua sapientia causis ecclesiasticis in nullo velit esse contrarius, iustum est, ut quicumque sub illius regno vivit. quod facit rex magnificus imitetur, ne videatur supra illius tendere voluntatem.

Ex collectione Britannica (cod. Londin. n. 8873; hanc ep. contuli ipse) epp. Gelasiin. 14 (inde extrema ed. Ewald *Neues Archiv* 5, 514, reliqua Loewenfeld epp. pontif. Rom. ineditae a. 1885 p. 5; Jaffé-Loewenfeld n. 650). de tempore epistulae dixit Ewald l. c. p. 529.

2 eukaristi *cod.* 7 non] nos *cod.* 8 exagmen *cod.* 9 possit *cod.* 10 sciret *m. 1 corr. in* scire *cod.* 11 eukaristum *cod.* laudarat *malim* 12 potui *m. 1 corr. in* potuit *cod.* 14 ob *add. m. 2 cod.* 16 ma *in* magis *superscr. m. 1 cod.* 17 eukaristus *cod.* 19 eukaristum *cod.* nos *addidit m. 1 cod.* 20 conuineit *corr. in* conuicit *cod.* nos *add. m. 1 cod.* 21 eucaristum *cod.* 24 eukaristi *cod.* 28 esse *post* communionis *ins. Ewald* 30 donnum *cod.*

III.

[GELASIUS] THEODERICO REGI. *a. 495*

Magnificentia vestra perpendit sacerdotalis me officii necessitate constringi, ut apud clementiam vestram, quam constat omnia librare sapienter, intercessor accedam.

Ex collectione Britannica (cod. Londin. n. 8873; contuli ipse) epp. Gelasii n. 16 (inde Ewald *Neues Archiv* 5 a. 1880 p. 515; Jaffé-Loewenfeld n. 652). de auctore et tempore epistulae dixit Ewald l. c. p. 507 seq. 529.

1 gelasius *om. cod.* 2 me *supra v. m. 1 cod.*

IIII.

GELASIUS HERELEUVAE REGINAE.

Qui pro victu pauperum domino filio meo excellentissimo regi cum meis litteris supplicaret, Petrum ecclesiae defensorem dirigere properavi. quo veniente sublimitatem quoque tuam salutare non destiti, plurimum deprecans, ut pro vestrae salutis et prosperitatis augmentis egentium causas iuvare dignemini. data V. k. Mar.

Servavit sylloge cardinalis Deusdedit (saec. XI exeuntis) l. 4 c. 55 (cod. Vatic. 3833 f. 105', quem contulit mihi Mau; ediderunt inde Ballerinii in epp. Leonis tom. 3 a. 1757 p. CCCIV; Mansi 8, 142; Thiel epp. pontif. 1 p. 502; Jaffé-Loewenfeld n. 683).

V.

GELASIUS ERELEUVAE. *a. 496*

Felicem et Petrum Nolanae ecclesiae clericos surripere potuisse sensibus vestrae sublimitatis admiror, ut contra divinas humanasque leges ecclesiastica privilegia respuentes suppresso nomine clericali ad iudicia publica convolarent, quando imperialibus constitutis inter huiusmodi personas quicquid sedes apostolica censuisset, decretum fuerit oportere servari, non solum domno filio meo, magnifico regi illudentes, veluti laici contra proprium praecepta regia deposcerent sacerdotem, sed etiam adhibitis barbaris sub nomine domus vestrae in eiusdem praesulis sui perniciem necemque sae-

vierint, cum iustis ex causis ante convicti, quod ecclesiasticam pecuniam reddere cogerentur, magna sit eis sui humanitate pontificis quantitas relaxata. quia ergo pervidet vestra sublimitas etiam in apostolicae sedis contumeliam eos fuisse progressos, officio meae salutationis accepto precamur, ut privilegia beati apostoli Petri, quae divinis humanisque legibus concessit antiquitas, nulla patiamini subreptione convelli.

Ex collectione Britannica (cod. Londin. n. 8873) epp. Gelasii n. 46 (inde Ewald *Neues Archiv* 5.521; Jaffé-Loewenfeld n. 721). de tempore dixit Ewald l. c. p. 529.

2 felicem] f. episcopum *cod., sed hoc voc. deletum* 6 domno *cod.* 11 uestra] nostra *cod.* sublimitas *supplet manus prima*

VI.

GELASIUS THEODERICO REGI. *a. 496*

Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse praecepit, multo magis circa reverentiam beati Petri apostoli pro suae felicitatis augmento velle servari.

Servarunt collectio Britannica (cod. Londin. n. 8873) epp. Gelasii n. 47 (cf. Ewald *Neues Archiv* 5,522) et Ivo Carnotensis decr. 4 c. 180 (in breviore forma libro secundo = Vat. 1358 f. 34'), a quo pendent Gratianus decr. 1 dist. 10 c. 12; Mansi 8, 139; Thiel epist. pontif. 1 p. 63. 489; Jaffé-Loewenfeld n. 722. de tempore dixit Ewald l. c. p. 529.

1 gelasius *Ivo, om. Lond.* thederico *Lond.*, theodorico *Ivo* 2 certi simum *Ivo (Vat.)* 3 reuerentiam] r. uestram *Ivo (Vat.)*

VII.

GELASIUS PAPA GERONTIO ET IOHANNI EPISCOPIS.

Frater et coepiscopus noster Serenus tantis est contumeliis appetitus, ut non sine nostra fuerit lacessitus iniuria, quia ad comitatum domini filii nostri regis pro immanitate facti venire compulsus est. hunc ergo omnibus decet a nobis solacii adiuvari, quia cunctis crescit, quicquid in tali causa probatur impensum.

Servavit collectio Anselmi Lucensis l. 6 c. 109 (cod. Vatic. 1363 f. 122', quem nobis contulit Mau); inde Thiel epist. pontif. 1 p. 63. 489; Bull. Romanum (Taurini 1867) epp. vol. 1 p. 307; Jaffé-Loewenfeld n. 723.

VIII.

GELASIUS QUINIGESIO ET CONSTANTINO EPISCOPIS.

Felix et Petrus ecclesiae Nolanae clerici contumaciter et contra constitutum rebelles ad comitatum filii mei regis putaverunt esse properandum dicentes sibi vim fuisse generatam tacito clericatus officio; et auctoritate promerita contra civilitatem redemptis sibi barbaris supra scriptum episcopum suum gravibus iniuriis et dispendiis affecerunt. proinde necessarium fuit, ut ad eundem dominum filium meum supra dictus frater noster Serenus episcopus convolaret ostensaque fraude secundum beatitudinem temporum suorum vir praecellentissimus filius meus Theodoricus rex ad nostrum contumaces clericos remisit examen.

Servavit sylloge cardinalis Deusdedit l. 4 c. 56 (cod. Vatic. 3833 f. 105', quem contulit mihi Mau); ediderunt inde Lucas Holstenius coll. Romana bipert. a. 1662 1, 208; Mansi vol. 8 p. 85; Bullarium Romanum ed. Taurin. epp. vol. 1 a. 1867 p. 306; Thiel epist. pontif. 1 p. 63. 490; Jaffé-Loewenfeld n. 743.

1 *post* episcopis *ins.* et caetera *Vat.* 9 *post* examen *ins.* et caetera *Vat.*

VIIII.

PRAECEPTUM REGIS THEODERICI.

a. 507 (vel 508) Mart. 11

Domitori orbis, praesuli et reparatori libertatis senatui urbis Romae Flavius Theodericus rex.

Pervenit ad nos, patres conscripti, de ecclesiae missa utilitate suggestio et nostrae mansuetudinis grata sacri coetus vestri ordinatio corda pulsavit. et licet post venerabilem synodum ad huiusmodi decreta vestri sufficiat ordinatio sola iudicii, tamen pro vestra huiusmodi praesentibus oraculis dedimus consultatione responsum, ut nulli fas sit ecclesiae cuiuslibet antistiti sub qualibet alienatione de proprietate contractus. usumfructum plane suum cui salva voluerint aequitate praestabunt. neque enim frustrari [debet] sola pontificis voluntate vel cleri peregrinis debita omnibus vel statui ecclesiae res delata. quid enim tam profanum est quam ut in hac largientis parte violetur arbitrium, dum quod ad ecclesiam quisque voluit pertinere, privatae sibi vindicent pro usufructu rei personae contractum. ergo si quis scelestis ausibus interdicta praesumpserit et ultra usumfructum rem tenere cupit episcopo vel clero largiente, alienata res protinus cum fructibus a venerando praesule vindicentur. et cetera.

Data V idus Martias Ravenna Venantio v. c. consule.

Habent tres libri Coloniensis n. 212 saec. VII nobis *K*, Vaticanus Palatinus n. 574 saec. IX nobis *P* (vide de his quae infra p. 398 dicta sunt), Murbacensis deperditus, nobis *M*. ediderunt Lucas Holstenius collectio Romana bipertita (1662) p. 212 (inde Mansi vol. 8 p. 345; Thiel epist. pontif. I p. 695) omnino ex libro Palatino; Martène et Durand thesaurus anecdotorum I (1717) p. 1 ex Murbacensi; Pertz MG. LL 5 p. 169 ex Coloniensi et Palatino, quos duos ego quoque iussi conferri.

Praemittunt incipit praeceptum immo (imo *K*) lex data *(om. VM)* a (ad *K*) gloriosissimo (glorissimo *V*) rege theoderico (theuderico *M*, theudoricho *K*) contra illos sacerdotes qui substantiam (-tia *K*) ecclesiae iure directo aut uindere (uindire *K*) aut donare praesumunt *VK*: *capitum numeros adscribunt* XXXVIIII *V*, LI *K*.

2 domituri *VM*, doturi *K*, dominae *Haupt non recte* urbis *K* pr(a)esoli *VKM* 3 theudoricus *K* 4 patris *K* 5 mausuetudines *V*, mansuitudinis *K* grata] *VM*, gratia *K* 7 consolatione *VM* 8 cuslebit V^1, cuiuslebit V^2 antistiti] K^a *(?)*, antestiti K^b, antesteti *VM* qualebit *V* 9 uoluerit *VM* 10 debet] *M ex supplemento. om. VK* pontifices *K* debitu *K* 11 est *om. VM* largientes *VK* 12 ad *om.* V^1 uoluerit *K* 13 usufructu rei] *scripsi,* usufructuariae *VKM* scelestis] ex caelestis *K* 14 rem tenere] *scripsi,* retenere *K*, retinere *VM* copit *K* 15 a *om.* V^1 praesole *K* uindecetur *V* 16 rauennae *V* nuc *K* consol *V* *uter intellegatur ex Venantiis duobus, consul a. 507 an alter a. 508, parum constat; neque enim sufficit ad distinguendum priorem a posteriore, quod nomen nudum procedit (cfr. Rossi inscr. chr. 1 p. 421).*

ADDITAMENTVM SECVNDVM

ACTA SYNHODORVM HABITARVM ROMAE

A. CCCCXCVIIII. DI. DII

EDIDIT TH. MOMMSEN.

EXPLICATIO NOTARUM.

A Vaticanus reginae 1997 saec. VIII.
B Berolinensis Phillippsii n. 1743 saec. VIII.
C Ambrosianus S. 33 sup. saec. IX.
D Vaticanus 1342 saec. IX
E Vaticanus 5845 saec. VIII.
F Monacensis 5508 saec. IX.
G Parisinus 11710 a. 805.
H Parisinus 8921 saec. VIII.
K Coloniensis n. 212 saec. VII.
M Romanus Vallicellianus A. 5 saec. IX/X.
T Parisinus 1564 saec. IX.
V Vaticanus Palatinus n. 574 saec. IX.

Synhodorum trium habitarum in urbe Roma sub rege Theoderico a. 499. 501. 502 una cum actis regiis secundae earum praemissis quoniam placuit epistulis Cassiodori regiis praefectoriisque adiungere, agendum est de libris scriptis, per quos ad nos pervenerunt. agi posse de iis debetur Maasseno: nam is libro edito de litteratura iuris canonici (*Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts* vol. I a. 1870) iustae recensionis viam aperuit et fundamenta posuit.

Descendere codices quos habemus ex eodem exemplari aetate ab archetypo proxime distanti, sed tamen nequaquam a mendis immuni ostendunt aliquot loci in codicibus omnibus pari modo corrupti aut hiantes:

p. 412 *presb.* 31 tituli Romanus *libri boni omnes*

p. 446, 3 *post* commento *quaedam exciderunt*

p. 449, 12 salutaris *excerpta* (*KV*), saluatoris *libri pleni omnes*

p. 449, 18 modos *E*, modo *A*, *uerum* domos *deteriores ex coniectura ut videtur*

p. 452 *ep.* 14 Tarraconensis *similiterre libri optimi*, Tarricinensis *deteriores ex emendatione puto.*

Capita quoque synhodi a. 502, ut adnotavi ad p. 444, eadem fere sunt in libris praeterea familiae diversae.

Sed ab archetypo communi mature sumpta sunt exemplaria duo, quorum utrumque propaginem reliquit; familiam ducit in altero syllogae quae hodie dici solet Teatinae liber primarius Vaticanus reginae n. 1997, nobis A, in altero liber syllogae Dionysianae auctae Vaticanus n. 5845, nobis E. videamus primum de illo libro iisque qui ex similibus pendent.

Sylloge Teatina[1]) cum inter complures epistulas scriptas ab imperatoribus pontificibusve vel ad eos nullam habeat posteriorem anno 506, habeat item laterculum pontificum Romanorum[2]) desinentem in morte Hormisdae, verisimile est compilatam esse in Italia sub successore Hormisdae Iohanne I. a. 523—526 regnante etiam tunc Theoderico. integram ut videtur servavit codex Vaticanus reginae n. 1997[3]). saec. VIII (secundum alios IX X) scriptus a Sigiperto quodam praecipiente Ingilramno, quem fuisse episcopum Teatinum certa indicia produnt[4]). trium synhodorum urbanarum decreta, quae inter alia multa apud Maassenum recensita ea continentur, leguntur ibi continuo scripta, nisi quod interponitur inter primam et secundam pontificum Romanorum index, neque dubia est horum omnium origo communis. incipiunt acta a. 499, quibus adhaeret libellus Iohannis diaconi datus ad papam Symmachum a. 506 Sept. 18 a concilio illo omnino alienus, sed adiunctus ei propterea, quod inter subscriptores actorum eorum idem Iohannes (p. 415 fin.) postremus est. sequuntur post

1) Maassen l. c. p. 526 seq. De indole corporis quamquam in universum recte iam Ballerinii indicaverunt, quod ii posuerunt compilatum id esse inter a. 499 et 502 propterea, quod laterculus pontificalis ibi exhibetur medius inter horum annorum synhodos, recte Maassenus reiecit: nam in sylloge compilanda temporis nulla ratio habita est. 2) Edidit eum Duchesne lib. pontif. 1 p. 18 cf. p. XV. 3) Contulit librum meo iussu Iohannes Tschindel. 4) Thiel epist. Rom. pontif. 1 p. 697: Maassen l. c. p. 375.

laterculum decreta a. 502. haec excipiunt temporis ordine insuper habito acta a. 501 eaque reliquis pleniora: nam praecedunt episcoporum decreta epistulae quaedam regiae aliaque ad concilium illud pertinentia instrumenta omnino disposita ita ab homine rerum perito et aequali. codex ipse barbarismos multos habet ab archetypo sine dubio alienos, sed scriptus est non indiligenter et ab interpolatione immunis. eadem documenta eodemque ordine, nisi ubi librarii eum pessum dederunt, redeunt in codicibus tribus aliis, qui sunt hi:

B 1. Remensis origine[1], deinde Claromontanus n. 380, postea Meermannianus n. 576, mox Phillippsii n. 1743, iam Berolinensis, saeculi VIII. trium conciliorum acta in hoc libro divulsa sunt. scilicet a. 501 adsunt f. 85 seq., annorum 499 et 502 f. 246—255 et interpositis alienis f. 265—267. ad concilium a. 501 adnotarunt manus duae posteriores: *hec synodus non est kathol*, item: *hec epistola in receptiorem codicem non abetur.*

F 2. Monacensis n. 5508 sive Diessensis n. 8 saec. IX[2]. mutilato libro deficit actorum a. 499 pars prima ad verba p. 405, 7 *ut decreta.*

T 3. Pithoeanus olim, hodie Parisinus Lat. n. 1564 saec. IX[3].

Tria haec conciliorum corpora urbana ea de quibus agimus ex Teatino videntur adscivisse, a quo tempore non multum recedunt. Berolinense exemplar, in quo quae continentur perveniunt ad a. 614, laterculum pontificum habet[4] Teatino simillimum, scilicet in quo post Hormisdam, ad quem tempora adscripta sunt, sequantur nomina Iohannis et Felicis annis et mensibus non expletis. Diessense absolutum est post a. 626, Pithoeanum post a. 580. Diessensis voluminis compilatorem usum esse Teatina sylloge inde efficitur, quod instrumenta alia originis Italicae, ut edicta imp. Glycerii et Himilconis praefecti praetorio, item gesta de nomine Acacii ad nos non pervenerunt nisi per duos hos libros Teatinum et Diessensem[5]. Pithoeana sane sylloge cum Diessensi communia praeter vulgaria non habet nisi solum commonitorium episcoporum Lupi et Euphronii[6] neque Berolinensi quod sciam peculiaris affinitas est cum Teatina: sed tres hi libri tam arto vinculo coniuncti sunt, ut si Diessensem qui scripsit Teatinum corpus adhibuit, dubium non sit id ad Berolinensem quoque et Pithoeanum pari ratione pervenire. denique res ipsa loquitur; nam et in delectu consensus et corruptelae sescentae communem horum librorum originem et artam cum Teatino corpore conexionem demonstrant. utilitatem prae Teatino hi libri habent non magnam, sed aliquam. barbare scripti sunt omnes multo magis quam Teatinus; optimus eorum Berolinensis est, pessimus Monacensis, quippe qui non solum foedam interpolationem subierit, sed etiam a secunda manu emendatus vel potius corruptus sit adhibito exemplari aliquo corporis Dionysiani Hadriani. attamen cum Teatino libro plerumque cedant, quibusdam locis eum emendant vel adeo explent, ut p. 401 trium primorum presbyterorum nomina soli servarunt, item p. 446, 21 suppeditant verba quaedam in Teatino omissa. laterculos quoque, a quibus incipit synhodus a. 502, libri *BFT* ita exhibent, ut eorum archetypum appareat scriptum fuisse non continuo, ut scriptus est liber *A*, sed nominibus per duas paginas iuxta positas distributis, quam formam fuisse archetypi communis in adnotatione (p. 439) demonstratum est.

Alter ordo codicum pertinet ad corpus canonum Dionysianum. Dionysius ipse quamquam fieri potest, ut canonum collectionem post synhodos has habitas ediderit[7], earum nequaquam oecumenicarum acta non recepit. sed inter auctaria ante Hadriani papae tempora ei adiecta acta haec comparent in codicibus duobus his:

1) Maassen l. c. p. 638; Waitz *Neues Archiv* 4, 587. ipse contuli. 2) Maassen l. c. p. 624. contulit librum rogatu meo Ludovicus Traube Monacensis. 3) Maassen l. c. p. 604. contuli ipse; recognovit mea causa P. F. Girard professor Parisinus. 4) Edidit cum Duchesne lib. pontif. I p. 20 cf. p. XV. 5) Maassen l. c. p. 631 cf. p. 332. 397. 6) Maassen l. c. p. 373. 7) Disputavit de tempore editionum eius duarum Maassen l. c. p. 431.

1. Vaticanus n. 5845 saec. VIII [1]). *E*
2. Bobiensis olim, iam Ambrosianus S. 33 sup. saec. IX [2]) codex praecedenti ut simillimus est, ita ex eo non est descriptus; nam inter alia hiatus p. 449, 11 in solo codice E comparet, non in *C*. sed longe illo inferiorem esse et alii multi loci ostendunt et laterculi a. 501 extr. et a. 502 init. in hoc libro plane pessumdati. praeterea liber passim monstrat spatia vacua a primo scriptore relicta et deinde ab emendatore expleta; idem passim textum mutavit ad codicem corporis Dionysiani Hadriani [3]). *C*

Duos hos libros non pendere ex corpore Teatino demonstrant et delectus diversus et ordinatio ab eo recedens et lectionum proprietas. scilicet ad delectum quod attinet, qui haec compilavit non solum abiecit acta a. 501 praeter ipsa episcoporum decreta, sed admisit quoque concilia alia duo urbana a. 465 et 487 [4]) in Teatinum corpus non recepta itaque adhibuit fortasse corpus aliquod conciliorum urbanorum. ordo quoque conciliorum trium diversus est: nam cum apud Teatinum post a. 499 et 502 sequatur 501, hic post a. 501 et 502 sequitur 499. eodem ducunt lectiones inter se collatae. acta in hoc ordine codicum exhibentur breviata. scilicet in actis a. 499 abiectus est laterculus eorum qui concilio interfuerunt, a quo in Teatino libro similibusque ordiuntur, et subscriptiones praeter primas ita decurtatae sunt, ut pro plena formula, quae est *Constantinus episcopus ecclesiae Capuanae subscripsi* succedat brevior *Constantinus Capuanus,* unde factum est, ut non raro in ethnicis genetivus nominativi locum usurpet, *Aquinatis* ponatur ubi poni debuit *Aquinas* et sic deinceps. sed brevior haec actorum forma compluribus locis pleniorem lectionis puritate vincit. subscripsi exempla quaedam selecta fere ex laterculis, cum quae ad ordinem verborum pertinenti melius ex lectione continua intellegantur.

p. 406 ep. 13 ferentini novi *EB,* ferentini *A,* ferentinae *TF. oppidum id* novum *tituli quidam appellant* (C. I. L. X p. 572), *apud auctores id additamentum praeterea nusquam reperitur.*

p. 435 ep. 46 siluinus *EC,* siluanus *reliqui fere: illud verum esse ostendunt acta a. 502.*

p. 449, 13 alienatione *E cum excerptis* (*KV*), alienatione vel commutatione *libri reliqui.*

p. 452 ep. 19 suessañ *C,* suasenensis *E,* uessanae *A similique corruptela reliqui omnes.*

p. 453 ep. 35 albanensis *E,* albin- *uel* alben- *plerique.*

p. 454 ep. 53 buxentinus *E,* auxentinensis *C,* bursentin- *vel* barsitan- *A et reliqui.*

p. 454 ep. 55 lunensis *E,* dunens- *vel* donens- *reliqui, in his C.*

Itaque in crisi horum actorum magnum pondus habet codex *E* poterimusque ibi quoque eum sequi, ubi contra reliquos stat cum *C* vel adeo solus. sed tamen cave caece fidem ei habeas; adsunt hic illic interpolationes:

p. 407 ep. 28 arniensis *ABT,* narniensis *E,* narriensis *C*

p. 408 ep. 40 pitinatium *A,* peltinatium *EC.*

Ad hos duos codicum ordines accedit tertius contaminatorum et interpolatorum sive, quod idem est, exemplarium corporis Dionysiani Hadriani quod dicunt, nimirum

1) Maassen l. c. p. 427. 450. contulit mihi Tschindel. 2) Maassen l. c. p. 471; Reifferscheid bibl. patr. Lat. Ital. 1 p. 26. contulit mihi Gerhardus Ficker. 3) Ita p. 445, 1, ubi boni libri habent *in mausoleo,* interpolati *in unum,* qui hunc librum emendavit utrumque coniunxit *in unum in mausileo.* uno loco p. 454, ep. 55 corruptum *donensis* codici *C* a manu prima adeo commune est cum reliquis contra lectionem *E* quae est *lunensis.* sed haec rara sunt neque sufficiunt ad librum de loco suo deiciendum. 4) Maassen l. c. p. 274. 278.

corporis canonum formati ex Dionysiano receptis quae ad id accesserant auctariis novisque praeterea additamentis et a papa Hadriano a. 774 Karolo magno oblati, cuius generis adhibiti sunt libri hi:

H Parisinus n. 8921 (= suppl. Lat. n. 331) saec. VIII [1]).

G Parisinus n. 11710 (= Sangermanensis n. 367) scriptus a. 805 [2]).

D Vaticanus n. 1342 saec. IX [3]).

M Romanus Vallicellianus A 5 saec. IX/X [4]).

Syllogen hanc qui ordinavit, adhibuerit necesse est non solum corpus Dionysianum cum auctariis iis, quae exhibent libri *EC*, sed item ex genere corporum *ABFT* aliquod exemplar: nam utriusque ordinis indicia in libris Dionysianis Hadrianis inveniuntur. in dispositione illum ordinem (a. 499. 502. 501), quippe secutus est, sed breviationem retinuit ordinis posterioris abiectis instrumentis actorum a. 501, quippe quae ad decreta episcopalia non pertinerent et compendiatis subscriptionibus. ordinem retinuit corporis Teatini in laterculo p. 405 seq. neglecto eo quem proponunt libri *EC*. argumenta capitum, quae adscripta sunt ad acta synhodi a. 502 in libris *EC*, iisdem verbis redeunt in libris huius ordinis compluribus. lectiones quoque horum librorum modo ad priorem, modo ad posteriorem ordinem sese applicant et contaminationem tam aperte prae se ferunt, ut de ea exponere supervacaneum sit: quid quod interdum etiam leves mendae alterius utrius generis in hosce libros transierunt, ut *bellatore* p. 410 ep. 66 et in *A* est et in *GH*. is a quo recensio haec proficiscitur etsi adhibuit sine dubio codices antiquiores tam nostro *A* quam nostro *E*, nihilominus quae sint et propria ei et utilia nulla habet: vix enim adlegari possunt talia:

p. 406 ep. 10 trium tabernarum *meliores*, trium tabernis *Hadriani, quod ipsum vel* tribus tabernis *in archetypo fuisse potest.*

e contrario non desunt contaminatis his proprii errores et interpolationes:

p. 445, 1 in mausoleo *meliores*, in unum *contaminati.*

p. 446, 23 nec loci . . . dixit *om. contaminati.*

Haec exponenda fuerunt de codicibus actorum horum plenis. praeterea ex tertiae synhodi actis excerpta quaedam habent libri duo Coloniensis n. 212 saec. VII (Maassen l. c. p. 576) et Vaticanus Palatinus, antea Lauriacensis n. 574 saec. IX (Maassen l. c. p. 585). scilicet post verba haec: *Quia etiam et ea quae infra scripta sunt omnibus ecclesiis satis* (-tes *K*) *necessaria esse novimus, ideo iustum et rationabile nobis visum est, ut illa supra scriptis titulis canonum iungerimus* quae habet Coloniensis, absunt a Palatino. sub praescriptione utrique libro communi: *ex constituto synodali aposthólicae sedis* (sedes *K*) *inter cetera ad locum* leguntur haec: p. 449, 10 *his ergo perpensis* . . . 16 *accepta tueatur.* post verba *et paulo* (pauli *V*) *post* sequitur 450, 5 *quicumque* . . . 451, 4 *dispergit.* praeceptum, quod Theodericus a. 507 Mart. 11 ad senatum dedit, cum his actorum excerptis servatum et supra p. 392 a nobis expressum in Coloniensi praecedit praecedebatque in Murbacensi deperdito, sequitur in Palatino. descendunt excerpta haec ex codice diverso a nostrorum communi archetypo eoque aliquantum meliore.

---

1) Maassen l. c. p. 441. codex in actis his integer est, bibliopega folia transposuit ita ordinanda 132—139. 131. 125—130. 140. contuli ipse. 2) Maassen l. c. p. 441. plura deficiunt indicata in adnotatione. contuli ipse, recognovit maiore ex parte Girard. 3) Maassen l. c. p. 512. contulit meo iussu Tschindel. 4) Maassen l. c. p. 442. contulit meo iussu Tschindel.

I. ACTA SYNHODI A. CCCCXCVIIII.

P. c. Paulini v̄. c̄. sub die kal. Martiarum in basilica beati Petri apostoli resi- 499 Mart. 1.
dente viro venerabili papa Symmacho una cum

1. Rustico Menturnensi
   rusticu *B*
   menturensi *A*, meturnensi *T*, minturninsim *B*
2. Bonifatio Veliterno
   bonifacio *A*, bonefacio *T*, bonefacio bonfacio *(sic)* *B*ª
   uelacterno *B*
3. Miseno Cumano
   mesino *A*, misseno *B*
   cumanu *A*, cumanno *B*
4. Rufino Canusino
   rofino *B*
   canusinu *A*, canosino *BT*

ABT(hi tres plene)ECHGDM(hi sex non habent nisi prima verba ad papa Symmacho*)*

praemittunt incipiunt canones (canonis *B*) summachi (simmachi *B*) pape temporibus (tempore *B*) teudori (theud *B*) regis *BT*, incp decreta pp symachi num. V suggestio fulgentis archidiac eclae rom de congregata synd ex praecepto pp symachi *C(marg.)D*, synodus in qua constitutum est ut uiuo papa de episcopatu (episcatu *E*) romano nullus loqui praesumat *EC*

1 pc̄ *CGH*, post consulatum (consolatum *D*) *AEDM*, *om. B*   pauliani *B*, paulino *T*   uc *BTGH*, aug *A*, uiri clarissimi *ECDM*   sub *om. GHDM*   matiarum *E*, martirum *T*   baselica *G*   beati *om. E*   residente *A*, resedente *BT*, synodo praesidente (-ti *GHM*) *ECGHDM*   2 uiro] *A*, uero *B*, *om. reliqui*   uenerabile *AB*, uenerabilae *T*, beatissimo *ECGHDM*   unam *B*

Laterculos sic ordinat A: habent item BT, et T scilicet ordine nominum turbato sic: 1 *(nomen et locus ut postea in numeris nudis).* 2. 34 (*loc.*). 3. 35. 4. 12 (*loc.*) 36 (*nom.*). 5. 26. 6. 27. 7. 28. 8. 29. 9. 30. 10. 31. 32. 33. 31 (*n.*). 11. 12 (*n.*) 36 (*loc.*). 13 (*n.*) 25 (*loc.*). 14 (*n.*) 50 (*loc.*). 15 (*n.*) 51 (*loc.*). 16 (*n.*) 52 (*loc.*). 17 (*n.*) 53 (*loc.*). 18 (*n.*) 54 (*loc.*). 19 (*n.*) 55 (*loc.*). 20 (*n.*) 56 (*loc.*). 21 (*n.*) 57 (*loc.*); *deficiunt igitur loci ex* 13—21, *integri* 22. 23. 24, *episcopus ex* 25, *integri* 37—49, *episcopi ex* 50—57, *integri* 58—65. *B etiam magis ordines turbavit, ita ut de presbyteris et diaconis restituendis desperandum sit; episcopi ita se excipiunt: f.* 246 *r.* 1 *n(omen) l(ocus)* — *f.* 246' *ordine primo* 2 *n.* 3 *n.* 4 *n.* 5 *n.* 6 *n.* 7 *n.* 8 *n.* 9 *n.* 10 *n.* 2 *l.* 3 *l.* 16 *n.* 18 *n.* 20 *n.* 22 *n.* 40 *l.* 44 *l.* (fulgenti *interponitur).* 23 *n.* 24 *n.* 25 *n.* 50 *n.* 51 *n.* 52 *n.* 53 *n.* 54 *n.* — *ordine secundo* 10 *l.* 34 *l.* 35 *n.* 12 *l.* 26 *n.* 27 *n.* 28 *n.* 29 *n.* 30 *n.* 31 *n.* 35 *l.* 52 *l.* 54 *l.* 56 *l.* 58 *l.* 41 *l.* 45 *l.* 19 *l.* 19 *l.* 20 *l.* 21 *l.* 22 *l.* 23 *l.* 24 *l.* 38 *n.* 39 *n.* — *ordine tertio* 4 *l.* 5 *l.* 6 *l.* 7 *l.* 8 *l.* 9 *l.* 31 *l.* 32 *n.* 31 *n.* 12 *n.* 19 *n.* *(spatium vacat, deinde presbyteri tres* iohanni ualentino seuero*)* — *ordine quarto* 36 *n.* 26 *l.* 27 *l.* 28 *l.* 29 *l.* 30 *l.* *(versus vacat)* 32 *l.* 11 *n. l.* 36 *l.* 50 *l.* *(spatium vacat)* 63 *l.* 64 *l.* 65 *l.* — *f.* 247 *r. ordine primo* 55 *n.* 57 *n.* 58 *n.* 59 *n.* 13 *l.* 14 *l.* 15 *l.* 16 *l.* 17 *l.* 18 *l.* 33 *n.* 13 *n.* 15 *n.* 17 *n.* 19 *n.* *(iteratur).* 21 *n.* 23 *n.* *(iteratur)* 42 *l.* 46 *l.* *(presbyteri* austerio simaragdo sabastiano martino epyfanio andrea seruodei*)* — *ordine secundo* 40 *n.* 41 *n.* 42 *n.* 43 *n.* 44 *n.* 45 *n.* 46 *n.* 47 *n.* 48 *n.* 49 *n.* 33 *l.* 25 *l.* 51 *l.* 53 *l.* 55 *l.* 57 *l.* 59 *l.* 43 *l.* 47 *l.* *(presbyteri* septemino cypriano epifanio bonefacio*)* 60 *n.* 62 *n.* 63 *n.* — *ordine tertio presbyteri et diaconi* iuliano stephano crescentione agapio agatone sabastiano ualentino anastasio genesio thimotheo uincemalo laurencio maiximo abundancio astantibus quoque fulgencio cibriano cetonato abundantio dionisio acapito redempto iohanne marco anastasio marcello iuuino — *ordine quarto* 66 *l.*, *deinde presbyteri* marcellino domnino litorio epifanio paulino adeodato dominico petro uicturino paulino iuliano uincimalo stefano pro terinsi iohanne agillo arcortio benedicto helaro eutici uenantio tertulio laurencio petro — *f.* 247' *ordine primo post presbyteros* opilione petro romano eppolito 38 *l.* 39 *l.* — *ordine secundo* 64 *n.* 65 *n.* 66 *n.* 60 *l.* 61 *l.* 62 *l.* — *ordine tertio presbyteri* genuario pascasio gurdiano petro urbico paulino proiectio — *ordine quarto presbyteri* sorano marciano maxentio iustino redimpto ualento: *sequitur subscriptio (v. p. 401)* subscripserunt nomer̄ lxu et pape prbsi nomer̄ lxxiii diaconi uii. *deinde pergitur:* residentibus etiam, *sequitur* fulgentius *cet.* — *Deficiunt in B ex episcopis tantummodo* 37 *n. l.* 48 *l.* 56 *n.* 61 *n.*

5. Cresconio Tudertino
crisconio *BT*

6. Basilio Tollentinati
tollentinati *T*, tullentinat *B*

7. Decio Trium Tabernarum
decium *A*
tabuarum *A*, tabenerium *T*

8. Innocentio Mevaniae
innecencio *B*
miuaniae *A*, mefaniae *B*

9. Valentino Amiternino
anternino *BT*

10. Basso Ferentiniensi
ferintiniensi *A*, forentiniensi *T*, feretinieusi *B*

11. Vitali Fanestri
uitale *B*
fenestra *BT*

12. Vitaliano Rosellano

13. Maximo Blerano
maiximo *B*
lerano *B*

14. Constantino Capnano

15. Benigno Aquaevivensi
anonymum Valesianum c. 66: *(Theodericus) ingressus urbem venit ad senatum et ad Palmam populum adlocutus* et apud Cassiodorum var. 4, 30: *Curvae porticus, quae iuxta domum Palmatam posita forum . . . includit* et in actis sancti Fulgentii (acta SS. Ian. vol. 1 p. 37 c. 13, 28): *contigit ut beatus Fulgentius . . . . . in loco qui Palma aurea dicitur . . . Theodorico rege contionem faciente Romanae curiae nobilitatem decus ordinemque distructis decoratum gradibus aspectaret et favores liberi populi castis audiens auribus qualis esset huius saeculi gloriosa pompa cognosceret*, sive a porticu beati Petri quae appellatur *ad Palmata*, ubi ab Honorio basilicam sancti Apollinaris factam esse in vita illius c. 3 narrat auctor libri pontificalis (cf. de Rossi inscr. christ. vol. 2 p. 322). — Synhodi huius acta adlegat Alcimus Avitus in epistula 34 (31) tempore non multum posteriore scripta *Fausto et Symmacho senatoribus urbis* his verbis: *perlata est sollicitudini nostrae ab Italiae exemplaribus sacerdotalis forma decreti, quam de papa Symmacho apud urbem collecti Italiae antistites ediderunt. quam constitutionem licet observabilem numerari reverendique concilii reddat adsensus, intellegimus tamen sanctum Symmachum papam, si saeculo primum fuerat accusatus, consacerdotum horum solacium potius adsciscere quam recipere debuisse iudicium, quia sicut subditos nos esse terrenis potestatibus iubet arbiter caeli . . . . ita non facile datur intellegi, qua vel ratione vel lege ab inferioribus eminentior iudicetur. nam cum celebri praecepto* [Timoth. 1, 5, 19] *apostolus clamet accusationem vel in presbyterum recipi non debere, quid in principatum generalis ecclesiae criminationibus licere censendum est? quod synhodus ipsa venerabilis laudabili constitutione prospiciens causam, quam (quod salva eius reverentia dictum sit) paene temere susceperat inquirendam, divino tutius servavit examini, perstringens tamen, prout breviter potuit, nihil vel sibi vel gloriosissimo viro Theoderico regi de his, quae papae dicebantur obiecta, patuisse.* ad easdem controversias spectat Ennodii libellus (op. 2 Vogel) *adversus eos qui contra synodum scribere praesumpserint*, quo respondet auctor emisso ab adversario Symmachi *adversus synhodum absolutionis incongruae* (c. 7). apud eum quae adlegantur ex actis synhodi vel potius ex libello eo, contra quem Ennodius declamat, in adnotatione attuli, quamquam ad acta haec recte tractanda tam ipse libellus adsumendus est quam acta pontificum partis utriusque.

1. PRAECEPTIO REGIS III MISSA AD SYNHODUM PER GERMANUM ET CAROSUM EPISCOPOS. 1

Dominis sanctis et venerabilibus patribus Laurentio, Marcelliano et Petro et cunctis episcopis in urbe residentibus Theodericus rex. 501 Aug. 8.

Vos quidem rem fecistis proposito congruentem nos potius de reditu vestro secundo consulere quam indictum concilium alienae facultatis imitatione deserere, ne discedentibus universis sub manifesta deserti dispositione iudicii maior urbem regiam seditiosis motibus turba concuteret. sed non optavimus commissum sanctae congregationis examini sub hac protrahi dilatione negotium, nec universitatis animos gravius praeiudicio pendere suspensos, quia nec tranquillitati urbis definitionis mora nec sacerdotali proposito sententia potest convenire discordiae. Moleste igitur accepta 2
confusione, quae nata est, ceterorumque discessu, quia propter turbam, quae aut casu [aut] vitio aliquorum contigit, interrupta quae coeperunt reliquere iudicia [1]), qui tamen, si quid deceret potius cogitassent, exemplo vestro in urbe residerent expectantes de his quae illic facta de nostra providentia ordinari remedium, cum in multas vias se cogitatio nostra dispergeret. ad hunc se tramitem consilii cura convertit, ut rursum ad kalendarum Septembrium diem eundem censeremus sacerdotum numerum convenire, qui dudum fuerat convocatus. ergo ingravanter sanctitatem vestram reliquorum praesentiam convenit opperiri, ut compresso tumultu et dissensione summota quae ab

ABFT

1. 2 incpt prec reg iii missa ad synhodum *(quae praecedunt om. BT)* preceptio quae missa est per g. et e. episcopos (episci *T*) *ABFT* 3 domnis *T* laurenci *T* marc.] et marc. *F* 4 orbe *F* resedentibus B^1FT theodericus] *B*, theudericus *A*, theodiricus *F*, theudoricus *T* 5 rem] *BT*, *om. AF* de reditu] de redito B^1, directo *T* secundo] *edd.*, secunda *libri* 6 consolere B^1 indicto *B* consilium *BFT* alienae] a bene *T*, a bona *F* (a)emitatione *ABT*, emitaue *T* disserere AB^1FT 7 discendentibus *T* manefesta B^1 orbem B^1F 8 motibus] *F*, mutebus B^1T, motus *A* concuterit B^1FT, concutere *A* sed non] se dominum B^1 obtauimus *A*, obtabimus *T* commissae *B*, commisisse *T* 9 examini] *A*, examines B^1, examinis B^2, examinationis *FT* negutium *T*, negucium B^1 uniuersitas *BFT* animum grauius praeiudicia pendere (pandere *BFT*) suspensus (-sum *FT*) *libri* 10 quia] qua *F*, quam *B* tranquillitatis *A* moram *F* 11 sententiae *F* 12 confussione *B* ceterumque discessum *BFT* aut uitio] *F*, uitio *ABT* 13 alicorum *B* contegit *BT*, contingit *F* interrupta quae] *scripsi*, interruta qua *A*, iterata qua B^bT, iterataque *F*, *inc.* B^a relinquere *libri* 14 quid deceret] *A*, quid *(om. T)* dixerit BF^1T, quid dixerint F^2 putius cogitassint *B* residere *A*, resedere *BFT* spectantes *B* 15 quae] qui *A* de nostra prouidentiae *A*, de nostrae prouidentiae *FT*, denae prouidentiae *B* ordinare *libri* in *om. T* se *om. BFT* 16 dispergerit *T*, dispergirit *B* ad hunc se] adhuc si *T* tramidem *F* conuertit] constituerit *F* ad] a *B* 17 die *B* cinserimus *T* numero *B* 18 ingrauante *F*, ingrabantis *T*, ingrauatis *B* uestram *om. T* praesentia *libri* 19 operire *BFT* cumpraesso *B*, cumpraeso *T*, conpraessu *A* tumultum *B*, tumulto *T* submota *B*

1) *Ennodius in libello pro synhodo c.* 10 *ex eo quem refutat citatis his:* non omnes sacerdotes regis ad concilium accivit auctoritas nec omnes in indicatione senserunt (*scr.* consenserunt) *ita pergit:* nolo dicere, in quo fuerint voto, in qua deliberatione discedentes, quibus taedium illa peperit expectatio, cum viderent venerabilem papam longas invite (in uita *libri*) contra fas suum indutias accepisse.

3 omnibus coepta est ab omnibus causa peragatur. Nam Ravennam, quemadmodum speratis, non putavimus revocandum esse concilium, dum aliorum labore, aliorum permovemur aetate, parati ut, nisi secundo conventu causae finem iudicium synhodale posuerit, iuxta desiderium vestrum, quo nos poscitis esse praesentes, occupationibus nostris Romae quietis amori postpositis, nos potius Romam deo auctore veniamus, ut praesentibus saltim nobis citra confusionem atque discordiam secundum dei timorem tanta causa terminum sortiatur, ut non diutius urbs regia turbarum tempestate fatigetur, sed vestri aequitate iudicii redeat ad quietem. ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestrae aestimare providentiae, si commodum est aut sub nostrorum temporum tranquillitate tolerandum, soluto sine aliqua definitione concilio sub incerto ecclesiam suam hoc certamine Romanam perdere civitatem.

Et alia manu:

Orate pro nobis, domini ac venerabiles patres.

Dat sub die VI id Aug. reg. supra dicto feliciter Rufio Magno Fausto Avieno v. c. cons.

Reg relt senatus vel Marcellini epsc cum ceteris.

501 Aug. 27. 4 2. PRAECEPTIO REGIS IIII MISSA AD SYNHODUM.

Fl. Theodericus rex universis episcopis ad synhodum convocatis.

Romanae ecclesiae paci episcopo Symmacho criminosis propositionibus inpetito
sub ea quam cernitis confusione turbatae quo magis potuit providentia nostra consulere,
quam ut iuxta petitionem senatus et cleri ad congregandos ex diversis provinciis
causam revocaret antistites et de religiosae actione personae sanctum faceret iudicare
concilium? in oculis sunt dudum ad universam synhodum destinata, et conscientiae
nostrae adstipulantur, oracula, quibus solius integritatis affectu hoc ius pontificibus commisimus evocatis, ut sub synhodalis aequitate sententiae aut propter innocentiam ab-
5 solutione gauderet aut propter obiecta convictus reatui subiaceret. Post huiusmodi
constituta quis finem tanto dandum dubitaret esse negotio? quis de tam numeroso

ABFT

1 coepta (cepta *B*, certa *T*) est ab omnibus *om. A* causam pergaturum *B* 2 putabimus *A*, potauimus *BT* reuocandum] reuocari dum *A* laborem *ABT* permoueamur *B* 3 aetati *T* secundum *BFT* conuentum *ABT* finem indicium synhodale (synhodali *A*[b], synodalem *BT*) potuerit *ABT*, finem ponere indicium synodali potuerit *F* 4 iusta *T* poscetis *T*, possitis *B* 5 romanc *F* amor *ABT*, amore *F* propositis *B* roma *ABF* 6 citra] cetra *B*, circa *F* confusione *AB* adque *B*, aque *T* discordia *ABT* timore *BT* 7 diotius *B* urbi *A*, urbis *BT* rigia *B*, regiae *A* tempestatum *T*, tempestatibus *F* fatitur *T* 8 uestrae eq. *B* 9 stimare *F*, exaestimare *B* commodo *B*, cummodum *F*, quomodo *T* est] sit *B* 10 tranquillitatem *AT* soluto sine] solutus ne in *BFT* suam] sub *libri* 12 et *om. BFT* 13 orate *T* uenerabilis *B* patris *T* 14 dat *AB*, datum *FT* reg supra dicto feliciter] reg sed eccl. *A*, sed ecclesiae (ecl *B*) *BFT* rufo *BT* abieno (abeno *B*) uuu ccc (*om.* cons.) *BFT* 16 reg relt *A*, reg relc *B*, req relt *T*, req reelc *F* epsc *A*, epi *BFT* 17 et alia praeceptio (praecep *B*, praeceptum *F*) quae data (datum *F*) est per maiore (maiorem *FT*) dom (domo *BT*) regis (reg *T*, expl. praeceptio incp *ins. B*) praeces (praecep *B*, praeceptio *FT*) regis (reg *T*) iiii (*om. F*) missa ad synhodum (synodom *T*) *ABFT* 18 fl.] *A*, fil *BT*, frs dilmi *F* theodiricus *F*, theudoricus *T* synhodo *A*[1] 19 pacem *libri* episcopis *T*, episcopi *F*, cps *B* impedito *T* 20 ea] eam *F*, *om. B* quam] qu(a)e *ABT* cernetis *T* confessione *B* turbatae] *scripsi*, turbae *ABT*, turbato *F* quo] *A*, quoniam *BFT* prouidentiam nostram *F* consolere *BF*, consoluere *T* 21 iusta *A*[a]*F* petitione *F* congregandum *B* deuersis *B*[1] 22 reuocaret] reuocare et *T*, reuocarit *B* antestites *F*, antestitis *T*, antestis *B* relegiosae *BT* actione] sanctione *B* facere *BFT* iudicare *om. A* 23 uniuersis *T* distinatam *B*[1]*T* 24 adstipulatur *BT* solus *BT* affectum *T* ponteficibus cumisimus *T*, ponteficibus scm misemus *B* 25 euocatis ut] euocati sunt *B* synolis *T*, synodali *F*, synodales *B* equitatis *B* sententeutiae *T* propter] pro te *B* innocentiam a. g. a. propter *om. BFT* 26 reatu *F* subiacerit *B* 27 tantum *B* datum *edd.* dubitarit *T*, dobitaret *B* negotium *T* de tam] det a *F* nomeroso *B*

concilio sacerdotum magis nasci crederet confusionis ambiguum? quid profuit sine ulla de prolixo itineris cura id nos inposuisse negotium, quid tantarum ecclesiarum [usum] absentibus sacerdotibus fuisse suspensum? quid spei erit reliquum, si de tanto exitu non datur impetrare conventum? sed transacta sufficiant: quae ad hoc tantum in memoriam satis est revocare, quo desinant. bona est praeteritorum recordatio, si quae displicent secuta cura correptionis emendet. nunc saltim discedentibus aliquibus dilatoque negotio ad secundae congregationis venietis repetita iudicia pro fide, pro innocentia, pro aequitate concordes remotis studiis aliis, quibus dissentit integritas. hoc petitioni nostrae, hoc religionis affectui, hoc quieti Romanae conferte civitatis, ut sacerdotali consideratione proposito delegato terminum detis sine contentione negotio, scientes examen vestrum dei secuturum esse iudicium. Cogitate matrem confusionis 6
esse discordiam et quemadmodum consensu dubia solidantur, ita firma etiam dissensione dissolvi. numquid laboriosa, numquid conscientiae vestrae gravia, numquid inimica proposito [a vobis expetuntur?] ab antistitibus suis pacem poscit ecclesia et ab his, quibus per religionis professionem iustitiae cura debeat esse propensior finem tumultuum expectat. intentio est vobis servandae iustitiae: in cognitione libertas remotis omnibus occasionibus: integro sic vestrae voluntati obiectorum criminum causam examinate iudicio, dummodo studiosa certamina, differendi amor et omne confusionis amputetur ambiguum, maxime cum hanc vobis pro religionis reverentia et consideratione iustitiae nostra oracula tribuant facultatem, ut sicut vobis est inquirendi in hoc negotium voluntas et cura veritatis, personis illic omnibus constitutis, per quas potest fides rerum quaesita constare, vos noveritis et deus, quid in ipsa causa iudicare debeatis, pacem modis omnibus clero, senatui et Romano populo post iudicium reddituri, ne qua turba, ne ulla discordia in civitate remaneat. si vero vultis, ut quod propositum est transeat sine discussione negotium, vos sciatis et deus, qualiter ordinetis, dummodo pax clero, senatui populoque Romano sub vestra ordinatione reddatur. ecce coram deo et hominibus arbitrio vestro committentes universa conscientiam nostram,

ABFT

1 crederit *B*, crediderit *T* quid] qui *B* sine ulla] *scripsi*, sine (seni *A*) uita (uitam *BFT*) *ABFT* 2 itineris cura id] itineris ultra ad *A*, itineris (iteneres *BF*) citra (cetra *B*) ad *BFT* inposuistis *T* negotio *libri* quid] *B*, qui *AFT* tantorum *T* 3 usum *addidi* suspensum * s *B* quidquid *A* spei erit] peterit *BFT* reliquam *ABT* si de] se de *B*, sed *FT* 4 imperare *B* exitu (exito *T*) non datur] extundatur *F* conuentu *T* transata *A*[a] sufficiat *BFT* 5 in *om. libri* quod desinat (desenat *B*) *libri* 6 quae] quam *T* displicet *A*, displicit *BFT* emendit *BT* nunc] *scripsi*, non *libri* salutem *T* descidentibus *A*, discendentibus *B* 7 delatoque *T* concordationis *T* uenietis] *scripsi*, uenientis *T*, uenientes *ABF* 8 innocentiam *F* concordis *BFT* aliis quibus] *scripsi*, aliquibus *libri* 9 hoc] ho *B* petitionis *A*, petitionae *T* hoc rel. affectui (affectus *A*) hoc quieti (quietae *A*) *om. BFT* conferte] *scripsi*, conferre *AFT*, conferere *B* ciuitati *libri* 10 sacerdotalis *T* deligato *AFT*, diligato *B* sine] saue *BFT* contentionem *BT*, contentiosum *F* negotium *T*, negutium *B* 11 scientis *T* dei secuturum] de his securum *BFT* cogitare *F* matre *A* 12 discordia *B* quae admodum *T* consensum *BF* dubiae *B* firma (fima *B*) et.] etiam firmam *T* dissensionum *A*, discensionem *B* 14 a vobis expetuntur *similiare exciderunt* antestibus *BFT* ecclesiam *A*[2] 15 regionis *FT*, regiones *B* professione *ABF*, professionis *T* dibeat *B* propinsior *T* finem tumultuum] *scripsi*, fidem (fide *A*) tumultuosam *ABFT* 16 seruandam *B* iudiciae *F*, iusticias *B* cognitionem *T*, cognitio *B* 17 occansionibus *BFT* integrum *F* sic] *scripsi*, si *AT*, si * *B*, sit *F* uoluntatis *ABFT* causa *ABT*, causae *F* 18 iudicium *ABFT* dommodum *B* stodiosa *B* certaminae *T* differendi] *A*, defendi *BT*, defende *F*; *fortasse scr.* disserendi amorem (?) *F*[a] et omne] *F*, et omni *BT*, omni *A* 19 axime *B* haec *F* relegionis *T*, relionis *B* reuerentia et] reuerentiae *T* 20 considerationem *F* nostrae *BT* inquirendi] *F*, inquirend(a)e *ABT* 21 negotio *AFT*, negutio *B* uoluntatis *B* 22 constare] praestare *T* noueretis *B* quid in] qui in *B*, qui in id *T* 23 reddetur *T* 24 turba] *A*, turbatio *BFT* ne ulla] nulla *libri* si uero] *A*, sine *BFT* ut] et *T* propositum *B* 25 negotium] negucium *T*, indicium *edd.* ordinationem *B* 27 omnibus *BFT* committendis *B* conscientia nostra *ABT*, conscientiam nestram *F*

sicut decebat, absolvimus: tantum ut sub iusta ordinatione rem fuisse finitam et unitatem redditam dissidentibus indicetis. neque enim tolerabile est neque hanc neglegentiam regiae civitatis amor quo tenemur admittit, ut rebus omnibus deo auctore pacatis sola tranquillitatem Roma non habeat, qua ab externis propugnante caelesti favore utamur. est quidem pudenda cum stupore diversitas Romanum statum in confinio gentium sub tranquillitate regi et in media urbe confundi, ut desideretur civilitas
7 in arce Latii, quae est sub hostium vicinitate secura. Et ne quid omisisse videamur,
cum necessariam credideritis episcopi Symmachi in cognitione praesentiam, Gudilam et Bedeulfum sublimes viros maiores domus nostrae nos de praesente misimus cum inl. v̄. com̄. Arigerno, ne quid dubitationis habeat. iussu nostro sacramenta praestabunt satisfacturi designato episcopo, quemadmodum existimaverit: ordinatio vestra sufficiet, ut vocatus ad concilium citra turbae ac molestiae metum securus occurrat.

Et alia manu:

Orate pro nobis, domini sancti et venerabiles patres.

Dat sub die VI kal. Sept. Ravennae reg̃. supra dicto feliciter Rufio Avieno Fausto v̄. c̄. c̄s.

8 3. RELATIO EPISCOPORUM AD REGEM.

Agimus deo gratias, qui regum corda pietatis suae manu et gubernat et temperat. quoniam ab ipso venit, quod clementia vestra ex more suo praeceptis ad nos moderatissimis per maiores domus Gudilam et Bedeulfum sublimes viros missis ostendit. sic enim mansuetos principes caeli dominus facit esse quos diligit, et quibus est propitia divinitas eos in causis omnibus mandatis suis ordinat oboedire. quia scriptum est
Ioh. 15, 5. 9 dicente deo: 'sine me nihil potestis facere', quod utique boni intellegendum est. Ideo-
que nos toto affectu et obsequio iussioni vestrae parere voluimus et ad papam, qui inpetebatur, quater consacerdotes nostros ex secunda synhodo direximus, ut ad iudicium conveniret[1]): sed occurrere se audientiae nostrae penitus non posse testatus est man-

ABFT

1 dicebat *T* absoluemus *T* ut] *scripsi*, est *libri* finita *AT* et] ad *edd.* 2 dissedentibus *BT* indicetis] *A*, incidet *T*, incedit *B*, constet *F* tollerabili *F* neque] ab *ABT*, ad *F* necligentiam *B* 3 amorem *F* quod *BT* tenemor *B* admitti *F*, adremitti *T*, admittat *B* 4 tranquillitatem . . . . 6 gentium sub *om. BFT* habeant quam *A* propugnante *A*[a] 5 est] *scripsi*, et *A* statu *A* 6 regi] *scripsi*, eregi *BF*, erigi *AT* desideratur *BFT* 7 arce Latii] *scripsi*, archaelatiori *A*, archelatiori *B*, archelaciori *F*, archilaciora *T* ostium *T*, ustium *F* uicinitatis cura *BT*, ciuitate secura *F* ne quid] neque ut *F*, nequiunt *B*, neque *T* 8 necessaria *ABT* eredediritis *B*, crederitis *FT* praesentia *B* 9 sublimis uerus *T* maioris *F* nos] *scripsi*, quos *libri* 10 intu *A*, illum *B*, illo *F*, *om. T* com̄ arigerno] *A*, com̄ arierno *B*, cum atrierno *F*, co zatrierno *T* dubitationes *AT* iussu nostro] *AB*, iusso nostro *T*, iusso nostra *F* samenta *F* 11 desiguatio *BFT* ep̄s *T*, ep̄ss *B* estimanerit *B* 12 sufficiet] *scripsi*, suffecerit *B*, sufficeret *A*, sufficerit *T*, sufficere *F* uocatos *A*, uocas *F* cytra *F* turbae ac] *A*, urbem *B*, urbe et *T*, urbem sine *F* metu *ABFT* 13 et (item *F*) al. m.] *ABF*, *om. T* 14 pro nobis *AF*, pro me *T*, *om. B* 15 dat] *AB*, data *F*, datum est *T* die *om. B* rauenna *BFT* reg subd et lecis *A*, regum sub d *F*, reg sub d rebus *T*, reg sud feb *B* rufino *B* abieno *BTF* 16 uc cess *A*, uuu cec *BFT* 17 *add.* tertia synodus habita romae *A (marg.)* 18 agemus *T* pictis *F* 19 ex more] *AB*, ex morem *F*, extramore *T* suum *F* uos *AF* moderantissimis *T* 20 maioris *F* gudelam *F*, godila *B* sublimis *FT* uiris *F*, uestros *T* missus *B* 21 mansuetus *A*, mansueti *FT*, mansuiti *B* princeps *B* fecit *BFT* quos] quod *T* dilegit *B* propiciata *B*, propitiata *F*, propiciatu *T* 22 ordinant *T* obidire *B* quia] quod *BFT* 23 deo] domino *F* boni] boni ut *T* est *om. A* 24 nos] nostro *BFT* totu *T* iussione *BFT* parare *AT* noluemus *T*, nolumus *BF* 25 qualiter *B* consacerdotes] *F*, cum sacerdotes *ABT* sesanda *T*[a], secunsanda *T*[b] synodi *FT*, sinodi *B* ut *om. BT* 26 conuenirent *A*, conuenerit *BT* occurrere se] occurrerere *A*, occurrere sed *B* posse testatus est] possit status *B*, possit statutus *T*

1) *Cf. Ennodius l. c. c.* 60.

dans: 'primum ad conventum vestrum quando Romae venistis, sine aliqua dubitatione
'properavi et privilegia mea voluntate regia summisi et auctoritatem synhodo dedi,
'sicut habet ecclesiastica disciplina. restaurationem ecclesiarum regulariter poposci:
'sed nullus mihi a vobis effectus est. deinde cum venirem, cum clero meo crudeliter
'demactatus sum. ulterius me vestro examini non committo. in potestate dei est et
'domini regis, quid de me deliberet ordinare'. nos episcopos tamen cum maiore
domus vestrae inl. v. Arigerno direximus. quibus quid responsi dederit, sua suggestione
renuntiet. Intimamus tamen serenissimo domino, quia nobis quod possumus facere 10
non remansit, nec invitum ad disceptationem nostram adducere possumus, quoniam
ipsi per canones appellationes omnium episcoporum commissae sunt. et cum ipse appel-
lat, quid erit faciendum? nec in absentem valemus ferre sententiam nec contumacis
loco deputare, qui se iudicibus bis occurrisse proclamat, maxime quia causa nova est
et pontificem sedis istius apud nos audiri nullo constat exemplo. Voluimus quod 11
restabat pacem iuxta praeceptum et voluntatem vestram reddere civitati, quae res et
proposito nostro amica est et beatitudini vestrorum temporum congruebat, quia con-
fusionem tantae civitatis et timemus et horrescimus. ad amplissimum senatum col-
legas nostros secundo direximus hortantes ex verbis apostoli, qui monet, 'quod ex vobis Rom. 12, 18. 19.
'est cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmet ipsos vindicantes, karissimi,
'sed date locum irae. scriptum est etiam: mihi vindictam, ego retribuam, dicit domi-
'nus'. nec admonitioni clericorum defuimus, quibus regulariter voluimus subvenire:
qui etiam salutaria monita contempserunt. et ideo vestri erit imperii nutu dei pro-
spicere ecclesiae redintegrationi, Romanae civitatis et provinciarum quieti. Nunc roga- 12
mus ut infirmitatibus et debilitati nostrae sicut pii domini succurratis. quoniam calli-
ditati saeculari sacerdotum simplicitas non sufficit et iam diutius nostrorum mortes et
pericula propria Romae pati non possumus. sed concedite nobis optatissimo praecepto
vestro, ut ad ecclesias nostras liceat nos reverti, quia post haec quae suggessimus
nihil est quod a nobis possit ordinari.

Et alia manu:

Optamus vobis salutem, domine princeps.

ABFT

1 primo *T* quado *T* 2 properari *BT* uoluntatem regia *B*, uoluntati regiae *edd.* summissi *A*, submisi *BFT* auctoritate *ABT* 3 sicut] si quod *B* restauratione *AT* regularum *F* 4 a *om. B* uenirem cum] *F*, uenire eum *T*, conuenirem *A*, cum conuenerim *B* chrodeliter *F* 5 maetatus *BFT* examine *T* cummitto *T* 6 regi *A* quid] qui *T* deliberet] deberet *F* nos episcopos tamen] nos tamen episcopos *F*, post episcopos tamen *ABT* cum maiore] *F*, quos maiores *A*, qui maioris *BT* 7 intu *A*, int uiro *F*, int uero *B*, inlustris uero *T* arierno *F*, argerino *T* direximus] *T*, diximus *F*, dixerimus *AB* quid] qui *F* suggessione *F* 8 renuntiet] renuutiat et *T* intemanus T^a donmo *BT* 9 remasit *B* diseptionem *T* possimus F^b, *inc.* F^a 10 ipse *F* pro *F* canonis *T* appellationis *F* cummissi *T* ipsi *T* 11 erit] egiret *T* absenti *T* 12 locum $A^a T$, loca *B* putare A^a iud.] de iud. *B* bis] uis *A*, his *BFT* praeclamat *A*, praeclamant *BT*, proclamato *F* causa] *scripsi*, cum *libri*, res *edd.* 13 sedes *B* audire *BF*, addire *T* nullum e. exemplum *BFT* nolumus *ABFT* 14 uestram *om. T* ciuitate *FT*, ciuitatem *B* quae res et] quaresit *T*, quae *B* 15 propositio nostra *F* beatitudinem *FT*, beatitudine *B* quia] *A*, quam *BFT* confusione *B*, confessione *T* 16 timemus] *AF*, tememus *B*, gemimus *T* amplissimo senato *T* 17 secundum *AT* diximus *F* orantes *BF*, orantis *T* apostolis *A* 18 et] ex *B* cum omnibus hominibus] cumunibus omnibus *T* placem *T* karissimi] fki *B* 19 est *om. A* etiam] *AT*, enim *BF* mihi *om. F* ego *(om.* T^a*)* retr. d. dom. *post* irae *T* 20 admonicione *B*, admonitionem *FT* defuimus] adfuimus *A* 21 salutaria *(bis B)* monita] salutare munita *T* imperii] *BF*, imperio *A*, temperii *T* nuto *T* respicere *BFT* 22 ecclesia *T* redintegratione *BF*, redintegrationem *T* quiete *BT*, quiactae *A*, qui etiam *T* 23 debilitati] *scripsi*, debilitatis *F*, de unitatis *ABT* sicut] quod *BT* calliditatis *A*, calleditates *B*, galliditates *T*, caletate *F* 24 saecularis *ABT*, saecularia *F* non] nos *F* suffecit *B* mortis *BFT* 25 propria roma *T*, propriarum *B* concidete *B*, concedente *T*, concede *F* 26 qui posit *F* suggimus *T* 27 quos *T* ordinare *T* 28 et al. m. *om. T* 29 salutem *om. T* princeps] pri ccb *T*, princeps explicit *B*

4. PRAECEPTIO REGIS.

501 Oct. 1. Fl. Theodericus rex universis episcopis ad synhodum convocatis.

Decuerat quidem beatitudinem vestram divinae consideratione reverentiae exortum iam finire negotium, ut vobis ordinantibus summoveri potuisset de tanta civitate confusio, maxime cum praeteritis affatibus iusserimus, quemadmodum vestro visum fuisset arbitrio, memoratum vos terminare debere certamen, dummodo re sub iusta ordinatione finita dissentientes unitati et concordiae redderentur, nosque miramur denuo fuisse consultos, cum, si nos de praesenti ante voluissemus iudicare negotio, habito cum proceribus nostris de inquirenda veritate tractatu viam deo auspice potuissemus invenire iustitiae, quae nec praesenti saeculo nec futurae forsitan displicere potuisset aetati. sed quia non nostrum iudicavimus de ecclesiasticis aliquid censere negotiis, ideoque vos de diversis provinciis fecimus evocari, ut sub divini timore iudicii totius certaminis vobis disponentibus causa transiret et urbi nostrae deo favente optata per vos concordia redderetur. nunc vero eadem, quae dudum praesentibus, intimamus oraculis nos coram deo et hominibus absolventes, ut causam dei, quam vestrae congregationi amplissimo senatu [suadente] et pacem cleri sperante commisimus, quemadmodum visum vobis fuerit, ordinetis nec a nobis vestri expectetur forma iudicii, sed vos qualiter vultis, ordinate, sive discussa sive indiscussa causa proferte sententiam, de qua estis rationem divino iudicio reddituri, dummodo, sicuti saepe diximus, hoc deliberatio vestra provideat, ut pax senatui, clero populoque Romano submota omni confusione reddatur, ne qua, quod absit, post iudicium turba aut aliqua remaneat in civitate discordia. sin autem secundum mandata nostra concordia sacratissimae urbi a vobis fuerit restituta, hinc universitas agnoscere poterit iustum sacri ordinis vestri extitisse iudicium.

Orate pro nobis, domini sancti ac venerabiles patres.

Datum sub die kal. Octob. regnante supra dicto feliciter.

ABFT

1 praeceptio regis *libri*, quinta missa ad synodum *add. edd.* 2 fl.] atl *T* theudericus *B*, theodoricus *A*, teudoricus *T*, teudiricus *F* synodo *T* 3 beatudinem *A*[a] considerationes *T*, considerationis *AF* reuerentiam *B* 4 submoueri *B*, summoniri *T*, submouere *F* potuissit *T* tantae *A* ciuitatem *B* 5 affectibus *T* iusseremus *F* uestro] *A*, uestrum *BFT* uisum] u. est *F* fuisse *A* 6 arbitrium *BT* dommodo *T* re] rem *ABFT* iusti *B* 7 finita] unita *F* dissensientes *T* unitate *B* concordii *T* nosque] *scripsi*, postquam *AFT*, quam *B* dinuo *T* 8 consultos] *A*, cousultus *FT*, consultum *B* cum] scm *B* si nos] sinus *B*, senus *F* uoluisemus *F* indicare] indegare *B* negotium *ABF* habeto *T* 9 tractatu uiam] tractatum uiam *F*, tracto uiam *B*, et tractubiam *A*, tractato *T* auspece *T*, ospice *F*, auspicere *B* potuissimus *F* 10 quae] qui *F* praesenti] praesente *B*, praesentia *T*, praesentias *F* saeculi *F* futuris *F*, futurum *T*, futuro *B* forsitam *B* displicuere *BT* potuissit *T* 11 censeri *F*, censiri *T* negotiis] negotiis de negotiis *T* 12 de *om.* *F* euocare *T* sub] cum *F*[a], cum sub *F*[b] dinino *ABT* 13 trausiret et] transire et *B*, transierit *FT* urbe *T*, ubrbi *B* nostrae] non *B* pro *F* 14 uere *T* intimamur *BT* 15 absoluentis *F* quem *A* uestram *T* 16 congregatione *F*, congregationem *T* amplissimam *T* s(a)enato *ABF* suadente *addidi* et *om.* *F* pace *AFT* clerici sperante *T*, clericis sperante *B*, clericis operante *F* commisemus *F* quemadmodum] quemadmo *A*[1] 17 uisum *om.* *B* ordinetis nec a uobis (uobis *F*)] n. a. u. ord. *T* uestris spectetur *A* furma *T* 18 uos] uobis *A* siue indiscussa causa] siue indiscussa causa siue *T*, causa siue (*om.* indiscussa) *B*, causa (*om.* siue ind.) *F* proferite *F* sententia *T* 19 ratione *AT* dinino iudicio] ante deum iudicii *B* redderuri *T* secuti *FT* 20 deliberatione *F* sanatui *B* submoda *F* omne *T* 21 qua] quam *F* quod absit post] quo dabit possi *B* 22 sacratissimi *F* urbe *T* 23 hunc *BFT* agnuscere *T* potuerit *T* sacris *A*[b] uestris *A*, uestrae *B*[a], ueri *T* 24 extetisse *F*, extetisset *T* 25 dominis *A* fratres *A* 26 regnante supra dicto feliciter] reg. snd. ecl. qs *A*, regn sind eccl us *B*, regnum sinod eccl us *F*, regn synodi ecclsi uos *T*

5. ANAGNOSTICUM REGIS. 14

Primum salutandi episcopi et dicendum eis:

Causam quae agitur si mihi visum fuisset aut iustitiam habuisset, ut ego debuissem audire, cum proceribus palatii mei potueram tractare et iudicare, quomodo et deo placuisset et posteritati ingratum non fuisset. sed quia causa est dei et clericorum, ideoque modo ad petitionem senatus vel cleri feci ex diversis civitatibus convenire antistites, ut deo medio, secundum quod legitis in euangelio et apostolo ad Corinthios, hoc sequamini. nam si meum animum requiritis, ut superius dixi, quae praecipit deus in euangelio, hoc sequamini. si vero vobis visum fuerit, sine discussione causam finite: aut discussa aut indiscussa quemadmodum visum vobis fuerit iudicate. meam personam nolite metuere, reddituri rationem ante conspectum dei: tantum est, ut senatum, clerum et populum pacificum dimittatis et quod iudicaveritis, scribatis. nos enim hoc probabimus vos bene ordinare, si populo, senatui et clero pacem integram reddatis. quod si minime feceritis, ostendetis vos uni parti favisse. nullius ergo personam ante oculos habeatis, quamvis, si vobis aliquis violenter vellet quae iniusta sunt inponere, remissis rebus vestris iustitiam custodire debetis: nam multi et vestrae et nostrae religionis episcopi propter dei causas et de ecclesiis et de rebus suis iactati sunt et tamen vivunt. ego non solum inpono, sed etiam rogo, ut faciatis quae deus praecepit et quae legitis in euangelio et apostolo. si autem discutitis causam vel sub aliquo calore, melius causam iudicatis. si autem indiscussam dimiseritis, datis exemplum sacerdotibus omnino male conversandi.

Matth. 18, 15—18.
1. Corr. 5, 4 seq.

Haec cum diceret, ita proposuit similitudinem.

Aliquando Aspari a senatu dicebatur, ut ipse fieret imperator: qui tale refertur dedisse responsum: 'timeo, ne per me consuetudo in regno nascatur'. ita dico, ut modo ne irascantur sancti patres nostri: ne per eos, cum non discusserint et ita iudicaverint, consuetudo peccandi omnibus sacerdotibus generaliter detur.

Item si voluerint discutere causam, ut securus egrediatur, Arigernus, Gudila et Bedeulfus sacramenta ei praestabunt.

ABFT

1 agnostic̄ regis *A in textu*, anagnosticum regis teuderici ad (a *A*ᵃ) synodum missum in urbem roma *A in marg.*, anagus c̄ic regis *F*, anagnuscite regis *T*, agnanustic̄ regis. explecit *(sic) B* 2 prmo *(sic) T* 3 causa *ABT* si mihi] simili *B* iustitia *FT* ut] et ut *B* defuissem *B* 4 palati *F* et iudicare *om. T* 5 deum *T* posteritate *TF* integratum *F* dei et] ei ut *F* 6 paetitione *A*, peticione *B* cleri feci] clerifici *F*, clerici *BT* 7 antestites *FT*, antestitis *B* ut] *A*, et *BFT* in] et *T*, ex *B* et apostolo *om. B* 8 corinthius *B*, corintheos *F*, chorintius *T* nam si meum ... 9 sequamini *om. F* requiretis *BT* uero] uerum *T* 10 causa *ABT* finite] finire *AFT*, finere *B* aut discausa aut iudiscausa (-cussa *B*ᵇ) *B* uob. uis. *B* iudicata *B* 11 uolite *A*ᵃ reddeturi *T* conspecto *B* est ut] et *F* 12 et] ut *ABF* indicaueritis *F* 13 enim] autem *T* prouabimus *A*, probauimus *BF* et *om. T* 14 ostendite *A*, hostendites *B* uos] uobis *B* parte *B*, partis *T* 15 persona *T* quamuis si] quam uisi *B*, quamuis *F* uobis] ex u. *T* uelle *ABT* iustitia *A* 16 remissis] missis *B* 17 regionis *BFT* causa *F*ᵃ et] ut *T*, *om. F* 18 uibunt *A* 19 et] haec *libri* legistis *(T)* discutites *B* 20 alico *B* calore] calorem *T*, colore *ABF* melius] meam *F* indiscussa *AFT* demiseritis *AT*, demisiretis *B* date *A* 22 dicerit *BFT* similitudine *A* 23 asperi (asparia *T*) a senatu (senato *T*) dicebatur *post* imperatur *B* ipsi *F* fierit *BT* imperatur *B*, imperatum *F* fertur *T* 24 respunsum *T* per] pro *F* *post* consuetudo *ins.* peccandi *Hirschfeld* ita dico ut (et *AB*) modo ne irascantur (iranscantur *T*) *om. F* 25 patris *T* ue] *BFT*, nec *A* per] pro *F* non] nos *FT* iudicauerunt *F* 26 generaliter detur] *A*, generaliter fiat *BT*, generetur *F* 27 ut securus] aut securos *B* ariernus *BF* gudela *F*, gudilam *T* 28 samenta *F*

De area vero vel de domo Lateranensi, prout iudicatum fuerit, eidem synhodus reddat.

De vindicta quae sperant, post discussionem, si eis placuerit, aut ipsi vindicent aut nos deputemus, qui legibus exequatur culpas.

501 Oct. 23. 15 (1)

6. QUARTA SYNODUS HABITA ROMAE PALMARIS.

Rufio Magno Fausto Avieno v̄. c̄. cons. sub die X kal. Nov. sancta synhodus apud urbem Romam ex praecepto gloriosissimi regis Theoderici ex diversis regionibus congregata in Christi nomine dixit.

Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia praecepisset auctoritas, ut de his, quae venerabili papae Symmacho apostolicae sedis praesuli ab adversariis ipsius dicebantur impingi, sanctum concilium iudicaret, Liguriae, Aemiliae vel Venetiarum episcopi, quos ad praesentiam principis ipse itineris ductus attraxit, consuluimus regem, qua nos voluisset aetate fractos, debilitate corporis invalidos causa congregari [1]. respondit praefatus rex piissimus bonae conversationis affectu plura ad se de papae Symmachi actibus horrenda fuisse perlata et in synhodi
16 (2) oportere, si vera esset inimicorum eius obiectio, iudicatione constare. Memorati ponti-

ABFT et inde a v. 5 ECHDM

1 arca] *F*, aream *AT*, archa *B*, area *edd.* de domo] domum *A* lateranensem *AB*, lateraninsim *T* senodus *F*, synodum *T* 3 uindictam *T* quae] quia *F* post *om. BFT* discussione *A* eis] ei *B* 4 qui *om. BT* exsequatur *AF*, ex(s)equantur *BT* culpas] c. expl. *A*, c. explicit *B* 5 incipt (incipit *BF*) constitutiones (constitutio *BF*, contentio *T*) episcoporum *in textu ABFT*, constitutum synodale de papae symmachi absolutione *E*, incipit decretum papae symmachi capitulum primum id est constitutum synodale de absolutione papae symmachi *C*, incp̄ concilium romae palmaris *D* (*ante* rufio), incipit synodus in qua papa symmachus accusatus est et innocuus est repertus *M*, quarta synodus habita romae (roma *A*, romane *H*) palmaris *A(in margine)* C^2*(in marg.)H(in textu post* nouembrium*)D(eodem loco)M(in textu post* repertus*)* rufio . . . x kal. nou. *om. M* 6 rufio] *AH*C^2, refio *BF*, ritio *T*, rufo *D*C^1, rufino *E* fausto] onusto *T* auieno] *AH*, abieno *F*, euieno *T*, auienio *D*, *om. B*C^1 ūc̄ cons] *HF*, ūc̄ consol *B*, uūc̄ eonst *A*, uucc. conss. *D*, ūūū ccc *T*, uiro clarissimo consule *(E)*, ūū cc conss̄ *C* x *om. BFTHD* 7 urbem romam] orbem (*sic* F^a, urbem F^b) romanam *F*, orbem (urbem *B*) romanum *BT* ex praecepto *om. T* gloriosissimi *om. HDM* theoderici] *HM*, theuderici *BT*, theudirici F^b, theodorici *AEC*, theodorieis *D*, *inc.* F^a congregati *F* 8 dixit] dein *T*, deinde F^1, d̄i *B*, deinde dixit F^2 9 orbem F^a romanam *FT* conuenirent *AD* praecipisset *A*C^1, praecipissent *D* 10 ut de] ut he *H*, unde *D* quae] quia *ABTHD* uenerabile *ABHD* papa *AB*C^2*HM*, papam *T*, p̄p̄ *D* praesule *F*, praesole *T*, praesoli *B*, praesulis *D* 11 ipsius] ipsi ut *T*, ipsi ad *B* dicebant *A*, dicebatur D^1 inpingi sanctum concilium] inpingis cum concilium *B*, insiguis com concilio *T*, impinguut (?) sanctum consilium *F* iudicarit *T* leguriae *BFT* 12 aemeliae *A* uel *om. in litura F* uenetiarum] benetiarum *B*, lenitiarum *T* episcopis *H* quos] ep̄os *F* praesentia *F* principes *T* ipse] *ECM*, sei *B*, spei *ATHD*, coustitutio episcoporum spe *F* iteneris *F*, iteneneris *B* ductos *ADM* 13 attraxer*t C^1, attraxerat C^2 consulimus F^b*H*, consulemus F^a, consolemus *BT* regem] *E*C^1*M*, regem incubuit (incobuit *B*, ineorum *T*) necessitas consulendi (consolendi *BT*, consiliandi F^a) *ABFT*C^2*HD* qua nos] *E*C^1*(?)M*, quae hos *A*C^2*(?)D*, qua eos *B*, que eos *T*, quia hos *H*, quatenus *F* uoluisset] soluisset *(?)*A^1 aetate] itaque *T*, *bis B* fractus *B*F^a, factus *T* deuilitate *D* inualedus *B*F^a, ualidus *T* 14 congregare *T* praefatus] praefectus *B*, *om. M* piissimus *B* bene *D* congregationis *D* 15 affectum *AHD*, adfeetum *B*, *om. T* se de] sede de *T*, sedem *AB* papa *T* orbenda *T* fuisset *A* prolata *F*C^1 et *om. T* 16 oportuere *H* si] se *H* esset] esse *ABTHD* abiectio *H* constare] *FECM*, constaret *AHD*, constarit *BT* pontificis F^a*T*, ponteficis *B*, pontifici *D*

1) *Ennodius liber pro syn. c.* 12 *verbis adversarii laudatis his:* testis est Romana civitas, si omnes episeopi senes et debiles convenerunt *sic respondet:* ergo quia se aetate labentes (*sic scr.*, ualentes *codd.*) et eorpore inbecillos esse dixerunt, ipsi se ineptos iudicio esse testantur . . . . maxime si hoc ingerere clementissimi domini auribus praesumpserunt.

fices, quibus allegandi imminebat occasio, suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus, debuisse synhodum convocare[1]), scientes, quia eius sedi primum Petri apostoli meritum vel principatus, deinde secuta iussione domini conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem nec ante dictae sedis antistitem minorum subiacuisse indicio[2]) in propositione simili facile forma aliqua testaretur. sed potentissimus princeps ipsum quoque papam in colligenda synhodo voluntatem suam litteris demonstrasse significavit. a mansuetudine eius paginae postulatae sunt, quas ab eo directas constabat. has dari sacerdotibus sine tarditate constituit vel quidquid in eodem negotio actum scriptis.

Romam ex diversis terrarum vel regionum partibus dei prosecutione perventum est. Et dum venerabili collectione de incipiendo haberetur negotio, prout poscebat 17 (3)
causa, tractatus, sanctus papa Symmachus basilicam Iuli, in qua pontificum erat congregatio, prout habuit cura caelestis, ingressus est et de evocatione synhodali clementissimo regi gratias rettulit et rem desiderii sui evenisse testatus est. causa ergo de sacerdotum animis, quae de concilio nondum firmato tristitiam ministrabat, abscissa est. auctoritatem ordini colligendo, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum praesentia se dare professus est[3]), sperans, ut visitator, qui contra religionem, contra statuta vetera vel contra regulas maiorum a parte cleri vel aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum, sicut decebat sanctum propositum, prima fronte cederet[4]) et omnia, quae per suggestiones inimico-

ABFTECHDM

1 alligandi *A* suggessere *B* qui] quae F^a inpetitus] AF^bECHDM, inpeditus BF^aT 2 sinodo *BT* sedi] *edd.*, sedis *ABTECHDM*, *om.* *F* primo *T* petri] patri *B* merito *T* 3 principatum EC^1M iussionem F^2 auctoritas] a. ei *ECM* 4 singulare *A* potestate *T* nec ante] negante *B* dictum *H*, dictam *D* sedes *TH* antestitem *BFH*, antestites *T*, antistem *D* minorum] EC^2DM *et ita ex hac synodo verba citantur apud Ennodium pro synodo c. 32 (vide infra)*, minor * * C^1, minimorum *AFH*, menimorum *T*, menemorum *B* 5 iudicium *ABTHD* in *om.* F^a propositionem *A*, proposione *B* simile *BF*, similem *T*, simplici *D* facilem *T*, facere EC^1 furmam *T* testaretur] *ECHDM*, testatur (*A*), testetur *BFT* potentissimus princeps] potentissimus hic est pr. *F*, potissimus princeps *reliqui* 6 papa *T*, papapam *B* colienda *H*, coligendi *D*, colliganda *F*, conlegandum *T* synodum *F*, synodi *D*, omnimodo C^1 uoluntate *ABTHD* sua *ABTH*, *om.* C^1D litteras *T* 7 demonstrasset *A* significat *B* mansuetudone *E*, mansuetudinem *BT* paginae] faginem *T*, *om.* *D* postolate *FT* ab eo] habeo *A* 8 directa *D* has] hac *T*, ac *BF* dare *B* quicquid F^bTM, quiquid F^a eodem] eo *T* 9 actuum *AT*, actum est *F* 10 patribus *B* prosecutionum *AD* peruentum . . . 11 collectione *om.* E^1 prouentum *F* 11 et dum . . . 12 tractatus *om.* *D* uenerabile conlictionem *T*, uenerabilis collectio *F*, uenerabilem conlocutione *B* de incipiendo (incibiendo *B*) *om.* *T* negutio *T* 12 causae EC^1M, in causa *BT* tractatur *F* bassilicam *H*, basilica *D* iuli] tituli F^1, iuli ingressus *D* 13 curam *F* caelestes *A* de uocatione *FTD*, deuotione *B* cl. regi] clementissime rei *H* 14 gratus F^1 des. sui rem *FC* euanisse *B* testatus] tractatus *F* causas *D* 15 sacertotum *B* nondum] nostro dum F^1 firmatum *T* tristicia *B* ministrauit *F* abscis *M* 16 auctoritate *BTEM* ordine *BT*, de ordine *F* collegendo *F*, colligendum *DM*, collegendum *BT* sicut] si quod *B* pascebant *H*, poscebat *D* omnibus *A* quae *F* 17 ibi *T* episcopi *libri* professis *T* speras *A* ut] et *E* uisitatur *BT*, insidiatur F^a, insidiator F^b 18 relegionem *T*, religione *DM*, relegione *BH* contra] et contra *ECM* uetera] ueterum *T*, uerum *B* contram *T* aperte clerum *D* 19 aliquibus] ab al. *F*, etiam al. *C* postolatus *TH* ordinationem *B* antestitum *BFH*, antestitem *T* sicut] si quod *B* dicebat *B*, dicebet *T* 20 sancto proposito *T* fonte *AB* cederet] *AHD*, cederit *BT*, crederet *F*, recederet *ECM*: discedere *Ennodius* quae] quam *T* per] super *B*, *om.* *F* suggestione *A*, suggessiones *FH*, suggessionis *BT*

1) *Ennodius l. c. c.* 19 *ex eodem libello adversariorum:* quis regi debuit dicere papam oportuisse synhodum convocare? 2) *Ennodius l. c. c.* 32 *ex eodem libello:* si vera est episcoporum adsertio sedis apostolicae praesidem minorum numquam subiacuisse sententiae *cet.* 3) *Ennodius l. c. c.* 48: (Symmachus) venerando concilio auctoritatem etiam contra se, si mereretur, indulsit. 4) *Ennodius l. c. c.* 82: dicitis laesum principem: qua re? attributum visitatorem contra ecclesiasticas regulas prima voluimus fronte discedere.

rum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio redderentur et tanti loci
praesul legaliter prius statui pristino redderetur et tunc veniret ad causam et si ita
18 (4) recte videretur, accusantum propositionibus responderet. Digna res visa est maximo
sacerdotum numero, ut allegatio mereretur effectum. decernere tamen aliquid synhodus
sine regia notitia non praesumpsit: sed suggestio iusta prae legatorum neglegentia
non meruit secundum vota responsum. iussus est regis praeceptionibus papa Symmachus ante patrimonii vel ecclesiarum quas amiserat receptionem cum inpugnatoribus
suis in disceptatione confligere. qui potestatis suae privilegia, quae pro conscientiae
quantum iuste aestimamus emendatione summiserat, nec hac voluit vice resumere.
19 (5) Sed dum esset synhodus in Hierusalem basilica Sessoriani palatii constituta,
aliquibus sacerdotibus visum est, ut libellus, quem accusatores paraverant, qui cottidie
seditionibus appellabant, susciperetur a synhodo. in quo suscepto duo erant, quae vel
veritati inimica essent vel ipsi, quantum ostenditur, conventus ecclesiastico proposito
repugnare. unum quia dicebant crimina memorati superius Symmachi papae aput
regiam constitisse notitiam. quod falsum esse claruit: non enim quasi novam causam
audientiae commisisset, si eius conscientia convictum de errore solam sciret expectare
sententiam. aliud quod per servos de his quae obiciebant se cum loquebantur posse
convincere, addentes, ut ipse mancipia traderet, quibus, quantum illi adserebant, posset
in iudicatione superari. quae res canonibus et ipsis publicis erat legibus inimica, cum
patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges saeculi non admittunt, his
20 (6) dicendi in cognitione vel adsequendi aliquid deneganda esset licentia[1]). Et dum inter

ABFTECHDM

1 admiserat *T*, anuserat (?) F^1 potestate *BFT* ab] ad *H* honorabile *T* redderetur *D* 2 praesole *T* redderentur *EHDM* 3 uidetur *B* accusantum] ABF^2EC, adcusantum *T*, accusandum F^1, accusantium *HDM* responderit *T*, respondere C^1(?)*M* digna res] dignaret *E*, dignaretur *M*, *inc.* C^1 4 ut allegatio] *ECM*, atque *AFHD*, ad quem *BT* meretur *FTM* decernere] ducere *F*, dicere *BT* aliquid] aquid *B* 5 sine *T* notia *T*, negotia F^1, notitiam *E* suggessione *FT*, suggesione B^a, suggestione B^b, subiectio *A* prae] *A*, pro *FT*, per *BECHDM* legatorum *E* neglegentiam *FCM* 7 patrimonio F^1, patrimoniae *T*, patrimonia *B* admiserat *T*, amiserit *F* receptione *AT*, praeceptione *D*, recepcio *B* pugnatoribus *B* 8 desceptatione *A*, disceptione *THM* qui] quo *C* potestates *B*, potestati A^aHD, potestatem *F* sui *D* quae] a quae B^a, et quae *HD* pro *om.* F^1 9 iustae aestimamus *A*, iuxta estimamus *B*, iuxta est *F*, iuste est T^a, iusta est T^b emundatione *D* ammiserat *M*, amiserat EC^1 ne F^1 uincere sumere *T* 10 essit *F* in *om.* *FT* basilicam *AECH*, baselicam *B* sessuriani $A^bBF^2EC^2$, sesuriani $A^aF^1TC^1$ 11 aliquibus] a quibus C^1 sacerdotibus *om.* *E* libellum F^1ECDM, lebellum *B*, bellum *T* quam *D* adcusatores *A*, adcausatoris *FT*, accusatoris *B* parauerunt *T*, parauerat C^1 que F^2 cotidiei *F* 12 a synhodo] synhodum *A*, in synodo EC^1 susceptum *A*, suscepta C^1 erat C^1 uel ueritati (-te *H*) *om.* BF^1T uel uer. in. essent *bis M* 13 ostenderetur *T* conuentus ecclesiastico (-cae *T*) proposito repugnare] conuentui ecclesiastico proposita repugnarent EC^1M: *excidisse videtur* uiderentur 14 unu *E* dicebat *BFT* orimina *M* memorati superius] memoratis (meratis *F*) operis *BFT* aput] ut *F* 15 regia *ABTD* constetisse *BT*, se constitutis se *A* notitia *ABT* esset *T* claruit] *scripsi*, declaruit *ABD*, perclaruit *EC*, praeclaruit *M*, declarauit *FTH* quasi] qua F^1 nobam *A*, noua *D* causa *D* 16 si *om.* *D* conscientia] EC^1M, conscientiam $ABTC^2HD$, conscii eius conscientiam F^1 conuinctum *AM*, conuictam FC^2 sola *FT* sciret] *ECM*, scire *ABTHD*, se sciret *F* spectar(a)e *AB* 17 per] pro *F* de his] de is *T*, dei *A* quae] FC^2, qui $ABTEC^1HDM$ se eum] si eum *T*, secum *EM*, se * um C^1 18 addentis BF^1T ipsi *T* mancipiat *A* traderit BF^1, tradiderit *T* possit *libri* 19 indicationem *B* superali *HD* quae res] qua res *H*, qui aeris F^1 puplicis *F*, sublegis *T* erat] *TC*, erant *ABEHDM*, erit a *F* 20 patrem *T* ut *om.* *B* ad] in *F*, *om.* *AT* accusatione *BTD* legis ABF^1TD, leg * s C^1, legi *H* his . . . 21 deneganda *om.* T^a, his . . . 21 esset *om.* C^1 21 adsequendi *om.* *E* deneganda] *F*, delegauda *AD*, delegenda C^2H, diligenda T^b, neganda *EM*, dicendam *B*, *om. inter alia* C^1 esse ABT^bC^2HD, *om. inter alia* T^aC^1 licentiam C^1 iter *H*

1) *Eadem Ennodius l. c. praesertim c.* 40. 41.

ista quae essent facienda tractantur, praefatus papa ut causam diceret occurrebat atque veniens ab inruentibus turbis aemulorum suorum ita tractatus est, ut multis presbyteris qui cum ipso ierant per caedem ipsa mortis fuisset occasio et recentium adhuc vestigia vulnerum inl. v. com. Arigernus et sublimes viri Gudila et Bedeulfus maiores domus regiae perspexissent, quod se unde egressus fuerat ad beati Petri apostoli saepta convexerit.

His ita actis et rebus varia confusione turbatis iterum nos ad iustitiam contulimus principalem, scientes divinitate propitia regere dominum, quem ad Italiae gubernacula ipsa providerit. cuius mansuetudini omnia per relationis seriem sic ut res poscebat ingessimus, intimantes etiam saepe nominatum papam post caedem, cui subiacuerat cum suis, si voluntatem rursus haberet exeundi ad iudicium, fuisse commonitum, sed adlegasse eum per directos episcopos mandatis canonibus se invitis cessisse, sed dum affectu purgationis suae culmen humiliat, quantis periculis paene fuisset oppressus. dominum regem habere potestatem quod vellet faciendi: se interim iustitiae renitentem statutis canonicis non posse conpelli. 21 (7)

Ad haec serenissimus rex taliter deo adspirante respondit: in synhodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda praescribere nec aliquid ad se praeter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere: committens etiam potestati pontificum, ut, sive propositum vellent audire negotium sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in civitate Romana Christianis omnibus 22 (8)

ABFTECHDM

Ad aetatem codicis quod attinet, censeo librarios paene aequales fuisse scriptoris. neque quisquam facile sibi persuadebit, Gothorum regnum postquam desiit esse, eos extitisse, qui tales orationes easque tanta cum diligentia crediderint esse propagandas. accedit quod id quo usi sunt scribendi genus, quatenus palaeographicum iudicium hodie potest obtinere, sexto quam septimo saeculo potius est tribuendum; deinde conati illi quidem sunt ad Cassiodori praecepta ponere distinctiones [1]), in syllabarum vero divisione prorsus observarunt [2]) morem antiquitus traditum, qui mos ipso sexto saeculo coeptus est neglegi. quid quod orthographia [3]) eorum, quamquam vitiis scatet veluti *b* et *v* permutantur sexcentiens, viros ostentat ut labentis Latinitatis temporibus linguae peritissimos. sed sentio haec argumenta omnia esse leviora quam quibus fidenter possit consistere iudicium. et quo quisque codex emendatiore usus est exemplo, eo emendatior et ipse solet evadere speciemque eo captiosiorem prae se ferre vetustatis; Cassiodorus autem scimus quanta cum cura codices suos correxerit et, ut ipsius verbo utar, percontulerit. itaque hoc solum pro certo affirmo: scriptum esse panegyricorum codicem post annum 536, ante quem annum ipsa sylloge ab auctore nequeat esse condita; non scriptum esse in monasterio Bobiensi a monachis Scotticis, qui licet subinde imitando expresserint vetusta Romanae scripturae exempla, solent tamen suam iis inculcare barbariem [4]). in Bobiense monasterium priusquam illatus est codex qua fortuna sit usus, ignoramus. pariter ignoramus, quando monachi eum coeperint discerpere et membranas tradere glutinatori. trium codicum ex eorum numero, quibus orationum folia erant agglutinata, mentio extat in catalogo librorum Bobiensium a. 1461 composito [5]) eodemque saeculo et iisdem foliis inditum est signum huius monasterii et cetera duo ad Cavalcae tractatum scribendum assumpta sunt fortasse ibidem.


Restat, ut orationum reliquiae in ordinem, quoad eius fieri potest, digerantur. atque distinguenda sunt fragmenta panegyricorum duorum. prioris fragmenta complectuntur duo paria inter se cohaerentium foliorum, alterum Taurinensium II‿I [6]), alterum Taurinensium IV‿V. quae paria quo modo se exceperint, non constat: certe

---

1) In transcursu subnoto mendum, quod insidet Cassiodori de posituris doctrinae. interpolatum enim est e Vergilio a sciolis grammaticis *cano* in Keilii grammaticis Latinis VII 146, 6 et *moenia pandimus urbis* ibid. 10. 2) Quamquam, ut hos seligam, et Gothus homo Viliaric (cf. Zangemeister ad exempl. LV et Paoli collect. Florentin. part. I tab. Lat. 1) et Scottus aliquis a. 669 (cf. L. Delisle *notices et extraits des ms.* XXXI 2 p. 149) et Francus Gundohinus isque saec. VIII (cf. Zangemeister ad exempl. LXI) norunt praecepta Latina. 3) Orthographiam codicis quamvis religiose pro eius aetate aut in textum admittam aut textui subscribam, repetam hoc loco quaedam notabilia. occurrit *ae* pro *e* rarissime (*aeloquentiae* 467, 9; *fraenat* 466, 10; *praetia* 480, 19; *raeverentiam* 476, 18; *taetra* 481, 15), *e* pro *ae* perraro (*preterita* 471, 4; *precones* 475, 16; *prestante* 476, 10; *premium* 481, 14; *sepius* 476, 16; *herere* 470, 5; *leva* 475, 1; *inlesum* 475, 2; *victorie* 474, 16; *inmense* 465, 3; *honestissime* 480, 4), *e* pro *oe* numquam (scribitur *amoaenitate* 475, 12), *i* pro *y* aliquotiens (*uauilonthos* 483, 15; *ciri* 483, 20), *o* pro *u* in *insolobiliter* 465, 14; *ci* et *ti* commutantur numquam; *p* omittitur in *temtare* 474, 19 *praesumtio* 474, 18 *peremtos* 475, 14 (cf. *contemtus* 474, 11); aspiratio legitima est praeter *spatarius* 476, 11 *lycnides* 480, 16 (cf. 481, 18) et *hyachinthi* 481, 15 (cf. *uauilonthos* 483, 15), item geminatio praeter dupliciter falsum *accomunione* pro *a comunione* 473, 14. 4) Cf. codicem Luxoviensem a L. Delislio descriptum (supra adn. 2) et Ambrosianum B 159 ord. sup. c. a. 750 exaratum cuius ectypon habes in palaeographicae societatis tabulis ser. I 121. simili scriptura etiam nono saeculo utitur Scottus aliquis — nam Scottus est non ut Caesar Paoli voluit Anglus — ad afferendos Vergilii versus in Donati commentariis codicis Laurentiani plut. 45, 15 (cf. collection. Florentin. part. I tab. Lat. 37 et 38), quem codicem data occasione moneo olim cohaesisse cum Vaticano 1512 cumque eo unum et eum solum superstitem librum horum commentariorum effecisse, in quo uno alterove quaternione in extremo Laurentiano aut in primo Vaticano deperdito commenta ad Aeneidos VI 1—157 interciderint. 5) De Taurinensi F IV 25 vide supra p. 460 adn. 5; Ambrosianus G 58 ord. sup. in catalogo obtinet n. 82 (apud Peyronem l. c. pag. 24); Nauceiensem 317 puto eum esse qui in catalogo (apud Peyronem p. 46) sub n. 166 describitur. 6) Cf. supra p. 460 adn. 12.

nec ad eundem quaternionem pertinebant et bina uniuscuiusque paris folia sensu non concinente inter se distabant. res eas de quibus verba facit orator si modo intellexi, in senatu laudatur ab eo Eutharicus aut anno 518 quo consul est designatus aut 519 quo anno est factus; simul autem Theoderico socero eius laudes dicuntur velut praesenti [1]).

Alterius orationis fragmenta traduntur Taurinensi III et Nanceiensi unico, foliis singularibus, et Taurinensibus VII VI[2]) et Mediolanensibus I II, singulis paribus foliorum. ex iis Taurinense III decimi quaternionis folium fuisse extremum certum est: puto in undecimo quaternione collocandum esse Nanceiense: cetera tali modo composita effecisse videntur duodecimum:



continent laudes Witigi et Mathesuenthae dictas a. 536 Ravennae nuptias apparantibus [3]).

---

1) Singula verba quid velint facile perspicitur, minus facile universa oratio qualis fuerit. *infatigabilis triumphator* (466, 14), de quo *satisfieri cupiunt* (463, 2 cf. Pacati paneg. ed. Baehrens p. 271, 17) *proceres* (465, 10) vel *principes viri* (p. 466, 2) i. e. senatores (cf. indicem), is cuius *larga manus tot saeculis profudit* beneficia (466, 6), *quo pugnante fessa rei publicae membra reparantur* (466, 16), denique qui Gallias potest dici subegisse (466, 17 cf. chron. Cassiod. ad a. 508 ed. Mommsen p. 658), Theodericus est; idem est *clementissimus* (470, 18) vel *prudentissimus regum* (471, 11), cui a *Romano eloquio* sempiterna memoria debetur (469, 17). contra *clementissimus dominus*, quem *populi non patiuntur abscedere* (470, 1 cf. chron. Cassiod. ad a. 519 p. 659: *cunctis itaque eximia laude completis tanto amore civibus Romanis insederat ut eius adhuc praesentiam desiderantibus Ravennam ad gloriosi patris remearet aspectus*) quique *prudentissimo principi* (i. e. Theoderico) *maiestatis suae consilia praestare* debet (470, 12), Eutharicus Cillica est. quae omnia tam arto vinculo inter se iuncta sunt, ut de duabus orationibus quarum altera gratiarum actio sit Cassiodori ipsius pro consulatu a. 514 ei delato, altera laudatio Eutharici, obstet quo minus cogitemus, praesertim cum sint quibus una duos orator videatur alloqui (465, 6. 7. 466, 2. 3). Eutharico consule Theodericus quamquam ab urbe aberat (cf. chron. Cassiod. ad a. 519 l. c.), tamen quod ab anonymo Valesiano (chron. min. ed. Mommsen I 326, 21) *dato consulatu Eutharico Roma et Ravenna triumpharisse* dicitur, potest conferri cum sollemni triumphatoris vocabulo p. 466, 14. ceterum pro eo, quod Eutharicus a Cassiodoro in senatu laudatus est, habemus disertum variarum testimonium IX 25, supra p. 291, 24. 2) Cf. supra p. 461 adn. 1. 3) Intellexi ad Witigem haec fragmenta spectare omnia, simul ac Mommsenus me docuit ad eum referendum esse Nanceiense fragmentum a Jubainvillio et Hauptio non recte ad Theodahadum relatum. adhuc vulgatum erat Witigem famam sibi comparasse in expeditione Sirmiensi a. 504 (Procop. bell. Goth. I 11 ed. Dindorf p. 58, 7 cf. chron. Cassiod. ad a. 504 p. 658), Theodahado rege fuisse armigerum (Iordan. Get. 60, 309 ed. Mommsen p. 137, 14), a. 536 in summo rerum discrimine scuto supposito regem esse electum eodemque anno Ravennae uxorem duxisse Mathesuentham Theoderici neptem (var. X 31, Iordan. et Procop. ll. cc.). fragmenta ostendunt virum *cum gente ferocissima pugnantem* (473, 12; Bulgares vel Gepidae dicuntur); in *obsidione* urbis cuiusdam — *Deorici* nomen 474, 20 dolendum sane quod corruptum est — rem bene gerentem; in acie dimicantem atque vulneratum (p. 475 Sirmiensis expeditio intellegatur); a *regnatore illius temporis* (i. e. Theoderico) *remunerationem* non referentem (476, 7), defuncto tamen eo (i. e. *mox* 476, 9) Ravennam reversum et spatharium factum (476, 12; quod officium idem est atque armigeri cf. Mommsen *Neues Archiv* XIV 513); post *senilibus curis adulto principi* (i. e. Athalarico) *servientem* (476, 19; cf. 15); rursus apud Singidunum quod est oppidum Gepidarum pugnantem (476, 20) — intellegendum est bellum id quo Amalasuentha Romanum fecisse Danuvium dicitur cf. p. XXXVIII ad var. IX 18 — neque apud *sollicitos dominos* (478, 2; dicuntur aut Athalaricus et Amalasuentha aut Amalasuentha et Theodahadus) propter communes omnium laudes in suspicionem cadentem; denique rei publicae *spe certa titubante aeris umeris* i. e. scuto (si modo haec recte supplevi) *ad regnum pervenientem* (479, 8 sqq.), cum Gothi *nolint regem eligere nisi qui probetur saepius bella peregisse* (479, 18; cf. var. X 31 p. 319, 6), atque a *domina, quae tantorum regum* (sc. Amalorum) *potuit posteritas inveniri, coniugem agnitum* (p. 480). utraque hominis descriptio quantopere cum altera congruat quemque ad modum altera alteram suppleat, sua sponte patet.

In edendis fragmentis sequor codicem ad versus et litteras; in apparatum defero omnia maxima minima, in primis ea quae ad palaeographiam et distinctionem spectant. signis utor hisce:

in apparatu tot	transversis lineis	/	quot litterae quamcumque ob causam legi non possunt,
	recta linea	|	ubi versus aut finit aut incipit,
	asterisco	*	ubicumque quot litterae interciderint non constat,
	maiusculis litteris		pro litteris eminentibus vel eminentibus et prominentibus, nam ceterae omnes prout res typographicae ferebant minusculis redduntur:
in textu tot	punctis	.	quot in apparatu transversis lineis,
	asterisco	*	quo modo in apparatu utor,
	tribus astericis	***	in extremis paginis iis quae cum insequentibus non cohaerent.

I. tenuis munera laudatoris. et cum desiderio vestro de illo satisfieri cupitis, inmensae praedicationis obsequia postulatis. O quam nimium est amorem publicum ieiuna oratione saturare et quam arduum de celsis principibus humiles loqui: ut quos vestra solet oratio comere, audiant incauta desideriis vota laudare. Taur. fol. 11r

Sed iustitiam vestram postulo, proceres viri, ne ab uno exigatis, quod debetur ab omnibus. caret culpa necessitas: nec possum solus in reatum vocari, cum omnes insolubiliter videntur obnoxii. habemus quandam dei iustitiam: quis a me postulet infinita? quis exigat, quae numerare non sufficit? repetitio nisi explicabilis non tenet debitorem; inmensa semper absolvunt et magnitudo rerum respuit

Taurinense folium 11r (B). — tota pagina a Peyrone (B^{p}) et Baudio (B^{b}) lecta, a Kruschio (B^{k}) relecta.

3 innensepraedicationis *B* 4 tulatis, O *B* 5 saturare et quam] *scripsi*, saturareæ (*'ma le ultime lettere sono mal chiare per altre lettere sovraposte*, saturar *nondimeno è evidente'*) B^{b}, sat areæ B^{k}, satiarerquae (*'ut litera* q *imponatur litterae* e*'*) B^{p}; saturare atque *Mommsen* 6 *post* celsis] *spatium* B^{b}, *litt. eras.* B^{k} pricipibus *B* *ante* humiles *spatium B* 7 *post* loqui *spatium B* quod B^{b} bestra *B* 8 audeant *Usener* 10 Sed *B* 11 *post* uiri *spatium B* *post* exigatis *spatium B* 12 *post* omnibus *spatium B* 13 *post* necessitas *spatium B* 14 insolobiliter *B* 15 bidenturobnoxii· *B* 16 dei iustitiam] *scripsi*, diiustitiam (*'ma la sillaba* di *sembra tolta con due punti sovraposti'* B^{b}) *B* quis] *Baudius*, quas *B* 17 exigatur *Mommsen* quæ *B* 18 repetitio nisi explicabilis] *Usener*, repetitionisinexplicabilis *B*; repetitio omnis inexplicabilis *Mommsen* 19 deuitorem *B* 20 solbunt *B*

Taur. fol. II^v

conpensationis angustum.

partimini ergo, principes viri, ut quibus satisfacere cuncta non possumus, eis offeramus devotis viribus quae valemus. quis enim momentis omne recolligat, quod tot saeculis manus larga profundit? hoc sacrarium vestris implet honoribus, plebem statutis pascit inpensis, provincias iustitiae serenitate tranquillat, frenat superbas gentes imperio: et illud ad solum videtur esse confusum, quod ab eius regno cognoscitur alienum.

Macte, infatigabilis triumphator, quo pugnante fessa rei publicae membra reparantur et ad saecula nostra antiqua beatitudo revertitur. Galliam quondam fuisse Romanam solis tantum legebamus annalibus: aetas non erat iuncta notitiae, credulitas incerta vagabatur * * *

Taurinense folium II^v (B). — tota pagina a Peyrone (B^p) et Baudio (B^b) lecta, a Kruschio (B^k) relecta.

1 Conpensationis *B* a gustum *B^k* *post* angustum] //, *B^k*, *om. B^pb*: conpensationis angustum *clausula legitima nec a sensu quicquam desideratur* 2 partiminiergo] *B^pb*: part //go *B^k*; patimini ergo *Peyron*, mecum | partimini ergo *Mommsen* quibus] *scripsi*, qui // *B^k*, qui *B^pb* 3 eis] *scripsi*, // *B^k*, *om. B^pb* 4 quæ *B* ,alemus *B^k* 5 momentisomne] *B^b*, moment s ne *B^k*, moment//ne (*'ut extrema lineamenta litterae m supersint ante syllabam* ne') *B^p*; momenti famine *Mommsen* recolli] *B^pb*, recoll // *B^k* 6 saeculis manus] *scripsi*, sæcul //anus *B^k*, saecu //anus *B^p*, sæcul * manus *B^b*; saeculorum manus *Peyron* pr *B^k* 7 sacrarium] *Peyron*, sacra * m *B^b*, sacra //o *B^k*, sacr// *B^p* 8 plebem] *Peyron*, pl//m *B^p*, pl * m *B^b*, pl o *B^k* 9 iustitiæ *B* 10 frænat *B* 11 *post* imperio *spatium B* 14 Macte *B* 15 publicæ *B* 16 sæcula *B* 17 rebertitur *B* *ante* galliam *spatium B* 18 quondam] *Baudius*, quandam *B* tantū *B* 19 ætas *B* 20 notitiæ *B*

Taur. fol. I^r

Pyrro testante praeconium; in quo tantum valuere virtutes, ut eum in acie positus laudaret inimicus. Regulum affectata poena concelebrat; Deciorum famam mors devota vivificat; Fabius efficaci cunctatione laudatur; quid Catonem repetam disciplinarum libros moribus transeuntem? vel nostrum Tullium armis omnibus eloquentiae viribus fortiorem? quos mihi tam difficile est numerare, ut vobis facile datum est felicitate superasse. Gratum quidem orationi nostrae opus in laude priscorum, quorum laboribus consistit imperium; sed tantum est praesentis boni publici decus, ut feliciter maiores suos inumbret fortunata successio et posteritati libenter cedant, qui suis saeculis omnia humana transcenderant. nam, ut Aventini turbam civica dissensione

Taurinense folium I^r (B). — tota pagina a Peyrone et Baudio (B^b) lecta, a Kruschio (B^k) relecta.

1 præconium *B* tā *B* 3 *ante* regulū *spatium B* 4 deciorū *B* 5 fama *B* *post* uiuificat *spatium B* 6 *post* laudatur *spatium B* 7 cantonem *B* 8 nos] *litteras* o *et* s *colligat B* 9 æloquē *B* 10 tiæ *B* *post* fortiorem *spatium B* tam] ta/ *B^k*, tā *B^b*; ita *Peyron* 11 est] *B^k*, es *B^b* faci/e *B^k* 13 Gratum *B* orationi nostrae] *scripsi*, orationostra *B*; orationis nostrae *Baudius*, oratio nostra ⟨peragit⟩ *Mommsen* 14 lanoribus *B* 15 consistit imperium] *scripsi*, contiterunt *B* *ante* sed *spatium B* præsē *B* 18 *post* cedant *spatium B* 19 sæculis *B* homniahumana *B* 20 deran/ *B^k* *ante* nam *spatium B* ut] mut *B* auent ni *B^k*, auentui *B^b* turb/m *B^k* cibicā *B*

Taur. fol. I^v

pollutam et volubilis urnae vertiginem totumque in Campo venale taceamus: paresne fuerunt in religione maiores, cum simulacris sensu carentibus rationabiles subplicarent? petebantur vitae remedia, quae vitae munera non habebant: et, si causam antiquae foeditatis excutias, plus ille poterat, qui rogabat. Veniat nunc vetustas ad medium et, si audet, prudentiam sibi cum nostris vindicet, quae divina nescivit.

Iactent se prisci consules praepetum initiati semper auspiciis, qui motus avium quam hominum iudicia captaverunt: firmabat trepidum candidatum errans volatus: et iudicium erat publicum, quod venisset ad casum. et nos gloriamur de sententia boni principis: laetamur de consensu senatus * * *

Taurinense folium I^v (B). — tota pagina a Peyrone et Baudio (B^b) lecta, a Kruschio (B^k) relecta.

1) Pollutam et *B* urnæ *B* 2 *post* ginem *spatium B* 3 *post* ceamus *spatium B* 4 *post* maiores *spatium B* 5 sbplica B^k, suplica B^b 6 uitæ *B* 7 quæuitæ *B* 8 causāantiquæfeditatis *B* 9 *post* excutias *spatium B* 10 Ueniat *B* betustas *B* 11 sini *B* 12 vindicet] *Peyron*, uincet *B*; cum nostris ⟨parem esse contendat, non⟩ vincet *Mommsen*, cum nostris contendens vindicet *ego* *ante* quæ *spatium B* nescibit *B* 13 lactent *B* præpetum *B* 14 autspiciis *linea obliqua* t *deleto* B^k, auxspiciis *expuncto* x B^b *ante* qui *spatium B* 15 *post* auium *spatium B* 16 berunt *B* 17 bolatus *B* *ante* et *spatium B* 18 *post* publicum *spatium B* 19 et] at *Mommsen* sentia *B* 20 *ante* lætamur *spatium B*

Taur. fol. IV^r

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

* t * ra *

* et *

*

*

*

*

*

*

Hinc est, clementissime

Taurinense folium IV^r (B). — in pagina tota fere detrita pauca legit Baudius; versus 21 *lectionem praeter litteras* el *comprobavit Kruschius.*

21 Hinc *B*

Taur. fol. IV^v

domine, quod te populi non patiuntur abscedere. sed omnes sibi cupiunt advenire. ingrata vita est, quae tuos non meretur aspectus; et taedet propriis sedibus inhaerere, quos coactus fueris pro rerum necessitate deserere. Iure ergo omnium desideria in tuam praesentiam concitantur: amore principis murmur exoritur et ex eo subiectos tristes efficis, quia nimium diligi conprobaris. sed tu, domine, prudentissimo principi maiestatis tuae praesta consilia: humana vota nesciunt praevidere quod eligant: tu enim fac semper gerere, quod nosti generaliter omnibus expedire * e * ralia intren * arad * inedic * eiusdem * is repererit * a. Cum laudes tuas, clementissime regum, ingenio quidem destitutus sed magna fultus alacritate recitarem, in ordinem me dicta redigere .nsinr.uetr.ris * * *

Taurinense folium IV^v (B). — pagina a Baudio (B^b) lecta, a Kruschio (B^k) praeter versus 16 *et* 17 *qui toti evanuerunt relecta. de versuum* 15. 16. 17 *lacunis nihil computatum.*

1 dnē B qu d B^k pa////r B^k 2 cedere, B ad nire B^k 3 uitæstquæ B 4 tedet B^b, edet B^k pro/riis B^k 5 herere B^b, her B^k coatus B 6 ce/si tedesere B^k, Jure B omniū B^b, /mni B^k 7 desideriain] B^b, desid ia n B^k præsentiam B^b, pr sentiam B^k conci,,n B^k 8 /uramore B^k exori,,r B^k 9 ex] B^b, e B^k effi s ia B^k 10 conprobaris,] B^k, comprobaris B^b tudnē B^b, t,,ē B^k 11 pruden,,ssimopri/cipimaiestat B^k tuæ B 12 præsta B nesc ut B^k 13 preuidere B^b, preuider B^k fac] B^b, c B^k sē B 14 quod] B^k, que B^b n,sti e/eraliterom i B^k 15 expedire] B^b, exped B^k * e * *solus* B^b 16 raliaintren * arad] *solus* B^b: *certum est supplementum* penet|ralia intrent inedic] *solus* B^b; inc (*i. e.* incipit) dictio *voluit Reifferscheid qui a versu* 18 *novum panegyricum incipere opinatus est* 17 eiusdem * is] B^b, eiusdem senatoris *legere sibi visus est Reifferscheid cfr. ad v.* 16 repererit * a] *solus* B^b 18 Cum B regū B 19 ingeni idem B^k 20 alacritaterecitarem,] B^b, ////it terecita/em, B^k ordinē B^b, d,ē B^k 21 dictaredigere] B^b, di taredigere B^k ,nsiur ū] B^k, * s * B^b etr ris] B^k, eturbis B^b

Taur. fol. Vr

gloria fieret f . anis, et mihi nomen praestetur amatoris earn . . . ens praeceptis et expe . . . . fier . . . . . . nsae ta conclusi . . . . us . . . . . . ne praeterita quae . n . tunt . . . . . . taes . . . . . nam iugiter videntur a . . . . futuris saeculis redun . . . . m moritu * s . . . . . ni . . . . fere quod de . . minum m . . . . c . texisse

Auge, regum prudentissime, gentem . . . . sat . . . . inaquam gloriam tuam sic intellegis diligi ut numquam de mundo patiatur auferri. nam quilibet potest vobis ad tempus offerre quae bona sunt: a Romano eloquio tibi tribuitur, quod omni aetate laudetur: non immerito, quando a . n . . . perpetua recipitis, pro quorum

Taurinense folium Vr (B). — pagina a Baudio (B^b) lecta, a Kruschio (B^k) recognita. lacunae praeter versus 1 et 8 a Kruschio computatae. in initio et fine singulorum versuum nihil videtur periisse nisi locis significatis.

1 fieret] B^b, f//ret B^k f] *solus* B^k anis,] B^b, an s, B^k nomē *B* 2 prestetur B^b, pr/ tetur B^k am toris B^k earn] B^k, mar B^b pre *B* 3 nsae] nsæ B^b, sæ B^k 4 preterita B^b, 'reterita B^k 5 quae . n . tunt] que * unt B^b, que/n/t ,, B^k ta *solus* B^b es *solus* B^b nā *B* 6 iugit r B^k futuris sae] *Reifferscheidius legit*, urissæ B^b, rissæ B^k 7 culis redun] cul rèduu B^k, cul * usduu B^b 8 rit B^k s//// *solus* B^k 9 ferequodde//] B^k, ferequoddo B^b 10 texiss B^k 11 auge] B^b, a/ge B^k //ump/u/ /////e B^k gentē *B* 12 inaquam] B^k, iaquam B^b; *fort.* nostram insatiabilem tui, a qua 13 gloriamtuam] B^b, loriam // B^k siciutel/gis B^k, * s * ntelegis B^b; *credo* ll *ligatura fuisse expressum* 14 ut numquam] *Mommsen*, uiuumquam *B* de] *scripsi*, te *B* mund B^k 15 auferri,] B^k, * uferri, B^b quilibet] *Hirschfeld*, quiuiuet *B* 16 quæ *B* 17 bona sunt] *Krusch*, //nasunt, B^k, * asunt, B^b loquioti i B^k 18 tribuitur,] B^b, t/ nitur, B^k omni aetate] *Baudius*, omniaætate *B* 19 d///non/ merito-q audoa B^k 20 n/,, *solus* B^k; nobis *Baudius* recipi//s B^k quorū] *priore* u *legitime super* q *posito B*

Taur. fol. V^v

libertate * vestris
post arma * sequi mi *
castra, quando * posset refer-
re victorias.
Ver * as pul * as
* en
* nt . . g * te.
que * umte
*
*
*
*
*
fe * et *
*
*
*
*
*
*
* * * *

Taurinense folium V^v (*B*). — *in pagina tota fere detrita pauca a Baudio* (B^b) *lecta, a Kruschio* (B^k) *recognita . lacunarum latitudines praeter duos in versu 7 locos, ubi posui puncta, a Kruschio non indicatae . extremi versus haud pauci ut videtur mutili.*

1 liuertate B^b, liu//tate B^k 2 p.starm B^k sequimi] B^b, se B^k 3 castra, *B*   q/and B^k refer] B^b, re// B^k 4 reuictorias,] B^b, re//t/rias B^k; *posterior versus scriptura carebat*   5 Uer] B^b, U B^k 7 nt/g *solus* B^k te] B^b, t// B^k 8 que *solus* B^b 9 fe * et *solus* B^k

2\. quando ille inter virgines delicatas occultatus . . . . as non solum fortem se sed et virum negavit: nam qui potuit atrociter ferrum distringere, elegit molliter pensa tractare. Taur. fol. 111r

Dicat aliquis matris iussionibus obsecutum: sed hoc pati non debuit bellicosus: fas fuit illam sub pietatis excusatione peccare, hic vero se non potuit sine magno dedecore pudoris occulere.

Tu autem cum gente ferocissima pugnaturus quaesisti, quem ad modum a communione discretus occultum aliquid non haberes, sermones non gravatus a gente mutuari, ut quae dicenda sunt, distinctius explicentur.

Equum tibi galeare eligis decenter aptare, cui inter niveas comas iubarum crines nigerrimos miscuisti, ut quia poterant natura reperiri similes,

Taurinense folium. 111r (B). — pagina a Baudio (B^b) lecta, a Kruschio (B^k) recognita. ab hoc lacunae computatae.

1 'ando B^k 2 occultatus . . . . as] mul/a/,/////////as B^k, multa * as B^b, mulieresque ociosas *legere sibi visus est Reifferscheid*; occultatus et formosas *Usener*   non *solus* B^b 3 nā *B*   5 moll/ter B^k tractare. *B*   6 Dicat *B*   aliqu// B^k 7 secutum, *B*   8 cosus, *B*   9 peccare, *B*   non] nō *B*   10 magno] *Usener*, mag,, B^k, magni B^b 11 occulere, *B*   12 Tu *B*   13 quaesisti,] quæsisti// B^k, quæsisti *spatio aliquo sequente* B^b 14 accomunione *B*   15 al/quid B^k *post* haberes *spatium B*   16 gravatus a] *scripsi*. grabata *B*   mutāri (u *superscr.*) *B*   quæ *B*   18 Equum *B*   galeare] *scripsi*, gignare (*sed ut dubitationis signum apposuerit*) B^k, g * g * a * (*unde* gregarium *coniecit Usener*) B^b 19 niveas comas] *scripsi*, n/eas/om̄as B^k, * eas * as B^b 19. 20 iubarum] *scripsi*, tura/rum *B*   miscuisti] *scripsi*, micuisti *B*   21 poterant natura reperiri] *scripsi*, poteran/aetreperiri B^k, poterantet-reperiri B^b; poterant re reperiri *Mommsen*

Taur. fol. III^{v}

hic ingenio fieret singularis. quae fuit virium tanta fiducia illud magis quaerere, quod in te hostes potuisset violentius excitare.

Gloriose cupiunt fallendi subsidia pugnaturi, ut quoquo modo decipiant, quos vincere velle festinant. tu contra nisus es, ut asperos belli casus minime falleres, sed ut notabilis potius cunctis hostibus appareres: non contentus utique hanc robori tuo fieri contumeliam, ut clandestinis videreris praesidiis adiuvari, quando illam virtutis gloriam constat esse perfectam, cui aperto quaeritur marte victoria.

Denique, ut congrua factis probetur esse praesumtio, quando explicabilia subire fortis, inpossibilia temtare dementis est: cum Deorici civitas fortium Gothorum obsidione ***

q x

Taurinense folium III^{v} (B). — tota pagina a Baudio (B^{b}) lecta, a Kruschio (B^{k}) recognita.

2 quæ *B* 3 quærere B^{b}, qu; re B^{k} host sp; is B^{k} 4 biolentius *B* 5 Gloriose *B* 7 belle *B* *post* festinant *spatium B* 9 *post* falleres *spatium B* 10 cunctis] *Baudius*, cunc *B* 11 *a* Non *novum caput incipit B* contemtus *B* robor/ B^{k} 12 tuo] B^{b}, /// B^{k} 12. 13 clandestinis] *scripsi*, adbesti;giis *B*; a vestigiis *Baudius*, adventiciis *Mommsen* 13 præsdiisadiubari *B* 14 cons] B^{b}, co B^{k} 15 quæ B^{b}, qua B^{k} 16 uictorie *C* 17 Denique *B* probetur] *scripsi*, prebetur *B* 18 præsumtio *B* e/plicabil; B^{k} 20 /edementis B^{k} *post* est *spatium B* deorici *sic B* cibitas *B*

laeva percussus vehementius dimicavit, ut putares inlaesum, quem non ambigeres sauciatum. dicam incredibilia sub conscientia veritatis: vulnerato quoque quo videbatur insedere cornipede sola tantum dextera et se tueri potuit et inimicorum mortibus gloriosa sufficit. Sentio me quidem, clementissime regum, in hac audientiae corona praestrictum laurearum vestrarum amoenitate refoveri, sed a circumstantibus nescio qui adicitur: et cum diversa clade peremtos referunt qui interfuisse noscuntur, tot praecones facti sunt, quot tuis virtutibus affuerunt. Taceamus paulisper, dum maiora dicat exercitus. — o me beate superatum: video relationem meam per augmenta transcendi, cui putabam Nanc.r

Nanceiense folium rectum (*B*). — *tota pagina a Jubainvillio* (B^j) *lecta, a me* (B^t) *ad ectypum recognita. margo dexter abscissus. versus* 12 *propter plicaturam membranae fere evanidus.*

1 Leua *B* dim| *B* 2 cauit. *B* inlesum. *B* non] n| *B* 3 sauciatum, *B* 4 erediuilia *B* 5 tatis, *B* quoque, *B* 5. 6 quoui| debaturinsedere] *B*, *om. Haupt* 6 tan] t| *B* : *fuit* tā 8. 9 gloriosasu| ficit, *B*; gloriose suffecit *Haupt* 9 Sentio *B* clementis] B^j, element| B^t 10 sime] B^j, si|e B^t audientiæ *B* corona] B^j, coro| B^t 11 praestrictum] *scripsi*, pr||rictum. B^t; ⟨magna c⟩inctum *Jubainville*, ⟨paene ext⟩inctum *Haupt* uestraru| B^j, uestrar| B^t 12 amoænitate *B* sedacircum] B^j, *nusquam comparuit* B^t 13 quiadicitur. *B* : *propter falsam clausulam vix sanum*; refoveri. alia e circumstantibus nescio qui adiciunt *Mommsen*, refoveri, sed a circumstantibus omnis eloquentia vincitur *ego* 15 noscuntur,] *litteris* u *et* t *contignatis B* to| *B* 16 precones *B* sunt] *litteris* u *et* t *contignatis B* quod *B* uirtut *B* : *fuit* uirtutibs 17 affuerunt,] *litteris* u *et* t *contignatis B* Taceamus *B* dum] *Haupt*, d| B^t, *om. B* 18 exercitus, *B* beate] B^j, beat| B^t 20 transce| *B*

Nanc.v posse vix credi.

Felicem te, domine, praedicatione multiplici: de quo plus contigit a pugnatoribus prodi quam potuit a laudatore narrari.

Persequamur itaque ordinem rerum, ne. dum te tardius remuneratum esse referimus, regnatorem illius temporis accusemus. mox enim, ut Ravennam deo nobis praestante reversus es, spatarii meruisti nihilominus dignitatem, ut laborem bellicum honor testaretur armorum. quem locum tua modestia et maturitate nobilitans, otioso pro parvula aetate rege, cum legatis saepius necessaria dissertabas; et miro laudis eventu reverentiam tibi potius impendi feceras, qui senilibus curis adulto principi serviebas.

Singidunum civitas quondam otii * * *

Nanceiense folium versum (B). — tota pagina a Jubainvillio (B^j) lecta, a me (B^t) ad ectypum recognita. margo sinister abscissus. versus 12 propter plicaturam membranae fere evanidus.

1 credi. *B* 2 Felicem] B^t, |elicem B^j dñe *B* prædicatione *B* multiplici, 3 pugnatoribs (*vide p. 461*) *B* 4 prodi. *B* 5 narrari, *B* 6 Persequamur *B* rerũ *B* 9 accusemus. *B* 10 ut] B^j, |t B^t ravennam] *Jubainville*, rauenna *B* nouisprestante *B* 11 merui *B* 12 nihilominus] *scripsi*, h l B^t, nihil (?) . . . nos (*unde militis apud nos Haupt*) B^j laborē *B* 13 bellicum] *Mommsenus*, |ellicum B^t, 'ellicium B^j 14 rum, *B* 15 nonilitans, *B* 16 |arbulaætate *B* se *B* 17 pius] |ius *B* dissertabas] *scripsi*, disserabas, *B* 18 ro] o *B* laudis. *B* eventu] *Jubainville*, ementu *B* ræuerentiam, *B* 19 |ibi *B* impendi] *Jubainville*, impedi *B* feceras, *B* 20 ibus *B* serbiebas, *B* 21 singidunum] *Jubainville*, |ingidunum *B* quondãotii. *B*

Taur. fol. VII^r

trahis nos . . . . . e gesta retexere ne
perpens . . f . . se . . . . . ndia, quae hodie
* ssideres s . . . . de
. . . denique * e.
* e.
*
*
*
* e *
*
* r.
* ntes
* ea
* quae
*
* tus
* s . ris
*
*
* a * et sus-

Taurinense folium VII^r (*B*). — *reliquiae paginae rescriptae a Baudio* (B^b) *lectae*, a *Kruschio* (B^k) *praeter pauca quae subnotantur relectae. extremi versus quatenus lecti sunt, integri fere. lacunarum spatia praeter versum* 1 *et* 2, *ut res ferebat, non examinata.*

1 trahisnos] B^k, etiia * nos B^b ge////etexere B^k 2 pe/pen///f// B^k. perpens * B^b se ////nd/a, B^k, s * ndia, B^b; *fort.* trahis nos ordine gesta retexere ne | perpenses fuisse conpendia que *B* ho/ie B^k 3 ss/der/s////de B^k 4 * denique B^b, ////eni B^k e/ *solus* B^k 5 e/ *solus* B^k 9 e * *solus* B^b; *sed incertum quo in versu littera sit lecta, nam Baudii versus* 10 *Kruschio est* 11 11 r/ B^k, r * B^b 13 ea] B^k, e * B^b 14 quæ *B* 17 s ris B^k, * s B^b

Taur. fol. VII^v

piciones, quas iam de cunctorum laude concitaveras, apud sollicitos dominos non haberes. Delectat me, regum eximie, vestrae quidem * . . . es, quia bonarum rerum nulla satietas est, sed pia * tum frequenter m * aeterna ti * s sint, tam . . a desideria * di * audien * * est * suum. Vindica * interitum . . . m gladio c . . . . com . . . meristam gravissimus . . . . t * percussit, quem urbis hodie felicitas ammiranda custodiat, ut quotiens mutum animal inspicitur sinistra, totiens livo * i non leve miraculum fuit . . . . . d . na . tantis * s consueta sic apricis * * *

Taurinense folium VII^v (B). — pagina ad versum 13 *ter, inde bis scripta a Baudio* (B^b) *lecta, a Kruschio* (B^k) *recognita. initia et exitus versuum integra. aliquot lacunae a Kruschio accuratius computatae.*

1 picionesquas] B^b, picione/q/// B^k c/nctorum B^k cō B 2 ita/eras B^k 3 haberes, Delectat B 4 uestra/quidem B^k 5 es, B quiabonarumrerum] B^b, ////// //reru B^k 6 tasest, B sed pia] sedpa B^b, pia B^k tum] B^b, t m B^k frequē B 7 eterna B^b, a B^k 8 ssint·] B^k, si * it B^b ta B^b adesi] B^b, ·desi B^k 9 deri B^k di *solus* B^b 12 *post* suum. *scriptura vacat* B 13 //m *solus* B^k 14 c/.///, *solus* B^k meristā B 15 grauissimus] (? ? ?) B^k, grauissimam B^b 16 cussit] B^k, cusserit B^b u/bis B^k 17 custodiat, B^b, custodi /, B^k 18 anim// B^k sinistra] *scripsi*, ///str/ B^k, * s * a B^b 19 l'uo B^k inon] B^k, non B^b 20 leve] *Baudius*, lebem B /'d na/ B^k, * on B^b tantis] B^k, iantis B^b: ut *contiguata sunt fort.* qui ordinat tantis | offuscationibus consueta 21 ap/icis B^k

Mediol. fol. 1r

qui regem * s * d * an
Rom * e * l * e * is . fortem
gladium * er * s * ne * pa
tium * tatum ruina * in
* ce * s * sanguine restai
ta * ta * reg * s * ius fa
* s * rum * ma
biorum spes certa tituba * cri
meris pervenit ad regnum * sus
* e felici res publica potuit quas-
satas validare Co * testi sapiente
conplestis felicissime * e fortite
cu * tudii * ito * nes intelle * cii
e * us factum quod lu * titerit seta
te * berbatim * Habe * paemi
tanti. * udic * de consilio vestro hoc *
fabula mundi citura est * a * non po-
tuissent eligere, nisi qui probetur sae-
pius bella peregisse. Redeamus
igitur ad dominam felicem * digi *
aliquid * snata * no

Mediolanense folium 1r (B). — pagina, ut quae tegumento agglutinata fuerit, nunc fere evanida a Maio et Baudio aliquatenus lecta, a Mommseno recognita. Baudii lectionem (B) textu repraesento. quam Mommsenus ubi comprobat (Bm) aut supplet (solus Bm), nominatim id subnotatur. Maius quid legerit, quid coniecerit non constat: ipse quaedam sive incerta sive suppleta sunt cursive exhibet. versus extremos plerosque esse mutilatos censeo, initia quae quidem adsunt integra.

1 quirege *Bm* 2 e * l * e] *B: hasta in medio posita potest esse litterae* h *aut* l is· *B* 3 gladiu *Bm* 3. 4 nec palatium *Maius* 4 tatumruina * in *Bm* 5 s * sanguin *Bm* 5. 6 res tan*ta* *Maius* 7 rerum *Maius* 7. 8 *fort.* in summa du|biorum 8 spescertatitu *Bm* 8. 9 *fort.* spes certa titubat, aeris hu|meris pervenit ad regnum suspensus| 9 peruenitadregnum *Bm* 10 * e] *B, fort.* omine 10. 11 quas-satas] *Maius*, qua *| satas *B* 11 Co] *B*, En *Maius* testi] *B*, tis *Maius* sapiente] *contignatis* n et t *B*, sapientem *Maius* 12 * forte * *Maius* 13 tudii * ito *solus Bm* nesintelle (*litteris* ll *inter se iunctis*) *Mommseno*, nesint *Maio*, es * ele *Baudio teste B; fort.* ut omnes intellexerint 14 usf/etumquod *Bm* lu *solus Bm* seta *Bm* 15 berbatim *Mommseno*, erbatim *Baudio teste B;* eaterbatim *Maius* Habe *Bm*, habesfuerit *Maius* pæmi *B* 16 tantij *B: ultimum signum hasta litterae aut* p *aut* f *aut* r, t *Bm*, tantiui*ri* *Maius* 17 ulamundi *Bm*, fabulamundi*que* *Maius* 17. 18 nonpo|tuissenteligere *Bm* sæ *B* 18 pro *Bm* 19 bellaperegisse,] *B*, bellaperegiss *Bm* Redeamus *Bm* 20 dominamfel *Bm* digi] *B*, ad * *Maius; fort.* redigit in | aliquid optati genus natale quod omnino

Mediol. fol. I^v

virtutibus excusare non poterit, cum, se coniugem viri fortis agnoscit. huc ergo ad aulica penetralia, sorores honestissimae, convenite; hic cum summo nitore comite, quae vos possit ornare. prima frontem castitas caelestis instituat; deinde rosea verecundia genas depingat: moderata temperantia fulgentium luminum serenet aspectum; cor nobile mitis pietas amministret; sermonem linguae honora sapientia largiatur; gressus religiosos modestia tranquilla conponat: talem pompam habere meretur obsequii, quae tantorum regum posteritas potuit inveniri. Vos autem nubescite prasini, pallescite lychnides, albescite hyacinthi, fuscamini margaritae: non hic regias opes insana cupiditate devoratis, tulit vobis pretia, quae de se probatur ornata . Ferunt amabilem Venerem toto orbe laudatam strabis intendisse.

Mediolanense folium I^v. — tota pagina a Maio et Baudio lecta, a Mommseno accuratissime recognita. huius testimonio nitimur solo (B) extremi versus integri omnes; primores versuum litterae hic illic desectae; in medio aliquot propter membranae foramina exciderunt.

1 uirt/tibus *B* cum] *a* c *littera grandiore incipit B* 2 c niugem *B* aguoscit· *B* 4 |issime *B* hic] *scripsi,* huc *B;* hanc *Baudius* 5 recomite] r *dimidiato B* quæ *B* ornare, *B* 6 frontem] *Maius,* ronte *B* cæle/tis *B* instituai, *B* 7 |nde *B* verecundia genas] *Maius,* uerecundi//enas *B* depingat. *B* 9 num] n *dimidiato B* aspectum. *B* 10 |ispietas *B* amministret. *B* 11 linguæ *B* largiatur· *B* 12 religios (o superscr.) *B*, religios (os superscr.) *legerat Baudius* 13 nat. *B* obsequii] u *legitime super* q *posito B* 14 quæ *B* potuit. in *B* 15 ueniri] u *dimidiato B* Uos *B* *fort.* nivescite prasini. *B* 16 pallescite] p *dimidiato B* lychuides] *scripsi,* lycnites *B;* lychnitae *voluit Baudius* *ante* albescite *spatium B* 16. 17 yachine|ti, *B* 17 margaritæ, *B* 18 deuoratis, *B* 19 praetiaquae *B* 20 nata. *B* Ferunt *B* amauilem *B* 21 strabis (n superscr.), *B*

inter innumeras margaritas et ostrum verenda nigredine decorum serena facie plus lucentem, quae in medio constituta gemmarum suum vincit ornatum. En corusca sedes, quam dives India miretur, Persis gemmata concelebret, Hispania nobilis obstupescat; ubi roseas virgines intuemur pinnis rutilantibus alatas, quales pomposas decet esse Victorias. margaritarum quin etiam lacteae coronae flexis auro circulis pulcherrima rotunditate clauduntur: sic in opere tuo videtur positum, quod sola felicitas meretur ad praemium. Hyacinthi quoque taetra luce vibrantes cum luminibus claris mixtas cernuntur emicare nigredines, prasini tremula viriditate conludunt, lychnitae vomunt frigidas flammas, Hispanae sanguineos colores emanant: et una dispositio tua tot diademata — Mediol. fol. II^r

Mediolanense folium II^r. — tota pagina a Maio et Baudio lecta, a Mommseno accuratissime recognita. huius testimonio nitimur solo (B). initia singulorum versuum integra, exitus inde a versu 15 trunci plerique omnes, anteriores pauci.

1 ostrum] *scripsi,* ostra *dimidiato* a *B* 2 decorum. *B* 3 lucentem· *B* quæ *B* 4 gemmarum. *B* 5 En *B* 6 tur. *B* 7 nouilisobstupescat. *B* 8 intuemur. *B* 9 alatas. *B* 10 uictorias. *B* 11 lacteæ coronæ. *B* 12 claudu| *B* 13 tur, *B* 14 premi| *B* 15 Hyachinthi *B* tætra *B* uibr| *B* 16 cern| *B* 17 prasinæ *B: ante et post hanc vocem spatium aliquod vacat* 18 conludunt *B* lyc| *B* 19 nitæ *B* flammas.| *B* 20 hispanae *B* emanant] *post alterum* a *dimidiatum versum finit B*

(I.)

Mediol. fol. II^{v}

conficit, quae cunctas mundi dominas
suf *
sidereum quoddam *
sun *
* anon *
* deinde * * * *

(II.)

Mediol. fol. II^{v}

conficit, quae cunctas mundi dominas ..... Sidereum quoddam .... sunt .... inpigre .... perenne ..... quod non ...... praestat aestate. Nam ... qui ... re .... peculi altitudinem ... propria est intentam dulcedinem .... meritos esse conspectu .... essent ..... sol operibat ..... summa .... semper illis quod semper laudaretur. Videmus enim .... do relucent in amictus lat .... * * *

Mediolanense folium II^{v}. — pagina tota fere abrasa, cui index codicis Ambrosiani G. 58 ord. sup. superscriptus est. Maius quae olim legerat (II), *ab iis quae Mommsenus nunc paene evanida repperit* (I), *necessario separavimus: quia ille quid ubi a se lectum sit indicare non solet, contentus post singula vocabula undique collecta puncta aliquot posuisse sine ulla ratione.*

(I.) 1 *post* conficit *spatium* 2 *fort.* sufficienter ornabit (II.) 3 *fort.* speculi

omnia regna superat, dinosceris potens tui. iam, si cum propriis moribus compareris, facile ab insigni animae parte superaris, quae pulchritudine corporis mortalia cuncta transcendis. Taur. fol. VI^{r}

Fecisti quoque, domina, palatium, quod te etiam ignotis evidenter ostenderet, quando ex ingenti habitaculo residentis colligitur magnitudo.

Renidet crusta marmorum concolor gemmis, sparsum aurum fulget in . . . . s, rotatas saxorum venas musivi munera describunt: et totum metallicis coloribus comitur, ubi cerea pictura noscatur. Samiramis regina Babylonicos muros bitumine sulpureque permixto in circulum fabricasse memoratur: sed quid mirum, si ferro fuit inadibile, quod ab armis se non potuit vindicare?

Regis Persarum Cyri domus variis auro lapidibus inligatis constructa perhibetur,

---

Taurinense folium VI^{r} (B). — pagina quamquam rescripta tota fere a Baudio (B^{b}) lecta, a Kruschio (B^{k}) recognita . initia et exitus integra . lacunae a Kruschio computatae.

1 *post* dinosceris *spatium* *B* 2 compareris, *B* 3 animæ *B* 4 quæ *B* 6 Fecisti *B* palat/m B^{k} 7 ostenderet, *B* 8 exigentihauitaculo *B* //siden B^{k} 9 colligi// B^{k} magnitudo, *B* 10 Renidet *B* gē *B* 11 spars/m B^{k} inj//////s *B: hasta ut videtur litterae aut* p *aut* r *aut* f 12 rotatas saxorum venas] *scripsi*, rotatassaxo// / *B* munera] *scripsi*, minora B^{b}, min/a B^{k}; rotatas saxo compages musivi minuta *Mommsen* 13 describunt, *B*, describu/t . B^{k} meta////is B^{k} coloribs *B: s finalis cursiva* 14 com// r B^{k} cerea pictura noscatur] *scripsi*, cercaj//ran////ur B^{k}, cer * aj * ranc * ur B^{b}: *hasta est litterae aut* p *aut* r *aut* f 15 //giua B^{k} babylonicos] *Hirschfeld*, uauilonthos B^{b}, nauilo/thos B^{k} muros] B^{b}, m/// B^{k} uitumine B^{b}, ///umine B^{k} 16 sulfure B^{b}; *fort.* sulpure ferroque *cfr. supra pag. 212, 14* que] B^{b}, qu/ B^{k} p/rmixtoin///culum B^{k} 17 memoratur, *B* /irum B^{k} 18 fu// B^{k} *fort.* adibile quoda/a/mis B^{k} 20 Regis *B* ciri *B* variis] *Mommsen cfr. Hygin. fab. 223*, muris *contignatis* u *et* r *B* auro] *Baudius cfr. supra pag. 212, 13*, aureis *B* 21 perhibetur] B^{b}, p/rhibetur B^{k}: u *et* r *contignata sunt*

Taur. fol. VI^v

Susae qu . . . . d . . . . aes *
lo * sac
* t
*
*
*
*
*
*
*
*
qu *
*
*
*
ue *
au *
fer *
am *
rid *
Q *

Taurinense folium VI^v (B). — reliquiae paginae rescriptae a Baudio (B^b) lectae, a Kruschio (B^k) recognitae . initia quae adsunt integra.

1 s̉usæqu///d///æs *B*^k, * usæq * d *B*^b: *fort.* Susae quoque domus aestimatur ab eodem locata 2 sæ *B* 3 t' *solus B*^b 19 a *B*^k 20 /id *B*^k 21 Q *sic B*

INDICES

Numeri nudi indicant Cassiodori varias, scilicet numeri Latini et Arabici librum et epistulam, qua notatione in indicibus primo et secundo distinguuntur ii quibus epistulae inscriptae sunt, numeri Arabici maiores et minores voluminis paginam et versum.

E littera indicantur epistulae Theoderici variae compositae in additamento primo p. 387—392.

S littera indicantur acta synhodorum habitarum Romae a. CDXCIX. DI. DII edita in additamento secundo p. 393—455. episcoporum presbyterorum diaconorum laterculi adlegantur secundum annum et numeros, scilicet S CCCCXCIX *A* est eius anni laterculus prior p. 399—402 S CDXCIX *B* posterior p. 405—415, S DI laterculus est p. 432—437 S DII *A* eius anni prior p. 438—443, S DII *B* posterior p. 451—455.

P littera indicantur panegyricorum fragmenta composita in additamento tertio p. 457—482.

* asteriscus vocabulo praepositus in indice primo distinguit nomina formationis Germanicae.

I. INDEX PERSONARVM

COMPOSVIT TH. MOMMSEN.

Indicem personarum ad easdem fere leges adornavi, quas secutus sum in Iordaniano. aetatis Gothicae homines ii qui apud Cassiodorum nominantur ubi extra varias eius redeunt, maxime apud aequalem Ennodium, sed etiam alibi passim, testimonia haec quantum potui ut ab indice hoc ne abessent curavi, sed abstinui plerumque a rerum enarratione. prosopographiam aetatis Gothicae qui elaborabit, utilissimo adiutorio studia haec instruet; sed ad eam adspirare nequeunt huiusmodi indices cum brevitatis legibus adstricti et abhorrentes a discutiendis et explanandis epistularum argumentis, tum, cum auctores singuli personas modo ponant modo praetereant casu ita ferente, a iusta plenitudine necessario remoti. — Gothicae originis vocabula ut in edendis Iordanianis collega quondam meus Carolus Müllenhoff a me rogatus perite illustravit, ita eo morte nobis erepto iam vices eius suscepit Eduardus Schroeder Marburgensis haec praemonens: 'De nominum Ostrogothicorum ortho-'graphia et origine librum satis amplum *über die Sprache der Ostgothen in Italien* inscriptum, ad quem 'lectorem semper missum esse volumus, Ferdinandus Wrede nuper conscripsit (Argentorati 1891); 'Wredii et collectiones et interpretationes correxit et auxit Koegelius in ephemeridibus quae vocantur '*Anzeiger für deutsches Alterthum* vol. XVIII p. 43. seq. ad haec pauca solummodo in indice hoc Cassio-'dorano ego addidi, quibus vel formas explanarem vel lectionem emendarem. nomina Visigothica et 'Theotisca, quae utiliter cum Ostrogothicis comparantur, videas apud Dahnium in libri *Die Könige* '*der Germanen* voluminis VI indice et in Piperi librorum confraternitatis tabulis.'

[1]) *Marinius, qui in adnotatione ad papyrum eam p. 252 de insolita Caeliorum frequentia in huiusce saeculi instrumentis monuit, Caelios item ait appellari papas Hormisdam et Silverium et antipapam Laurentium, secutus opinor in Hormisda et Laurentio indices Ughellianos (1, 13. 1065) et addens Silverium utpote Hormisdae filium. at in tribus his testimonia deficiunt. L. Caelium Firmianum signo Lactantium ad Caelios hos nemo trahet, nec magis huc pertinet Sedulius, si quidem recte Caelius dicitur.*

II. INDEX LOCORVM

COMPOSVIT TH. MOMMSEN.

Quadratis litteris distinguuntur episcopia Italiae et Siciliae repraesentata in synhodis tribus a. CDXCIX. DI. DII, quibus addidimus item ea, quorum episcopi adfuerunt in conciliis tribus item urbanis habito a. 465 a papa Hilaro (Thiel epist. pontif. 1 p. 159; adhibui codicem Berolinensem Philippsianum n. 1741 f. 148') et habito a. 487 a papa Felice II (Thiel epist. pontif. 1 p. 259; adhibui codicem Berolinensem eundem f. 169) et habito a. 585 a papa Gregorio (registr. V 57a ed. Ewaldi et Hartmanni). praeter episcopos Italiae et Siciliae qui synhodis Romanis interfuerunt externi, scilicet Gallici aliquot admissi a. 465 et Afri quidam admissi a. 465. 487. 585, non sunt recepti.

III. INDEX RERVM ET VERBORVM

COMPOSVIT LVD. TRAVBE.


THEODERICVS·REX·


CASSIODOR⁹ SENATOR·
Cogi debet ut sit quietus. qui suo
uitio re nuit et paci ficus.

Date Due

Due	Returned	Due	Returned
JUL 2 5 1992	JUN 0 5 1992 JUN 0 5 1992		